Libb. Hung. 1960
d 88

239
Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

FORMVLAE SOLENNES

STYLI

IN CANCELLARIA, CVRIAQVE REGVM,
FORIS MINORIBVS,
AC
LOCIS CREDIBILIBVS, AVTHENTICISQVE

REGNI HVNGARIAE

OLIM VSITATI.

QVAS

IN SVBSIDIVM DIPLOMATICAE,
AC VETERIS

IVRISPRVDENTIAE HVNGARICAE

POTISSIMVM PRACTICAE

ANTE-VERBÖCZIANAE

E COAEVIS
CODICIBVS MANVSCRIPTIS
COLLECTAS
EDIDIT

MARTINVS GEORGIVS KOVACHICH
SENQVICIENSIS.

PESTHINI,
Typis MATTHIAE TRATTNER. MDCCXCIX.

Digitized by Google

Digitized by Google

EXCELLENTISSIMO, AC ILLUSTRISSIMO DOMINO FRANCISCO COMITI SZÉCHÉNYI DE SARVÁRI FELSÓVIDÉK, S. C. ET R. A. MAJ. CAMERARIO ACTUALI INTIMO STATUS CONSILIARIO, I. COMITATUS SIMIGHIENSIS SUPREMO COMITI, INSIGNIS ORDINIS S. JANUARII UTRIUSQUE SICILIAE EQVITI.

Kis-Czenk.

EXCELLENTISSIME, AC ILLUSTRISSIME COMES!

QVONIAM praeter alia Reipublicae negotia TIBI concredita, iil quoque & induſtriae, & impendiorum ſponte ſuſcepiſti, ut monumenta rerum domesticarum ſparsa & latentia non ſolum colligerentur, verum etiam illuſtriora eorum in lucem publicam ederentur, lubens Operam meam hiſce ſtudiis TVIS adjungo, ut accedente meo etiam qualicunque conatu laudabile propoſitum TVVM finem ſortiatur patriae ſalutarem.

Scriptores rerum Hungaricarum minores hactenus ineditos *Collectione pluribus comprehensa Tomis, bona TVA venia, ex amplissimo Grammatophylacio TVO edere jam occepi, qui, nisi praesens temporum difficultas moram injiceret, longe celerius mutuo ſemet exciperent.*

Formulae Solennes Styli, *quas TVO nomine insignitas vides, TE potissimum urgente, mea quidem industria collectae fuerant, ſed quod Opus non vulgaris lectionis, & pauciorum usui deseruiturum videretur, neque ita vendibile, ut ſpe mox recipiendi pretii, ſumtuosa ejus editio ſuſcipi posset, iterum luci publicae ſubtrahi debuissent, nisi TVA munificentia atque animi magnitudo hac quoque ex parte Diplomaticae, ac veteri Jurisprudentiae Hungaricae ſubsidium allatura, proprii aeris periculo eas prelo ſubjici voluisset; pro quo insigni patriae literaturae collato munere, quoniam operibus contentus, verbis nihil in laudes TVAS dici voluiſti, TIBI hisce ſolennibus Formulis amplissimas grates dico, quas Viri eruditi frequenter etiam apud poſteros repetent, Tuoque nomini bene precabuntur.*

Dum ad prosequenda haec ſtudia TVA, promptam esse Operam meam profiteor, reque ipsa; pro modulo virium contestor, ſcire TE cupio Comes Excellentissime! Bibliothecam Manuſcriptorum ad res Hungaricas facientium, *tota patria, orbeque Europaeo ſparsorum, quam conſcribendam repetitim mihi, tenereque commendabas, me jam posse, & quia desideras, velle quoque vulgare; ſed quoniam iſtud, magni profecto laboris Opus TE potissimum autore ſuſcepi, patieris benevole, ut illud a TVA ſupellectili ordiar, TVIque* Bibliothecae Kis-Czenkenſis Grammatophylacii Catalogum *pro ſpecimine Operis edam, cum impres-*

X

Digitized by Google

sorum ejusdem Bibliothecæ librorum Catalogum probante illustri Denisio ipse jam vulgare cæperis, mihique Codices illius manu exarati non, ex Elenchis, verum longo usu optime cogniti sint, quippe magnam partem e supellectili, quam a me liberaliter redemisti, constantes, reliqua, ut nosti, vel commodata in usus meos domi tractavi, vel apud TE suauiter hospitatus, diligenter evolvi.

Quod si TUA venia, qui patriæ commodis, et honori TE, TUAque libenter consecras, hoc primum Bibliothecæ MSS. Specimen edidero, licebit ad prædiuitem, concinneque ordinatam penum Chartulariam munificentissimi Mæcenatis Studiorum meorum, Josephi Principis Cardinalis de Batthyan transire, a cujus benignitate, quod magnificum est, sperare nihil non audeo, indeque per Ignatii Comitis alterius de Batthyan, heu nuper erepti! Bibliothecam, cujus MSS exactum Catalogum e Transylvania promissum habeo, ad reliquas progredi. Tantas enim de MSS. notitias undique consecutus sum, ut quod in patria uspiam collectum exstat, accuratis utcunque Elenchis consignatum possidere videar, sparsa et apud domesticos, et apud exteros, permulta connotata habeam, digna profecto, quæ pro communi usu ad notitiam Virorum doctorum promoveantur, et quæ, si Parcæ filum abruperint, quominus jure quæsito ad calcem usque ipse perducam in TVO Grammatophilacio conservabis, ut telam, quam TVO beneficio ordiar, alii TVO favore utentes pertexant. Ita TVIS sapientissimis simul ac maxime beneficis Consiliis satisfacere cupiens, ea, quæ TVIS de patria et republica literaria debetur meritis veneratione sum

EXCELLENTISSIME COMES,
NOMINIS TVI

Cultor perpetuus
MARTINUS GEORGIUS KOVACHICH.

Digitized by Google

SUBSCRIBENTES ET PRÆNUMERANTES.

Nuncium edendi hujus Operis, ingruente aſpera hieme & aliis impedimentis intervenientibus non poterat ita divulgari, ut qui ſperabatur Prænumerantium numerus increſceret; qui hic ſequuntur, nolentes devolvato pro Prænumerantibus pretio allici, plerique maluerunt, ſolo promovendi literas domeſticas etiam ſeveriores, ad easque ex colendas plures alios incitandi ſtudio ducti, emtores eſſe Exemplarium pretio venditionati 4 fl. Ex venditione reliquorum exemplarium metiri licebit, an typothetæ Operæ pretium recepturi ſint, ſi in aliis quoque, prelo destinatis Operibus, deſudaverint.

Magiſter Steph. *Aczél*, S. C. & R. A. Maj. Conſiliarius Protonotarius Palatinalis.

Andreas *Bachinſzky* Graeci Ritus Catholicorum Epiſcopus Munkachienſis, Abbas SS. Petri & Pauli Apoſt. de Tapolcza SS. C. & R. A. Maj. Actualis Intimus Status Conſiliarius.

Antonius *Balás* de Sipek I. Comitatus Temeſienſis Ord. Notarius.

Franc. Comes *Balassa* de Balaſſa Gyarmat, Perpetuus in Kékkeö, Vág-Befztercze, Lietava, & Eberhárd I. Ord. S. Steph, Regis Apoſt. Commendator. S. C. & R. A. Maj. Camerarius, Actualis intimus Status Conſiliarius.

Alexander *Balogh* Abbas B. M. V. de monoſtra ſupra Comaromium Cathedralis Eccl. Jauriněnſis Canonicus, Archidiaconus Papenſis. &c.

Georgius Comes *Bánffi* L. B. de Loſſontz S. C. & R. A. Maj. Camerarius Actualis Intimus Status Conſiliarius I. Ord. S. Stephani Regis Apoſt. Magnae Crucis Eques, Magni Principatus Tranſylvaniae Gubernator Regius, ejusdemqne Gubernii Praeſes.

Petrus *Bárány* C. Franc. Széchény Bonorum Inspector & Commiſsionis Oeconomicæ Aſſeſſor.

Theodorus Com. de *Batthyán* Perpetuus in Németh Ujvár S. C. & R. A. Maj. Camerarius, Actualis Intimus Status Conſiliarius.

Bibliotheca Rerum Hungaricarum Eminentiſsimi Principis Cardinalis Joſephi de Battyán.

Carolus *Bikeſsy* S. C. & R. A. Maj. Exc. Camerae Regiae Hungarico Aulicae Conſiliarius II. Comitatuum de Beregh, & Ugocha Tab. Jud. Aſſeſſor.

Emericus *Boronkay* S. C. & R. A. Maj. Conſiliarius Eques Auratus, & I. Tabulae Regiae Judiciariae Aſſeſſor.

Digitized by Google

Joſephus *Calovino* Inſignis Collegiatae EcclefiaePoſonienſis ad S Martinum Canonicus.

Ludovicus *Csapody* de Szala-Lövö Epiſcopus Scopienſis Abbas B. M. V. de Bacconio Cath. Eccl. Veſprim. Praepoſitus Major, & Canonicus. &c.

Antonius Comes *Cziraky* de Dienesfalva S. C. & R. A. Maj. Camerarius et Eques Auratus.

Marcus *Delivuk* Exc. Camerae Regiæ Hung. Aulicae Secretarius

Joan. Chriſt. *Engel* I. Comitatus Scepus. Tab. Jud. Aſſeſſor Regiæ Scientiarum Societatis Göttingenſis Membrum Exc. Cancellariae R. Transylvanico Aulicae Juratus Notarius & Librorum Censor Aulicus.

Joan. Nep. *Erdödy*, de Monyorokerek, Arcis Varasd, & Montis Claudii Hereditarius Capitaneus I. Comitatus Varasdinenſis Perpetuus Supremus Comes Regnorum Dalmatiae, Croatiæ & Sclavoniae Banus, S. C. & R. A. Maj. Intimus Status Conſiliarius.

Joſephus Comes *Erdödy* de Monyorokerék, Montis Claudii, & Comitatus Varasdin. Perpetuus Comes, Arcis & Civitatis nominis ejusdem Hereditarius Capitaneus, S. C. & R. A. Maj. Actualis Intimus Status Conſiliarius I. Comitatus Nitrienſis Supremus Comes.

Nicolus S. R. I. Princeps *Eſzterházy* de Galantha, Perpetuus Comes de Frakno I. Ord. S. Steph. Regis Apoſt. Magnae Crucis Eques, Incliti Comitatus Sopronienſis Supremus ac Perpetuus Comes, S. C. & R. A. Maj. Camerarius &c.

Franciscus Comes *Eſzterházy* de Galantha Perpetuus Comes in Frakno S. C. & R. A. Maj Camerarius, I. Comitatus Mosonienſis Supremus Comes.

Joan. Nep. Comes *Eſzterházy* de Cheznek S. C. & R. A. Maj Camerarius Actualis Intimus Status, & ad Exc. Canc. R. Tranſylvanico-Aulicam Conſiliarius & Referendarius.

Joſephus Comes *Eſzterházy* de Galantha, S. C. & R. A. Maj. Camerarius, & ad Exc. Concilium R. Locumt. Hung. Conſiliarius I. Comitatus Zemplinienſis Supremus Comes.

Paulus Lad. Comes *Eſzterházy* de Galantha, Epiſcopus Quinque Eccleſienſis S. C. et R. A. Maj. Actualis Intimus Status Conſiliarius.

Simon *Faba*, Præpoſitus S. Stephani Protomartyris de Kew ad Tybiſcum E. M. Strigon. Cantor, & Canonicus, SS. Canonum Doctor.

Joſephus *Fengler*, Epiſcopus Jaurinenſis, S. C. & R. A. Maj. Actualis Intimus Status Conſiliarius.

Antonius *Festetich* de Tólna, Exc. Conſilii R. L. Hung. Secretarius.

Georgius Comes *Festetich* de Thólna &c.

Stephanus *Fiſcher* de Nagy-Szalathnya, Perpetuus in Bácho, Abbas B. M. V. de Batta SS. Theologiæ Doctor C. E. Agrienſis Cuſtos et Canonicus, I.

Digitized by Google

Tabulæ Regiæ Judiciariæ Prælatus.

Franc. Xav. *Fuchs* Epiſcopus Nitriensis.

Gaspar *Gindel*, Ord. S. Pauli primi Eremitæ Sextum Ex-Provincialis.

Joannes S. R. I. Comes *Hadik* de Futak, S. C. et R. A. Maj. Camerarius et ad Exc. Cameram R. Hung. Aulicam Consiliarius.

Joſephus *Hertelendy*, S. C. et R. A. Maj. Consiliarius, et I. Comitatus Torontaliensis Ordinarius Vice Comes.

Joannes *Jankovich* de Daruvar, S. C. et R. A. Maj. Consiliarius Aulicus.

Nicolaus *Jankovich*, II. Comitatuum Peſt, Pilis et Solth, ac Albensis Tabulæ Judiciariæ Aſſeſſor.

Alexius *Jordanſzky*, Parochus Szölgyéniensis

Joſephus Comes *Károly* de Nagy Károly, S. C. & R. A. Maj. Camerarius I. Comitatus Szatmarienſis Supremus Comes.

Joan. Chriſtoph. *Klinger*, Bibliopægus Efzekienſis.

Joſephus *Klobusiczky* de Eadem, ad Exc. Conſilium R. L. Hung. Conſiliarius.

Franc. Comes *Kohary* de Chabragh & Szitnya Perpetuus in Murány, S. C. & R. A. Maj. Camerarius & Conſiliarius Aulicus ad Exc. Cancellariam R. H. Aulicam Referendarius, I. Comitatus Hontensis Supremus, ac Perpetuus Comes.

Ladislaus Comes *Kollonich* de Kollegrád, Perpetuus in Zay-Ugrocz Metrop. Colocen. & Bachien. Eccleſiarum Canonice Unitarum Archiepiſcopus S. C. & R. A. Maj. Actualis Intimus Status Conſiliarius, & ad Exc. Tabulam Septemviral. Co-Judex.

Gabriel *Komáromy*, Juratus Cauſarum ad latus Sam. Szabó-Sáróy Agens.

Joſephus Bened. *Kondé* de Poka-Telek, II. Comitatuum Comarom. Strigon. & Honthenſis Tabulæ Jud. Aſſeſſor, Aulæ Regiæ Familiaris & Bonorum Primatialium Præfectus.

Franciscus *Kramer*, Præpoſitus S. Sapientiæ de Titel I. Coll. Eccl. Poſonienſis ad S. Martinum Canonicus AA. LL. & Philos. ac SS. Theologiæ Doctor L. R. Civitatis Poſonienſis Parochus.

Georgius *Kurbély*, E. M. Strigon. & Suæ Eminentiæ Cardinalis Primatis a latere Canonicus, ac Bibliothecæ Præfectus.

Joannes *Latinovich* de Borſod, ad Exc. Conſilium R. L. Hung. Conſiliarius.

Joannes; Auguſtinus & Michael *Lázár* I. Comitatus Torentalienſis Tab. Jud. Aſſeſſores.

Alexander *Madách* de Alsó-Stregova Juratus Fori per I. Regnum Hung. Advocatus & Complurium illuſtrium Familiarum Cauſarum Director.

Antonius *Mandich*, Electus Epiſcopus Priſtinenſis, Abbas B. M. V. de Szent Jobb C. E Zagrab. Cuſtos & Canonicus, Protonotarius Apoſtol. SS. Theol. Doct. S. C. & R. A. Maj. ad Exc. Conſilium Locumt. H. Conſiliarius.

Digitized by Google

Stephanus *Markos*, I. Comitatus Zemplin. Archivi Regeſtrator.

Magiſter Ladislaus *Melczer* de Kelemes S. C. & R. A. Maj. Conſiliarius, Eques Auratus & Incl Tabulæ R. Aſſeſſor & Protonotarius.

Andreas *Melczer*, S. ſedis Primatialis Notarius & Emin. ac Celſiſs. Cardinalis Principis Capellanus domeſticus.

Nicolaus *Milassin*, Epiſcopus Alba Regalenſis S. C. & R. A. Maj. Actualis Intimus Status Conſiliarius

Samuel *Mooricz*, I. Comit. Maramarosiensis Fiſcalis.

Magiſter Ladislaus *Mikós*, S. C. & R. A. Maj. Conſiliarius & ad I. Tabulam R. Jud. Protonotarius.

Ignatius *Nagy*, I. Comitatus Albenſis Tab. Jud. Aſſeſſor.

Michael Comes de *Nadasd* Perpetuus Terræ Fogaras I. Comitatus Comaromienſis Supremus, ac Perpetuus Comes S. C. & R. A. Maj. Camerarius & Actualis Intimus Status Conſiliarius, per I. Regnum. Hung. Agazonum Regalium Magiſter.

Mathias *Nitray*, I. V. D. ad Exc. Conſilium R. L. Hung. Secretarius.

Chryſoſtomus *Novák*, Abbas S. Mauritii de Bakony-Bél, Diſtrictus Quinque-Eccleſienſis Regius Superior Studiorum Director.

Joſephus L. B. *Orczy*, de Eadem S. C. & R. A. Maj. Camerarius.

Ladislaus L. B. *Orczy* de Eadem S. C. & R. A. Maj. Camerarius, & Actualis Intimus Status, & ad Excel. Conſilium R. L. Hung. Conſiliarius V. Theſaurarius Regius Hung. Exc. Cameræ R. H. Aulicæ Vice-Præſes, I. Comitatus Abaújvár Supremus Comes.

Franciſcus *Pap*, I. Comitatus Sopron. Tab. Jud. Aſſeſſor, Comitis Franc. Széchény Plenipotent.

Gabriel *Péchy* de Péch-Ujfalu, S. C. & R. A. Maj. Conſiliarius Aulicus, Exc. Tab. Septemviralis Aſſeſſor.

Jacobus *Petheeö*, S. C. & R. A. M. Conſiliarius Reg. Bud. Nationalium Scholarum Inſpector, Gremialis Conſilii R. L. Hung. Commissionis Studiorum Referens, & I. Comitatus Szathmar Tab. Jud. Aſſeſſor.

Joſephus *Petheö*, Electus Epiſcopus Driveſienſis & Conſecratus Meltenſis C. Eccl. Quinque-Eccleſ. Cuſtos & Canonicus, Exc. Ill. ac RR. Epiſcopi Quinque-Eccleſ. in Pontificalibus ſuffraganeus, Exc. Tab. Septemviralis Aſſeſſor.

Ignatius *Petravich*, Comitis Pauli Széchényi Educator.

Joſephus L. B. *Podmaniczky*, S. C. & R. A. Maj. ad Exc. Conſilium Locumtenentiale Hung. Conſiliarius.

Alexander L. B. *Pronay*, de Tóth-Prona, S. C. & R. A. Maj. Camerarius.

Ladislaus L. B. *Pronay* de Tóth-Prona S. C. & R. A. Maj. Actualis Intimus Status Conſiliarius, I. Comitatus Chanadienſis Supremus Comes.

Gedeon Comes *Ráday* de Ráda,

Digitized by Google

S. C. & R. A. Maj. Actualis Intimus Status Consiliarius, ad Exc. Tabulam Septemviralem Assessor S. Regni Hung. Coronæ Conservator.

Josephus *Ragályi* de Kis-Cholto, S. C. & R. A. Maj. Consiliarius. I. Comitatus Borsodiensis Ord. Vice Comes.

Nicolaus *Rauscher*, I. Coll. Eccl. Posonien. ad S. Mart. Canonicus, Emin. & Celsiss. Cardinalis, Principis, Primatis & Archiepiscopi Strigonensis Secretarius Cancellarius.

Paulus *Rosos* de Szentkirály-Szabadgya, Electus Episcopus Ansarienſis, Abbas S. Jacobi de Simighio Cath. Eccl. Vesprim. Custos & Canonicus, Protonotarius Apost. SS. Theologiæ Doctor, S. C. & R. A. Maj. Consiliarius ad Exc. Cancellariam Regiam Hung. Aulicam Referendarius.

Martinus *Schwartner*, AA. LL. et Philos. ac J. U. Doctor, Bibliothecæ Regiæ Universitatis Hung. Primarius Custos et Diplomaticæ Professor Publicus.

Andreas *Semsey*, de eadem I. Comitatus Ugochiensis Officii Supremi Comitis Administrator, S. C. et R. A. Maj. Consiliarius Aulicus, ad Exc. Dicasterium Financiarum et Commercii Aulicum Referendarius.

Innocentius *Simonchich*, e Scholis Piis AA. LL. et Philos. Doctor In Gymnasio Regio Szigethiensi II. Hum. Classis Professannes *Somogyi* de Medgyes, I. Comitatus Szaladiensis Officii Supremi Comitis Administrator S. C. et R. A. Maj. ad Exc. Cancellariam Hung. Aulicam Consiliarius et Referendarius.

Stephanus *Stratimirovich* Orientalis Ecclesiæ Græci Ritus non unitorum Archiepiscopus Carloviczensis, et Metropolita, S. C. et R. A. Maj. Actualis Intimus Status Consiliarius.

Andreas *Szabó*, Electus Episcopus Nouensis, Abbas S. Jac. de Silisio, Præpositus S. Stephani de Castro Strigon. et S. Joan. Bapt. de Buda Eccl. Metrop. Strigon. Canonicus SS. Theologiæ Doctor.

Samuel *Szabó-Sároy*, Cæsarum per Hung. Juratus Advocatus et complurium illustrium Familiarum Cæsarum Director.

Joannes Petrus Comes *Szápáry*, de Eadem, Perpetuus in Muray-Szombath, et Széchi Szigeth S. C. et R. A. Maj. Camerarius, Actualis Intimus Status Consiliarius, Serenis. Regii Hereditarii Principis, Archiducis et Palatini Supremus Aulæ Præfectus.

Ludovicus Comes *Széchény*, de Sárvári Felseö-Vidék.

Antonius *Szerdahelyi*, in Academia Regia M. Várad: Juris Patrii Professor Ordinarius.

Georgius Aloysius *Szerdahelyi*, Abbas S. Mauritii de Both, C. E. Vacienſis Canonicus, AA. LL, & Philos. Doctor S. C. & R. A. Maj. Consiliarius, I. Facultatis Philos. Director, & in Gremiali Exc. Consilii R. L. H. Studior. Commissione Ref. Asses.

Digitized by Google

Magiſter Joſephus *Szilássy*, de eadem, S. C. & R. A. Maj. Conſiliarius, & ad I. Tab. Reg. Jud. Protonotarius.

Antonius *Szirmay* de Szirma, S. C. & R. A. Maj. Conſiliarius Aulicus.

Antonius *Takáts*, de Kis Jóka I. Cameralis Adminiſtrationis Marmaticæ Actuarius.

Daniel *Terstyanſzky*, Exc. Cameræ Regiæ Hung. Aulicæ Conſiliarius, una & Regio Cameralis Archivi Director, ac ad Exc. Tabulam Septemviralem in Re Montaniſtica Referens.

Michael *Tertina*, in Academia Regia M. Varadinensi primæ Humanitatis Claſsis Profeſſor.

Michael *Tibólth*, Comitis Ludovict Széchényi Studiorum Præfectus.

Joannes *Vancsay*, Abbas S. Andreæ prope Viſsegrad E. M. Strigon. Canonicus, & Tabulæ Regiæ Judiciariæ Prælatus.

Maximilianus *Verhovecz*, Epiſcopus Zagrabienſis, Abbas B. M. V. de Thopuzka, I. Comitatus de Berzencze Supremus ac perpetuus Comes. S. C. & R. A. Maj. Actualis Intimus Conſiliarius.

Franciſcus *Wagner*, apud L. B. Joſephum Orczy Studiorum Præfectus.

Ignatius *Vorös*, I. Comitatus Temeſienſi Ord. Judex Nobilium.

Joſephus *Zabraczky*, Electus Epiſcopus Veglienſis Præpoſitus S. Petri de Caſtro Agriensi C. E. Agrien. Lector & Canonicus S. C. & R. A. Maj. Conſiliarius.

Andreas *Zachar*, AA. LL. & Philoſophiæ Doctor, Eccleſiæ SS. Trinitatis Tyrnaviæ Præfectus.

Gabriel *Zerdahelyi* de Nyitrazerdahel, Conſecratus Epiſcopus Titopolitanus, Electus Corczolenſis, Abbas B. M. V. de Porofzló, per Diſtrictum Vacienſem Generalis Vicarius Capitularis, Cath. Ecc. Vacienſis Præpoſitus Major, & Canonicus, SS. Theol. Doctor, Protonotarius Apoſt. S. Sedis Conſiſtorialis Præſes, & Cauſarum Auditor Generalis Exc. Tabulæ Septemviralis Aſſeſſor.

David *Zsolnay*, Abbas B. M. V. de Valle Veſprim. C. E. Veſprim, Lector & Canonicus, Protonotarius, Apoſt. Epiſcopi Veſprimien. in Spiritualibus Vicarius, & Cauſarum Auditor Generalis, I. Comitatus Zaladienſis Tab. Jud. Aſſeſſor.

Digitized by Google

PRAEFATIO.

Iterum novum, ſed adhuc incultum Veteris & quæ medio ævo obtinebat, Jurisprudentiæ Hungaricæ, potisſimum practicæ campum ingreſſus, plura in limine præfari debeo, quam oporteret, ſi viam ab aliis jam tritam inire licuiſſet. Id nempe ſentio, quod viatori, dum amplum quodpiam deſertum ingreſſus eſt, evenire ſolet, ut conſpectu ſolitudinis, in qua altum obſervat ſilentium, ſacro quodam horrore percellatur, & cum nullam vocem audit, veſtigia ſaltem hominum, qui ante ibi fuiſſent, ſcrutatur; quem ſi ex improviſo quispiam percontaretur: quid hic agis? perturbaret omnia; priusquam, quod tempori & loco conveniens reponat, ſuccurreret. Eandem ego mihi hunc ſacrum Juſtitiæ lucum, ne ab Initiatis quidem frequentatum, ingreſſus quæſtionem poni poſſe, animo præcipio, ad quam me anticipando, ſed meditate ſimul reſpondere oportet, ut & viris doctis rationes ſtudii mei probem, & illorum deſideriis, qui adhuc erudiri cupiunt, faciam ſatis, illis quidem delectu, his etiam ordine ac perſpicuitate eorum, quæ de Jurisprudentia Hungarorum practica generatim, de Formularia ſpeciatim, de monumentis denique utriusque ac ſubſidiis, quæ illis adferre conabar, dicenda ſeſe offerunt.

Jurisprudentiam practicam intelligo illam, quæ Juris experiundi, reddendique methodum, qualis in Foris obtinebat, adeoque conſuetam adminiſtrandæ juſtitiæ normam complectitur; & *veterem* quidem ætate Stephani Verbőczii, aut regimine Ludovici II; *ævum* autem *ejus medium* Regimine Leopoldi I. definio, quorum utrique nova ordinis Judiciarii Epocha ſucceſſit.

Hactenus plerique exteri juxta, ac domeſtici Stephanum de Werbewcz primum inter Scriptores Jurisprudentiæ Hungaricæ eſſe crediderunt. Ipſe Verbőczius huic opinioni viam præivit, dum profitetur: *rem his regionibus ad hunc usque diem inauditam, & per tot Seculorum lapsus magno cum dedecore, sed majori jactura neglectam* ſemet aggredi, quod quidem ea parte verum eſſe videtur, quod nulla lucubratio in Jurisprudentia Hungarica exſtet, ac ne veſtigium quidem alicujus hactenus detectum ſit, quæ ordine, ac methodo didactica, ubertateque Operi Verbőcziano ſuppar, aut ſaltem ſecunda haberi poſſit. Fuiſſe tamen etiam ante Verbőczium Viros quosdam, quorum alii delata ſibi publico nomine ea provincia, Conſuetudines forenſes conſcribe-

Digitized by Google

rent, teſtantur art. 6. Anni 1498. & art. 10. A. 1500. alios vero ſua ſponte id negotii ſumſiſſe, loquuntur monumenta, quæ adhuc ſuperſunt, & quorum nonnulla e Tenebris, in quibus delitescebant, a nobis protracta jam ſunt, aliorum ſola veſtigia detecta. Miuime tamen mirum videri debet, monumenta Jurisprudentiæ Hungaricæ, potisſimum practicæ Ante-Verbőczianæ pleraque adhuc ignota eſſe, quando pauci illi, qui illuſtrandæ hiſtoriæ Jurisprudentiæ negotium ſibi ſumſiſſe profitentur, ne illos quidem fontes ſincere delibant, qui publici juris jam ſunt, detegendorum latentium adhuc monumentorum, etſi hæc non obſcuris ſe ſe prodant veſtigiis, prorſus incurii, quaſi in via trita deprehendi multum poſſet, quod alii non advertiſſent.

Atque hic ipſe neglectus erat, qui me ad veſtiganda ejusmodi monumenta excitaverat, nec plane nihil ſupereſſe deprehendi, quod ad rem facere poſſe videretur. Nam præter Capituli Varadienſis Regeſtum de ritu explorandæ veritatis per ferrum candens in judiciis uſitato, inter ea, quæ adhuc habemus, vetuſtiſimum, quod licet bis jam vulgatum ſit, ac pene ſingulis §§. notiones veteris Jurisprudentiæ practicæ, alibi fruſtra quærendas, offerat, nondum tamen eam attentionem excitaverat, ut ea parte, qua maxime utile eſſe potuiſſet, æſtimaretur, ac noſtri in Jurisprudentia illud commemorandum cenſerent: præter illud inquam jam alias notum, & præter XXIV. Comitiorum Vetuſtiorum Decreta, hactenus in vulgato Codice deſiderata, atque in Veſtigiis Comitiorum, eorumque Supplementis producta detexi Statuta VII. liberarum Civitatum in Hungaria Partibus IV. abſoluta, quæ ut reor, ad initium Regiminis Sigismundi referenda ſunt, cum Wicleſitarum; nondum autem Huſſitarum in illis occurrat mentio, hactenus non ſolum a nemine producta, ſed ne commemorata quidem, quin imo pro deperditis habita (vide Epigraphen Articulorum Juris Tavernicalis in Corpore I. H.); licet ego eadem in ternis, prorſus diverſis Codicibus MSS., Lad. Telekiano antiquiſſimo in Tranſylvania, altero Bibliothecæ Regiæ Univerſitatis Hung. Peſtini, & tertio Bibliothecæ Czenkienſis, Comitis Franciſci Széchényi utroque recentiore, ſed completiore deprehenderim, ex quibus, neque omnino aliunde adeo luculenter, facies Jurisprudentiæ imprimis criminalis, qualis illa ætate oppido crudelis vigebat, colligi poteſt, & quæ ſive textum ſtatutorum referant, redintegrantur hæc, ſive in ea Commentarium, nam ne id quidem adhuc definire audeo, habemus Auctorem in Jurisprudentia practica Hungariæ Verbőczio integro ſeculo ſuperiorem, & in utroque caſu monumentum ab ætate maximo pretio æſtimandum. Habeo quoque æſtimationes rerum e triplici rurſus exemplari deſumtas, Jankovichiano, quod eſt anni 1467, Eszterházienſi, & Nadasdiano ac Feſtetichiano & Szapariano, inter ſe

Digitized by Google

non minus, quam cum Verbőczianis P. I. Tit. 132 discrepantes, sed a nemine hactenus diligentius expensas. His accensenda sunt terna Monumenta Jurisprudentiæ Formulariæ, quæ præsenti collectione produco, & paulo post pluribus describam, plurima item alia diplomatica partim jam edita, partim adhuc vulganda, omnia primum a me detecta. Neque desunt aliorum, nondum detectorum Vestigia, uti *Legendæ S. Stephani*, quæ olim in Ecclesia Albensi asservabatur, deinde ad Wissegrad translata vel penitus interiit, vel in obscuro latet. Vid. Suppl. ad Vest. Comitior. *Ordinis Juris scripti*, quem jam ætate Ludovici I. exstitisse ex Arte Notariali §. 47. discimus, Decisionum Curialium, quas Magister Adam ad præscriptum art. 6. A. 1498. & forte alii quoque Protonotarii ad sensum art. 10. A. 1500. forte conscripserint. Quod si completior decretorum Comitialium Codex adornaretur, & accuratissimo Indice reali provideretur, si domestica & extranea, privata & publica Tabularia diligentius excuterentur, & latentia monumenta ventigarentur, si denique diplomata vulgarentur, haberemus certe uberrimos fontes, ex quibus Antiquitates Jurisprudentiæ *nostræ* derivari, & primæva, successivaque facies illius luculentissime explicari posset.

Ex his, quæ commemoravi, patet, diversos exstare Jurisprudentiæ fontes, varias proinde esse monumentorum Classes, de quibus non plane supervacua videri posset uberior Commentatio, si eam Præfationis limites admitterent. Principem locum sibi vendicant *Decreta Comitialia*, quæ cum ex primis quatuor seculis Reipublicæ Hungaricæ perpauca in vulgato legum Codice, quod Corpus Juris Hungarici inscribitur, hactenus exstiterint, pluraque primus ego detecta in Vestigiis Comitiorum, eorumque supplementis ediderim, multa tamen adhuc latent, & si quando propitia Minerva postliminio in apricum producerentur, ea ipsa aliunde lucem mutuare debebunt, diuturnis tenebris, in quibus latebant, obscurata. Proximo loco mihi sunt *Mandata Regum generalia* quæ vulgo *Normalia* & *Regulamenta* appellantur, quorum olim copiam fuisse, testatur ipse Verbőczius in exordio suæ Præfationis; de his enim, non de Decretis Comitialibus accipiendum esse censeo, id quod ibidem scribit, *ex cujusque fere Principis, ac Regis nutu & arbitrio novas Constitutiones, novaque Edicta per singulas nedum ætates, sed paucissimorum quoque annorum spatia emanasse.* Similium Edictorum plura ego in Opere citato, præsertim ex ætate Sigismundi Regis produxi, & Carolini mandati vestigium videri potest Artis Notarialis Formularia §. 2. & seqq. His non longe inferiora sunt *Diplomata Judicialia* seu in causis Partium litigantium expedita, quæ plena sunt Jurisprudentiæ practicæ veteris notionibus, & ex quibus & Jus Consuetudinarium per omnes fere Arti-

Digitized by Google

culos deduci, & Decisiones erui possent. *Statuta communia*, & *localia* non Jus duntaxat Municipale, sed etiam commune magnopere illustrant, sine quibus exacta status publici notitia haberi nequit. *Protocolla Jurisdictionalia* sedium, in quibus justitiæ, vel negotiorum publicorum administratio erat, quale est Regestum Varadiense, uberem Jurisprudentiæ materiem suppeditant. *Opera Commissionalia*, vel uti alias apud nos appellari solent, *Elaborata deputationalia*, uti est *Opus Quadripartitum* sub Ferdinando I. & *Opus Commissionis Systematica* sub Carolo VI. aut *Præjudicia Tabularia* seu *Decisiones Curiales* sub Maria Theresia, compilata & congestæ, ad cognitionem Jurisprudentiæ cumprimis practicæ multum conferunt. Habeo & Collectiones *Decisionum* cumprimis *Judiciorum Octavalium* ævi, quod medium appellavi, e vetustioribus Codicibus MSS. exscriptas. Habebam in manibus etiam *Regesta Judicialia* vetustiora, qualia art. 4. A. 1500. commemorantur. Sed hæc omnia publicæ autoritatis charactere insignia, Diplomatica fere sunt, in quibus Jurisprudentia practica nec professa opera, nec systematica methodo pertractatur, cujus duplicis duntaxat generis monumenta ex antiquitate superstant *Ars Notarialis* & *Formularia*. Ars Notarialis e vetere Jurisprudentia omnibus Lucubrationibus Jurisprudentiæ practicæ ætate præstans nuper admodum a me in fragmentis detecta est, quam primo loco hujus Collectionis eo nomine produco. Recentior est, & non multum ab ætate nostra remotus *Tractatus de Arte Notariatus*, qui in MS. Codice Bibliothecæ Regiæ Universitatis Pestini in folio habetur. Ars Notariatus medio ævo tanti habebatur, ut in eam, velut in alias Disciplinas Academicas, Publicæ Lectiones in Universitatibus haberentur, cui patrum nostrorum ætate in Jurisprudentia Praxis Processualis succesit, quemadmodum in Historia veteribus Chronicis Annales. Est vero Ars Notariatus practica Instructio, seu ratio procedendi in tractandis ex officio negotiis, & concinandis super iisdem Instrumentis, duplici proinde constat membro, Regulis, & Formulis. *Formularia*, in quibus Formulæ solennes multiplicium expeditionum conscriptæ sunt, ex antiqua & medii ævi Jurisprudentia Hungarica complura exstant, quemadmodum ex eorum recensione uberius patebit, ut adeo nihil nobis seu fontium, seu subsidiorum ad illustrandam Jurisprudentiam Hungaricam desit, dummodo illis rite uti velimus.

Ut vero tot fontium & subsidiorum congruus usus haberi possit, duo necessaria esse video: alterum, ut similium Monumentorum Collectiones adornentur, ac typis vulgentur, alterum, ut in eas accuratissimi Indices conficiantur. Primum illud non ante fieri potest, quam ubi Jurisprudentiæ domesticæ studium, non mercenarium illud, adeoque mechanicum, sed quod Viros perfectos deceat, plures pervase-

Digitized by Google

rit; paucorum enim usu non redimuntur typothetarum operæ. Alterum, *indices* nimirum, qui cum in plerisque operibus literariis utiles, tum in collectionibus, præsertim Monumentorum non tam familiari lectioni, quam inspectioni, dum consulenda sunt, deservientium prorsus necessarii sunt, ab hoc apparatu minime abesse debent. Ut enim nihil dicam de illis lectoribus, qui non ea perspicaciæ vi pollent, ut omnia proprio Marte eruant, quæ disci ex ejusmodi monumentis possint, & apud quos potior talis thesauri pars inutilis maneret; eruditorum etiam ratio habenda est, qui non nisi ingenti ac tædioso lectionis & collationis labore illa, eruere possunt, quæ unus Indicem conficiendo præstare, totque hominum laboris ac temporis compendium facere potest, non quod lectorum judicio diffideret, sed quia usum majorum Operum, præsertim quorum textus auctoritati solum confirmandæ deservit, faciliorem reddere studet. Id nihilominus vel me tacente periti rerum norunt, vix unum aliquem omnia illa advertere, & exhaurire posse, quæ ex ejusmodi monumentis pro re nata erui possunt, multa proinde ipsi, quibus textum attentius legere, & expendere vacaverit, invenient, quæ in Indice quantacunque diligentia & sagacitate confecto frustra quærerent. Possunt autem Indices esse vel particulares in singulas diversorum Monumentorum Collectiones, utiles quidem, sed nondum absoluti, vel unus universalis, ab Indicis indole magis recedens & Dictionarii forma conscriptus; & istud esset, quod ipse adornare meditabar, & me vix conscribere posse doleo, Lexicon Antiquitatum Jurisprudentiæ Hungaricæ cum hodierna comparatarum, in quo quidquid ad singulos Jurisprudentiæ Articulos in vetustioribus monumentis, & recentioris Juris fontibus occurrit, sub suis nominibus explicatum, cum perpetua ad fontes provocatione ordine alphabetico exponeretur, cujus ope facile deinde seu Commentarii diplomatici in textum legalem Decretorum Comitialium, sive Notæ in obscuriora eorum loca adornari possent, quæ cuncta semper imperfecta, nec ab erroribus immunia erunt, sine hujusmodi apto ac pleno promtuario.

Cum Jurisprudentia Practica potissimum consuetudinibus, hæ vero Consuetudines, quas Stephanus de Verbőcz a se conscriptas Opere Tripartito complexus est, sola ejus fidedignitate, nitantur quippe, qui hoc muneris auctoritate publica, ut ipse profitetur (nam in in Articulis Decretorum nihil ejusmodi occurrit) sibi delatum, egregie profecto executus est, neque pateat, an vetustiores etiam, vel suæ tantum ætatis Consuetudines collegerit, neque ullas pro veritate illarum auctoritates sive legales, sive diplomaticas allegat, atque ideo, & aliis præterea ex rationibus complures ætate nostra viri, de fiducritate earum dubitare coeperint, nihil profecto ad rem accommoda-

Digitized by Google

tius erat, quam si legalia & potisimum diplomatica Consuetudinum vestigia collecta & ad suos titulos reducta fuissent; cujusmodi tamen labor paulo operosior, quam vel dubietates & contradictiones, vel versus & rhythmos in ejusdem Tripartitum, ut sæpius factum est, scribere, viro & juris peritia, & longo diplomatum studio, & multo rerum exercitio consummato obtingere debuisset. Duplicem autem hoc in opere viam iniri posse video: primam nempe esse censeo, si e legibus & Diplomatibus colligerentur casus, in quibus diserte ad veterem consuetudinem provocatur, quales sunt sequentes: S. Stephani Decr. Lib. I. C. VIII. *Grave tibi est hujus cümatis tenere Regnum, nisi imitator* CONSVETUDINIS *ante regnantium exstiteris Regum, id circo* CONSUETUDINES *sequere meas.* S. Ladislai Decr. L. I. C. XXXI. *Latini, qui Ungarorum* CONSUETUDINI LEGITIMAE *consentire noluerint, scilicet, postquam Ungari carnes dimiserint, ipsi iterum in secunda & tertia feria comederint, si se nostræ* CONSUETUDINI MELIORI *non consentire dixerint.* &c. Andreæ II. A. 1222. art. *Mardurinæ juxta* CONSUETUDINEM *a Colomano Rege constitutam solvantur.* Ludovici I. A. 1351. art. 1. *Prælati . . . lite pendente Interdictum in eos ponere, vel contra ipsos Sententiam excommunicationis non posint promulgare,* SICUT HACTENUS USI SUNT, ET CONSUETI. Item: *pro funere hominum per aliquem, vel aliquot interemtorum Archidiaconi* MALA CONSUETUDINE, SICUT USI SUNT, *nullam Marcum exigere valeant.* In Diplomate A. 1336. *Qui propter cusionem falsarum monetarum,* VETUSTA REGNI CONSUETUDINE REQUIRENTE, *ignis incendio combustus est.* Hæc igitur pœna fuit Cusionis falsarum Monetarum, non quidem de lege, sed ex veteri consuetudine: Eadem pœna fuit confectionis falsarum literarum, ut patet e Regesto de Thwrock, non patet vero, ex Trip. P. II. Tit. 14. §. 51. quali mortis genere propter idem crimen punitus sit. Gabriel de Zömlén.

Alia via esset, si ex Diplomatibus colligerentur casus, in quibus ad Consuetudinem quidem non provocatur, patet tamen, quomodo processum, & judicatum sit, uti sequentia exempla illustrant: Demetrius, Petrus & Emericus fratres obtinent ab Alberto A. 1439. donationem super Poss. T. per defectum Pauli ad Sexum duntaxat masculinum, in eaque nemine contradicente statuuntur. Petrus & Emer. eliciunt coram Capitulo Fasionem cum Clausula: Nullum jus, qua mediante Stephanum, & Petrum B. ex reflexione diversarum complacentiarum, sibi per eos exhibitarum, cumprimis autem ob Summæ 340 flor. auri, per eos antea mutuo datæ, relaxationem, in fratres suos adoptando, in hujusmodi fraternalis adoptationis documentum eandem Poss. T. cum Prædio Z. iisdem, ac heredibus primum

Digitized by Google

mum maſculini, his autem deficientibus, etiam feminei ſexus univerſis A. 1447 ita contulerunt, ut illis in utroque ſexu deficientibus, rurſus in ſe, ſuosque Succeſſores devolvantur. Statutioni contradicunt Nic. & Petrus L. qui propterea in Curiam Regiam evocantur, ubi Actores productis pro legitimatione Juris ſui prætactis documentis in poſſeſſorio judicialiter ſtabiliuntur, Incatti vero, velut jure duntaxat vicinitatis contradicentes, ob indebitam hujusmodi eorum contradictionem, in æſtimatione ejusdem Poſſeſſionis convincuntur & aggravantur, Sententia ſine executionis ad Capitulum inviatur. Alter Caſus: Joannes A nominibus etiam reliquorum cointereſſatorum celebrat A. 1466 ſuper Prædiis N. & T. Faſcionem pro Blaſio B. cujus vigore in caſu ſui in utroque ſexu defectus eadem in eundem devolvenda eſſent; interea vero illa A. 1475 in 200 fl. auri inſcribit Præpoſito Paulo, Blaſius A. 1478, movet contra Joan. A, & Præpoſitum Paulum coram Palatino eatenus litem, Joannes fatetur, ſe illa impignoraſſe, Præpoſitus recognoſcit, ſe illa titulo pignoris tenere, ac erga reſtitutionem inveſtitæ Summæ remittere velle declarat, Blaſius replicat, ea ultra communem æſtimationem impignorata haberi, adeoque non niſi communem ipſorum valorem deponere velle, Judex Palatinus decernit æſtimationem illorum per Regios homines coram Teſtimonio Capituli inſtituendam A. 1478. Alter Caſus: In Cauſa Ders contra Jacobum, cum A. 1458. Incattus Juramentum exculpatorium, ſexto ſe ſibi adjudicatum non depoſuerit, coram Comitatu in pœna violatæ libertatis nundinarum, ac Solutione vivi homagii Judicis Oppidani & 60. Denariis pro ſingulis Civium in eodem Oppido degentium domibus præſtanda convictus eſt. — A. 1513. In proceſſu coram Tabula Banali ratione violentiarum in Curia & portione vulnerationis defuncti mariti, & verberationis Actricis Incattus Convictus eſt in 100. Marcis homagialibus, reſtitutione bonorum ablatorum, refuſione illatorum damnorum, & æſtimatione univerſorum bonorum genitoris ipſius, quæ Cauſa erga interpoſitam appellationem in Curiam Regiam transmiſſa eſt. — 1519. Donatio facta per Notam infidelitatis ex interfectione Regii Triceſimatoris contractam. &c.

Hujusmodi Caſus cum magna adjunctorum facti & juris Conſuetudinarii varietate fere innumeri e Diplomatibus erui poſſunt, citra omne juris cujuspiam præjudicium, cum nec perſonæ ſive familiæ, nec Poſſeſſiones nominari debeant, adeoque in eum finem liber uſus Documentorum in quocunque Archivo conſervatorum ſine metu & ſcrupulo concedi poterit. Deberent autem cum omnibus, quæ e Diplomatibus erui poſſunt, ſcitu neceſſariis adjunctis

Digitized by Google

extrahi genuine ipſis diplomatum verbis, quantum fieri poteſt, retentis, deinde ad certa Capita & Articulos, ſive titulos revocari, qui ſimiles ſunt, ordine chronologico collocari, expreſſis alioquin ubique diplomatum, ex quibus extraherentur, annis, ac demum ſyſtematice diſpoſiti Rubricis, nigro accurate reſpondentibus, totum denique Opus Indicibus provideri. Pulcherrime ſane illuſtraretur tota Juris antiqui, & Judiciorum, atque Jurisprudentiæ practicæ facies, & haberemus genuinam Juris Conſuetudinarii notitiam, ex qua velut e ſpeculo appareret, quæ ſucceſſive in uno quoque variatio intervenerit, quomodo leges veterum Decretorum Comitialium in uſum venerint, aut intelligendæ ſint, in quo Verbőczius rectum habuerit, aut a vero aberraverit, cui ſine tali deductione tantum bona fide credere debemus, & ſemper de illa fruſtra diſputabimus. Poſſet autem utrumque genus Conſuetudinum, tam videlicet illæ, quæ pro veteribus diſerte in decretis & Diplomatibus declarantur, quam illæ, quæ e fonte poſteriori deſumerentur, vel diverſis, vel eodem etiam opere comprehendi, eo ſolum diſcrimine, quod priores illi caſus breviores ſint, neque *ſpecies facti*, quam vocant, exponatur, ſed diſerte textu diplomatico affirmetur, eſſe id antiquæ, & approbatæ Conſuetudinis, poſteriores autem *ſpeciem facti* hiſtorice cum omnibus adjunctis deductam requirant, & tacite tantum teſtentur, quo modo in caſu expoſito proceſſum & judicatum ſit, adeoque in ipſa Sententia Deciſionum vices ſubeant.

Methodum, ſive Proceſſum Judicialem, atque adeo Jurisprudentiam Practicam veterem noſſe, non ſolum ad intelligendas leges, ac diplomata, quæ adhuc exſtant, utile, ac neceſſarium eſt, ſed etiam ad rite cognoſcendum Statum Reipublicæ, imo plerosque eventus inter nos recte dijudicandos, & pragmatice explicandos conducit plurimum. Ea rite perſpecta facilius corripi poſſunt, ſi qui in adminiſtranda Juſtitia hodie obſerventur nævi, limites Jurisdictionis Functionariorum publicorum accuratius diſcernuntur & quod recte, aut perperam actum eſt, dignoſcitur; hæc vero tanto gravioris momenti ſunt, quo penitius jam omnibus perſuaſum eſt, juſtitiæ curſum, magnum, ſed occultum, & ſero advertendum influxum habere in Stabilitatem, aut ruinam Rerumpublicarum, quæ ut interno animorum conſenſu ſtabiliuntur, ita diſſenſu, ita diſſenſu, vitioſa juſtitiæ adminiſtratione excitari ſolito, labefactantur. Et tamen pauca eorum, quæ hanc in rem adhuc ſupereſſent, in lucem producta ſunt quæ Directione methodica Kithonichiana vetuſtioris eſſent lucubrationis, ſed his enumerandis locus erit in Subſidiis ad Hiſtoriam Bibliographico-literariam Jurisprudentiæ Hungaricæ, pro quibus non contemnendum apparatum jam collectum habeo, hoc loco tamen commemo-

Digitized by Google

randus videbatur: *Modus & forma procedendi in Sede Archiepiſcopatus Strigonienſis, Judicibus, Syndicis, Fiscali & Notariis ejusdem per Nicolaum Olahum Archiepiſcopum Strigonienſem A.* 1561. *præſcriptus* qui exſtat in Archivo Primatiali.

Sed hæc de Jurisprudentia Hungarica generatim dicta ad præſens propoſitum ſufficiant, nunc ad eam illius partem venio, quæ eſt *Formularia*, hujus loci propria, cui ſubſidia aliqua hacce Collectione adferre imprimis ſtudui. Sunt autem mihi *Formulæ* exempla Styli in expeditionibus Inſtrumentorum omnis generis ſolennibus verbis & uſitatis clauſulis ad memoriam conſervandam, & fidem faciendam concipiendis, de jure vel conſuetudine obſervari ſoliti. *Stylus* eſt ordo ſelectorum verborum ſolennium in Structura expoſitionis voluntatis, facti & juris, Inſtrumento exprimendorum obſervandus. *Clauſulæ* ſunt verba ſolennia, voluntatis & juris vigorem cum cautela determinantia. Collectio Formularum vulgo appellatur *Formularium*, vel *Stylus*, magis autem barbare *Stylionarium.*

Hiſtoria originis Formularum cum Jurisprudentia Practica communis apud nos adhuc in ambigua luce poſita eſt, Paulus Wallaszky eam in Tentamine Hiſt. Lit. ſub Mathia I. Corvino in Hung. §. 7. p. 37. ſequentibus deſcribit:

Ad ætatem Mathiæ non minus, quam anteriora ſpectare videtur tempora, quæ Lud. Vives Lib. VII. de cauſis Corruptarum Artium inquit:

„In Pannonia, quemadmodum accepi, vivebant olim ſine juris „interpretibus, non tamen ſine jure. Nam ſimpliciter, & bona „fide ex antiquis moribus, & paucis quibusdam legibus res ju„dicabant, imo diſſenſiones ſuorum Civium facile componebant, „& quemadmodum de Servio Sulpicio dicit Cicero, tollere „controverſias malebant, quam conſtituere.

Verum enimvero ſub Mathia primo obtutu mutari omnia viſa ſunt; hic enim omnigenarum Diſciplinarum amantiſſimus, rejecto paululum ſimplici Jurisprudentiæ patriæ habitu, neque Jure, Jurisque Conſultis Romanis Regnum carere voluit. Dedit ei occaſionem matrimonium cum Beatrice, in cujus comitatu celebres aliquot Icti Hungariam ſunt ingreſſi. Hi cum ſæpius Rege præſente honorificam legum Juſtiniani mentionem feciſſent, prædicaſſentque, quam profunda ſapientiæ myſteria in iis reperiiſſent, perſuaſerunt ei, ut exercitium illarum in ſuas provincias reciperet. Re conſtituta, vocati ſunt ex Italia eruditiſſimi in his ſcien-

Digitized by Google

tiis Doctores & Professores, quibus non Scholæ tantum, sed & fora concredita.

„Cæperunt illi, *pergit Vives loco laudato*, FORMULAS præscri„bere, quibus esset petendum, quibus respondendum atque ex„cipiendum: dies legitimos notare, Judici quoque aliquid as„signare quod diceret, ne muta esset persona. Brevi tempore, „ubi nullæ prius erant lites, omnia vidisses fervere litibus, contro„versiis, petitionibus, repetitionibus, exceptionibus, comperendina„tionibus, procrastinationibus. Erat prorsus fabula, nisi quod da„mnosissima, cetera festiva imprimis, & ad risum movendum „apta, hominibus utique otiosis, & quibus nihil esset contro„versiæ. Quod malum tantum, & tam subitum, quodque late „invasisset plurimos, quum animadvertissent homines prudentio„res, ad Regem res est delata, qui ea cognita Jureconsultos „illos continuo Regni finibus jussit excedere, & omnia in pri„stinum morem revocari. Sedata est statim tempestas illa, tam„quam se venti posuissent.

Si quid speciosæ huic narrationi veri inest, referri illud debet ad tempora Belæ III. Regis, qui teste Thuroczii Chron. P. II. Cap. 69. primus petitionibus modum præscripsit, quod Bonfinius Dec. II. Lib. VII. sequentibus explicat:

„Cum Reges antehac promiscue, ac immodestius ab hominibus „adirentur, auresque indoctæ multitudini accommodantes, mo„do garrulitatis fastidio, modo loquendi insitia afficerentur, „neque gravitatem pro dignitate servarent, neque distincte ju„dicia enunciarent, hinc factum est, ut *Bela primus petitionum*, „*ac precum* FORMULAS *instituerit* ex Imperatorum, Pontificum„que more, & duos precum Ministros adsciverit, qui quotidia„nas petitiones ei secreto legerent, rescriptaque manu Regia „responsa referrent, unde optimus judiciorum & gratiarum mos „tunc Hungaris introductus.“

Longe alia hæc est Formularum Origo, alio tempore, ab alio Rege, alio successu inductarum, quam Vives & alii referant, quibus omnia domestica monumenta refragantur; diu enim ante Mathiæ I. tempora, in Aula Regia in Curia, in Sedibus Judicialibus & omnibus locis authenticis Formulas solennes viguisse, testantur omnia diplomata, ne illis quidem exceptis, quæ ab ætate Regum stirpis Arpadianæ post irruptionem Tartarorum non infrequentia supersunt, in quibus solennes Clausulæ, singulis Instrumentorum generi-

Digitized by Google

bus propriæ, eodem conſtantique tenore adhiberi ſolitæ occurrunt, & teſtantur, ſtylum, ſi non lege aliqua, ratione tamen neceſſitatis inductum, diuturno uſu fuiſſe jam ſtabilitum. Id ipſum *Ars Notarialis Formularia* quam hic profero, ſub Ludovico I. adeoque integro Seculo ante Mathiam I. conſcripta, ad omne Formularum genus extenſa confirmat, ut adeo Jurisconſulti Romani ſub Mathia I. ſero advocandi fuerint, qui Formulas, quibus eſſet petendum, quibus reſpondendum, *coepiſſent* præſcribere, ipſeque Mathias ſive vocatis, ſive Regni finibus excedere juſſis Jure conſultis Romanis male meriturus fuerit, quam proverbio conſecutus eſt, juſtitiæ famam, vixque auſurus fuiſſe videatur, contra æternum illud Hungarorum poſtulatum, de non conferendis in Regno muneribus hominibus peregrinis, non ſcholas tantum; Fora quoque illis concredere, in quibus, niſi forte Notarii munus, aliud exteris obtigiſſe raro reperio. Formulas ab eo non fuiſſe ſublatas, docent gemina Formularia, quæ ex ætate, & ut videtur, Cancellaria illius produco.

Habuiſſe tamen Stylum ſuas mutationum Epochas frequentiores, quoniam ipſa monumenta teſtantur, nulla conjectura opus eſt deducere. Quemadmodum enim *Proceſſus iſte judiciarius, & uſus proceſſuum, quem in cauſis inchoandis, proſequendis, & terminandis obſervamus, regnante ipſo Domino Carolo Rege, prædicti Ludovici Regis genitore, per eundem ex Galliorum finibus in hoc Regnum inductus fuiſſe perhibetur*, ut refert Verbőczius Op. Trip. P. II. Tit. 6. ita indubium, eodem tempore Stylum cumprimis juridicum mutatum fuiſſe. Sub Sigismundo literis Donationalibus, & aliis grationalibus Diplomatibus hiſtoriæ ſuorum, ac illorum, quibus conceſſa ſunt, Actorum largius, quam antea conſuetum fuerat, inſertæ ſunt, & hoc modo ſtylus mutatus. Ipſe Mathias cum legibus quædam aboleviſſet, quædam nova inſtituiſſet, ſolennibus quibusdam Clauſulis una abolendis, aliis adhibendis occaſionem præbuit.

Hujusmodi Epochæ mutationis Styli plerumque coincidunt cum Epochis converſionum illarum ſedium, quæ expedire ſolent Inſtrumenta. Styli Cameralis notabilis Epocha fuit anno 1531. idem qui erectionis ejusdem Cameræ; Regiminis Hungarici Locumtenentis & Conſiliariorum A. 1528; Tabularum Septemviralis, Regiæ ac diſtrictualium communis A. 1723. omnium autem A. 178.. quo regnante Joſepho II. uſus linguæ latinæ, inducta Germanica in expediendis negotiis currentibus cum Stylo conſueto ceſſavit, & annus 1790. quo reducto in priſtinum ſtatum negotiorum curſu, ſtylus poſtliminio reſumtus eſt, non tamen ſine relictis mutationis veſtigiis. Evenit igitur ſtyli mutatio vel in lingua, vel in Clauſulis, vel in Cerimonialibus,

Digitized by Google

quæ vulgo *Corteſia* vocantur, id autem plerumque poſt ſe trahit, ut poſt converſionem prioris Epochæ multa obſcura evadant, non aliunde illuſtranda melius, quam ex Formulariis præcedentium temporum, quod uſum horum etiam mutata rerum facie permanentem luculente oſtendit. Semper autem exempla docent, ſeu recte, ſeu perperam actorum.

Originem & mutationem ſtyli & Clauſularum ſolennium diligentius veſtigandi haud inanis eſt induſtria. Notum eſt Jurisperitis, apud nos in Inſtrumentis diverſas occurrere Clauſulas, quæ jura, eorumque vigorem & qualitatem unice determinant, & vel adhibitæ proſunt, vel neglectæ nocent. Quædam earum expreſsis legibus non tam inductæ, quam regulatæ, vel etiam abolitæ ſunt. Clauſula Donationalium *de manibus Regiis* diſerta lege abolita eſt; Clauſulæ: *Cum nos & dicitur nobis* diverſum longe vigorem iisdem conciliant, Clauſula: *Nullum jus* Faſhioni perennali totam vim tribuit. Ita pleræque Clauſulæ Conſuetudini, paucæ legibus Originem & vim legalem debent, ſed non omnes omnibus epochis eandem Inſtrumentis efficaciam tribuunt; & tamen mirandum, vel potius dolendum eſt, inter tot Jurisprudentiæ ſectatores, quibus compus iſte quotidie offert meſſem, raro gratum aliquem reperiri, qui ei ſincerius excolendo impendat operam.

Ad originem, uſumque Formularum ſolennium recte cognoſcendum pertinet inprimis notitia Fororum, ſeu Sedium non ſolum Judicialium, ſed etiam aliarum omnium, in quibus ſolennes literariorum Inſtrumentorum expeditiones fieri conſueverunt, & a quibus adeo formulæ hæ potiſſimum proveniunt; veluti ſunt Regia Cancellaria, Curia, Conſilium, Locumtenentiale, Sedes Judiciaria; quæ omnia in Articulis Decretorum ita indiſcriminatim commemorantur, ut ſæpe definiri nequeat, quod illorum in ſpecie, ab aliis diſtinctum, intelligendum ſit. Judicia item generalia, Palatinalia, Octavalia, Brevia, Antiquitatum ſtudioſis tantum adhuc utcunque cognita; Judices Ordinarii Regni, eorumque Vices gerentes; Solennizatio in feſto S. Stephani Regis, Albæ quotannis olim habita; Congregationes generales, particulares, & Sedes Judiciariæ Comitatuum; Judicia Tavernicalia, Civitatum, & Sedium Dominalium; Judicia item delegata, arbitrativa, & compromiſſa, eccleſiaſtica & ſecularia; Capitula Cathedralia & Collegiata, Conventus, Monaſteria & univerſim loca credibilia & authentica; Cancellarii, Vice-Cancellarii, Comites Capellæ Regiæ, Secretarii, Notarii, Conſervatores ſtyli & Sigillorum, Homines Regii, aut Palatinales, Banales, Perſonæ Capitulares & Conventuales pro teſtimonio fidedignæ, aliæque multiplices ad Corpus diplo-

Digitized by Google

maticum concurrentes; denique ſtyli varietas, mutatio & fata, Formularum origo, Auctores & varietas, Clauſularum legalis neceſſitas & efficacia, atque in his omnibus aut conſtans, aut variata conſuetudo, ritus & uſus. Sed cum horum omnium, & complurium aliarum affinium materiarum plenior hiſtorica & juridica pertractatio ad Inſtitutiones Diplomaticæ particularis Hungariæ pertineat, neque me vel otium, vel anguſti Præfationis limites ad eorum uberiorem deductionem latius excurrere patiantur, pauca, quæ jam dictis additurus ſum, lectores, qui hoc ſtudiorum genus primum auſpicantur, non item jam eruditi ſibi proponi putent.

Primis ſtatim inductæ Regiæ dignitatis in Hungaria temporibus officia Palatina, Cancellarios, Vice-Cancellarios, Judices Curiæ, Comites, Conſiliarios, Secretarios, Notarios, Aulæ Regi Familiares, adeoque Cancellariam, Curiam, Conſilium, Sedem Judiciariam Regiæ Majeſtatis, & plura, quæ jam exoleverunt Inſtituta, Munera & Officia inducta fuiſſe, & paucæ, quæ ſuperſunt, leges, primorum Regum, & omnia diplomatica non minus, quam hiſtorica monumenta teſtantur. Omnes Regni Comitatus, Diſtrictus, Civitates, quorum origo Regiæ dignitati coæva eſt, omnes perſonas, omnia negotia ſua habuiſſe Fora, ſuas ſedes, Capitula, Conventus, Monaſteria, ſuam habuiſſe fideidignitatem, innumeræ omnium omnis generis, quæ illis competebant, expeditiones ſolennium Inſtrumentorum condocent. Jam A. 1001. florentis Dominici Vice-Cancellarii nomen in Diplomate S. Stephani exprimitur, A. 1055. Nicolaus Epiſcopus Notarius Curiæ Regis 1106. Nicolaus Sigillator Regis. 1148. Barnabas Notarius 1156. Idem Notarius Regius Canonicus Albenſis & 1161. Cancellarius. 1165 Vincentius Notarius 1175. Adrianus Notarius. 1331. Stephanus Notarius Regius ſpecialis 1334. Elias & Kazmerius Notarii 1347. Magiſter Stephanus ſpecialis Notarius ſigilli annularis Regii, indubie ſecularis, cum heredes illius commemorentur. 1357. Michael filius Georgii ſpecialis annularis Regii Sigilli Notarius, Comesque Camerarum Regalium de Lyppa, & ſalium Tranſylv. 1561. Wilhelmus Epiſcopus Quinque Eccleſienſis, Comes Capellæ, & Secretarius Regius. Eodem A. 1361. Laurentius Protonotarius Magiſtri Thavernicorum Regalium. 1372. Michael filius Stephani quondam Conſervatoris Sigilli Regii annularis, & eodem 1372. Gallus. Notarius Emerici Vayvodæ. 1446. Nicolaus Secretarius Nicolai de Wylak 1460. Laurentius Notarius Peſtienſis. 1463. Benedictus de Kezy condam Protonotarius Judicatus Curiæ Regiæ 1468. Paulus de Jaurino Styli Palatinalis Notarius. 1474 Andreas de Thorda Protonotarius Regius 1475. Clemens Thapan de Harazth Palatinalis Protonotarius. 1483 & 1496. Joannes Korothnay Palatinalis Protonotarius 1490. Pe-

Digitized by Google

trus de Gwdowcz Protonotarius Banalis. 1496. Georgius Zathmary Præpositus S. Nicolai de Alba Secretarius Regius 1506. Sabathiel de Thorda Cancellariæ Regiæ Notarius. 1510. Franciscus Præpositus Transylvanienſis & Secretarius Regius. 1523. Petrus de Ibran Minoris Cancellariæ Regiæ Juratus Notarius. 1427. Bernardus Baxay Protonotarius 1553. Joannes Liſthius Secretarius & Styli Conſervator, deinde A. 1576. Epiſcopus Jaurinenſis & Cancellarius Regius. Hujusmodi hominum, Stylo & expeditionibus præpoſitorum per omnem Regiminis Hungarici ætatem longiſsima ſeries e Diplomatibus deduci poſſet, ſi profeſſa opera eorum hiſtoria texenda eſſet, nec pauca in diverſis MSS. nominatim Antonii Szirmay deducta occurrunt. Atque iſti ſunt Auctores & Styli, & Formularum diplomaticarum realium.

Inter omnes tamen maximam attentionem hoc loco meretur *Notarius, & Conſervator Styli.* Notarii nomine in Cancellaria Regia ea forte perſona deſignabatur, quæ hodie magis barbara voce *Concipiſta* appellatur. Styli Conſervatorem eundem fuiſſe ſuſpicor, qui apud nos *Expeditor*, aut *Regeſtrator* vocatur, quorum ille ad Cameram Hungarico-Aulicam, iſte ad Conſilium Regium Locumtenentiale una Sigilli Regii Conſervatores ſunt. Patet inde ſaltem, penes Cancellariam Regiam peculiarem Librum conſervatum fuiſſe, in quo diverſarum, ibidem uſitatarum Expeditionum Formulæ inſcriptæ habebantur, ad quas deinde occurrentes Expeditiones, mutatis perſonis, objectis & expoſitione adaptabantur, quive Stylus vocabatur, a cujus cuſtodia Expeditor vel Regeſtrator Styli Conſervator appellabatur. Atque hinc origo Formulariorum, quorum adhuc multi Codices ſuperſunt, veroſimili conjectura repetenda eſſe videtur. Notarii nimirum ſtyli, & alii, quibus Inſtrumentorum expeditiones incumbebant, priusquam ea Partibus impetrantibus extradarent, ſi ab aliis antea expeditis diverſa erant, in *librum* quempiam, quales *Copiales* vocant, retentis, aut exmisſis perſonarum & locorum nominibus, vel meritoriis expoſitionibus deſcripſerint, ut illis in ſimili caſu, ſi recurreret, pro Formula uti poſſint. Præteritis Seculis ipſos Cancellarios, aut Conſiliarios, qui ſimilia negotia Regibus referebant, & ſi forte non in forma ſtyli perfecta concepiſſe diſcimus e Clauſulis: *Ad Relationem* T. vel: *Referente* T. vel, prout in Protocollo Expeditionum Regiminis Hungarici ab A. 1549 occurrit: *Opus Domini* T. in capite, vel ad Calcem poni ſolitis, quibus indicantur illi, qui Inſtrumentum in ſtylum redegiſſent, non obſtante, quod etiam Clauſula: *Ad Relationem DD. Regnicolarum*, occurrat. Ipſa familiariſsima Donationalium Clauſula: *Quas in formam Privilegii redigi faciemus, dum nobis in ſpecie fuerint reportatæ* vel *relatæ*, indicat, aliam fuiſſe Reſolutionem, aliam legalem Privilegiorum formam. Ejusmodi Libri deinde

Digitized by Google

in Cancellaria, & aliis Foris, ac Sedibus expedientibus ad manus asservabantur, & uti dictum est, Stylus vocabantur, ut si Instrumentum quodpiam iterum in simili casu, sive materia expediendum esset, Formula inde desumeretur, & adaptaretur, atque ita uniformitas quædam Styli in uno quoque genere observaretur, quam omnino in Instrumentis hodiedum videmus. Hanc esse Formulariorum, quæ supersunt genesim, docet etiam Stylus Cancellariæ Mathiæ Regis, quem ista Collectione exhibeo, & quam in usum faciendarum inde expeditionum pro Formulario in ejus Cancellaria fuisse asservatum, verisimiliter observavit Samuel Székely prout in ejus recensione adnotavi. Confirmant id etiam recentiora Exempla Codicis Formularum a Francisco Bachy cæpti, & ab aliis Secretariis Regiis continuati in Bibliotheca Episcopi Agriensis, alterius item per Joannem Listhium Secretarium Regium & Styli conservatorem A. 1553. conscripti, in Bibliotheca Aug. Vindobonensi, & illius, quem etiam sub Ferdinando I. Rege, & Nic. Olaho Cancellario Benedictus Zercheky (cujus brevis vitæ descriptio, inde desumta, inter Script. Rer. Hung. min. T. I. n. XXV. p. 154. inserta est) compilaverat, in Bibliotheca Jos Cardinalis de Batthyan asservatorum, aliorumque, uti e recensione eorumdem mox subjicienda apparebit.

Videretur quidem opinioni huic id cum quadam verisimilitudine objici posse, hujusmodi Styli in Cancellaria Regia vel conscribendi, vel asservandi nullam fuisse necessitatem, cum in eadem omnes expeditiones *Libris Regiis* per extensum inscriptas fuisse certum sit, ad quos Expedientes Styli Secretarii pro Formulis inde desumendis facile recurrere potuerint. Verum nihil istud omnino obstat, quia Libri Regii in singulos annos accumulabantur, in magnam molem excrescebant, eadem materia in illis frequenter occurrebat, ac deinde in Regestratura, vel Archivo, olim autem probabiliter in domo Tavernicali reponebantur & asservabantur, ex quibus authenticæ Transumtorum Expeditiones fiebant, quorum itaque, tum propter expeditionum, sive Instrumentorum in illis multitudinem, tum quod diligentius custodiri debebant, quam ut singulis diebus revolverentur, ac ita velut gravioris molis vehementer attererentur, tum denique, quod ad manus Notariorum Styli asservati non fuerint, usus tam facilis esse non poterat, quemadmodum Formularium in uno duntaxat minoris molis facile tractabili codice consistentium, in quibus pro singulis diversis materiis singulas Formulas descriptas habere suffecerat. Accedit, quod hujusmodi Styli Codices in Cancellaria Regia conscriptos & asservatos fuisse, ut præmissum est, historice constet, quorum plures hodiedum exstant, & ipsa muneris *Notarii Styli*, *Conservatoris Styli* denominatio id aperte indicet. De aliarum Sedium, Instrumenta

***

solennia expedientium Stylo & Formulariis idem & analogia, & historica exempla, quæ in recensu recentiorum diversi Styli codicum videri possunt, tenendum suadent.

Ex his igitur patet, Formularia, sive Stylum inter Acta Cancellariæ, ubi peculiaris persona Conservator Styli habebatur ejus custodiæ præfectus, non postremo loco habita fuisse, qualia in aliis quoque Sedibus, indubie penes Notarios, in Curia vero Regia hodiedum apud Protonotarios, penes eorum Expeditores asservantur, quorum quisque proprias, Expeditionibus suis deservientes Formulas & Clausulas eisdem inscriptas habet.

Altioris indaginis est illa gemina quæstio, an ejusmodi Formularia principio privata alicujus Cancellarii, Secretarii, Notarii vel Styli Conservatoris industria, vel altiori quapiam auctoritate conscripta fuerint, & an illa, quæ Styli Conservatores custodiebant, ad classem Librorum Regiorum referri, & ex illis authentica Transsumta expediri potuerint. Quoad primum, quoniam quæstio historica est, nihil definiri potest. Cum tamen id non fine auctoritate, quæ utique in expeditionibus maxima est, Cancellariorum factum sit, codices autem Listhianum & Zerchekianum Olaho Cancellario inscriptos, & quasi dedicatos esse, sciamus vetustiores etiam Quinque Ecclesiensem Cancellariæ Mathiæ Regis, & Bachyanum qui exstant, in specie pro usu publico inter Acta Cancellariæ conservatos fuisse, cum præterea munus Conservatoris Styli peculiare, atque publicum ibidem fuerit, satis omnino hæc publicam auctoritatem ejusmodi codicibus Styli concilianti. Hinc etiam in quantum diplomata realia, cum expressione nominum, personarum, locorum ac dati temporum continent, existimo eos ad classem Librorum Regiorum referri, aut saltem defectum illorum supplere posse; & si manifeste pateat, illos ipsos originales in specie esse, qui in Cancellaria pro usu expeditionum asservabantur, illisque similia Instrumenta integra (qualia multa occurrunt) propria alicujus Secretarii Regii in actuali functione tunc constituti manu inscripta fuisse agnoscatur, in defectu Librorum Regiorum, qui ante Ferdinandum I. omnino magnus est, aut originalis Instrumenti, posse ejusmodi Styli Codices velut Protocolla per fidedignas alioquin personas conscripta, & primævo jure in Regestratura, vel Archivo Cancellariæ conservata considerari, & ex illis Transsumta in forma probante, in illis minimum casibus, ubi originalia in specie exhiberi non debent, coram foro valitura, authentica expediri, licet subinde per Cancellarios, Secretarios, & alios, inde ultro promotos, uti conservandorum similium scriptorum incuria nota est, secum ablati, in manus & locum privatum delati fuissent.

Digitized by Google

Sed ut hæc ipſa rite intelligantur, diverſitas Formularum, ac Formulariorum paucis expendenda eſt. Sunt nimirum Formulæ aliæ diſertæ ex præſcripto conceptæ, uti Formula Confirmationis Privilegiorum ſub novis ſigillis Sigismundi Regis, quæ in Corpore Juris Hungarici refertur; & aliorum quoque Regum, qui certis de cauſis vigorem quorundam Privilegiorum antea emanatorum revocarunt, niſi noviter confirmarentur. Aliæ Formulæ uſu introductæ ſunt; & iſtarum quidem alias *reales*, alias *ideales* mihi appellare liceat. Formulæ reales ſunt omnes, quæ uti præmiſſum eſt, ex expeditionibus deſumtæ, & Formulariis, ſive Stylo inſertæ fuerant. Iſtud autem duplici modo factum fuiſſe, ex iis, quos recenſebo, codicibus colligitur; in quibusdam enim & perſonarum, & locorum nomina, & expoſitiones hiſtoricæ, & ipſa data retenta ſunt, & iſtæ Formulæ ſunt, vera Diplomata, ſeu integra Inſtrumenta; in aliis autem quædam, aut pleraque horum exmiſſa ſunt, adeoque ad veram Formularum indolem redactæ quidem, ſed tamen reale quiddam hiſtoricum, quod plerumque facile obſervari poteſt, retinent, & pro Fragmentis diplomatum haberi poſſunt. Et vel hinc luculentiſſime patet, quantum Formulæ reales ad Diplomaticam, Jurisprudentiam, & Hiſtoriam faciant, quantove harum diſciplinarum detrimento hactenus neglectæ ſint, ex quibus defectus Librorum Regiorum, & aliorum diplomaticorum monumentorum, quem ſive ſtrages eorum, quam iniquis bellorum temporibus pauciora evaſerunt, ſive raritas, quam religioſa Archivorum cuſtodia efficit, quodammodo ſuppleri poterit.

Formulæ ideales ſunt, quas Auctores earum privati e proprio ingenio efformarunt. Hujusmodi Formulæ, qua veſtutiores, eo majoris ſunt auctoritatis, quia docent uſum ætatis ſuæ, cum notum ſit, veteres in obſervandis ritibus & conſuetudinibus ſuis nobis longe religiosiores fuiſſe. Recentiores, niſi pateat auctorem probe noſſe, ac etiam obſervaſſe clauſulas in ſingulo diplomatum genere neceſſarias, imitantem facile inducerent in periculum, expeditiones adornandi, quæ Partibus in foro contradictorio maximum parerent detrimentum; caute itaque illis imprimis utendum eſt, quas homines praxi & uſu non ſatis exercitati magis ad Grammaticæ regulas, quam ad exigentiam conſuetudinis quamcunque ſpecioſo puræ latinitatis Stylo effinxiſſent.

Major eſt Formularum diverſitas a Sedibus, in quibus Solennas Inſtrumentorum expeditiones olim fiebant, & hodie quoque adhuc fiunt, petita, uti ſunt Cancellaria & Curia Regia, Fora minora, Loca credibilia e quibus vel juridica, vel politica Inſtrumenta diplomatica emanare ſolent, quæve omnes ſuum proprium Stylum, ſuas

Digitized by Google

familiares habent clauſulas. Sed maximam varietatem tam diplomatum, quam Formularum pariunt res & negotia, in quibus expediuntur, ac Styli, ſucceſſivis temporibus mutatio, quam ad certas claſſes revocare, ac percenſendo exhaurire, longi, ac tædiosi quidem, ſed utilis inſtitutionibus diplomaticæ ſpecialis, laboris eſſet locus.

Jurisprudentiæ Formulariæ, ac univerſim Styli diplomatici ſtudium, cujus utilitas pridem agnita jam eſt, exempla non minus, quam rationes commendant oppido graves. *Barnabæ Briſſonii de Formulis & Solennibus Populi Romani verbis Libri VIII.* Pariſiis A. 1583. in folio & ſæpius recusi e veteribus monumentis, & Claſſicorum Auctorum Operibus magno ſtudio antiquario eruti, Jurisconſultis non minus, quam Philologis notiſſimi ſunt, *Stephanus Baluzius* poſt complurium eruditorum Virorum curas recollegit: *Marculphi Monachi Formulas Sollenes - Appendicem Marculphi. Formulas Sirmondicas* a Sirmondo, *Formulas Bignonianas* a Bignono, *Formulas Lindenbrogii* a Lindenbrogio primum editas, *Novam Collectionem Formularum - Formulas Promotionum Epiſcopalium, & Formulas Exorcismorum & Excommunicationum*, easque communi Eruditorum approbatione inter Capitularia Regum Francorum recentius Venetiis A. 1773 recuſa Volumina II. a pag. 251. ultra 441. iterum vulgavit, quarum auctoritate complura in jure maximi momenti capita, quæ ex omnibus aliis antiquitatis monumentis non poterant definiri, decisa ſunt, & quibus quamquam ætate impares, fæcunditate tamen nihilo inferiores noſtræ ſunt. Efficiunt nimirum Formulæ notabilem & diplomaticæ, & Jurisprudentiæ partem, utraque autem harum diſciplinarum inter illas, quibus vinculum Societatis civilis continetur principem locum tenent, quod vel una ſolenni clauſula neglecta, vel non ſatis caute adhibita diſſolvi poſſe, experientia docuit. Faciunt Formulæ permultum ad illuſtrandas leges, ad rectam adminiſtrandæ juſtitiæ methodum, ad æſtimandos mutuos Civium contractus, ad obligationes & jura eorum definienda, ad negotia publica, privataque gubernanda, ſtatusque Reipublicæ penitiorem cognitionem, quæ omnia neglecto Formularum ſtudio, ea parte, qua his illuſtrantur, obſcura manere neceſſe eſt.

Videtur quidem obiici poſſe, Formulas pro imperitis ſolum conſcriptas, vel potius effictas nihil rei continere, quæ ad illuſtrandam Jurisprudentiam, aut Hiſtoriam faceret, poſſe hanc in rem utilius ex ipſis diplomatibus, præſertim Juridicis confici Formularium, aut iſtud quoque ſupervacuum videri, ſi diplomatarium univerſale vulgaretur. Verum Rem Formulariam melius omnino ſe habere, jam ex illis, quæ præmiſſa ſunt, luculente patet. Imprimis plurimas Formulas

Digitized by Google

ipſa eſſe diplomata, non aſſerui duntaxat, ſed etiam evicisſe puto. Illæ porro Formulæ, quas ideales appellavi, uti ſunt in Arte Notariali hic expoſitæ, complures e diplomatibus & ipſæ abſtractæ, vel certe ex indole conſuetudinum, praxi ejus ætatis conceptæ, id ipſum legitimo teſtimonio docent, quod tum re ipſa in Foris obtinebat, multiplicis autem notitiæ feraces eſſe, ſi cui eas attentius expendere habuerit, facile quisque experimento diſcet. Nihil tamen Formularum Solennium apud nos utilitatem luculentius evincit, quam ætas earum non ſolum Tripartito Werbõczii Opere, ſed plerisque etiam legibus, quæ adhuc ſuperant, prior, ex quibus proinde legum antiquiorum defectus utcunque ſuppleri & facies Jurisprudentiæ practicæ plus quam quatuor primorum ſeculorum, aliunde fere ignota, quadamtenus explicari poteſt.

Meditabar ego ipſe Formularium diplomaticum reale, e veris, & ſelectis Diplomatibus ſolenniter aliquando expeditis, & ſyſtematice diſpoſitis ita adornare, ut omnis generis monumenta diplomatica, *politica non minus*, quam Juridica, ad certas claſſes & capita, cum omnibus diviſionibus ac ſubdiviſionibus pro varietate tam Sedium expedientium, quam objectorum, ipſarumque clauſularum revocata, ſub ſingulis definitis Rubricis ex omni Epocha, qua in hoc, illove Inſtrumentorum genere Styli quædam interveniſſet mutatio, ex qualibet Sede expediente unum minimum Diploma, collocarem (v.g. *Mandatum Statutorium Regis*, item *Palatini* &c.) obſervata ubique accuratiſſime Inſtrumentorum chronologia. Quod opus haud ſcio, an alii facilius, quam mihi, penes hanc Diplomatum abundantiam, & plura obtinendi felicitatem ſucceſſurum eſſet, haberetque gens noſtra aliquid, quo vix ulla alia hactenus gloriari poteſt. Verum quidquid hac ætate mea jam declinante, in tali otii facultatumque, & alieni auxilii defectu unus aliquis moliatur, plus ſemper intra limites piorum deſideriorum, quam in opere ipſo poſteris relinquet.

Ego igitur de monumentis Antiquitatum Jurisprudentiæ Hungaricæ, potiſſimum Practicæ, de recentioribus Formulis realibus, de Copia Diplomatum, quæ hanc in rem deſervire, & haberi poſſunt, poſteros monuiſſe contentus, Formulas Solennes Styli, quas bona fata obtulerunt, (non ipſa Diplomata), & quidem Verbõczii Opere Tripartito antiquiores, velut privatam olim induſtriam, præſenti collectione vulgare conſtitui; minime tamen ea opinione, quaſi nihil reliqui facturus ſim, ſed quod in diverſis ſeverioris literaturæ domeſticæ partibus agere ſoleo, ut viſis quæ produco ſpeciminibus, alii, quibus in Bibliothecis, vel Archivis reconditioribus aliquid latens

Digitized by Google

nondum cognitum detegendi occasio esset, ad quam forte neque animum advertissent, attentiores redditi, singulari industria monumenta ad jura privata non pertinentia, & ideo neglecta expendant, & seu ipsi in lucem protrahant, sive aliis, in tali studiorum genere defudantibus suppeditent; fiet ita, ut pluribus veteribus Formularibus detectis, ac in lucem productis, hic, quem nunc edo Collectionis Formularum sollennium Tomus I. evadat.

Sed nolim complures Lectorum ab usu hujus thesauri, sive Styli duritie, sive sterilitatis specie deterreri. Stylus quidem seculi sui habitum utcunque præfert, sæpe tamen ita cultus est, ut etiam eos ævi medii Scriptores, qui ei ornando professa opera studuerunt, vel adæquet, vel etiam superet, semper autem talis sit, qualis esse debuit, nimirum diplomaticus. Licet autem Opus antiquarium sit, Bibliothecis, & viris eruditis, iisque, qui ad penetralia Diplomaticæ, ac Jurisprudentiæ Hungaricæ non proletario more tendunt, imprimis destinatum, severum, & quod attentionem cum judicio in omnibus clausulis depoſcat, si cui rerum, notionumque thesauros, quos complectitur, eruere, inque usum convertere subeat, argutæ narrationis ac leporum omnino expers, potest tamen ex eo vulgus etiam lectorum in rem suam aliquid colligere; quemadmodum e lectione Dramatum, Tabellarum Romanensium & aliorum Poematum, licet multa involuta innuant potius, quam eloquantur, illi etiam eruduntur, ipsique sibi monita abstrahunt, qui Artis Poeticæ imperiti sunt; quorum judicium, nescio cur in his, quæ ad Jura singulorum, ad rem familiarem propius pertinent, deficiat.

Recentiora, quæ post Verbőczium conscripta sunt Formularia aliorum arbitrio & industriæ relinquo, ut tamen copiam, & varietatem eorum, quæ vel mihi innotuerunt, exhiberem, visum est singulos codices, quos ad manus habui recensere, & Formularum Rubricas, quales singulis præfixas reperissem, proferre, paucis duntaxat expositionibus, potissimum historicis, adjectis. Spero fore, ut hac quoque industria lectorum gratiam demerear, & ad Institutiones Diplomaticæ specialis Hungariæ non contemnendum adferam subsidium. Exhibet enim hæc ipsa Rubricarum recensio ingentem monumentorum diplomaticorum varietatem, quæ rerum domesticarum studiosis magno usui erit, non solum propter Styli Formulas, qui, licet mutatus jam sit, ad rectum tamen Documentorum litterariorum in Foro contradictorio usum notus esse debet; sed etiam propter Repertorium multorum monumentorum Diplomatico-Historicorum, ex quibus multa discuntur, aliunde vix cognoscenda, uti vetustæ diversorum Diplo-

Digitized by Google

matum appellationes, jura diverſa & ſimilia. Certe neſcio unde ſciri poſſit, niſi ex his fontibus, qualia ſint Inſtrumenta ſub titulis: *Cum juſti-Arenga* & ſimilia; vel, unde ſecus diſcas, ſales, qui olim in ſortem ſalarii publicis Functionariis dabantur, non fuiſſe licitum vendere, niſi ex Codice Formularii Lautsekiano ſub N. 39. relatam Rubricam legas: *Ut Petrus Vayvoda Sales pro Salario acceptos libere vendere poſſit*; unde aperte colligas, eos ſine annuentia Regia vendi non potuiſſe. Haudquaquam igitur hæc Rubricarum recenſio ſterilitatis, cujus ſpeciem primo fugitivo conſpectu præferre videtur, ex vero insimulanda eſt.

Codices MSS. ſæpe præter principem, quam continent materiam complectuntur alia quoque, ad eam nulla ratione pertinentia, uti pene in omnibus Codicibus Decretorum Comitialium deprehendi, quorum permultos manibus verſavi, ac omnes peculiari opuſculo recenſui. Idem in Codicibus Formulariis quibusdam obſervavi, & cumprimis in Codice Thomæ de Nyrkálló, in quo inter Formulas heterogenea, velut lolium inter probæ notæ Sementem, quaſi per otioſitatem frequenter ſparſa ſunt, ſatis quidem nonnulla hiulca & absona, cum tamen antiquitate ſemet commendent, & ſubinde ex occaſione uſui eſſe poſſint, retinenda eſſe in Codicis recenſione putavi, iis duntaxat prætermiſſis, quæ hiſtorica initio Tomi II. Scriptorum minorum ex eo jam vulgavi; Formulas tamen tam hujus, quam alterius Codicis, Stylum Curiæ Mathiæ Regis complectentis omnes retinui, etſi non ignoro, complures eorum per Kollerum, Batthyanium, Katona & alios Diplomatum loco ſparſim editas eſſe, cum hic ſuum proprium locum, velut ad integritatem Collectionis pertinentes poſtulaverint. Minuta fere trium Codicum, quos edo, deſcriptione lectorum patientiam offendi nollem, cum apud nos rara fortuna ſit, vetuſtiores de rebus Hungaricis Codices nancifci, & ex eorum deſcriptione juniores ſaltem aliquid diſcere poſſint. De aliis Codicibus, quos recenſeo duntaxat, velut recentioribus, præter eorum argumenta nihil, quod monerem habui. Poſtremus Molnarianus eleganti charactere diligentiſſime conſcriptus, ſola ætate aliis cedit, multitudine & varietate Formularum, quarum permultæ reales ſunt, & ad ſuas Claſſes accurate revocatæ, omnibus antecellit.

Dum Artem Notarialem in eadem quidem Bibliotheca Cæſarea Vindobonenſi, in diverſis tamen claſſibus MSSorum diſcerptam duplici Codice, hactenus a nemine obſervatam me detexiſſe, atque Stylum Cancellariæ Mathiæ Regis, & Formulas Thomæ de Nyrkálló, utrumque Codicem in Autographo e Bibliotheca Quinque Eccleſienſi

Digitized by Google

Budam mihi submissum profiteor; dum porro tot recentiorum Codicum MSS. quos fere omnes in manibus habui, Formulas accurate recenseo, vel me tacente Lectores, meam, non solum in detegendis, verum etiam obtinendis raris ejusmodi monumentis singularem, & paucis concessam felicitatem agnoscent.

Budae in Grammatophylacio meo die 15. Januarii 1799.

M. G. Kovachich m. p.

Codices

Digitized by Google

CODICES MANUSCRIPTI

QUORUM

FORMULAE HIC REFERUNTUR.

TRIA duntaxat hoc Collectionis Tomo produco Formularum Solennium vetuſta Monumenta. Primo loco ſe ſe offert: *Ars Notarialis Formularia*; altero: *Stylus Cancellariæ Mathiæ Regis*; tertio: *Thomæ de Nyrkálló Stylus Curiæ Mathiæ Regis.* De ſingulis pauca, quæ ſcire juvat ſubjiciam, ubi ſingulorum Codices, in quibus adhuc ſuperſunt, & ex quibus illa deſumſi, indicavero, ac deſcripſero.

I.

ARS NOTARIALIS FORMULARIA SUB LUDOVICO I. REGE HUNGARIAE CONSCRIPTA.

Latebat in Aug. Bibliotheca Cæſ. Vindobonenſi in Claſſe Theologicorum Codd. MSS. numero DCI. cum aliis fragmentis compacta folio 104 — 139. forma 4. Conflat ibi tribus Ternionibus, quorum ſinguli folia 12. continent. Primus Ternio incipit a vocibus: *Regio & noſtro hominibus*, & in fine habet cuſtodem, ſeu ſequentis Ternionis initialia verba: *Juxta quam partem.* Secundus Ternio incipit a vocibus: *Item: alia forma ad membrum*, & in fine habet pro cuſtode voces: *Sarticarum armorum.* Tertius denique incipit a vocibus: *Item: Forma ſuper facto depoſitionis* & in fine refert cuſtodem pro initio ſequentis Ternionis: *Item alia Forma ad membrum.*

Detexi ego iſtum Codicem indicio recenſionis, quam illuſtris Vir *Michael Denis* Bibliothecæ ſuæ P. pag. ſub titulo: inſeruit, nec difficulter impetravi, ut aſſignato mihi in ipſa Bibliotheca loco manu mea æſtate Anni 1796. totum exſcriberem, facile tamen adverti, eſſe duntaxat fragmentum juſti Operis. Domum itaque redux conſului Adverſaria mea, quæ olim in eadem Bibliotheca de Rebus Hungaricis notaſſem, & reperi Epigraphen: *Ad Hungariæ Regni uſum variæ Formulæ Juris experiundi, & reddendi Claſſ. Jur. Civil. Lat. N.* 235. Perſcripſi id e veſtigio Amico I. C. Engel, petens, ut quid rei ſubeſſet, ipſe coram videret, qui cum priorem illum Codicem mecum exploratum probe noſſet, reſpondit, ejusdem Operis & Codicis, imo & manus aliud eſſe fragmentum itidem tribus Ternionibus conſtans. Præſtolandum igitur erat, dum abſenti occaſio ſeſe of-

Digitized by Google

ferret, qua & illum Codicem describerem, neque diu exspectatione ardens voti compos evasi. Posterior itaque ille Codex, tribus duntaxat his Ternionibus, nulli alteri Opusculo conjunctis, imo ipsis ab invicem dissolutis constat, quorum primus incipit a vocibus: *Juxta quam partem est sciendum* & in fine habet Custodem: *Item: alia Forma: Nos B. Gardianus.* Secundus incipit a vocibus: *Item alia Forma: Nos B. Gardianus* nimirum ab iis, quæ pro Custodia in fine præcedentis Ternionis positæ erant, & in fine habet pro custode voces: *Nec etium res,* sed in hoc Ternione folium secundum, & penultimum desideratur. Tertius demum incipit a vocibus: *Quindenas diei suæ reversionis* in fine autem habet pro Custodia voces: *Status & conditionis.*

Jam si utriusque Codicis Terniones combinentur, præcedens Ternio primum Ternionem Codicis prioris efficiens desideratur, post hunc tamen, qui adest, immediate sequitur Codicis posterioris Ternio primus, & post illum ejusdem Codicis Ternio secundus, post hunc autem qui indicio custodis ejusdem sequi deberet, desideratur, prout & ille, qui præcedere deberet Codicis prioris Ternionem tertium, post quem immediate sequitur ejusdem Codicis prioris Ternio secundus, sed qui hunc sequebatur, deest, si cuti & Ternionem tertium Codicis posterioris præcedens & sequens. Desiderantur nempe Terniones quorum initiales voces esse deberent: 1. *Sarticarum armorum.* 2. *Nec etiam res,* 3. *Status & conditionis.* Item, qui pro Custodibus in fine haberent voces: 1. *Regio, & nostro hominibus.* 2. *Item: Forma super facto depositionis.* 3. *Quindenas diei suæ reversionis,* adeoque si materiæ ubertas & provocationum ad præcedentia & sequentia consideretur frequentia, minimum sex Terniones, id est, si plus non, certe dimidium totius operis deesti, etiamsi ponantur inter deperditos Terniones tales fuisse, qui & initiales & finales voces hic desideratas continebant. Codex ipse, uti jam pro uno haberi potest, seu omnes sex, qui supersunt Terniones eadem manu omnes scripti sunt exeunte Seculo XIV. prout ipse Denis l. c. eundem ad ætatem Sigismundi Regis refert, charactere minuto, denso & frequentissimis contractionibus impedito quam causam fuisse puto, quod eum nullus hactenus ea, quam omnino meretur, attentione dignatus sit; voces tamen initiales aliquot passim literis majusculis exaratæ sunt. Non esse autem Autographum, frequentes quæ occurrunt describentis aberrationes satis indicant, imo loca quædam, ubi de autore sermo est, manifestissime docent, hoc apographum Exemplar subinde interpolatum esse. Charta Codicis refert pro signo Libram Stateram. Tantum de Codice, nunc ad rem.

Opus hoc in duplici Codice latens sub duplici, uti vidimus titulo arbitrarie delecto indicatum, a nemine hactenus diligentius observatum est, quod Formulæ universim steriles esse viderentur.

Digitized by Google

Apud me duplici ex Capite magnam attentionem excitavit, methodo nimirum & ætate ejus considerata. Methodum si expendam, qua pertractanda objecta tam ordinate disponit, tam accurate dividit, N. 31. tam exacte exequitur, N. 30. 31. toties ad Prolegomena, ad præmissa provocat, N. 43. 56. 31. ad sequentia inviat, prudenti Notario, quomodo Formulæ applicandæ sint innuit, §. 9. 23. 24. 33. 41. 43. 45. 50. 52. studentes N. 43. & Auditores commemorat; Grammaticales Institutiones Opus appellat cum deinde Apographi descriptor hic, atque ibi lectorem monet, quid Autor voluerit. Si deinde adjuncta testentur, opus esse paulo post medium Seculi XIV. adeoque regnante Ludovico I. in Hungaria, indubie a Sacerdote, ut videtur e Diœcesi Agriensi oriundo, aut saltem ejusdem clerico concinnatum, si ex Historia literaria constet, ea ætate, & longe jam antea in artem Notariatus publicas Prælectiones in Universitatibus Scientiarum haberi solitas fuisse, si denique ex eadem Historia recordemur a Ludovico I. circa idem tempus Quinque-Ecclesiis Studium Generale introductum & fundatum fuisse, non possumus his conjecturis non eo adduci, ut suspicemur Opus hoc in usum publicarum Prælectionum in eo generali studio ab Autore, quisquis demum ille fuerit, conscriptum, hoc autem, quod ex eo supereſt Apographum, a quopiam ejus Auditore suos in usus exceptum, aut potius descriptum fuisse; quæ conjecturæ, si opus integrum supereſſet, longe sane propius ad historicam veritatem adduci possent, sed quantam cunque ego ejus integritatis curam adhibui, frustranea fuerat, ipsaque spe illius procurandæ pene dejectus sum, postquam erga impensas, quas eidem perscripsi preces, doctissimus juxta, & humanissimus Denisius dd. 19. Aug. A. 1798 respondit: *Nulli sane labori peperci in excutiendis cum Indicibus tum ipsis Codicibus nostris, e quibus spes quædam adfulgebat, Artis illius Notarialis disjecta membra reperiendi, sed nempe incassum, ut adeo statuere debeam, jam eorum tempore, qui Codices in eum modum, quo sunt hodie, confarcinavere nihil plus ex illis Formularibus superfuisse . . . . Quare pro mea in Te Vir Cl. & Inclytam Nationem Tuam observantia vehementer doleo, eruditis disquisitionibus Tuis nihil adminiculi a Palatina nostra accedere posse.* Si, quod nunc conjectura solum capimus, liquido conficeretur, esse hoc Monumentum e Studio illo Quinque Ecclesienſi, ex quo nullum aliud supereſt, præsertim si suæ posset integritati restitui, pronum est existimare, quanti nobis futurum esset, vel hoc solo nomine, pretii. Longe tamen istud exauget, ejusdem, vel sic, uti hoc in fragmento supereſt, vetustas, cum legislationis Hungaricæ, quæ adhuc in Codice legum habuimus, Monumentis comparata. Hinc inferatur §. ultimus de ætate Operis, qui incipit: *Refero autem* &c. Si Libros Decretorum Stephani I. Ladislai & Colomani, de quibus ne id quidem adhuc liquido constat, imo non temere dubitatur, an sua in integritate, eodemque, quo scripti erant, contextu, an in periphrasi solum hodie superſint, ac deinde Andreæ II. Bullam auream, quam in Comitiis editam fuisse, nondum sat firmis argumentis pro-

Digitized by Google

bare poſſumus, & paucos, quos huic a ſe confirmatæ Articulos Ludovicus I. addidit, excipiamus, nihil plus legum in Corpore Juris Hungarici occurrit, quod cum hac Arte Notariali, antiquitatis nomine in contentionem venire poſſit. Ea vero legislationis monumenta, & ipſa ad forum juris civilis nimium ſterilia, quam pauca ſint, pro ætate trium & medii, aut potius quatuor ſeculorum, & unius luſtri (nam in Corpore Juris Hungarici inde a Ludovico usque ad Annum 1405. nihil omnino legum occurrit) quam latos hiatus relinquant, cum tamen & Rempublicam in juſtum ordinem redactam, pleraque Inſtituta jam habuiſſe, & Juris, ac juſtitiæ curſum in Foris habuiſſe legitimum, e diplomatibus colligitur, nullus non videt. Atque hunc notitiæ veteris Jurisprudentiæ defectum, qui e paucitate legum, quæ ſupererant, reſultat, ex iſta Arte Notariatus, non uno id Capite ſuppliere quadamtenus & methodum quoque proceſſus in adminiſtranda juſtitia tunc temporis obſervati, ea etiam in parte diſcere poſſumus, qua ex omnibus, quæ adhuc novimus, diplomaticis monumentis, nondum tam clare eluceſcebat (*a*); ut adeo ad commendationem Fragmenti, quod profero, ad legitimationem curæ, quam eadem vulgando impendi, vix aliquid amplius adferendum eſſe videatur, neque dubitem eos adhortari, quibus Chartophylacia luſtrandi occaſio erit, ut Operi huic redintegrando, ſive in aliud quodpiam exemplar offenſuri, ſive fragmenta, quæ adhuc deſiderantur, ejusdem apographi uspiam detecturi, ſagaciter advigilent, eaque typis ab interitu vindicent, ut aliquando Commentariis diplomaticis illuſtratum veteris Jurisprudentiæ genuinam imaginem exhibeat.

Refero autem Opus hoc ad medium Seculi XIV. ſeu Regimen Ludovici I. tum quod pleræque Formulæ ex eadem ætate proferantur, tum quod idem omnia ejus adjuncta indicent. Poſt ætatem Caroli conſcriptum eſſe, patet luculenter ex N. 2. Circa Annum autem 1350. ex §. 15. uti ſubjecta ſub afteriſco obſervatio indicat. Occurrit quidem §. 19. & 53. manifeſtis elementis exſcriptus annus 1452, ſed hunc oſcitantia ſcribæ in apographum irrepſiſſe & annum 1352. reſcribendum eſſe, tum fundamento in obſervatione ſub afteriſco ad §. 19. expreſſo, tum ex §. 15. ubi ad annum jubilæi proxime futuri, qui poſt annum 1452. ſero futurus erat, provocatur, tum etiam ex eo conficitur, quod ætas Ludovico I. poſterior in toto quod producitur fragmento nullo penitus adjuncto innuatur. Hæc, & res ipſa legitimabunt titulum, quem ipſe Operi præfixi.

(*a*) Certe Caroli I. Regis Statutum, quo methodus exactionis Birſagiorum præſcripta fuit hactenus penitus ignotum ex §. 2. & ſeqq. Judicium duelli fere nominetenus tantum notum ex §§. 12. ſeqq. & per multa alia nullis monumentis hactenus illuſtrata ex iſto clariſſime diſcimus. Ordinem Juris ſcripti jam tum exſtitiſſe, contra Werböczium ex §. 47.

Digitized by Google

II.

STYLUS CANCELLARIAE MATHIAE I. REGIS.

Ex Codice MS. Bibliothecæ publicæ Episcopi & Capituli Quinque Ecclesiensis desumtus, quem Comes Paulus Lad. Eszterhazy Præsul inde Budam transmissum benevole mecum communicavit. Erat is antea, undecunque illum idem pro sua sedulitate nactus fuerit, Samuelis Székely de Doba, qui hinc inde quasdam observationes & Summaria non inepta manu sua margini potissimum inscripsit, quas ego majori ex parte retinui, & quarum ea præcipuam attentionem meretur, quam ad §. 173. subjecit his verbis: *vel ex hinc apparet, librum hunc in usum Cancellariæ Regiæ fuisse conscriptum, cum super eadem materia diversæ Expeditionum Formulæ, seu Stylus reperiantur in eo.* Existimat igitur ille, Codicem hunc ipsum illum originarium esse, qui penes Notarium, Secretarium & Conservatorem Styli habebatur, & ex quo Expeditionum Formulæ concinnabantur; quod quidem vero quam proxime simile est, adducto tamen argumento evinci non potest, quoniam, uti ex recensione recentiorum Stylionariorum, quorum Rubricas mox proferam, patet, in plerisque super eadem materia diversæ expeditionum Formulæ reperiuntur, sed quorum tamen nonnullos, Codices re ipsa simili usui deserviisse, uti Joannis & Seb. Listhii, & Bened. Zercheky certum est. Majus opinioni Székelyianæ pondus accedit ex forma Codicis amplos margines referentis & nitido, quo exaratus est charactere, cui simillimum esse memini illum, quo scriptus est Codex Epistolaris Mathiæ Corvini in Bibliotheca Viczaiana Hedervarienli asservatus, a me attentissime lustratus. Scriptum quidem esse post annum 1464. patet ex Formula §. 98. occurrente, quo tamen præcise anno, definiri non potest, adjuncta plura id solum suadent, ut posterioribus Mathiæ regiminis annis scriptum esse credam.

Est autem forma folii per Terniones conscriptus. Primo Ternioni foliorum 18. inscriptus est Stylus Wladislai II. Regis charactere ita dicto juridico, qualis initio Seculi XVI. cumprimis in indorsationibus usitatus erat impedito, & oculis tædium adferente; an tamen, ut videtur, fragmentum sit, vel integrum Stylionarium, certo definiri non potest. Rubricas Formularum, quæ pleræque realia Diplomata sunt, recensco inter Codices recentiorum Formulariorum, cum non sint Ante-Verböczianæ, licet eidem coævæ Tripartito autem illius superiores.

Sequitur Stylus Mathiæ Regis sex Ternionibus inscriptus fere totus eadem manu & charactere terso, probe legibili & æquabili, quibusdam tamen locis non tam manus, quam calamus alter, & celerior, uti pag. 28. 29. 31. 38. 39. 60. 61. 64. 87. 88. 105. & 106. diversa vero, antiqua tamen & coæva manu marginibus quædam inscripta sunt penes §§. 1. 11. 71. 72. 75. 90. 91. & 128.

Digitized by Google

Ternio I. in quo Stylus Cancellariæ Mathiæ Regis incipit, conſtat foliis 12. integer eſt, nec uspiam textus interrumpitur, niſi in fine §. 37. poſt vocem *nusquam* ubi continuatio Formulæ, quæ initio ſequentis Ternionis fuerat, & reliqua deſunt. Ternio II. initio & fine aperte mancus eſt, quod & inſolitus hic 8. tantum foliorum numerus, & textus in priore Ternione abrupti defectus, & Concluſio Formulæ, in primo, quod ex illo ſupereſt folio, incipiens: *Præfati* T. manca indicant; in fine item Formula §. 65. in voce: *in gratiam* abrupta eſt. An tamen initio & fine illius unum, vel utrobique duo folia deſint, definire non poſſum, cum & in Codicibus MSS. & veteribus librorum editionibus jam per Duerniones, jam per Terniones, quaterniones quinterniones &c. folia inſerta occurrant, neque ſtabilis hac in re uſus obſervatus ſit. Ternio III. foliorum 12. integer eſſe videtur. Ternio IV. licet Quinternio tantum, 10 foliis conſtans, evidenter integer eſt, cum & initio illius, & in medio, & in fine textus in ſequentibus paginis continuetur. Ternio V. ſtatim primo folio in Formula §. 139. cum voce finali abrumpitur, & videtur unum folium, ſeu ſecundum deeſſe. Folium ejusdem tertium diverſa ab illa, qua totus ſtylus antiqua tamen manuſcriptum eſt a §. 140 itidem initio manco usque ad §. 142. finales voces: *Domino Thomæ* ubi iterum folium ejusdem Ternionis quartum deſideratur, in quo initium §. 143. ſcriptum erat. Reliqua ſequentia 8. folia hujus Ternionis ita ſe excipiunt, ut nec textus uspiam interrumpatur, nec ullum intermedium deeſſe videatur, usque ad finalia §. 159. verba: *in Dominium ejusdem* ubi textus hujus Formulæ abruptus eſt, ſequens autem folium, quod tertio præcedenti hujus Ternionis reſpondere deberet, eidem appapatum, habet quidem itidem geminas Formulas, alteram ſub Epigraphe: *Supplicatio per defectum Seminis*; alteram: *Novum Judicium cum reſtatutione*, ſed utramque alia, longe recentiori manu inſcriptam, & ad Ferdinandum I. relatam, adeoque in hocce Codice peregrinam. Ultimum hujus Ternionis folium, quod in §. 160. incipit, reſpondet primo ejusdem, & re vera ultimum eſt, quia §. 161. textus, cujus in fine ejusdem pag. 6. vocem: *inquireremus* ſtatim ſequuntur initio ſequentis Ternionis voces: quid admirandæ unde ſuapte ſequitur, folium penultimum hujus Ternionis, quod initiali ſecundo correſpondere deberet, deeſſe, conſequenter in hoc Ternione quatuor propria folia deſiderari, quorum duo ſimpliciter depertita ſunt, duo aliena manu ſcripta, & fors inſerta. Ternio VI. ſeu in textu hujus Styli ultimus, licet 10. duntaxat foliis conſtet, integer tamen, & absque foliorum defectu aut textus abruptione ſupereſt; nam id, quod §. 180. in fine illius abrumpitur, in ſequenti Ternione, qui cum reliquis, & in Codicis integritate plures fuerunt, jam nunc in eo deſideratur, ſcriptum fuerit.

His igitur obſervationibus combinatis certum evadit: 1. Codicem initio probabiliter, in fine autem evidenter mancum eſſe. 2. In medio

Digitized by Google

ejusdem sex tantum folia, aut si ejecta ex Ternione V. aliena manu scripta folia secundum & penultimum hiatum explerent, quatuor duntaxat deesse, adeoque Monumentum hoc, fragmentum duntaxat ex integro opere superesse.

Hæc tamen Codicis mancitas non est nupera, sed omnino antiqua & a prima ejus ætate non longe remota; compactura enim membtana, uncialibus literis conscripta extus vestita facile initium Seculi XVI. vel superat, vel saltem adæquat, & tamen Codex nulla sui parte, si aliquot folia vacua ultimi Ternionis excisa excipias, truncatus hiat, sed ita plenus est, uti initio colligatus erat. Folia quatuor, vel ad summum sex, quæ locis intermediis deesse præmisi; videntur antequam Codex ita, ut est, compingeretur, deperdita fuisse, cum in aliquibus locis intus, ubi complicata & conluta sunt, plicæ ex charta occurrant, quæ Codici jam compacto inseri non poterant.

Stylum Mathiæ Regis excipit Ternio foliorum 10. cui Joannis Regis Præceptoriæ, dein Capituli Agriensis Compositionales, tandem Articuli Novizolienses Anni 1542. per 19. pagg. inscripti sunt manibus quidem coævis, plures tamen ab edito textu variantes, sed mendosas lectiones referentes. Ternio hic licet 10. duntaxat foliorum, evidenter tamen integer est, unde patet, non omnes Terniones 12 foliorum fuisse, adeoque illos, qui pauciora, dummodo pari numero, continent, non continuo pro mancis habendos esse. Ternio alter itidem foliorum decem, cujus septem posteriora folia vacua, & alba sunt. Post hunc sequitur iterum Ternio 10. foliorum, quæ omnia vacua, cujus e medio unum, & postremi Ternionis omnia folia excisa sunt.

In quibusdam paginis styli Mathiæ Regis majora vacua spatia chartæ relicta sunt, ut pag. 28. 29. 31. 52. 54. 57. 59. 61. 103.

Quibusdam Formulis nulla Epigraphe, seu Rubrica præfixa est uti videri potest in illis, ubi desunt veteres alioquin diverso typo expressæ.

Quædam Formulæ mancæ relictæ sunt, nullo ceteroquin hiatu foliorum in Codice existente, uti §. 59. 90. 94. 125. 126. 127.

Jam de charta, in qua Codex scriptus est, aliquid dicendum restat. Ea, in qua ipse stylus Cancellariæ Mathiæ Regis scriptus est, refert pro Insigni bilancem circulo diametri 1/2 pollicis circiter, plerumque inclusam, qualis & illa est p. 87. cui §§. 140 — 142. diversa manu inscripti sunt. Ea contra, in qua stylus Wladislai II. initio Codicis, & Articuli Novizolienses versus finem ejusdem inscripti sunt, uti & quæ hos immediate excipit alba, Anchoram cum duplici Unco Libræ Stateræ haud multum dissimilem, ejusdem plane diametri Circulo, ad eundem prorsus modum inclusam refert; cæterum densitate, crassitie, candore, lineamen-

Digitized by Google

tis & aliis proprietatibus ab altera nihil differt, ut adeo totam non solum ejusdem ætatis, sed forte ejusdem etiam fabricæ fuisse statuere liceat, atque inde id legitime inferre, quod Codex ea ipsa ætate, qua scriptus est, deperditis aliquot Ternionibus eorumque loco insertis albis compactus fuerit, cui Albæ postea sub Wladislao II. ejus stylus, in fine autem sub Joanne & Ferdinando pauca illa, quæ ibi leguntur, barbara manus inscripsit.

De Formulis nihil habeo, quod addam præter id, quod res ipsa loquitur, Codicem a pluribus manu versatum, ac etiam expilatum esse indicant voces initio Formularum margini recenti manu inscriptæ: *exscribendum* vel: *exscriptum* quarum complures etiam editæ sunt. Alioquin Codicem pluribus notum commemorat Batthyanius Ep. Transylv. LL. Eccl. T. I. p. 603. Inter MSS. Kaprinayana serie sub Lit. B. T. XVIII. permulta ex eo descripta habentur. Non est, cur alios, qui ejus mentionem in editis a se Operibus faciunt, commemorem.

III.

CODEX MS. BIBLIOTHECAE EPISCOPALIS QUINQUE ECCLESIENSIS IN 4to CONTINENS THOMAE DE NYRKALLO STYLUM CURIAE SUB MATHIA I. REGE.

Constat paginis 538. solidis Tabulis ligneis Corio rubro, sed jam præ vetustate nigrescente obductus. Continet potissimum Formulas Juridicas, adeoque proprie stylus Curiæ inscribendus esset, cum tamen complurium Expeditionum non ad Curiam, sed ad Cancellariam pertinentium Formulas referat, ideo fors in exordio ipsius Codicis, ut mox videbimus stylus Cancellariæ vocatur. Habet autem complura heterogenea, unde inferri potest, Codicem non pro publico usu Cancellariæ vel Curiæ Regiæ, sed pro privata notitia conscriptum esse. Initio statim in pagina tabulæ appapata sequentia veteri manu inscripta sunt.

Bernardus. Tempore felici multi reperiuntur Amici
Dum fortuna perit, nullus amicus erit.

Discere sit carum quamvis primo sit amarum,
Clerici armati fatui sunt & non literati
Pro quibus armis sæpe carebunt membris.

Volentes ducunt, nolentes fidera trahunt.

Nota: Anno D. M. C. XLII. sanctum Corpus beati Ladislai Regis canonizatum est.

Bernardus.

Digitized by Google

Bernardus: Veniet dies illa, in qua plus valebunt pura corda, quam aſuta verba, & conſcientia bona, quam marſupia plena.

Aurum vileſcit, dum in ſimo ſæpe quieſcit
Sic homo vileſcit, qui ſine labore ſeneſcit.

Polex Vincenturus de Hermofrogito:

Dum mater me genitrix gravida geſtaret in alvo
Quid pareret ſertur conſuluiſſe Deos.
Mas eſt Febus ait, Mars femina, Junoque neutrum,
Cumque forem natus Hermofrogitus eram,
Quærenti letum Juno ſic ait, occidet armis
Mars Cruce, Phæbus aquis, ſors quæque rata fuit
Arbor obumbrat aquas, aſcendo cecidit enſis
Quem tuleram caſu, labor & ipſe ſuper.
Pes hæſit ramis caput occidit amne tulique
Femina, mas, neutrum flumina, tela, crucem.

Folio primo, quod initio indubie vacuum fuit ad tegendum reliquum Codicis Corpus, æque vetuſta manus ſequentia quaſi otioſe inſcripſit:

Solis eſt Dominicus.
Lunæ eſt feria ſecunda.
Martis eſt feria tertia.
Mercurii eſt feria quarta
Jovis eſt feria quinta
Veneris eſt feria ſexta
Saturni eſt Sabatum
} Dies in Literis.

Ariſtoteles: Nam ſine doctrina vita hominis eſt quaſi mortis imago.
Seneca: Mulier id ſolum poteſt tacere, quod neſcit.

Forma meretricis laqueus eſt Diaboli.

Philoſophus quidam: Nulla eſt tam bona uxor, in qua non invenias quod conqueraris.
Alter Philoſophus: Caveas te ab ea, quæ dormit in ſinu tuo, & Cuſtodi clauſtra oris tui:
Philoſophus quidam: Mulier plena ſcelerum maritum habet liberum, magis amat ſtultiterum.

Non eſt caput ſupra ſerpentis, nec fraus ſupra fraudem mulieris.
Auctoritas Salomonis:
Filius ſapiens lætificat patrem, filius vero ſtultus mæſtitia eſt matris.
Meliora ſunt vulnera diligentis, quam dulcia oſcula odientis.
Femina eſt forma decipiens, continuum bellum, dulce venenum, inexpugnabile caſtrum, mors manifeſta.
In fine prioris paginæ ſequens notitia inſcripta eſt.

Digitized by Google

Vera ſupellex Nicolai Horvath Mladoſſewitz. M. p.
Anno Domini 1606.

In altera pagina ejusdem folii tantum ſequentia vetere manu inſcripta ſunt.

Virgilius de ebrietate & venere dicit:
Nec Veneris nec tu vini tenearis amore.
Qui tacet feretro non veniet huc retro.

Reliqua manu Samuelis Székely conſcripta ſunt, ſed majori parte leguntur Inſignibus Georgii Klimo æri inciſis & huic paginæ appæpatis.

Si *Jo* ponatur & *han* jungatur
Et *nes* aſſociatur quis ſcripſit ita vocatur
Sorte ſuper norum ſcriptor libri potiatur
Morte malignorum raptor libri moriatur.

pag. 30. *poſt. Nr.* 40.
Epitaphium ſuper exeiſione Urbis Waradien.
Dor: Febru: factis ſuccumbit plebs pia Thurcis.
Editum inter SS. Min. T. II.
Peccatum populi plangit clades Waradini.

pag. 70. *poſt Nr.* 75.
Non elevetur obſecro mens tua in ſuperbiam propter victoriam quam habes, & etiam ſi operatus fueris, quæ operati ſunt Dii tot mira, & manus tuas usque ad coelos extenderis, ſemper recordare noviſſima; quia fatalis eſt gloria, non enim data eſt ſoli Imperatori, ſed cui eam fatorum providentia contulerit. Intuere me, & vide qualis fui heſterna die, & qualis ſum hodie, quia miſerime humiliatus ſum usque in pulverem, quia fui Dominus fere totius Orbis terræ & nunc me ipſum in poteſtate non habeo.

Fuit enim Alexander ſtatura brevis, lætis oculis, cervice longa, illuſtribus genis ad gratiam rubeſcentibus, reliquis vero membris corporis ſui non ſine quadam Majeſtate decorus, Victor omnium, a nullo autem Armis ſed veneno eſt victus proditoris, fuerunt autem anni vitæ illius XXXIII. Octodecimo vero Anno vitæ ſuæ cepit bella committere, & ſeptem annis pugnavit fortiter, & octo Annis quievit, vivens in lætitia & jucunditate. Subjugavitque ſibi XXVIII. Gentes barbarorum. Natus autem fuit Alexander XV. die menſis Decembris, decurſa autem ætate & geſtorum mirabili, defunctus eſt ſecundo die menſis ejusdem, ille mirabilis Alexander, fabricavitque nomini ſuo XII. Civitates, in diverſis Regnis, atque provinciis, quæ inhabitantur, & Alexandria usque in hodiernum diem appellatur.

REGULA JURIS.

Quod enim ſemel placuit, ulterius diſplicere non poterit:

Digitized by Google

Merth mith eghzer megh zerzettel és the tewled el vetettél
Ha igazath akarz tenned thewbzer nem kell hozzád venned.

pag. 95. poſt Nr. 105.

Plenitudo temporis venite exultemus
Licet ramos arborum calvari videamus.
Quamvis proptuaria plena non habemus
Venite omnes Socii fortiter bibamus.
Et ſi nummis careas jubeas taxillum
Fortiter in tabula girare fac illum.
Et ſi ſors dederit quod tu vincas illum
Lætus & intrepidus curras ad ducillum
Divagorum ordo dicam vobis Jura
Quorum ordo nobilis dulcis eſt natura
Quos bene oblectat pingnis aſſatura
Et quos bene delectat vini potatura
Vidi mane bibulum vicinis querentem
Ut leonis catulum valde rugientem
Quid eſt quod non video aliquem bibentem
Vinum facit hominem valde ſapientem
Igitur ad poculum mane conſurgamus
Usque ad crepusculum fortiter bibamus
Donec parietibus lumen videamus
Et proſtratis manibus lectum capiamus
Ordo noſter prohibet matutinas ire
Sunt quædam fantasmata quæ inſurgunt mane
Unde nobis veniunt viſiones vanæ
Si quis tunc ſurrexerit non eſt mentis ſanæ
Forſan noſtra hoſpita inter Margaritas
Et apertis oſtiis clamat unde ſitis
Hic non eſt triſtitia fames neque ſitis
Sed æternum gaudium quare non venitis.
Noſtra docet regula valde manifeſte
Nullum inter ſocios uti duppla veſte
In ſola comiſia tu ſedes modeſte
Et habebunt homines te valde honeſte
Et ſi numpmis careas hoc eſt veniale
Pone quitquid habeas immemoriale
Tunicam camiſiam ſi quid habes tale
Nam pincerna conſumit nec non ſemorale
Venite ergo Socii intremus thabernam
Quam ego nullo tempore ſprevi neque ſpernam
Donec Sanctos Angelos venientes cernam

b 2

Digitized by Google

Cantantes pro bibulis requiem æternam
Meum eſt propoſitum in thaberna mori
Ubi potus non deeſt ſitienti ori
Ubi ſonant cytharæ reſonantque chori
Deus ſis propitius michi potatori.

pag. 103. *poſt Nr.* 109.
Qui non conſueſcit virtutes dum juveneſcit
Neſcit diſcedere a vitiis quando ſeneſcit.

pag. 214. *poſt Nr.* 222.
Epithaphium Magnifici Johannis de Hunyad
Regni Hungariæ Gubernatoris Editum inter SS. Min. T. II.

pag. 238. *poſt Nr.* 239. *in Schedula.*
Quatuor iſta timor odium dilectio cenſus
Sæpe ſolent hominum rectos pervertere ſenſus.

— homines — tali ligno — ſtipula ludentem.
Vidi populum ſub populo populantem.

Bernard. Melius eſt malorum odium quam conſortium. Seneca & *Ambroſius dicunt.* Plures occidit gula, quam gladius hic morte culpæ & in futuro morte gehennæ.

Gyalog wth, arta via. hythember ſtolidus. gyengén tartottam delicate nutrivi. Jelenthyk wala innuebant.

Mert én ydegen földen neveléſem meg hozwla
quia incolatus meus prolongatus eſt.
el kyrik rola. diſuadet. Azt yelenthy repræſentat.

rennuit — noluit. Kerengew Atrium. clamitant, — frequenter clamant. In libro dyalogorum Ketthen zerzeth Könywęben.

Dum noſtra burſa ſonat ſuaſa michi mentem donat Conſors — Scius ejusdem Sortis. bewſéges liberalitas. Commercium valtság awagh valami árwtétel.

pag. 262. *poſt Nr.* 255.

Item pueritia usque IX. annos durát, per quam intelliguntur quatuordecim proprietates, quæ debent eſſe in homine, qui ſtatuendus eſt juxta Chriſtum.

Prima, quia puer paucis eſt contentus: & in hoc eſt ſobrietas.
Secunda, quia puer ſedet in pulvere: & in hoc eſt humilitas.
Tertia, quia non ſentit motus carnis, & in hoc eſt Caſtitas.
Quarta, quia libenter dat de pane ſuo, & in hoc eſt liberalitas.
Quinta, quia parentibus ſtatim obedit: & in hoc eſt vera obedientia.
Sexta, quia pueri ſe mutuo diligunt, & in hoc eſt Karitas.

Digitized by Google

Septima, quia non confidit in se sed in parentibus, ad quos omnes clamores reportat, & in hoc est confidentia in Deo & Constantia.

Octava, quia non est sollicitus de aliquo, & in hoc est vera spes in Deo.

Nona, quia verax est, & in hoc est veritas, quæ omnem falsitatem & mendacium excludit.

Decima, quia cito placatur, & pro minimo, & in hoc est benignitas.

Undecima, quia homines personatos expavescit, & in hoc est verecundia & reverentia.

Duodecima, quia non pudet mendicare panem, & in hoc est recognitio propriæ paupertatis & fragilitatis.

Tredecima, quia simplex est, & in hoc est simplicitas & innocentia.

Quartadecima, quia hilaris est, & in hoc est hilaritas gratiæ, ideoque nisi conversi fueritis, & efficiamini &c.

pag. 268. *post Nr.* 280.

Conpatimur vobis, & pio condolemus affectu intelligentes amaritudinis calicem, quem vobis induxit transitus unici nati vestri, verum cum multa sit vobis afflictionis materia, non oportet ut plus vestræ conturbationis expressio addiciat. Sed recurratis ad illum, qui est pater miserorum & Deus totius consolationis, qui mentes erigit sospitate, nec patitur fideles suos supra posse temptari. Memento quæso quod Rex & Propheta David filium amarissime flevit ægrotatum, sed mortuum non ploravit, quia hac conditione mundum ingreditur, ut egrediatur propter hoc studium currerunt præteriti, præsentes transeunt, transcurruntque futuri, ab hac nulla defenditur ætas, nullaque progenies est immunis. Quapropter humiliamini sub virga Domini, quia manus ejus tetigit nos, & correctionis hujusmodi cujus quarumcunque patienter feratis quam & si Dominus vos afflixerit, idem tamen ut pater misericors multæ consolationis remedia conferre valebit.

Cum amaræ mortis imperium nullus hospes præsentis vitæ valeat evitare, & homo sit corruptibilis & mortalis debetis si placet vestram tristitiam moderari, quam concepistis in vestra mente de vestri fratris obitu, Deus enim nolens ipsum in hoc sæculo præsentis vitæ corruptionis agitari revocavit eundem ad ejus nomini confitend. præterea cum etiam & divina præsumpsit vivit in Domino. Nam beati mortui, qui in Domino moriuntur. Quare amicitiæ vestræ duxi præsentibus consulendum, quatinus attendamus dictum propheticum constituisti. terminos ejus qui præteriri non poterunt, & quia frater vester terminum mortis non potuit præterire, vesto dolori finem imponere velitis, ne quod a Domino factum est videamini reprobare. Datum &c.

pag. 269. *post Nr.* 280.

Omnis caro fœnum, & omnis gloria ejus quasi flos agri. Si lunam pallescere, sicut solem videmus ecclypsari, quid est hoc, quare ingemisci-

Digitized by Google

tis lacrymis mortuo fratre veſtro, modo tacet pupila oculi veſtri doloris amaritudinem tranſcendendo, neſcitis enim quare omne compoſitum Philoſopho atteſtante diſſolvitur, & præter angelum omnis occiditur creatura. Unde illud propheticum: Homo vanitati ſimilis factus eſt, dies ejus ſicut umbra, & quaſi vas figuli transfringetur. Humanum quidem eſt flere, ſed fletus continuare penitus inhumanum, cum dicat Apoſtolus: nolite flere, & contriſtari ſicut ceteri qui ſpem de reſurrectione non habent. Unde Auguſtin. Non illos amiſimus ſed præmiſimus, qui ex hoc ſeculo tranſierunt. Cum igitur frater veſter ad regionem Sanctorum ſpiritum transmigravit ut puta qui pariter habuit in reſurrectione primo deſine flere, ne Domini nomen exacerbas, licet ſuam velis incaſſum Sententiam revocare, Dominus namque mortificat, & vivificat, deducit ad inferos, & reducit, ejus nutu diſponuntur omnia, & cum tribulationibus conſolatur.

Dicta res horribilis & amara, ac mea pervertens gaudia in mœrorem nuper omnibus noſtris jam pervenit quod Magiſter T. Unicus frater veſter, qui fuit & erat ſpes vitæ meæ, ac refugium & tutela mortem carnis vita finierit, ad quam ulterius non redibit, dequo tamen ſunt mea viſcera conmota, & turbata, ac repletus ſum doloribus infinitis, quod a planta pedis, usque ad verticem, non eſt membrum quod non poſitum ſit in dolore. Et merito quando illum ſine ſpe recuperationis amiſi qui fuit os de oſſibus meis, & Caro de Carne mea, ac bona quæ habeo ipſo mediante percepi, nec non in futurum ſperabam conſequi meliora. Verum tamen quia hoc ad me non aliunde niſi fama referente pervenit de vita dubio nec de morte conſto firmiſſima ratione veſtram igitur amicitiam duxi præſentibus rogandum: quatinus ſi verum ſit vel contrarium veritati, michi veſtris in Litteris intimetis ut de morte doleam, & mei condoleant conſanguinei, ac amici velut humana conditio exigit, & requirit, & de vita valeam humano amore & ſolito exultare, & qui de tali relatione teſtantur mihi congaudeant ſicut ſolent amore ſpeciali &c.

pag. 270. *poſt Nr.* 280.

Triſtitia cordis non patitur, & impedit me lacrimarum copia ne verbis inmorari debeam, vel querere prolixitate ſermonis cum res prorſus conſilium exigat & discretor. præſentia requiratur. Noſtis enim unde tamen adventus cauſa proceſit, & quare ſimus hic taliter congregati; nam talis noſter conſanguineus charisſimus felicis recordationis, & glorioſæ memoriæ nuper vocante Domino ad patriam de hac vita miſeriæ convolavit, homo recti & magni conſilii, ſectator bonorum operum, æquitatis & honeſtatis amator, qui vere bonus extitit amicis, & fidelis, ac multum utilis Civitati, ſicut vir ſapiens legalis & probus, & ubique ſuis meritis commendandus, & licet abſentia tantæ perſonæ ſit merito condolenda: iſtud tamen debet & poteſt mitigare dolorem quoniam deceſſit laudabili teſtimonio pronominatus & ſua negotia diſpoſuit ſapienter, cœleſti

Digitized by Google

se induens armatura, ut hostes invisibiles superaret, Filiosque bonos reliquit ob solatium posteritatis futuræ, qui paterna vestigia sollicite studeant imitari firmiter attendentes, quod si recederent a laude priorum esse degeneres merito dicerentur, quibus nos in quantum possumus nostra consilia & servitia cunctis temporibus pollicemur. Consolationem itaque consolemur, & licet non injuste recipere consolationem cum Dominus noster remiserit filio suo mortem, & omnes viam teneamus eandem, neque sit qui valeat resistere divinæ voluntati; non igitur recurramus ad gemitum, cum non profecerit ad Salutem, sed ad beneficia magis potius extendamus, ut quem præcedentem in seculo vidimus subsequentes in gloria consequamur. &c. Igen Zomorw.

pag. 271. *post Nr.* 280.

Commotionis causam, & quæstionis materiam contra vos possum allegare, nec ex parte vestra credo ut poterit replicari quoniam allegant. causa prævaleat, & succumbat intentio replicantis. Scitis enim, quanta dilectione vos dilexerim, quantam fiduciam reportaverim de vestræ fidei puritate, me vidistis si vera loquor, quam michi factus eratis unanimus, nobisque erat ad invicem idemtitas voluntatis, nunc autem mutati estis in virum alterum, oblitus mei nominis & amoris, ac solitæ fœdus amicitiæ postergum abjeciistis, nec speretis ulterius assequi comodum de mei servitii puritate.

pag. 271. *post Nr.* 280.

Licet locorum vel localis distantia amicorum præsentiam impediat corporalem, quod tamen unica absentia supplet amor, qui corda jungit amicitiæ absentium, eisque intimæ contemplationis acre recreat visione. Hoc igitur in utroque nostrum virtus dilectionis operari videtur, dum mentes amborum sic individuo fœdere, ac si non diversum, sed unum simul habitaculum optinerent, inspectis itaque litteris quas misistis in mentem meam recolligo, quod in vestra pariter recolligi concupisco, ut sit eadem voluntas, idemque sit desiderium utriusque &c.

pag. 272. *post Nr.* 280.

Turpis est ejus præsumptio, qui quod debet solvere retinere præsumit. Speciosus Christi, speciosam Ecclesiam dotavit decimis, & qui Ecclesiæ suam dotem non reddit, verum sponsum Christi offendere non veretur, & quia ad dotem pertinet Ecclesiæ decimarum redditio, vestra discretio non ignorat, quæ retinere præsumpmitis, contra justitiam, & excessum talem non vidimus impunitum præsumpmentis enim contra Christum agere, si tormenta non sentiant in hac vita præsertim saltem talionem recipiant in futuro. Quare mandamus vobis; quatinus &c.

pag. 272. *post Nr.* 280.

Dupplex bonum accommodat, qui accommodat indigenti quando se

Digitized by Google

mutuo porrigit auxilium, ut si semet quod suum est, & inopiam proximi curet sublevare, rursum petere studeat. Semel admissa petitio & sæpius audita necessitas præstat audaciam supplicandi nunquam poterit homo securus preces alteri porrigere quam ei qui visu didicit assiduo petentem exaudire. Sapientia Dei, quæ disponit omnia suaviter, ea rerum moderantia distribuit facultates terrenas, unius non habentis inopia per alterius habundantiam saltem mutuo sublevetur, miseriam consequitur qui affluit mire viscribus, & qui mutuo beneficio subleverunt indigenti tamen quod suum est ab homine recipit etiam dimidiam noverit se retributione donand. &c.

pag. 273. *post Nr.* 280.

Ego T. licet indignus considerans, quod inter hos dies vergentis Seculi in senium vita hominis tam fugitiva est, & tam infidelis super terram, quia omnes in se credentes fefellit se expectantes decipit, & cunctos irrisit, de se præsumpmentes timens multorum exemplo instructus, ne dispendium incurrat. mortis improvisæ cujus major jam præterit, & quitquid ætatis supereſt ipsa tenet, in quam universa caro ingreditur, nec exinde fit regressa, cum nullus debeat vel. possit eidem resistere & nemo qui de manu ejus possit se eruere nam omnium dispensator nec proprio pepercit filio in hac parte, de bonis meis a Deo mihi collatis taliter dispono testamentaliter. &c.

pag. 295. *ante Nr.* 312.

Memorialis anno domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo Sexto, feria sexta proxima ante dominicam reminiscentiæ in domo Magistri Benedicti de Wysalw Canonici Ecclesiæ beati Petri Apostoli de Veteribuda. Hæc Joh. de Magh Notarius.

pag. 308. *post Nr.* 326.

O carissime Domine noster. In principio cum te vidimus, in nobis anima non remansit, & fuimus turbati omnes, ex hoc quod cognovimus super te ægritudinem violentam, & virtutem tuam nimium debilitatam, & cum videamus te locum & faciem tuam claram spiritus noster postquam exivit reversus est in suum locum.

Numerus per Alphabetum

a. CCCCC. b. CCC. C. C. d. CCCCC. e. CCL. f. XL. g. XC. h. CC. i. k. CXL. l. 70. M. M. N. XC. O. XI. p. CCCC. q. CCCCC. r. XC. S. Vij. t. CXL. V. V. X. X. Vy t xl. ȝX alio modo Mn. CCC.

pag. 419. *post Nr.*

1476. publicus sum Notarius per Dominum Thomam Jan. Budæ in Domo Domini Kiiani Notarii Civitatis Budensis electus in festo Sanctæ Katherinæ Virginis & Martyris hora duodecima vel quasi.

NB. quod

Digitized by Google

NB. quod tandem Anno domini videlicet Milleſimo quadringenteſimo Nonageſimo ſexta quinta proxima poſt feſtum beati Mathiæ Apoſtoli ſum creatus in Notarium publicum auctoritate Apoſtolica in Capella Sancti Michaëlis Archangeli in Peſt fundata. Præſentibus Honorabili Domino Andrea Plebano, ac diſcretis Urbano Paulo & Mathia Capellanis nec non Benedicto de Wjwdvar. Rectore Capellæ beati Michaëlis Archangeli.

pag. 450.

Item Anno domini Milleſimo quadringenteſimo quinquageſimo primo feſtum beati Georgii Martyris fuit in magno Sabbato ſub littera dominicali C. & 8. aureo numero & iiij. Ciclo ſolari & 10. pro intervallo a quo anno excluſive computan. 97. annos hoc 3. cum ſcribetur anno Domini 1546. fiet idem feſtum in magno Sabbato, & omnia officia eodem modo ſunt celebranda ſub C. littera dominicali 8 aureo numero & X. pro intervallo ciclo Solari 15 exiſten. & ab eodem Anno excluſo ad 95 annos fiet feſtum beati Georgii ſimiliter in magno Sabbato hoc 3. quando ſcribetur Anno Domini M. 643. ſub littera dominicali c. aureo numero 8. 10. intervallo ciclo ſolari exiſten. 12. & ab eodem ad 95 annum hoc 3 ſum ſcribetur Anno domini 1736. idem feſtum fiet in magno Sabbato ſub littera dominicali C. 8 aureo numero 10 pro intervallo & 9. pro ciclo ſolari & ab illo anno excluſive computan. annos CC. 47. hoc eſt cum ſcribetur Anno domini 1983. idem feſtum fiet in magno Sabbato ſub littera dominicali C. 8. aureo numero 10. pro intervallo & IIII. pro ciclo ſolari ſic nunc & ab illo Anno revertetur prior ordo.

Anno Milleno quadringen quinquaque primo
Incipit hoc fieri feſtumque locari Georgii
In magno Sabbto quia tempore ſic fuit illo
Ad centum quivis abs ter ſic pluraque denis
Poſt quos aſſocia ducentos ſex quoque quadra
Ciclus ſit dexter & littera ſipd quoque feſtum
Quem nomino ciclum magnum feſtique Georgii
Poſt hos a primo numerabis ut ordine primo

1481

Lex LLegibus ffidigeſtor. arium archivus in liro de oblationc Libelli de ſenti's in gloſa de ſeu extionis interdicti Libo Vjto.

Virginis partu Deus ortus infans
Pauper in fœno cubat hunc aſellus
Bosque cognoſcit Dominum reſultat aſtra triumphis
Ecce Poſtores ovibus relictis
Convolant Bethlem videant ut ortum
Principem mundi properant exacti fidere reges
At Magi tandem puero reperto

Digitized by Google

Procidunt proni positis thesauris
Dona depromunt teneris ferentes oscula plantis
Quos ut Herodes rogat ut reversi
Nuntient qua sub regione Christum
Viderint ut sic veniens adoret illius aras
Ast iter ducti melius sub alta
Nocte felices redeunt thyranni
Ad lares castas referuntque laudes dulcis Jhesu
Captos Herodes pueros trucidat
Christus Aegyptum fugit ut propinquam
Matre cum Sancta madet innocentum sanguine tellus
Gloria Patri Angelorum chorus
Cecinit nato pariterque Sancto
Spiritu qui sunt Deus ille noster trinus & unus Amen.

pag. 522.

IN PEDE PORTAE CAPITOLII.

Iratus recole quod nobilis ira leonis
In sibi prostratos se negat esse feram.

SENTENTIA TULLII.

Carere debet omni vitio, qui in alium paratus est dicere.

DE AMORE REGULA.

Omnibus amantibus haec regula datur.
Qui plus dare poterit hic amatur
Si vis ad Amasiam laetus introire
Noli manu vacua ostium aperire
Pretiorum precibus favorem require
Occurrens tibi dicet salve mi Domine
Si nichil attuleris sedet & triflatur
Dum dona porrexeris gaudet & laetatur
Plaudit ludit diligit ridet amplexatur
Et te propter munera centies osculatur.
Si dicis non diligo tunc incipit flere
Ut per fletum firmius possit te habere.
Dum numpmos non poterit a te extorquere.
Dicet vade garrio te non novi vere
Erit novus melior laetus & jocundus
Audax pulcher nobilis fortis & facundus
Dominarum regula sic & mundus transit
Qui primus tunc fuerat jam erit secundus

Haec in Buda 1478.

1487. In festo beatae Luciae virginis circa medium noctis.

Digitized by Google

EPITAPHIUM STEPHANI LITTERATI FELÍCIS VITAE ET MORTIS.

Hic ſitus ego ſum Stephanus gratiſſima morte
Optabam cunctis amabilis eſſeque gratus
Hujus nil prodeſt ſæculi viliſſima pompa
Arcem cerne meam paucorum ſcilicet pedum
Clauderis hoc folio felix quoquomodo vivas
Ea dum cernis tua recordabere nece.

pag. 524.

In nemore viridi ſonat avis dulcore ſuavi
Obticent ſi ſylvæ ſua promunt folia viva.
Hæc cum in me verto parem illis me reputo
Amiſi grata inveni vitio michi prava
Nec eſt quisquam qui tui & michi gratam præſentiam
Niſi exceſſiſſem grave te orare nunquam ſciviſſem
Es tu cura mitis qui tuis dura dimittis
Solve precor molem, rorem confer michi mollem.
Nec deſum a ſecla qui oro pro te cuncta per ſecla
In me tua præcepta jucunde fuere ſemper accepta
Colere ea ſtudui una te horum datorem metui
Obfuit nunquam ut te præſulem dignum colui umquam
Lui id grande quod in te nuper peccavi grande
Aſt diu plangam, quo noſcam tui veniam largam
Veniam coram ſi & magnam perpetiar pœnam
Suffert quem pietas & ſi culpa ſit tibi gravitas
Aſpiret guloſus qui tuus & meus eſt dulcis eſus 1484.

pag. 525.

Athava (deedyk) avia (yk) avus (ews) proavus (atyámnak ôſi) abavus (ösödnek ewſi) atavus (— pater abavi)

Prothavus,	patruelis	avunculus	privignus	conſobrinus
3. Avus patris tui atyadnak egy venghy anyad ara			fyai	hug fy

Abavus	abnepos	proavunculus	patruus avunculus
Fiyam ghermekének	ewſemnek atyafya	batya egh ver batyan	
fiaknak fia		— filius matris	

Patrum a patre pendet avunculus a genitrice
A Patre ſit patruus ab avo ſit avunculus apte
Hi conſobrini ſunt quos gennere ſorores
Hi ſunt cognati quos fratres progenuere
Ille ſororius eſt cui ſoror mea nubit
Auriale (feWal) dicitur auriale, quod ſupponitur auri.

Digitized by Google

Omnes innocui sunt simplicitatis amici
Simplex ne noceat, felle columba caret.

DE AETATE HOMINUM.

Infans inde puer adolescens post juvenis vir
Dicitur demum senex, postea decrepitus fit
Annos prima tenet septem, tenet altera bis tot
Terra quater septem, dat quadraginta quaterna
Fert ætas quinta simul annos quinquaqueginta
Et hinc porrigitur ad septuaginta senectus
Et tunc decrepitus incerto tempore durat.
Assensum dictis, consensum dic fore factis
Nomina hic canum non sit tibi dicere vanum.

De obitu felicis recordationis condam Magnifici & Inclyti Domini Johannis de Hwnyad hujus Regni Hungariæ Gubernatoris Epitaphium incipit feliciter.

Editum inter Scriptores Minores Tomo II.

TCraulus r. l. balbus blesus proferre nequit S.
Nobis Ecclesia datur Hebræis Synagoga

Qui offert holocaustum de rapina pauperum, quasi qui victimat filium suum in conspectu patris sui. Sap. 14.

Item nota quod anima peccatrix rediens ad corpus in die judicii triplex canticum lamentabile cantat cum clamore primo cum resurget de sepulcro dicet ter ah! ah! ah! primum ah! propter peccatum cogitationis, secundum propter peccatum locutionis, tertium propter peccatum omissionis.

Secundum canticum cantabit cum procedit in via. Oh! oh! oh! primum oh! propter Judicis visionem, secundum oh! propter ejus Inquisitionem, tertium propter peccati pluralitatem.

Tertium canticum lamentabile cantabit, cum perveniet ad locum judicii dicens Væ! væ! væ! primum væ! propter pœnæ acerbitatem, secundum væ propter pœnæ diversitatem, tertium propter pœnæ æternitatem.

Ars est discenda postea exercenda tenenda
Sensus curando crescit usus operando
Accipe non multum, sed parce dilige numpmum
Nummus in exilio comes optimus est peregrino
Hæc per manus hujus ægret cujus occellus unus
Thomæ de Nyr Kállo fac Christe medetur ut illo.

DE DENARIIS CHRISTI.

Denariis triginta Deum vendidit Galilæus
Quos & Apostolus hic scribit Bartholomæus

Digitized by Google

Unde prius veniant, quis fabricavit eos
Fecerat hos numpmos Ninus Rex Aſſyriorum
Et fuit ex auro Thares fabricator eorum
Cum quibus inſtituit Rex Nini vita forum
Regina denariis erat his impreſſa figura
Filius illius Thare qui dicitur Abram
Suſtulit hos numpmos poſthæc cum conjuge ſua
His numpmis tunc emit agros akithonit
His etiam Joſeph eſt emptus ab Ismaëlitis
Hos tenuit Pharo dives in ære ſuo
Hosque Sibilla potens habuit regina inclyta ſabba
Obtulit in templo myſtica dona Deo
Quos Nabokodonozor templo poſt exſpoliato
Si plus deſideras legere invenies in libro Panthon
Immediate poſt legem novam
Dum numpmos illos ex auro ſcribo fuiſſe
Mos fuit antiquitus auri nomen variare
Atque per argentum diverſa metella vocare
Mittitur a cælis puero dignisſima veſtis
Hæc inconſutilis conſultis mira colore fuit
Hac pater e cælis miſit non fœmina nevit
Hæc Sanctus Bartholomæus.

DE SANCTO JOHANNE BAPTISTA (a).

Poſt caput hoc ſacrum celebri cum clave ſeratum
Atque ſervatum per ſecula ſit veneratum
Regibus & populis ſpe valitura datum
Hoc caput Pinpini tempore regis
Fur monachus Iheroſolimitanus futuris abegit
Clamque pera clauſum trans maris Alta velit
Ad loca forte venit ubi ſunt nova bella patrata
Pinpini gladiis ſunt milia multa necata
Rex ubi victor erat, nec ſine clade data
Occiſi namque ſui proceres duodecim
Quos & in Eccleſia Monachus tunc cernere venit
In feretris poſitos curia tota gemit
Stante procul Monacho ſurgunt a morte necati
Et caput abſconſum rapiunt digne venerari
Clamantes pariter quis velit iſta pati
Cur latitat magni caput hoc inſigne Johannis
Qui tribuit nobis vitam de morte vocandis

(a) Bis legitur corpus ejus conbuſtum fuiſſe in libro Pantheo.

Digitized by Google

Exeat ante Deum nos veneremur cum
Vidit & obſtupuit Rex, totaque pompa ſuorum
Abſtulit a Monacho caput inclita turma virorum
Cantica lætitiæ dat roborante choro — Te Deum laudamus
Rexque ducesque ſimul quorum caro ſana revixit
Aedificant mox Eccleſiam pro nomine Caſſi
Qua poſuere ſacrum religione caput
Decrevere duces omnes inibi monachari
Et ſacrum caput hoc ibi perpetuo venerari
Thezauros & agros omnia caſtra dari.

Corrige prudenter ubi non ſcripſi ſapienter
Quadruplex in plano cadit quandoque pede ſano
Non mireris bipes ſi labitur ſic pes.

DE VINCULO AMORIS.

Fœmina quem ſuperat nunquam vivit ſine cura
Libertate caret turpi conſtrictus habena (byrodalom)
Heu niſi mors reſtat vix rumpitur iſta cathena
Felix eſt ille quem non rapit illa ſagena
Devia ſunt ſylvæ virgulti ſed avia lymphæ (avis)
Nota quod egregius dicitur qui extra gregem ſuæ nationis poſitus vel elevatus

In cruce monſtravi quantum vos gratis amavi
Plus vos dilexi quam me, qui talia geſſi
Ad vos ſum miſſus pro vobis ſum crucifixus
Et mortis diræ volui tormenta ſubire.

DE EBRIETATE.

Bis ſex diſcatis modos eſſe ebrietatis — conditiones.
In multis ſapiens primus ſit, & alter optimus
Tertius grande vorat quartus ſua crimina plorat (oly aythatos)
Quintus luxuriat, ſextus per omnia jurat (Iſtenre eskezik)
Quintus incuriatur ſextus luxuriatur.
Septimus intendit, Octavus omnia vendit (elagtha)
Nonus nil celat, ſed cordis ſecreta revelat
Decimus ſompnum amat, undenus turpia clamat (rwth zokath zol)
Cum fuerit plenus vomitum facit duodenus.

AUGUSTINUS.

Stultum eſt in illo ſtatu vivere in quo quis non audet mori
Audacior ſit cum ſeptem hoſtibus dormire, quam cum uno peccato mortali.

CRISOSTOMUS:

Nichil tantum decipit homines, quantum ſpes longioris vitæ.

Digitized by Google

AUGUSTINUS.

Experti ſumus multos expiraſſe expectantes reconciliari.

SENOCRATES IN LIBRO FORTUNAE DE BONA ET MALA VENTURA.

Vir videas quid tu jubeas dum magnus haberis
Inſpicias & ne deſpicias quem lædere quæris
Et videas ne forte ruas dum ſtare videris
Dat varias fortuna vias non ergo mireris.

Sic transformatur cor amantis in id quod amatur, ut per membra foris virtus prorumpat amoris.

DE PACE.

Si cupias pacem linguam compeſce loquacem
Non locus eſt pacis, ubi regnat lingua loquacis.

DE VINDICTA.

Fatuus ſtatim vindicat iram ſuam.

PHILOSOPHUS.

Qua menſura meſi fueritis remetietur vobis
Et quid feciſti pateris, & quod ſeminaſti metes.

THOMAE LOCUTIO.

Audi quod totum judicium verſabitur circa eleemoſynam datam vel neglectam.

Nota quod Adam vixit annis Noningentis & tribus ſemper hoc canticum cantavit ſcilicet: Circumdederunt me &c. & terram colendo — laborando gemitus emiſit, quousque vixit. Inde venit quod agricolæ & coloni Zantkook arando circa animalia tantum Adæ clamant Ha he hay hay, &c.

Item beatus Anthonius prius Fernandus dicebatur.

Item beatus Anthonius obiit Tertiodecimo die Menſis Juny feria quinta Dominicæ incarnationis. Anno Domini Milleſimo CC. XXXI. cum Chriſto regnaturus.

Sed duorum circiter menſium ſpatio poſt.
Niſi de divinis texere — facere ſermonem.
Væ cui ſtulta Comes ſociali fœdere nupſit
Non erit illius absque dolore thorus.

SECUNTUR INTERPRETATIONES DE NOMINIBUS SANCTORUM.

Andreas interpretatur Decorus vel reſpondens.
Nicolaus quaſi victoria populi — vitiorum — —
Lucia quaſi dicitur Lucis Syracuſana
Thomas qua interpretatur abiſſus vel geminus cæſarea

Digitized by Google

Stephanus Græce Latine Corona dicitur.
Johannes interpretatur Dei gratia, vel in quo eſt gratia.
Sylveſter dicitur lux terræ
Illarius dicitur quod in ſervitio Dei illarus fuit
Anthonius dicitur ab ana quod eſt ſurſum & tenens quaſi ſumpernas habens
Fabianus quaſi fabricans beatitudinem ſupernam
Sebaſtianus quaſi ſequens beatitudinem Civitatis ſuperni
Agnes dicta ab agna quaſi mitis & humilis
Vincentius dicitur incendia incendens, vel vincens incendia
Julianus quaſi Jubilus & ana quæ eſt ſurſum
Ignatius quaſi igne paſſus — ignem divinæ amor. patiens.
Blaſius quaſi blandus per dulcedinem ſermonum habitus virtutum & humiſitatum
Agata dicitur ab - agïos quod eſt Sanctus & Teos quid eſt Deus quaſi Sancta Dei
Valentinus quaſi valorem tenens, vel Miles Chriſti
Mathias Ebraice Latine dicitur donatus dominio
Gregorius dicitur a grex & gore qd prædicere quaſi Egregius prædicator.
Benedictus & beatus dictus quia in hac vita multam habuit benedictionem.
Secundus — honeſtati morum conparans
Ambroſius dicitur ab ambra quod eſt ſpes valde redolens & pretioſa
Georgius dicitur a geos quod eſt terra & gorge quod eſt colere quaſi colens terram matrem ſuam nam ager
Marcus — ſublimis mundato
Vitalis quaſi vivens talis
Philippus dicitur os lampadis vel os navium vel quaſi amator ſupernorum
Jacobus ſubplantator vel præparans
Urbanus ab Urbanitate dicitur vel lumen, vel ignis, vel reſponſio.
Barnabas id eſt filius venientis, vel conſolationis, vel Prophætæ
Vitus a vitâ dicitur
Modeſtus quasi ſtansi in modo, & in medio virtutus.

JHESUS ETHIMOLOGIZATUR	MARIA ETHIMOLOG.
I — iocundus	M — mediatrix
e — eternitas viventium	a — auxiliatrix
ſ — ſanitas languentium	r — remuneratrix
u — ubertas degentum vel veritas	i — illuminatrix
s — ſalus omnium vel ſaties eſurientium.	a — adjutrix.

DEUS

Digitized by Google

DEUS ETHIMOLOGIZATUR.

D — dans
e — eternam
u — vitam
s — suis

Item Angelus dicitur a dian quod est claritas eo quod multiplici claritate refulget, primo claritate Naturæ, secundo claritate gratiæ, 3. claritate gloriæ.

Petrus per me Romana plebs repsuit idola vana
Paulus per culmen fidei Græcorum turbam subegi
Johannes ecce meis verbis lustratur & Asia urbis
Jacobus dum Etmogenem stravi magicas artes superavi
Bartholomæus Indos ira Dei plenos virtute coëgi
Simon Abagore do spem sed Aegypto confero legem
Juda agnos exedis fatido prædico Medis
Mathias Pontifices Judæ dum sacra sævi
Jacobus Jherusalem Kathedram tenui spemque tebeam
Thomas Christo Briptmannos Brittannos colligo Partos
Andreas Accayæ priscas destruxi dæmones aras
Mathæus Aethiopes levi librum vitæ reservavi.

Versus.

DE AUDITIONE MISSAE
DE UNCTIONE ROTARUM.

Non unctura rotam nec Missa ardant Diætam
In tribus pœnis omnes dampnati sunt æquales
In tristitia omnes æqualiter tristantur in inferno
In desperatione, & in carentia visionis diviniæ.

Martinus beatus cum esset X. factus est Kathecominus anno XV. miles effectus Anno XVIII. baptizatus anno XX. relinquens militiam factus est Monachus.

Nota quod quinque pedes faciunt passum unum passus 125. unum stadium VIII. vero stadia faciunt unum miliare, sic nominatur quia continet mille passus quod probatur nam 125. faciunt mille.

Quinque pedes passum faciunt passus quoque centum
Viginti quinque stadia si des miliare

Octo facies stadia dupplicatum sit tibi lenca Item Stadium est VIII. pars miliaris, & quia Hercules in uno Auchelitu currebat passus 125 & nec stabat.

DOMINUS BONA VENTURA.

Jhesus promissus patribus. Jhesus figuratus, Jhesus missus cælitus. Jhesus de Maria natus. Jhesus flos armaticus. Jhesus fructus desideratus. Jhesus in præsepe positus. Jhesus a Magis adoratus. Jhesus virtutibus plenus. Jhesus mori paratus. Jhesus obediens humiliatus. Jhesus redemptor parvu-

Digitized by Google

lus. Jhesus animæ desiderium. Jhesus a Juda traditus. Jhesus flagellatus. Jhesus spinis coronatus. Jhesus ad columnam ligatus. Jhesus Lancea vulneratus. Jhesus falsè accusatus. Jhesum despiciens populus. Jhesus morti dampnatus. Jhesus veste mudatus. Jhesus morti se offerens. Jhesus ligno clavatus. Jhesus matri compatiens. Jhesus eam Johanni commendans. Jhesus in cruce sitiens. Jhesus felle & aceto potatus. Jhesus clamans moriens. Jhesus lancea perforatus. Jhesus in cruce moriens. Jhesus tumulatus. Jhesus infernem adiens. Jhesus captivos eruens. Jhesus resuscitatus. Jhesus ad patrem rediens. Jhesus glorificatus. Jhesus Judex adveniens. Jhesus bonos remunerans. Jhesus malos dampnans. Jhesus in æternum regnans. Amen.

Sex volunt & optant dampnati in inferno super omnia. Primo gratiam Dei. Secundo remissionem pœnæ. Tertio gloriam.

Quarto summum non esse. Quinto blasphemiam Dei. Sexto omne malum.

Sex nolunt & odiunt primo pœnam quam habent, secundo nunquam peccasse 3. vinctum Deum esse. 4. videre diabolum. 5. Laudem Dei. 6. Alienum bonum.

Reginæ cœli, qui servit mente fideli
Ab omni pœna trahit illum virgo Serena

* * * *

Dic ubi tunc esset pater, patrem cum nichil esset
Tunc ibi nunc in se quoniam sibi sufficit ipse.

In palibus & sepibus Mend karoval, es mynd sewennel
Colomanno genero suo.
Ex tunc præfati uterque Johannes &c.
legitimis diebus & horis in faciebus earundem permanen. & expectan. nullo penitus Contradictore, tam in facie earundem, quam mei in præsentia apparen. &c.

In Galli festo beati sunt naves bene meati
Ingentes naves simulcum hominibus ames
Per danubium misi Regis erant exerciti. 1475
Die secundo luce est recessum Mathiæ
Regis ab hinc Magnates militesque Satelites

Optima vox pi, melior papi, pessimaque plati.

Angelus Dei & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Ostan. &c. ad Germaniam Hungariam Poloniam & Bohemiam illisque adjacen. partes atque regna cum plena potestate Legati de Latere Legatus.

Tamen ipse fuit conscius omnium malorum,

Digitized by Google

Invitus Kethelen.	conqueror Kenyewrgek	invito emlélkedem
Favorabilis Nyayas.	ſuggeſtio kyztek	Schismaticus fel hythew
Exilium — proſcriptio	pondus nehhezek	generoſus — genere plenus
Nobilis — non vilis.	tartallum putton.	Incola — inhabitator propriæ domus.

Incola quæ ſua ſunt colit, accola quæ ſua non ſunt.

Incolatus — inhabitatio incolo. as. Calatus — ſporta Eſique Calan lignum dicitur inde calatus.

Idria dat latices, oleum cadus amphora vinum.

Silvens & velter molofus clancula turper	Silvens Kamaz
Hinc odorinſecus liſticns catulus leporarius	clancula Vi'sla Liſtius id. eripius id.

Stragula. Stragula veſtis homines varias immixta figuras

Item venuſtus utro modo ſapiens ſecundo modo qui amatur ab hominibus vel a cunctis

Item Zelus invidia & alio modo amor.

Temo	langale	furcale	trabale	forale
rwd	nyuytho	rakoncza	tengel	epleen.

Eſt conjuncta radiis tantis polis rotha gumphis
oldal kerék talp. Epireda Zekér ezkewz

Auguror augurior ſimul augur augurium dant
Garrit avis proprie ſed garrulat ipſe loquax
Augur fortilegus hinc divinator aruspex
Mimi lotrices caupones & meretrices
Quos laudare ſolent excoriare ſtudent

Chriſoſtom. Qui bene docet & male vivit Deum inſtruit, quomodo ipſum dampnare debet.

Sciens ſcripturam & non docens eſt in vita perditionis vel dampnationis

Iſidorus. Nemo alios corrigere poteſt niſi prius ipſe operibus bonis elucecat per exempla.

Redacta Theretheth. Eloquens — facetus. fungus — boleta gomba
Goliardus — guloſus Sellipendium themeng Uter themlew
Contempna vel antempna alathság machinor Zandakozom
inſultus — ſeditio torpor Nyrkadas torpeſco Nyrkadok.
exequor kevethkezem delibero — finio Ilex theulſa
penſo merthéklek. autenticum — Auctoritate plenum.
inſtantia — petitio, reſipiſco — fino. Certamen verſenges,
Pugio Zablya, Circularis Czirkalo pénz Finalis Cheber pénz
Falcialis Sarlopénz perniciofam Zydalmazatoſt.
inveſtigare twdakozni. ſortiatur — capiat. Bibliotheca Kinyves ház
ſevit geryed. Augurium varáslás. Mancipare occupare. Auxietas — Oppreſſio materia Zelewenegyie præſtolor varók. Antidota — bonitates. præco-

Digitized by Google

nium — virtus. farcinium gewmbecz. Auscultо — Audio. blesus pelph. alpernabatur meg utal vala. disimuians el halagatvan.

Nos frater Leonardus Ordinis Almi patris Benedicti Regularis obſervantiæ Abbas de Batha ejusdem Ordinis intra Hungariam reformator ſive generalis viſitator.

Codex eſt in 4to paginarum 536. denſe conſcriptus. Samuel Székely de Doba eundem uspiam obtinuit, ac deinde cum reliqua ſupellectili Epiſcopo Quinque Eccleſienſi Georgio Klimo vendidit, qui etiamnum in Bibliotheca publica ab eodem V. Capitulo relicta aſſervatur. Eſt autem mihi juſſu Exc. Præſulis per Adamum Viſer Budam pro deſcriptione ſubmiſſus, quod alteri non tam facile eveniet, cum in Bibliothecis ipſis ejusmodi autographa antiquitatis Cimelia raro admittantur ad deſcribendum ex integro.

CODICES MANUSCRIPTI

Complectentes Formulas Solennes potisſimum ex ætate poſt-Verbőcziana, quorum plerosque manibus verſavi, & hic Rubricas Formularum iis contentarum, uti in Codicibus præfiguntur, refero, paucis obſervationibus interſperſis.

IV.

RUBRICAE FORMULARUM STYLI WLADISLAI II. REGIS HUNG. IN COD. MS. BIBLIOTHECAE EPISCOPALIS QUINQUE ECCLESIENSIS CUM STYLO CANCELLARIAE MATHIAE I. COMPREHENSI.

1. QUANDO Arbitri literarum Præceptoriarum ad Conventum intrarentur Relatio de Conventu ad Judicem ad id ordinatum.
2. Alia arbitrativa compoſitio cum Ammonitione facta Relatio.
3. Faſio per Arbitros, ſuis electos inter Partes, ſive Præceptor. facta.
4. Obligatoriæ, quando arbitri cauſas ſubmittunt arbitris electis.
5. Quietantia in facto rerum paternalium per modum diſpoſitionis facta.
6. Donatio Officiolatus facta per Capitulum.
7. Obligatoriæ coram Capitulo.
8. Obligatoriæ coram Capitulo Strigonienſi.
9. Faſio coram Capitulo tempore infirmitatis.
10. Transumptum literarum in Capitulo remanſarum ad literas Præceptorias.
11. Relatoriæ ad literas Regias quando Capitulo exhibentur literæ Exhibitoriæ ut alias literas exhibeant in ſpecie evocandis.
12. Relatio Exhibitio.

Digitized by Google

13. Quando repellitur ab executione literarum Adjudicatoriarum de A. 1526. & tamen Wladislao Regi ſonat.
14. Perſonali Præſentiæ Regiæ Majeſtatis pro Egregio Magiſtro Andrea de Horvath, alias Prothonotario Palatinali contra Honorabile Capitulum Eccleſiæ Varadienſis ad terminum introſcriptum ſuper quadam poſſeſſionaria Reambulatione æſtimatione titulo pignoris Statutionis & Homagii ſolutionis Executionis Relatio.
15. Inquiſitionis, Inſinuationis & Evocationis pro R.
16. Impignoratitia de A. 1526.
17. Relatio Diviſionis.
18. Reviſio ætatis coram Capitulo. Tales literæ taxantur ad florenum unum.
19. Transumptionis literarum ſub Sigillo Capituli.
20. Procuratoriarum, quando de Capitulo mittuntur ad aliquam perſonam inſignem pro audienda Faſſione.
21. Cauſa tuitionis.
22. Expeditoriæ ſuper Solutione rerum impignoratarum.
23. Depoſitio juramenti coram Capitulo.
24. Relatio Inhibitionis, evocationis, Inſinuationis, novum Judicium in ſe exprimen.
25. Relatoriæ Inhibitionis Evocationis ac Inſinuationis, nec non Præceptoriæ ſeriem executionis duarum Sententiarum factum majoris & minoris potentiæ in ſe denotantium modo & forma ſequenti &c. & Primordia Inhibitionis & Præceptor. Capite ſigilli ſigillata Partibus extradabuntur.
26. Relatio majoris potentiæ executæ.
27. Relatio minoris potentiæ executæ.
28. Perſonali Præſentiæ Domini Regis Pro Egregio D. Osvaldo Bakos de Osgyan contra Nobiles Lud. & Joan. ſimiliter Bakos de eadem Osgyan ſuper quadam poſſeſſionaria reambulatione, æſtimatione, Occupatione, ac titulo pignoris ſtatutione, rerumque & bonorum oblatione per veſtrum & noſtrum homines modo infraſcripto factis ad 32. diem diei hujusmodi executionis ex hinc fien. computan. ſine textu.
29. Perſonali Præſentiæ D. Regis ut ſupra.
30. Relatoriæ ſuper ſecunda evocatione.
31. Expeditoriæ in facto homicidii.
32. Relatio Inquiſitionis, Evocationis &, inſinuationis, de A. 1526. & tamen ad Wlad.
33. Pro Nobili Nic. de Iwanch, & Andr. de Sari contra Nobiles Bernard. & Nic. de Chiſa & alios introſcriptos ad Actum intronominatum. Plenum Mandatum.
34. Donatio, ſeu appropriatio alicujus rei pro perpetua Miſſa, A. 1526.
35. Sub Sigillo Regis Compoſitionalis.
36. Donatio Vineæ ad petitionem D. Epiſcopi.

Digitized by Google

37. Relatio ſuper novo Judicio literas Regias capite ſignando & in ſpecie remittendo.
38. Pro gener. Domina Clara filia quondam Georg. de Nyarasapath Relicta vero Egregii quondam Joan. Jakchy de Kwſal contra Nobiles Joannem de Weſeu ac Blaſ. & Joan. de Katha ad Octavas feſti B. Geor. M. nunc venturas Evocationis & Inquiſitionis Relatio Perſonali Præſentiæ R. M.
39. Relatio literarum Adjudicatoriarum ſuper impignoratitia Domino Regi.
40. Pro nobili Domina Eliſabeth Conſorte Nobilis Georgii de Pakostha filia videlicet condam Thomæ Parvi de Negkywi contra nobilem Dominam Eliſabeth Relictam condam Joan. Belſei ſuper quadam Poſſeſſionaria ſtatutione titulo pignoris per veſtrum & noſtrum homines pro infraſcripto facta, cujus ſeriei executio ad Octaves feſti B. Georgii Martiris nunc ventur. legitime perduran. eſt transmiſſa ad Judicem Curiæ, ſine textu.
41. Faſſio quædam, & pulcherrima.
42. Relatio Evocationis cum Inſinuatione.
43. Expeditoria parva.
44. Inquiſitionis Relatio ad literas Palatini.
45. Inquiſitionis, Evocationis & Inſinuationis Relatio ad literas Comitis.
46. Exhibitionis Relatio ad literas Regias. 1526. & tamen ad Wladislaum.
47. Relatio Introductionis & Statutionis ad literas Regias, de A. 1546.
48. Relatio Ammonitionis ad literas Regias.
49. Nota: Quod quandocunque ſcribitur aliqua litera ſive diviſionalis, ſive quæcunque in margine extra & intra decens ad Octavas feſti T. & T. reportan. ad Judicem, ſi non contradicitur Relatoria debet ſcribi privilegialiter, ut hic Relatoria.
50. Quando duo proficiſcentes ad bellum obligant condescendi in alterutrum. Poſſeſſiones ipſorum, ſi quempiam ipſorum ibi mori contigerit. ſequuntur duæ Formulæ ſine Rubricis.
51. Prohibitoria.
ſequitur Formula ſine Rubrica.
52. Exhibitionis Relatio.
53. Pro religioſis Dominabus Abbatiſſa, ac ceteris Sororibus Conventuum Religioſarum Dominarum Sanctimonialium de Veteribuda contra Honorabilem Capitulum Eccleſiæ Budenſis ad terminum intraſcriptum Exhibitionis & Ammonitionis. Supraſcripſio Regiæ Maj. Pro T. & T. contra T. & T. Exhibitionis & Ammonitionis Relatio vel Por. ſine Textu.
54. Privilegium in Papyro, dum reportatæ fuerint, rediguntur ad pergamentum. Sequitur Formula ſine textu.
55. Pro Egregiis Nic. Ethely de Savol & Franciſco Literato de Veteribuda Inquiſitionis Relatio.

Digitized by Google

56. Perſonali Præſentiæ Regiæ Maj. pro nobili Domina Margaretha Conſorte Nobilis Franc. Literati de Veteri Buda Inquiſitionis Relatio.
56. Relatio ſuper Exhibitor. cum per turbam Teſtimonium Capituli. Sacræ Regiæ Maj. pro Egregio Mich. de Zob contra Reverendum ac Magnificos Joan. Orzagh Electum Ecclæ Sirimien. ac Mich. & Franc. similiter Orzagh de Eadem Ghuth, nec non Sigism. & Franc. Kompolth de Nána, ac Georg. & Joan. Draghffy de Beelthewk aliosque intraſcriptos Exhibitionis & Ammonitionis Relatio.
57. Expeditoriæ.
58. Concambialis Permutatio.

V.

FORMULARIUM SUB WLADISLAO II. ET LUDOVICO II. REGIBUS HUNGARIAE POTISSIMUM CONSCRIPTUM COMPLECTENS FORMULAS EXPEDITIONUM CANCELLARIAE REGIAEINSERTIS PLURIBUS DIPLOMATIBUS REALIBUS CODEX MS.

Nr. RUBRICAE FORMULARUM, ET DIPLOMATUM. Fol.

1. Ludovici II. Salvus Conductus Circumſpecto N. de N. datus ſub titulo: Cum Juſti pro injuſtis. f. 107. a.
2. Ad Papam Epiſtola, prout conjicere licet Wladislai II. de Archidiaconatu Ultra-Maruſienſi cum Cantoratu, & Rectoratu Altaris B. Georgii Joanni Hadmáſi (Hagymásy) non confirmando. f. 107. b.
3. Mandatum Regium N. ad N. (haud dubie ad Banum Slawniæ) ne Poſegani Comitatus Nobilitatem opprimi, vexarique patiatur. f. 108. a.
4. Ludovici II. R. Mandatum ad Nobilitatem Comitatus Borſodienſis de Caſtro Dios-Györ. f. 108. b.
5. Extractus Donationis Caſtri & Civitatis N. factæ Andreæ de Bathor & Georgio ejus filio. f. 109. a.
6. Inſcriptio Caſtri & Civitatis N. Magnifico N. prout colligere licet, per Wladislaum II. collatæ. f. 109. a.
7. Ludovici II. Statutorium Mandatum cum conſenſu. f. 109. b.
8. Statutorium cum Gratia pro N. ad Capitulum N. f. 110. a.
9. Ludovici II. Protectionalis pro Fratribus Minor. de Obſervantia S. Franciſci Vicariatus Bosnenſis, ad Emer. Theörök de Ennyngh, & Franc. de Hedervara Croatiæ, Sclavoniæ, Dalmatiæque Banos. f. 110. b.
10. Wladislai II. Præceptorium ad Civitatem Budenſem ratione debiti N. f. 110. b.
11. Wladislai II. R. Mandatum ad Nic. de Gerend-Theſaurarium ad inſtantiam Prud. ac Circumſpecti Krap Civis Coronenſis ne areſtetur. f. 112. a

Digitized by Google

Nr. RUBRICAE FORMULARUM, ET DIPLOMATUM. Fol.

12. Regis N. Aſſecuratio, vel alio nomine Gleth (Gelcit) Joanni Brandis (Giskra de Brandis) facta. f. 112. b.
13. Alia conformis Wladislai II. Regis Magnif. Lad. Both, ejusdemque Plenipotentiario data. de Salvo conductu. f. 112. b.
14. Wladislai II. R. Annuentia Sigilli pro Civibus Suburbii Budenſis Felhiviz ad Inſtantiam Osvaldi Epiſcopi Zagrabien. & Præpoſiti SSS. Trinitatis de Thermis Superioribus Buden. concesli. f. 113. a.
15. Ludovici II. R. Salvus Conductus pro Nunciis & Curſoribus Civitatis Ragusinæ. f. 114. a.
16. Epiſtola (haud dubie ad Ragusanos) qua gratias illis agit, quod ſe certiorem reddiderint de motibus Turcarum, eos conſolatus, ne de fortuna Hungarorum deſperarent. f. 114. a.
17. Ludovici II. Novum judicium propter ignorantiam & ſimplicitatem ad Cives Albæ Regalis. f. 114. b.
18. Ejusdem Exemtio propter conflagrationem ad certos annos ad Paulum de Warda Præpoſitum B. V. ante Caſtrum Budenſe. f. 115. b.
19. Ejusdem ad Civitatem Peſthienſem Mandatum. f. 116. a.
20. Regis N. Privilegium de conceſſo vado, ſeu navali trajectu in Danubio. f. 116. b.
21. Ludovici II. R. Mandatum ad R. in Chriſto Banum (indubie Petrum de Berizlo) de diviſione inter Epiſcopos N. peragenda. f. 116. b.
22. Regis N. Annuentia cum conſenſu ut Bona ſua donare, deputat. ſeu legare libere poſſit. (Eſt ſub Wladislao vel Ludovico II) f. 117. a.
23. Wladislai II. R. Protectionales per modum expoſitionis Laurentio Duci de Uylak Sonantes pro Nobilibus Comitatus N. de injuriis, & oppreſſione querulantibus. f. 117. a.
24. Regis N. Protectionalis propter debita infra tempus ſolutionis debiti pro Bano Caſtri Regalis N. f. 117. b.
25. Gratia exſpectativa ſuper collatione Canonicatus pro N. ad Præpoſitum Cathedralis Eccleſiæ Vetero-Budenſis. f. 118. a.
26. Ludovici II. R. ad Comitem, vel Vice-Comitem & Judlium Comitatus N. de diviſione inter Fratres N. in Poſſ. N. & N. inſtituenda. f. 118. b.
27. Ejusdem Mandatum de Novo Judicio per non venientiam, ſeu non comparitionem ad Emericum de Perei, Georg. Ep. Quinque Eccleſien. Summum & Secretarium Caucellarium, ac Egregium Stephanum de Werbeőcz Perſonalis Præſentiæ Locumtenentem. f. 119. a.
28. Wladislai II. R. Mandatum ad Judicem, Juratosque Cives Oppidi Regii N. de exemtione Egregii N. Bani Zewriniensis, ejusdemque Heredum a Judicio & Judicatu Judicis & Juratorum Civium. f. 120. a.
29. Ejusdem Mandatum Præceptorium ad N. ut exploret per homines idoneos exercitum ſceleratiſſimi illius condam Georgii Zekel. Qui explo-

rator

Digitized by Google

Nr. RUBRICAE FORMULARUM, ET DIPLOMATUM. Fol.

rator cum captus ab N. in vinculis detineretur, præcepit Rex, ut captivum e vestigio dimittat sub pœna capitis & Bonorum. f. 120. a.

30. Regis N. Mandatum ad Petrum Berizlo Episc. Vesprimien. & Regnorum Dalmatiæ Slav. & Croat. Banum in Causa Nobilis N. de N. Præfecti Castri Klifs appellati (haud dubie Petri Krufith Præfecti Kliffenfis) f. 121. a.

31. Regis N. Inhibitorium litis & Processus ad Capitula Zagrabiense, Chasmense & de Posega in Causa Nobilis N. Castri Præfecti. f. 121. b.

32. Aliud simile respiciens præcedens, quod tamen deest, evulso filio. f. 122. 123. a.

33. Ludovici II. Mandatum litis prorogatorium ad Thomam Archiepiscopum Strigonienfem, Emericum Peren Comitem Perpetuum Abaujvarienfem, & Palatinum, nec non Petrum Comitem de S. Georgio & de Bozyn, Judicem Curiæ, eorumque in Judicatu Vicesgerentes: Egregium Magistrum Stephanum de Werbewcz &c. ad Instantiam Lad. de Kanysa ad B. V. de Loretto peregrinantis. f. 123. b.

34. Ejusdem vel Wladislai R. aliud Prorogatorium in Causa N. in Bohemiam cum Rege ituri. f. 123. b.

35. Wladislai II. Admonitoria ut Vicini emant Possessionem. f. 124. a.

36. Ejusdem Præceptorium ad Comitem & Vice-Comitem Comitatus de de Posega ad Instantiam Nobilis Dominæ Dorotheæ consortis Nobilis N. contra Bartholomæum Priorem Auranæ. f. 124. a.

37. N. Regis super facto Sententiæ. f. 124. b.

38. N. Regis Annuentia ut puer in tenera ætate non judicetur. f. 124. b.

39. N. Regis Annuentia, ut Sales, qui pro Salario dantur, Petrus Vaywoda Transylvaniæ libere vendere possit. f. 125. a.

40. N. Regis Annuentia, ut de universis Bonis suis RR. D. Thomas &c. (de Bakach) quomodocunque Testamentum facere possit. f. 124.

41. Wladislai II. R. Donatio Episcopatus per translationem facta N. Venerabili, Secretario Regis dd. 16. Martii. f. 125, b.
Secretarius factus est E. Sirmiensis, Nicolao de Bachka ad Episcopatum Sirmiensem promoto. Erat vero Secretarius ille Sigismundus Thurzo.

42. N. Exemptio Abbatis Monasterii N. a quibuscunque Judicibus Regni secularibus. f. 126. a.

43. N. Exemptio alia N. a quibus libet Judicibus præterquam Magistri Protonotarii. f. 126. a.

44. Mathiæ I. Exemptio a Judicatu Comitis Comitatus N. infra unius anni revolutionem. f. 126. b.
NB. Hiatus duorum foliorum.

45. N. Regis Præfectio in heredem masculinum. f. 129. a.

Digitized by Google

Nr. RUBRICAE FORMULARUM, ET DIPLOMATUM. Fol.

46. Mathiæ I. R. Mandatum, ut Jobagiones abducti reducantur ad priſtina habitacula. f. 129. b.
47. Mathiæ I. R. alind ſimile Mandatum. f. 129. b.
48. Relaxatio Birſagiorum, ſive duarum partium Judiciariarum. f. 129. b.
49. Relaxatio, ſeu Donatio Birſagiorum. f. 129. b.
50. Relaxatio Birſagiorum, ſive gratia partium Judiciar. f. 130. a.
51. Annuentia Civitati, ut cum viridi cera ſigillet. f. 130. a.
52. Spectabili Magnifico N. Comiti N. data Annuentia ut Bona ſua donare poſſit, & deputare. f. 130. b.
53. Ut nullus in domo N. deſcendat, ſeu hoſpitetur contra voluntatem Poſſeſſoris. f. 130. b.
54. Procuratoria ad acceptándum Canonicatum & Præbendam collatam. f. 131. a.
55. Annuentia Oppidanis N. ut Molendinum in fluvio N. erigant. f. 131. b.
56. Annuentia Regia ſuper erectione Caſtelli. f. 131. b.
57. Mathiæ I. R. H. Annuentia Sigilli Conventui Ord. S. Benedicti conceſſi. f. 132. a.
58. N. Regis Gratia exſpectativa ſuper Canonicatu. f. 132. b.
59. Mathiæ I. R. Juramentalis ad Caput. f. 133. a.
60. Ejusdem Exemptio a qualibet jurisdictione. f. 133. a.
61. N. Regis Donatio Canonicatus per translationem in Eccleſia Albæ Tranſylvanæ vacantis. f. 133. a.
62. Donatio Canonicatus per mortem vacantis. f. 133. b.
63. Donatio Cuſtodiæ. f. 134. a.
64. Donatio Canonicatus, Cantoratus & Lectoratus. f. 134. b.
65. Donatio Propter incæſtum. f. 135. a.
66. Donatio nova propter amisſionem literalium Inſtrumentorum. f. 135. a.
67. Donatio Propter furtum. f. 134. b.
68. Donatio Præpoſituræ regularis.
69. Mathiæ I. R. Mandatum Conventui Eccleſiæ N. ut literas Statutorias extradent, quas extradare usque modo recuſarunt. f. 135. b.
70. N. Regis Donatio Plebanatus. f. 135. b.
71. Donatio Plebanatus. f. 135. b.
72. Donatio Rogantur Cives, N. ut Plebaniam conferant N. f. 136. a.
73. Gratia exſpectativa Plebanatus. f. 136. a.
74. Mathiæ I. R. ut colligitur, Conſenſus ſuper reſignatione Plebaniæ in Auſtria. f. 136. a.
75. Alia ſimilis. f. 136. a.
76. Alia ſimilis. f. 136. b.
77. Conſenſus ſuper reſignatione Canonicatus in Eccleſia Viennenſi a Mathia I. R. Urbano Epiſcopo Jaurinenſi datus. f. 137. a.

Digitized by Google

Nr. RUBRICAE FORMULARUM, ET DIPLOMATUM. Fol.

77. N. Conſenſus ſuper permutatione Beneficiorum. f. 137. a.
78. N. Conſenſus ſuper electione Plebani. f. 137. b.
79. Donatio Præpoſituræ, Canonicatus & Rectoratus Altaris in Eccleſia Agrienſi. f. 138. a.
80. Mathiæ I. R. Collatio Jurispatronatus Nicolao Epiſcopo Vacienſi. f. 138.
81. Ejusdem Donatio Jurispatronatus Nicolao Epiſcopo Tranſylvanienſi. f. 138. b.
82. Alia ſimilis. f. 139. a.
83. Ejusdem Donatio ſimilis & exemptio Taxarum. f. 139. b.
84. Alia ſimilis in margine. f. 140. a.
85. Ludovici R. Salvus conductus ſolutis ſolvendis. f. 140. a.
86. Mathiæ I. R. Mandatum, ut Domum & alia æſtimarent Civis Alba Regalis. f. 140. b.
87. N. Regis Mandatum, ut proventus reddantur Præceptori Albenſi, qui cauſa Studii Italiam petiit. f. 140. b.
88. N. Alia ſimilis. f. 141. a.
89. Ad Epiſcopum, ut Archidiacono proventus reddi jubeat. f. 141. a.
90. Ad Capitulum, ut Archidiacono proventus reddantur. f. 141. a.
91. Ut Canonico in Aula exiſtenti proventus reddantur. f. 141. b.
92. Mathiæ I. (cujus & tria præcedentia ſunt) ad Civitatem Varadienſem ut pro debitis N. ſatisfactionem impendere debeant. f. 142. a.
93. Ut Proventus detentos reddant. f. 142. a.
94. Donatio per modum novæ donationis facta. f. 142. b.
95. Mathiæ I. R. Statutoria loquens Civitati. f. 142. b.
96. Emerici de Peren Contractus, ſeu Faſſionales. f. 143. a.
97. N. Regis Conſenſus ratione contractus. f. 143. b.
98. Mathiæ I. R. Admonitoria, ut vicini Poſſeſſionem emant. f. 144. a.
99. Ejusdem Admonitio ſuper redemptione Poſſeſſionis. f. 144. a.
100. Ejusdem Admonitio ſuper dote & rebus paraphernalibus. f. 144. b.
101. Impignoratitiæ. f. 145. a.
102. N. Regis Donatio Camerarum durante beneplacito. f. 145. b.
103. Literæ pro damnis. f. 145. b.
104. N. Regis Confirmatio & redintegratio Nundinalium propter defectum & deſtitutionem Sigilli. f. 145. b.
105. Mathiæ I. R. Annuentia Nundinarum cum exemptione tributi. f. 146. b.
106. Ejusdem Conſenſus ſimul cum Donatione. f. 146. b.
107. N. Gratia. f. 147. a.
108. Mathiæ I. R. ne Pedites & alii in Poſſeſſiones N. N. deſcendant. f. 147. a.
109. Ludovici II. Evocatoria, nova in forma. f. 147. b.
110. Ejusdem alia facie ad faciem ſimiliter nova. f. 197. b.

NB. In Codice hiatus a fol. 147 — 154.

Digitized by Google

Nr. RUBRICAE FORMULARUM, ET DIPLOMATUM. Fol.

111. Ludovici II. Salvus Conductus. f. 155. a.
112. Ejusdem de Divisionalibus ad Banum, & Vice-Banos. f. 155. a.
113. Wladislai II. R. Prorogatorium. f. 155.
114. Ludovici II. R. Nova Nobilitatio. f. 155 b.
115. Epistola Mathiæ R. ad S. Pontificem. f. 156. a.
116. Ludovici II. Annuentia, ut N. Caseos, vulgo Parmesani dictos cum Salvo Conductu importare possit. f. 156. a.
117. Wladislai II. R. Gratia Malefactorum. f. 156. b.
118. Electio in Abbatem Pilisiensem Ordinis Cistercienses. f. 157. a.
119. Wladislai II. R. Salvus Conductus perpetuo in modum protectionalium pro Palatino, & Comite. f. 157. b.
120. Wladislai II. R. Donatio Turcis fienda. f. 157. b.
121. Donatio Canonicatus per Episcopum. f. 158. a.
122. Wladislai II. R. Litera exspectativa cum Jurepatronatus. f. 158. a.
123. Capituli Agriensis Expetitio super restitutione pecuniæ titulo Possessionis. f. 158. b.
124. Alia super restitutione literarum & literalium Instrumentorum. f. 159. a.
125. Alia Expetitio per modum Compositionis per Partes. f. 159. a.
126. Wladislai II. R. Restitutio Sigilli Capitulo fienda, & delicti Relaxatio. f. 159. a.
127. Wladislai II. Nobilitatio cum exemptione perpetua. f. 159. b.
128. Ludovici II. Creatio in Equitem Auratum pro Extraneo. f. 160. a.
129. Arenga in principio confirmationis scribi solita. f. 160. b.
130. Arenga pro Ecclesia Albensi. f. 160. b.
131. Alia super Bonis hereditariis Baronis. f. 160. b.
132. Ladislaus Egregium N. cum Consorte Egregii N. adulterii reum, & convictum gratia vitæ, & bonorum donavit. f. 161. a.
133. Wladislai II. Novum Judicium Comiti, & Vice-Comiti sonans f. 161. a.
134. Wladislai II. Novum Judicium Civitati Pesi sonans. f. 161. b.
145. Ejusdem Andreæ Lazar Primori Siculorum, & Sedis Székely Vasarhely. f. 161. b.
136. Ejusdem nomine Tutorio in Causa Joan. Herdelyi de Somkerék, contra Joan. Sándor de Kisdy. f. 162. a.
137. N. Novum Judicium, quia Evocatio ad notitiam non pervenerat. f. 162. b.
138. Idem, quia Procurator in via mortuus. f. 163. a.
139. Aliud ex Simplicitate patris (fors partis). f. 163. a.
140. Aliud propter negligentiam Partis. f. 163. a.
141. Wladislai II. R. Novum Judicium non vulgare. f. 163. b.
142. Ejusdem Introductoria & Statutoria titulo pignoris. f. 164. a.
143. Ejusdem Introductoria Causæ appellatæ. f. 164. b.

Digitized by Google

Nr. RUBRICAE FORMULARUM, ET DIPLOMATUM. Fol.

144. Ejusdem Statutoria cum gratia. f. 164. b.
145. N. Venditio portionum Poſſeſſionariarum. f. 165. a.
146. Petri C. D. Vingard Palatini Intimatio malæ novitatis & Inſurrectionis DD. Prælatis & Baronibus ob irruptionem Turcarum. f. 165. b.
147. Wladislai II. R. Donatio ſuper prius inſcriptis Stephano de Zapolya Comiti. 166. a.
148. Venditio hereditatis perpetualiter. f. 166. b.
149. Arma pro Podmaniczky. NB. deficit folium 167. f. 166. b.
150. Wladislai II. R. Salvus Conductus, five Paſſus pro peregrinante. f. 168. a.
151. Ejusdem Introductoria Cauſæ. f. 168. a.
152. N. Relaxatio Birſagiorum Regiæ Majeſtati cedentium. f. 168. b.
153. Wladislai II. R. Introductoria Cauſæ. f. 168. b.
NB. In Codice hiatus usque ad fol. 183.
154. N. Exſpectativa Rectoratus Altaris per Gubernatorem. f. 183. a.
155. Ladislai Poſthumi Gratia exſpectativa Archidiaconatus, & Canonicatus Eccleſiæ Albenſis Tranſylvanæ Epiſcopalis. f. 183. a.
156. Nicolai de Duothka Epiſcopoci Nitrienſis & Poſtulati Albenſis Tranſylvaniæ Confirmatio ſuper reſignatione beneficiorum. f. 183. b.
157. Mathiæ I. R. Exprobratio ad Mehemet Imperatorem Turcarum. f. 184.
158. Ejusdem Diffidatoria Duci, & Communitati Venetorum. f. 185.
159. Wladislai ad Milites, ut ſolutis condignis pretiis rerum ablatarum, & victualium, ad alia loca exeant. f 186. b.
160. Wladislai II. ad Comitatum N. ut Judiciariam deliberationem rurſus executioni debitæ demandarent. f. 187. a.
161. Ejusdem Præceptoria cum novo Judicio inſerta. f. 187. b.
162. Ludovici II. R. Confirmatio, ſive roboratio ſuper literatas conſenſuales. f. 188. b.
163. Wladislai II. alia Confirmatio. f. 188. b.

Sequentia videntur ad aliud Volumen pertinere.

164. Ejusdem Transumtum ex Libro Regio. f. 175. b.
165. Arma collata Anonymo, deſcriptaque ſatis clare ſed initium deest. f. 178. a.
166. Wladislai II. Plenum Mandatum. f. 178. b.
167. Ejusdem aliud ſimile. f. 178. b.
168. Credentionales Regiæ Civitati Cibinienſi. f. 179. a.
169. Donationales Deſpotatus Joanni Berizlo Bano Caſtri N. factæ cum certis Conditionibus 1514. f. 179. a.
170. Ejusdem Donatio Oppidi All diod, pro Radul Vayvoda Transalpinenſi, ſed finis deeſt, hiante fol. 181—191. f. 179. b.

Digitized by Google

Nr. RUBRICAE FORMULARUM, ET DIPLOMTUM. Fol.

171. Literæ N. ad N. f. 191. a.
172. Aliæ ſimiles gratias agentes pro mutuata pecunia. f. 191. a.
173. N. Regis ad Oratorem apud Turcarum Imperatorem. f. 191. b.
174. Wladislai II. R. ad Epiſcopum, vel Prælatum N. de fodinis deficientibus, ad quas reparandas vocavit Rex Egregium Joannem Turſo Conſulem Cracovienſem. f. 191. b.
175. Wladislai II. R. Epiſtola ad Oratorem Sedis Apoſtolicæ, quæ commendatur ei Cauſa Epiſcopi N. ad Sedem Strigonienſem transferenda. f. 191. b.
176. N. Regis Mandatum ad Comitatum N. de Decimis a Spelta, & milio fideliter Prælatis exhibendis. f. 192. a.
177. Thomæ (Bakach) Confirmatio a Sede Strigonienſi ſuper Præpoſitura de Superioribus Calidis aquis. f. 192. b.
178. Wladislai II. R. Annuentia Jurispatronatus pro perſona Seculári. f. 193. b.
179. Wladislai II. R. Exemptio propter Incurſionem, & deprædationem Turcarum, ab omni ſolutione Taxarum. f. 180.
180. Mathiæ I. Regis ad Pont. Max. nomine Regio Epiſtola memorabilis. f. 184.
181. Transumtum ex Libro Regio Wladislai II. de Beatrice Joannis Corvini Relicta, & ejus filia Eliſabeth exponen. ex quo patet, Joannem Corvinum reliquiſſe filium Chriſtophorum. f. 185. b.
NB. Deeſt folium 186.
182. Wladislai II. Statutoria Marco Horvath & ſuis fratribus facta in facto Regiæ Majeſtatis. f. 187. a.
183. Wladislai II. Annuentia ut Domus Budenſis Lucæ Epiſcopi Zagrabienſis a Deſcenſione ſit libera. 187. a.
184. Wladislai II. Donatio Abbatiæ N. f. 187. b.
185. Wladislai II. Arma pro quodam Veneto, Legatione hic Budæ perfuncto, Stylo honorifico exarata. f. 187. b.

FINIS.

Notandum: Ex ipſa hac recenſione patet, Codicem hunc conſtare ex Fragmentis duorum Codicum diverſorum, quæ tamen & ipſa manca ſunt in medio. Priore loco poſitum Fragmentum incipit a folio 107. hiat in fol. 122. 127. 128. 148 — 154. 167. & 169. usque 182. definit autem in folio 188. ſuperſunt proinde folia — Alterum Fragmentum incipit a folio 175. hiat in fol. 181 — 190. niſi in ferie ſequantur transpoſita, nam a Numero 181. usque ad Fragmentum prius ubi deſunt, vel ad tertium quempiam Codicem pertinuerint, ſi Rubricarum deſcriptor non erravit. Patet præterea utrumque hoc fragmentum adeo-

Digitized by Google

que geminos Codices pertinere ad ætatem Ludovici II. Regis, cum permultæ Formulæ reales Mathiæ I. Wladislai II. & Ludovici II. occurrant, nulla vero recentioris ævi.

VI.

CODEX MS. BIBLIOTHECAE CAES. VINDOB. JUR. CIV. LAT. N. 156. Fol.

Tit. „Stilus Cancellariæ Hungaricæ per Sebaſtianum Liſthium Cibinien. „ſub Reverendiſſimo in Chriſto Patre Nicolao Olaho Archiepiſcopo Strigo„nienſi: locique ejusdem Comite Cancellario, Secretario vero, ac Conſer„vatore Egregio Domino Joanne Liſthio Wiennæ feliciter inchoatus A. „D. 1553.

Volumen eſt in folio minori, foliis centum triginta duobus conſtans in una ſolum pagina ſignatis; quæ adeo nos ſignabimus litteris a, & b, quibus averſa, vel adverſa folii pagina indicabitur.

Nr. 1. Eſt *Formula Privilegiis infine addi ſolita.* Pag. 2. a.

„Venerabilibus in Xto PP. eodem Nicolao Otaho &c. — Colocenſi Se„de vacante, Antonio Varantio Electo Agr. Mathia Brumario electo „Zag. &c.

Nr. 2. *Formula ſcribendi Sultano Solymanno.* p. 3. a.
Nr. 3. *Plenus titulus Regiæ Majeſtatis.* p. 4. a.
Nr. 4. *Protectionales.* p. 4. b.
Nr. 5. *Aſſecuratio.* p. 4. b.

„Affidamus, aſſecuramus, & certificamus vobisque hunc præſentem „ſalvum, & ſecurum conductum noſtrum in eo dandum duximus, & conce„dendum — — — Promittentes in verbo noſtro Regio, quod hunc ſal„vum, & ſecurum Conductum noſtrum, vobis, & omnibus ad vos per„tinentibus firmiter & inviotabiliter obſervabimus, & per omnes ſubdi„tos noſtros obſervari faciemus, ſine omni dolo, & fraude &c.

Nr. 6. *Atteſtatoria.* p. 5. a.

„Expoſitum eſt Majeſtati Noſtræ — — — Cui, cum non ſit com„munis juſticia neganda, Fidelitati — veſtræ harum ſerie mandamus ſir„miſſime, quatenus dum, & quandocunque cum præſentibus ſi„mul vel diviſim fueritis requiſiti ad diem, & terminum vobis per di„ctum exponentem præfigendum, ſub onere ſedecim Marcarum gravis „ponderis, a vobis, ſi mandatis noſtris parere recuſaveritis, juxta for„mam decreti irremiſſibiliter exigendarum &c.

Nr. 7. 8. 9. *Areſtum.* p. 6. b. „Mandatur univerſis Dominis Prælatis, ronibus, „ Comitibus, & Vice-Comitibus, Capitaneis, Caſtellanis, Præſe-

Digitized by Google

ctis officialibus, ipſorumque vices gerentibus, Item Civitatum, oppidorum, & villarum Magiſtris Civium, Judicibus, & Rectoribus, ut Creditori T. aſſiſtant, quo debitorem ſuum ubivis deprehenſum, aut res ipſius areſtare poſſit „quia neminem regnicolarum noſtrorum ſuis bonis & rebus indebite „privari volumus.“

Nr. 10. *Areſtum pro evidenti, jureque obtento debito.* p. 7. a.

Nr. 7. *Atteſtatoria quando teſtes in partibus examinantur.* p. 5. b.

Nr. 8. *Procuratorium.* p. 6. a.

Nr. 11. *Cum juſti pro injuſtis* &c. ne propter aliorum debita aut exceſſus Civis Mercator T. aut ipſius res, vel homines areſtare, aut prohibere audeant p. 8. a.

Nr. 12. *Salvus Conductus extra regum.* p. 8. b.

Nr. 13. *Cum juſti. cum exemptione tributi.* Simile numero 11. p. 9. a.

Nr. 14. *Cum juſti. Sub alia formula.* p. 10. b.

Nr. 15 *Exhibitoria.* p. 11. a.

Nr. 16. *Diviſionales.* p. 11. a.

Nr. 17. *Alia.* p. 11. a.

Nr. 18. *Alia Diviſional. ad Capitulum.* p. 13. a.

Nr. 19. Ann. 1551. *Exemptio a Solutione cenſuum, & Taxarum.* p. 13. b.

„Nos Ferd. — Quod nos, cum ad nonnullorum fidelium noſtrorum „humillimam ſupplicationem, pro parte colonorum Oppidorum Capituli „Strigonienſis: Numethy, & Zebeles vocatorum in Comitatu Huntenſi „exiſtentium Noſtræ factum Majeſtati, tum vero volentes ipſa oppida, ab „illa deſolatione, & ruina, in quam per deprædationem, & combuſtio„nem per turcas nuper factam deveniſſe dicuntur rurſum novis ædificiis „reformari, univerſos, & quoslibet colonos, & inhabitatores dictorum op„pidorum Nemethy, & Zebeles, qui aut per Thurcas deprædati ſunt, aut „quorum domus ignis voragine ſunt abſumptæ, ab omni ſolutione cen„ſuum, & contributionum noſtrarum tam ordinariarum, quam contra ordi„nariarum, ſubſidiorumque, & lucri Cameræ noſtræ intra trium annorum „ſpatium, a die datarum præſentium computando eximendos duximus, & „ſupportandos, imo &c. — — Quocirca vobis fidelibus noſtris Reverendo, „venerabili, ac Egregiis, Franciſco Thurzo de Bethlenfalva Epiſcopo Nit„trienſi prefecto, cæterisque conſiliariis Cameræ noſtræ Hung. item Co„mitibus, & Vice-Comitibus &c. — — Datum Viennæ VII. die Menſis No„vembris 1551.

Nr. 20. A. 1551. *Donatio Præpoſituræ.* p. 14. a. „Nos Ferd. — — „Quod nos inducti vitæ, & morum honeſtate, aliisque laudabilibus, probi„bitatis, & virtutum meritis Fidelis noſtri Venerabilis Georgii Logi Præpo„ſiti Sanctæ Crucis Wratisl. quibus eundem præditum eſſe comperimus, „eidem tamquam Perſonæ idoneæ, & benemeritæ præpoſituram Misleu„ſem, per ſpontaneam, & liberam Ceſſionem, & reſignationem Honora„bilis

Digitized by Google

„bilis quondam Gaſpari Velii Urſini ejusdem præpoſituræ Ultimi, & veri „poſſeſſoris olim manibus noſtris factam, de jure, & de facto vacantem, vi„gore juris Patronatus noſtri Regalis dandam, & conferendam, ipſumque „ Georgium Logum ad præpoſituram ipſam nominandum — — — duximus „ &c. Datum Viennæ nona die Novembris 1551.

Nr. 21. *Gratia ſuper homicidio patrato.* p. 14. b.

Nr. 22. *Donatio Abbatiæ* N. N. — T. T. p. 15. b.

Nr. 23. *Novum Judicium* N. N. — T. T. p. 16. a.

Nr. 24. *Protectionalis* N. N. — T. T. p. 17. a.

Nr. 25. *Aſſecuratio* N. N. — T. T. p. 17. b.

Nr. 26. *Exhibitoria* N. N. — T. T. p. 18. a.

Nr. 27. *Atteſtatoria, ſive Faſſionalis* T. T. 18. a.

Nr. 28. *Creatio in liberum Comitem, pulcherrimis rerum præclare geſtarum laudibus quondam Joannis de Hunyad facta* &c. eſt impreſſum.

„ Ladislaus &c. Ad perpetuam rei memoriam. Non eſt integrum; extenditur tamen usque folii 20. pag. b.

Nr. 29. *Donatio Canonicatus cum præbenda.* p. 20. b.

Nr. 30. *Exhibitoria. Ammonitoria, & Evocatoria.* p. 21. a.

Nr. 31. A. 1551. *Creatio in militem.* p. 21. b. „Ferdinandus &c. Fi„deli noſtro nobili T. ſalutem, & gratiam Regiam, & omne bonum. Lau„danda tuæ probitatis, & virtutum merita, ſtrenuaque geſta, & induſtrioſa „ opera, quibus in Conſpectu noſtræ Majeſtatis per fidelem noſtrum Magni„ficum T. de T. & alios fide dignos meruiſti commendari, nos alliciunt, „ & inducunt, ut tuam perſonam bene meritam, regiis decoremus honori„bus, favoribusque noſtris proſequamur. Te igitur ex benevolentia ſingulari, „ ac regia liberalitate noſtra inſigniis militaribus duximus decorandum, & „ in militem creandum, atque perficiendum, decoramusque, & creamus, ac „ perficimus annuentes, & ex ſpeciali noſtra regia liberalitate, plenitudine„que noſtræ regiæ poteſtatis tibi concedendum, ut tu a modo deinceps in „ omnibus exercitiis, & actibus militaribus omnibus illis privilegiis, quibus „ ceteri aulæ noſtræ milites, quorum numero te per hoc aggregamus, quo„ modolibet, vel conſuetudine, vel de jure freti ſunt, & utuntur, uti frui, „ & gaudere valeas, gaudeasque, & merito exultes de tanto dono noſtræ „ regiæ liberalitatis, quo te a noſtra Majeſtate inſigniendum conſpexeris. In „ cujus &c.

Nr. 32. A. 1551. *Literæ Familiaritatis Aulæ Regalis.* p. 22. a. Ferdinandus. „Tibi fideli noſtro Nobili T. de T. — — virtutes, & merita, „ rectæque actiones tuæ, & rerum experientia, quibus apud Majeſtatem no„ſtram certorum fidelium noſtrorum teſtimonio commendaris nos inducunt, „ ut te congruo proſequamur favore, perſonamque tuam digno cenemus „ honore. Te igitur T. horum intuitu, in aulæ noſtræ familiarem aſſumpſi„mus, & ex certa noſtra ſcientia, atque gratia Regia, numero, & cetui „ familiarium aulicorum noſtrorum annumeravimus, aſcripſimus, aggregavi-

Digitized by Google

„ musque, atque ab omnibus, & singulis cujuscunque status, conditionis, &
„ præeminentiæ homines existant, eum te dici, nominari, haberi, & repu-
„ tari volumus, decernentes, statuentes, ac expresse declarantes, ut tu a
„ modo in posterum universis, & singulis illis juribus, libertatibus, immuni-
„ tatibus, honoribus, privilegiis, gratiis, & indultis, quibus cæteri aulæ
„ nostræ familiares, & domestici nostri quomodolibet de jure, & consuetu-
„ dine utuntur, & gaudent, semper & ubique locorum intra, & extra aulam
„ atque ditionem nostram, uti frui, & gaudere possis, & valeas; imo assum-
„ mimus, annumeramus &c.

Nr. 33. A. 1551. *Honor Magistratus Dapiferorum.* p. 22. b.

„ honorem Magistratus Dapiferorum regalium in Hungaria, cum omni-
„ bus illis jurisdictionibus, conditionibus omnibus, & servitiis, quibus cæte-
„ ri Magistri dapiferorum meorum Regalium ex collatione Serenissimorum
„ Hungariæ Regum prædecessorum nostrorum alias usi sunt, eidem T. du-
„ rante beneplacito nostro duximus dandum, & conferendum. Datum Viennæ.

Nr. 34. *Singulare cum Turca certamen.* p. 22. b. „ Ferdinandus —
„ Tibi fideli nostro T. de T. salutem, & gratiam. Quoniam sæpius nobis
„ supplicasti, ut, cum Turca quidam Dely Nazwph nomine, te ad singu-
„ lare certamen provocasset, teque, nisi cum eo certamine contenderes, ver-
„ bis inhonestis appellasset, dignaremur tibi annuere, libertatemque, & Fa-
„ cultatem, cum eodem singulari certamine congrediendi præstare. Quare nos
„ tua, aliorumque fidelium nostrorum pro te humili supplicatione exaudi-
„ ta præsentibus tibi gratiose permittibus, ut postquam toties ad singulare cer
„ tamen provocatus esse diceris, in defensionem honoris tui cum præfato T.
„ Turca, dum, & quando mutuo consensu vobis placitum fuerit, singulari
„ certamine congredi, & cum eodem dimicare possis. Mandamus per præ-
„ sentes fidelibus nostris T. ut te ad hoc certamen dimittere, & tibi omni
„ auxilio adesse debeant. Imo annuimus, concedimus, mandamusque harum
„ nostrarum &c.

Nr. 35. A. 1533. *Donatio Sigilli cum rubea cera.* Cibinienſibus facta, & jam typis edita. p. 23. a.

Nr. 36. A. 1551. *Consensus Regius, una cum Jure Regio.* p. 23. b. Gabriel Perényi pro fidelibus servitiis Andreæ litterati, civis Saroſpatakienſis, eidem donat Wamos Wſalu. Donationem hanc ratam habet Ferdinandus, & cedit jura regia eidem donatario.

Nr. 37. A. 1550. *Prorogatio Causæ.* p. 24. b. „Ferdinandus &c. —
„Reverendisſimo in Chriſto Patri Paullo de Warda Archiepiſcopo Strigo-
„nienſi, Spectabilibus, & Magnificis Thomæ de Nadaſt Judici Curiæ no-
„ſtræ, Andreæ de Bathor Comiti Comitatuum Zathmar, & Zabolch Taver-
„nicorum noſtrorum regalium, Magnifico &c. Franciſco de Rewa, vacante
„officio Palatini, regni noſtri Hungariæ Locumtenenti, & egregio Michaeli
„de Mere, perſonalis præſentiæ noſtræ in Judiciis locumtenenti &c. ——
— Quum fidelis noſter Spectabilis & Magnificus Nicolaus Comes a Sal-

Digitized by Google

„mis, & Neuburg Capitaneus noſter generalis, pro officio per nos ei de„mandato in regni iſtius noſtri Hungariæ contra Turces defenſione, va„rias hinc inde habeat curſitationes, & expeditiones nunc inter gentes „noſtras agens, nunc vero fortificationi, & proviſioni caſtrorum finitimo„rum perſonaliter providens, nec poſſit per has ſuas imo potius regni, „ut reipublicæ, occupationes bellicas cauſis ſuis, & conjugis ſuæ, motis, „vel movendis invigilare, propterea nos cum ipſius Comitis Nicolai ſup„plicatione moti, tum (& ne publica regni noſtri negotia per ipſum hoc „tempore maxime periculoſo, & privata ipſius negotia negligantur) uni„verſas & quaslibet cauſas, tam per ipſum Comitem, & Dominam Con„jugem ſuam contra alios, quam per alios quoslibet contra eos motas, „vel quacunque ratione movendas, intra medii anni ſpacium, a die da„tarum præſentium computando, gratioſe diferendas, & prorogandas du„ximus. Imo &c.

Nr. 38. A. 1549. *Forma litterarum Procuratoriarum ſub nomine conſtituentis procuratores per integri anni ſpacium.* p. 25. b. „Nos Ni„colaus Olahus Epiſcopus Agrienſis &c. Sereniſſimi Principis, & Domini „Domini Ferdinandi divina favente clementia Romanorum, Hungariæ „&c. — — Conſiliarius, & in regno Hungariæ Secretarius Cancellarius „— — — egregios Joannem Zomos de Pokatheleke directorem cauſa„rum Regalium, Ambroſium de Beits, Joannem Bopard, Joannem Vob„zay fecimus, conſtituimus, & ordinavimus veros, & legitimos procuratores &c.

Nr. 39. A. 1549. *Donatio Honoris Capellanatus Aulæ Regiæ Majeſtatis.* p. 26. a. „Nos Ferdinandus &c. — — quod inducti eruditione, vita, „moribus honeſtis, & aliis virtutibus fidelis noſtri honorabilis Gregorii May„chin Canonici Eccleſiæ Zagrabienſis, quibus ab altiſimo decoratus eſſe cer„torum hominum noſtrorum fidelium teſtimonio comprobatur, eundem in „numerum aulæ noſtræ Sacellanorum familiarium aſcripſimus, aſsumpſi„mus, & accepimus, annuentes ei, & ex gratia noſtra ſpeciali concedentes, „ut ipſe a modo deinceps ab omnibus ſubditis noſtris titulo Sacellanatus no„ſtri honeſtari, & honorari, atque omnibus illis honoribus, juribus privile„giis, & prærogativis, quibus alii aulæ noſtræ Sacellani — — — — uti „frui, & gaudere poſſit, & valeat &c.

Nr. 40. A. 1551. *Præfectio filiæ in heredem maſculinum.* p. 26. b.

Nr. 41. A. 1551. *Annuentia vadi.* p. 27. a. „annuimus & concedimus „per præſentes, ut ipſe circa poſſeſſionem T. vocatam, in Comitatu T. ha„bitam ſecus fluvium Kapos ſitam in fluvio eodem vadum, ſeu tranſitum „navalem inſtituere, hominesque cujuscunque conditionis, & ſtatus exiſtant „cum omnibus rebus, & bonis eorum inde transvadare volentes traducere, „& transferri facere. Idemque Vadum, Navibus, Carinis, & aliis inſtru„mentis ad ipſum vadum conrequiſitis fulcire, & tandem ipſe, inſinsque he„redes, & poſteritates univerſæ ſub illis libertatum prærogativis, proventi„bus, & emolumentis, ac tributis navalibus, prout cetera vada in eodem

Digitized by Google

„fluvio Kapos habentur, & posſidentur, perpetuis temporibus, tenere & poſ„ſidere, ac habere valeant, et posſint &c.

Nr. 42. A. 1551. *Exemptio a perſolutione debitorum intra anni anius ſpacium.* p. 27. b.

Nr. 43. *Divisionales.* p. 28. a.

Nr. 44. *Cum juſti pro injuſtis, cum præterea,* ut ſupra. p. 29. a.

Nr. 45. A. 1552. *Donatio totalis poſſeſſionis per defectum ſeminis.* p. 30. a.

„conſideratis fidelitate, & fidelibus ſervitiis fidelis noſtri egregii T. „de T. arcis Zarvaskeer Caſtellani — — &c. — memorato Blaſio Za„kay ipſiusque hæredibus &c.

Nr. 46. A. 1550. *Nobilitatio domus Civilis una cum exemptione.* p. 30. b. „intuitu fidelium ſervitiorum fidelis noſtri Nobilis Lawrentii Mu„thy Vicecaſtellani, in Caſtello noſtro Komiathy conſtituti &c. — — quo„circa vobis Fidelibus noſtris Reverendo Franciſco Thurzo Epiſcopo Ni„trienſi locique ejusdem Comiti, præfecto, cæterisque conſiliariis Cameræ „noſtræ Hungariæ &c.

Nr. 47. *Credeationalis.* p. 31. b.

Nr. 48. A. 1523. *Electio in nuncium Regium ad Conventum.* p. 32. a. „Ad conventum Regnicolarum regnorum noſtrorum Croatiæ, & Sclavo„niæ, pro feſto S. Trinitatis Zagrabiæ celebrandum, te & Magnificum „T. de T. nuncios noſtros deſignavimus, mandamus itaque fidelitati tuæ, „ut una cum præfato T. ad dictum locum, & diem conventus te confer„re, illicque fidelibus noſtris ea, quæ ex inſtructione noſtra tibi miſſa ac„cipies, proponere, & exequi debeas, prout rem totam ab eodem Ma„gnifico T. pluris intelliges. Datum Viennæ Auſtriæ A. D. 1533.

Nr. 49. A. 1533. *Judiciæ ut obſerventur.* p. 32. a.

Nr. 50. A. 1533. *Recognitio Regia ſuper debito Mathiæ Armpruſter data.* p. 32. b. „Civis Civitatis noſtræ Cibinienſis expoſuit nobis, quem„admodum annis his ſuperioribus, cum fideles noſtri partium regni no„ſtri Tranſilvanarum ab hoſtibus, & adverſariis noſtris urgerentur, „niterenturque adverſarii noſtri Tranſilvaniam a nobis occupare, ad ſolu„tionem gentium pro defenſione fidelium noſtrorum neceſſariam cer„tam ſummam pecuniæ ad requiſitionem petitionemque fidelis noſtri Reve„rendi Domini Nicolai de Gerendi Electi Eccleſiæ Albenſis Tranſilvanæ „Theſaurarii noſtri.“ Dicit ſummam una cum forte efficere 41 mille flo„renorum; atque Saxones jam pro 10 millibus ex hac ſumma inſcripſiſſe oppidum Zazabth, ſe in aliis 10 millibus illi inſcribere, reliquum intra biennium redditurum. Datum Viennæ in feſto Laurentii.“

Nr. 51. A. 1526. *Cuſtodiæ Canonicatus cum præbenda, & rectoratus Altaris donatio.* p. 33. a. Thomas de Zalahaza Epiſcopus Eccleſiæ Veſprimienſis, poſtulatus Agrienſis, & Cancellarius Magiſtrum Franciſcum

Digitized by Google

de Wjlack Præpoſitum Poſonienſem Regium Secretarium, & Conſiliarium creat cuſtodem Agrienſem.

Nr. 52. A. 1552. *Judicialis.* p. 34. a.

Nr. 53. A. 1538. *Salvus Conductus mercatoribus ad exteras regiones proficiſcentibus.* p. 34. b.

datus Sixto Carminali Mediolanenſi.

Nr. 54. *Clauſula.* p. 35. a.

Nr. 55. A. 1527. 12. Oct. *Affidatio ſecure veniendi ad regiam Majeſtatem.* datur Caſtellano T. Caſtri Papa. p. 35. a.

Nr. 56. *Arma per Antonium Bonfinium Scriptorem Decadum rerum Hungaricarum compoſita.* p. 35. b. Lemma male ſcriptum eſt. nam eſſe deberet: Arma, & nobilitas data deſcriptori Bonfinii Hiſtoriæ in uſum Regis. Wladislaus II. nobilitat Joannem quendam, quod in uſus ipſius eleganter deſcripſerit Bonfinii Hiſtoriam. eſt editum hoc diploma.

Nr. 57. *Armorum Civitatis Caſſovienſis principium.* p. 36. a.

Nr. 58. *Gratia ſuper homicidio cum declaratione.* p. 36. a.

Nr. 59. A. 1551. *Annuentia liberi lucri contra Turcas.* p. 36. b.

Annuit rex, ut quidam ſupplicantes centum, aut plures haidones ſibi adſciſcant, & ſine dependentia a Capitanetis, variis Strategematis ſpolia a Turcis, & prædas conquirant. Vienæ. 29. Julii.

Nr. 60. A. 1426. *Donatio Regni Raſciæ per imperatorem Sigismundum.* p. 37. b. Eſt is Stephanus Deſpota Raſciæ. Diploma eſt editum. „datum in oppido noſtro Thatza.

Nr. 61. *Relaxatio munerum Strenalium civitati Lippenſi per Sigismundum Imp. in perpetuum facta.* p. 39. b. „Anno 1426 in civitate Lippa „emanatæ ſunt litteræ, quibus civibus ejus civitatis munere, ſeu donaria „Strenualia ipſi Regi, & ejus Fiſco dari in novo anno ſolita remittit.

Nr. 62. *Donatio Caſtri per imperatorem Sigismundum filio imperatoris Bulgarorum facta.* p. 40. a.

Nr. 63. *Patibularis.* cuidam facit Ferdinandus poteſtatem erigendi in noxios patibuli. p. 40. b.

Nr. 64. A. 1545. *Quietantia.* Nicolai Olahi. p. 41. a.

Nr. 65. *Creatio in perpetuum Comitem Scepuſienſem majoribus quondam Joannis Regis Hungariæ facta.* „Nos Mathias &c. excuſum eſt. p. 41. a.

Nr. 66. A. 1552. *Mandatum ut lata ſemel, & definita ſententia exequatur.* p. 43. b.

Nr. 67. A. 1552. *Annuentia Prætorii.* p. 44. a. Scribit Ferdinandus Capitaneo Jaurinenſi Kynſperg & officialibus, ut cives ſuis ſumptibus ædificatam domum civicam, & prætorium pacifice tenere relinquantur.

Nr. 68. *Evocatoria in facto honoris. Sunt Clauſæ.* p. 45. a.

Nr. 69. *Commiſſio Cauſſæ ſimplex.* p. 45. b.

Nr. 70. *Expectativa gratia ſuper conferendis bonis.* Centum colonos promittit, ut primum bonum uspiam vacaverit. p. 46. a.

Digitized by Google

Nr. 71. A. 1552. *Nobilitatio Michaelis Thoth, qui collecta manu Haidonum Zegedinum, e manibus Turcarum eripuit.* p. 46. a. Posonii 1. die Martii.

Nr. 72. A. 1552. *Donatio honoris Comitatus.* p. 47 a. Comitatum Zolnok exterioris confert Ferdinandus Francisco Zay Capitaneo Nazadistarum.

Nr. 73. A. 1552. *Donatio Archi-Diaconatus cum Canonicatu.* Mag. Gregorio de Zegedino ultra Marusiensis Archidi. cum canonicatu Csanadiensi confertur per Ferdinandum. p. 48. a.

Nr. 74. A. 1552. *Ne quis viduam ad solvenda mariti sui demortui debita, intra unius anni spatium compellat.* p. 48. b.

Nr. 75. A. 1552. p. 49. a. *Exemptio ab exercituatione.* Joannem Surányi oculorum visu privatum, & aliis morbis laborantem, sed volentem pro se equitem alium statuere, Ferdinandus ab exercituatione eximit.

Nr. 76. A. 1550. *Renovatio armorum Civitatis Lewcha, per combustionem ejusdem Civitatis amissorum.* est editum. p. 49. b.

Nr. 77. A. 1552. *Nobilitatio Cumanorum cum donatione insigniorum.* p. 51. a. quidam solum de Cumanis nobilitantur.

Nr. 78. A. 1552. *Quietantia super assignatione Coronæ regni Hungariæ Regiæ Majestati facta.* p. 52. a. datur Dominico Dobo de Rwska, Andreæ Bathory de Somlyo, Laurentio *Musary* (corrupte scriptum) de Bodeg Comiti Comitatus Hontensis, puto Nyarium dici debuisse, in multis Hungarica corrupit scriptor.

Nr. 79. A. 1552. *Nundinalis.* p. 53. a.

Nr. 80. A. 1552. *Translatio Juris.* Alexander Kobylovicz, alias Scander aulæ Regiæ familiaris onera universorum fratrum, & consanguineorum in se assummit.

Nr. 81. A. 1552. *Mandatum pro insurrectione contra hostem Turcicum.* Est Maximiliani, qui vivente Patre complura dedit mandata. Tit. est. „Maximilianus D. G. Rex Bohemiæ, Archidux Austriæ, Dux Burgundiæ „&c. Magnificis Egregiis, & Nobilibus Comitibus, & Vice-Comitibus, „Judicibus, & Universitati nobilium, cæteris etiam quibusvis possessionatis „hominibus Comitatus Neogradiensis salutem, & gratiam Allatum ad nos „est certo rumore, Passam Budensem ingentibus copiis & omni genere bel„lici apparatus arcem Dregel obsedisse — — — hortamur vos, ac nomine „Sacræ Majestatis Regiæ domini, & genitoris nostri observandissimi, vo„bis, ac vestrum singulis firmiter committimus, ut statim acceptis præsenti„bus, cum personis vestris, colonorumque vestrorum juxta tenorem publica„rum Constitutionum viritim omnes insurgere armati, ac penes Reverendis„simum Franciscum Thurzo Episcopum Nittriensem, & Magnificum *Joan„nem Balassa de Gyarmath* &c. quos ad levandas gentes istorum Comitatum „deputavimus — — — sine mora, ac tergiversatione proficisci teneamini. Viennæ octava Jul ii 1552.

Digitized by Google

Nr. 82. A. 1552. *Comisio componendæ inter cives controversiæ.* p. 55. a. Est Maximiliani. initium: „Magnifico Georgio Seredy, Libero „Baroni de Makowycza, Comiti Comitatus Saaros, & Kapitaneo Cassovienfi. „Nec non Fgregiis Georgio Vernhero Præfecto arcis Saaros, & Consiliario „Cameræ Hungaricæ, ac Georgio Rakoczy vicesgeren. Locumtenen. Pala„tinalis Comissariis Sacræ regiæ majestatis &c. est pro civibus Germanicis Cassovienfibus.

Nr. 83. A. 1552. *Reambulatoria metarum.* p. 56. a. Ferdinandi ad conventum Ecclesiæ S. Joannis Bapt. de Jazuew pro Cassovienfibus.

Nr. 84. 1552. *Requisitoria.* p. 56. b. Ferdinandi ad Conventum de Lelez pro extradanda copia litterarum ad Cassovienses pertinentium, ut, quorum metales inter turbas perditæ sint.

Nr. 85. A. 1552. *Indictio Generalis Dietæ.* p. 57. a. Ferdinandi. — dicit esse deputatos quosdam mittendos ad comitia, in quibus etiam Palatini electio tractetur: tum concludit — „Noluimus enim viritim vos juxta „veterem consvetudinem omnes evocandos gravioribus expensis, & labo„ribus, hoc belli tempore gravari.

Nr. 86. A. 1552. p. 57. b. *Salvus Conductus extra regnum.* a Maximimiliano datus — generoso Nicolao Duci S. Sabæ de Kyskemlek, aut ipsius hominibus in regnum Poloniæ, ad reducendam ipsius sororem euntibus

Nr. 87. *Mandatum pro ferendo arci. Themesiensi subsidio.* „Maximi„lianus &c. Magnificis, egregiis — — Salutem, & gratiam. Conflat vobis „quanto in periculo sit arx, & oppidum Themesvar, aliquot jam dies ab „hostibus obsidione cinctum. Cum igitur ante vobis ceterisque vicinis Com„tatibus commiserimus, ut ad requisitionem egregii Thomæ Warkoch, præ„fecti arcis Waradiensis viritim insurgere, ac pro vestra totiusque regni sa„lute, & defensione, quocunque necessitas conservationis Themesvár, & ista„rum partium exigeret, armati proficisci deberetis. Quum tamen nunc de„nuo Magnificum *Melchiorem Balassa de Gyarmath* in supremum Capita„neum partium regni Transdanubianarum, sacræ regiæ Majestatis nomine „constituerimus, eique propterea jusserimus, ut quo magis necesse fore vi„debitur, vos cæterosque comitatus istarum partium, pro eorum salute, „& conservatione, qvam primum congreget, & inde, quo opus fuerit, per„gat. Hortamur vos, & præfatæ Regiæ Majestatis Domini, & Genitoris no„stri observandissimi nomine vobis comittimus, ut ad requisitionem præfati „*Melchioris Balassa* penes eum insurgere viritim, & quocunque fuerit ne„cesse, ad defensionem, conservationemque istarum partium, & vestrum „omnium &c. „ nihil amplius est.

Nr. 88. *Collatio honoris Palatinalis Spectabili, ac magnifico Comiti Thomæ de Nadasd.* p. 59. a. ex hoc Diplomate adparet ad primam diem mensis Martii fuisse indictam dietam noto item, quod & alios observavi, vocem *spiritualis* adpellationi addi. velut: „cognita, & comprobata sin„gulari fide, virtute, constantia &c. — — *Spiritualis* & Magnifici Comi-

Digitized by Google

„tis Thomæ de Nadasd. Jam Ladislaus Postlumus in creatione liberi Co„mitis, quo honore Joannem Hunyadi ornavit, ut retulimus superius nu„mero 28; ita de Hunyadio „ Hac itaque consideratione clarissimam fidem, „magnificas virtutes, fortissima gesta, multipliciaque obsequiorum genera „fidelis nostri syncere dilecti, *Spiritualis* Viri Joannis de Hunniad &c.

Nr. 89. A. 1548. *Arma Reverendissimi Domini Archiepiscopi Strigonienfis.* p. 60. b. Ferdinandus Nicolao Olaho Episcopo Agriensi, & Secretario Cancellario suo arma dat. quod diploma tum libro illatum fuisse, cum jam Archiepiscopus esset, patet ex lemmate. puto edita esse: originem, & merita multis enumerat. extenditur usque ad paginæ 65. *b.*

Nr. 90. A. 1552. *Exemptio, seu liberatio Domus a defcenfu quorumlibet militum in civitate.* p. 65. b. est data civi cuidam Cibiniensi. directa ad Andream de Bathor Comitem Comitatuum Szathmar, & Szabolts Magistrum Tavernicorum Regiorum, & Vajvodarum Transylvaniæ tum Comitem Siculorum; dein ad Joannem Bapt. Castaldo, Comitem Platinæ, Marchionem Cassani, „ & Serenissimi Principis Maximiliani Regis, filii „nostri charissimi locumtenentem generalem; & ceteros officiales.

Nr. 91. *Brachium feculare.* p. 66. a. cuidam Canonico datum, ut N. qui decimas dare recusavit, & per possessorem jam excommunicatus fuit, vi, & bonorum mulcta puniatur.

Nr. 92. *Gratia condemnationis per fententiam.* 67. a. Domino quædam ob repulsiones, capitis, & amissionis bonorum damnata, hanc accepit gratiam.

Nr. 93. *Exemptio a Judicio intra annum.* p. 67. b. Vidnæ data.

Nr. 94. *Annuentia Cufionis monetarum.* p. 68. Ladislaus cuidam bene merito, in Transilvania, Comitatum, & jus cudendo monetæ „simul „cum officio Cementi, seu purgationis auri locis superinde expressis „ impertit.

Nr. 95. *Donatio per notam infidelitatis.* p. 68. b. Ferdinandus do„nat bona „universas res argenteas, & pecunias, ac omnia bona, & jura pos„sessionaria„ N. quod Petrovichio notorio infideli, adhæserit, donat fideli T. de T.

Nr. 96. *Comiffio reftituendi bona violenter occupata.* p. 69. a.

Nr. 97. A. 1552. *Comitativa.* p. 69. Ferdinand. Fidelibus nostris uni„versis Dominis Prælatis, Baronibus &c. Salutem & gratiam. misimus „Agriam pro conservatione illius arcis certum numerum globorum tormen„torum bellicorum, qui ut secure — vehi possint — — — eosdem in lo„cis suspectis — usque ad loca tutiora - securo Comitatu deducere, & de„duci facere debeatis. 27. Augusti.

Nr. 98. A. 1552. *Confirmatio Privilegiorum.* p. 70. a. Ferdinandus. Oppido Dees confirmat litteras datas a Ludovico II, cui insertæ erant Vladislai II, & Mathiæ 24 Martii.

Nr. 99. A. 1554. *In Magiftrum Curiæ creatio.* p. 71. b. Ferdinandus creat Magistrum Curiæ Joannem Desseffy de Czernek. 1. Julii.

Nr. 100.

Digitized by Google

Nr. 100. A. 1554. *In Judicem Curiæ creatio.* p. 71. a. Ferd. Andream Bathory Tavernicum Reg. Magiſtrum Judicem Curiæ creat. 1. Julii.

Nr. 101. A. 1554. *Collatio honoris Magiſtri Agazonum.* p. 71. b. Franciſcus de Thah partium Transdanubianarum ſupremus Capitaneus, & Conſiliarius, fit Magiſter Agazonum. 1. Julii.

Nr. 102. *Tutoria.* p. 72. a. Franciſcus Zay Capitaneus Nazadiſtarum tutor conſtituitur propinquorum ſuorum.

Nr. 103. A. 1555. *Credentionales.* p. 73. a. Magnifico Joanni Pethew Comiti Comitatus, & Capitaneo Civitatis Sopronienſis miſſo, ut nomine regio „quædam diceret, & referret„ datæ 5. Decembris.

Nr. 104. A. 1554. *Mandatum Regium Ferdinandus* &c. p. 73. b. de reddenda domo civi Cibinienſi. „Mandatum„ ut literæ ſententionales exequantur.

Nr. 105 A. 1554. *Ut Portiones Poſſeſſionariæ violenter occupatæ, reſtituantur.* p. 74. a.

Nr. 106. *Annuentia Navis per Danubium Budam verſus.* p. 74. b. Prælatis, Baronibus, Comitibus — Capitaneis — — Judicibus &c. „Fidelis noſter circumſpectus Chriſtianus Illicinus &c. per Danubium Budam „verſus unam navem ſcandulis, aſſeribus, ollis, vino, & aliis inſtrumentis „ligneis oneratam, &c. cui ut tutius, & ſecurius ubique pateat aditus &c.

Nr. 107. A. 1554. *Ut nobiles in civitate libera domos, hæreditates habentes judicio civitatis pareant.* p. 75. Datum Caſſovienſibus „cum publicis „regnicolarum noſtrorum conſtitutionibus decretum ſit, ut nobiles in civita„tibus liberis, & regalibus domos, & hæreditates habentes ratione eorum„dem onera quoque civilia ſubire, & judicio civitatum illarum in ipſis ne„gotiis civilibus parere debeant &c.

Nr. 108. A. 1554. *Protectionales pro univerſitate Saxonum.* p. 75. b. ad Paulum Bornemiſza Epiſcopum Eccleſiæ Albenſis Tranſilvan. „quod di„verſa, & plurima damna, ac gravamina, & injuſtas oppreſsiones, tum „a regnicolis, & præcipue nobilibus, cum vero gentibus noſtris, & aliorum „iſthic in præſidiis regni noſtri exiſtentium paterentur — — nemine ipſos „ob noſtram remotiorem ab eis diſtantiam in juſtis eorum juribus contra „potentiores defendente &c.

Nr. 109. A. 1554. *Exemptio a Condeſcenſione militum, & ſublatio abuſionis.* p. 76. b. iisdem Saxonibus data „abuſionem quondam non mi„nus intolerabilem, quam iniquiſsimam introduxiſſent, ut videlicet quilibet „hoſpes duo fercula, & duas Pynthas vini, ac unum cubulum avenæ in ſin„gulos dies, militi apud eum hoſpitanti adminiſtrent, & niſi id faceret, „duris verberibus mulctaretur &c.„ dicit hos abuſus jam olim per Sereniſ„ſimos Reges fuiſſe vetitos.

Nr. 110. A. 1554. *Paſſus.* p. 77. b. Dat Nicolaus Olahus pro rebus Egregii Joannis Liſthii S. R. Majeſtatis — Secretarii, Cibinium Affinibus ſuis, transmiſsis.

Digitized by Google

Nr. 111. *Salvus Conductus pro Reverendiſsimo Domino Strigonienſi, vel viſitatore ſuo.* p. 77. b. ut Diæceſis viſitetur.

Nr. 112. *Mandatum pro extradando RR. D. Archiepiſcopo Strigonienſi ex Camera Cibinienſi Piſeto.* p. 78. b. Cum Ladislaus Vaſſ deprehenderit, Piſetum anteceſſoribus Olah, ut Paulus erat de Varda Cibinio ex Camera datum fuiſſe, quod pateret teſtimoniis Ladislai, & Ludovici prædeceſſorum; hinc dandum &c.

Nr. 113. A. 1555. *Indictio Generalis Dietæ ad Gabrielem de Perén.* p. 79. b. ad primam diem Januarii proxime venturi. datum 13 die novembris. dicit, ut defenſionem illarum partium, & gentes interea credat Epiſcopo Varadinenſi. Cauſſæ indictæ Dictæ ſunt: Joanni filio Joannis Regis Tranſſilvaniam & alia ultra, & citra Tibiſcum inſignia loca ut Varadinum, Gyula, Caſſovia, reddenda petere Solymannium; & ſi Joannes recipere nollet, Ferdinandus tamen ex his manus exciperet: altera eſt nova contributio, & ſubſidium.

Nr. 114. A. 1554. *Arma Joannis Liſthii cum nobilitatione.* p. 81. a.

Nr. 115. A. 1561. *Areſtum.* p. 82. a. ad nomina exigenda.

Nr. 116. *Tutoria.* p. 82. b. Petrus Erdewdy de Monyorokerek Comes perpetuus montis Claudii & banus Croatiæ, depoſita ſpe prolis faſsionem bonorum ſuorum fecerat. mox adeptus proles petit a Rege irritam reddi faſsionem. Ferdinandus annullat, & ejus confortem alteram Barbaram natam Alapi de Nagykemlek Tutricem prolium, & adminiſtratricem creat.

Nr. 117. A. 1555. *Redemptio bonorum.* p. 83. b Dat poteſtatem redimendi bona tam pignori data quam violenter occupata, & tenta *„per fidelem noſtrum Georgium Melich*; dat id Ferdinandus Egregio Horvath de Petropolya, ac uxori ſuæ generoſæ Dominæ Chriſtinæ Raskay. ad Zaberdinum Epiſcopum Varadinenſem, ejusdem Comitatus ſupremum comitem, & partium inferiorum capitaneum.

Nr. 118. A. 1556. *Modus conficiendi teſtamentum.* p. 84. a. Formæ loco adducitur teſtamentum Barbaræ quondam Petri Nagy de Zylys, ſuæ Majeſtatis Capitanei in Taſnád relictæ, nunc vero Maximiliani Bohemiæ regis, Cataphracti Joannis de monte uxor. actum Viennæ 9. Maji 1556. Teſtamenti ſubſcriptores & executores ſunt Chriſtophorus Armpruſter Cameræ Hungaricæ Conſiliarius, tum Nicolaus Byſſenfeindt, & Martinus Volkamer Cives Viennenſes.

Nr. 119. A. 1560. *Mandatum pro inquiſitione.* p. 85. b. Comiſſarii conſtituuntur Stephanus Dobo de Ruzka Wayvoda Tranſ. Stephanus Radetinus Abbas S. Benedicti de Rupibus, & Gregorius Babyndali, contra violentias Joannis Krwſyth Capitaneum, & ejus milites; octava Februarii 1560. NB. Radetinus infra Radecy eſt.

Nr. 120. A. 1560. *Donatio Præpoſituræ Majoris Agrienſis.* p. 87. a. Dionifio Pioppio Electo Epiſcopo Modruſienſi, in locum defuncti Georgii Bona. 3. — Februarii.

Digitized by Google

Nr. 121. A. 1560. *Ad Regem Poloniæ.* p. 88. a. Sigismundum Augustum, propter Felicem Millner, qui Cracoviæ merces Cassovienſium arreſtavit, ut ad judicium in Hungariam compareat. 13 Januarii.

Nr. 123. A. 1559. *Conſenſus.* p. 89. a. Ferdinandus conſentit in faſsionem, & juris translationem, quam coram Capitulo Poſonienſi fecerant Jacobus de Vizkeleth Notarius Majoris Cancellariæ Hung. & Bartholomæus Gaal de Fewényes, dando totales portiones ſuas Kwpa, & Dombegyzaz in Comitatu Cſanadienſi Chriſtophoro Caſtellanſi de Zenthelek mil. Regio in Gyula. 7. — menſis novembris.

Nr. 124. A. 1559. *Donatio Abbatiæ S. Benedicti de rupibus.* p. 91. a. Stephano Radécy de Zemeze. ſupra nro. 123. dicitur Stephanus Radetinus donat vacantem Abbatiam de Rupibus, vel de Skalka, morte Ven. Thomæ de Vyzkeleth. 19. octobris.

Nr. 125. A. 1560. *Arma, & nobilitatio.* p. 91. a. Thomæ Kyſpál, Ruſtici in Kövesd Comitatus Borſod.

Nr. 126. A. 1560. *Introductoria ſive ſtatutoria.* p. 93. a. ad Conventum Eccleſiæ de Zalawar. introducendos jubet Rex Sebaſtianum Lyſtium Majoris Cancellariæ Hungaricæ Notarium, & Wolffgangum Fodoroczy in Curiam nobilitatem Poſſeſsionis Mylty in comitatu Saladienſi exiſtent. quæ antea fuit Michaelis Rosa, qui ob notam infidelitatis, & cædem admiſſam in fratris Gregorii Rosæ filio, lancea trajecto, tum læſo proprio filio lethaliter in capite, bona ſua amiſerat. pro teſtimonio vocandos dicit Nobilem Thomam Seryek de Szenterzsébet, ſeu Benedictum Varhola, aut Franciſcum Kovvaſy, vel Joannem Saldimon de eadem Mylcy, quibus præſentibus Zele de Zent Balas homo Regius introducat &c. 9 Januarii.

Nr. 127. A. 1559. *Donatio Cruciferatus Jaurinen.* p. 94. b. Est Nicolai Olahi; qui jure patronatus, quod antea ad Prieres Anranæ pertinuit, in Archiepiſcopos Strig. translato, *præceptoriam, ſive cruciferatum Jaurienſem* Confert Sebaſtiano Lyſtio de Cibinio, vacuum morte Marci Præpoſiti Eccleſiæ Jaurienſis, atque in eo Canonice confirmat, „ejusdemque ad„miniſtrationem in ſpiritualibus, & temporalibus pleno jure committit, ita „tamen, ut illa Eccleſiaſtica munia, qua præceptor, ſive Crucifer Jau„rienſ. pro tempore conſtitutus obire tenebatur, tu quoque, quantum pe„riculoſi hujus temporis ſtatus patietur, junta tuum poſſe obire debeas.„ Datum Viennæ 18 Maji. NB. Sebaſtianus Liſthius fuit Eccleſ.

Nr. 128. A. 1559. *Gratia condemnationis per Sententiam.* p. 95. b. Anna Korlatkay relicta Pauli Baracskay actoribus contra ſe Wolfgango, & Stephano Dersfiis ſecundo ſe opponens Capitalem Sententiam, & amiſſione bonorum tulit in ſede judiciaria (quam bis in his litteris *induſtriam* vocat, velut *in moderna ſede noſtra induſtria Poſonii in anno præſenti conſtituta, & celebrata*) ſed ob fidelia ſervitia Caſparis, & Mathæi Pongratz de Sz. Miklos, Joannis, & Stephani Apony de Nagyapon, nec non orphanorum Hurmsoy, his bona donat; credo conſanguineos fuiſſe.

Digitized by Google

Nr. 129. A. 1560. *Fassionalis personarum coram Domino Archiepiscopo Strig.* p. 96. b. Jussu regio Josephus Sola, & Thelegdi testimonia maleversationis Melchioris Robles, substituti ad tempus in Capitaneatum Cassoviensem loco Joannis Pethew de Gerse, ob donaria, capivos, bonorum detentiones, & calumnias &c. fassiones duorum illorum virorum litteris consignat Ferdinandus, ad Judicium mittendis.

Nr. 130. A. 1560. *Mandatum pro restitutione bonorum occupatitiorum.* p. 97. b. ad Marcum Horvath arcis Zyghet Capitaneum, ut bona Episcopi Zagrabiensis Mathiæ Brumarii violenter detentas, aut vexatas per Franciscum de Tah Agazonum Regiorum Magistrum, & Consiliarium, qui ex fortalicio suo Wytzvar, variis solutionibus, & taxis indebitis colonos Zagrabiensis Ecclesiæ affligit, vindicet, & salvet, atque restituat.

Nr. 131. A. 1560. *Annuentia ceræ rubræ pro signandis litteris.* p. 99. a. Civitati Bakabanya facta 12. febr. ait: „cum hactenus Civitas illa „nostra Bakabanya in signandis litteris suis publico civitatis nomine expedi„tis cera viridi usa sit, inposterum ipsi, & eorum successores atque posteri „perpetuis semper temporibus in signandis litteris, vel quavis sigilli civita„tis ipsorum appresionis cera rubra More Civitatum nostrarum liberarum, „uti possunt. &c.

Nr. 132. A. 1559. *Sequestratio Bonorum.* p. 99. b. ad Capitulum Agriense. Stephanus, & Georgius de Tarcha, quondam coacti adhærere Francisco Bebek notario rebelli bona amiserant, impetrata a Consanquineis Nicolao Olah Csaszar, Balthazare Gosztony, & Benedicto Nagy. cum vero supplicantibus gratiam feciset Ferdinandus, repetiere bona, præsequestranda a ceteris volebant, cum pari jure tenerent, addit Rex „quum „mulieres innocentes ob excessus maritorum, atque pueri quoque, & puel„læ, in tenera ætate constituti propter delicta parentum suorum, bona sua „amittere non possint, neque debeant, & præterea nos quoque neminem innocentium bonis suis legitimis indebite volumus„ &c. ultima novembris.

Nr. 133. A. 1559. *Donatio Canonicatus cum Præbenda.* p. 101. a. Nicolaus Olah, cui T. dedit. 2. Aug. Tyrnaviæ.

Nr. 134. A. 1560. *Arma Francisci Kálnásy.* p. 101. b. avitica arma a Sigismundo data renovat, cum sua amiserit inter turbas. 14. Februarii.

Nr. 135. *Donatio Canonicatus cum Præbenda.* p. 104. a. Olahus Michaeli Dobrokuthya Collegiatæ Ecclesiæ Budensis canonicatum.

Nr. 136. A. 1559. *Compulsatoria, & attestatoria.* data Archiepiscopo Strigon. ratione metarum boni Szakálos. Dat. Augustæ Vindel. 16. Aug.

Nr. 137. A. 1560. *Recognicionalis.* p. 106. a. Ferdinandus agnoscit, quosdam colles Episcopi Vesprimiensis prope Palotham defendendam teneri a suis. interea dat 400 fl. Hung. & quia alias 500 percipere solitus est Episcopus, adsignat pro meliori arcis Simegh defensione duas possessiones ad præposituram Albensem minorem pertinentes *poh* vocatas. &c. 1. Januarii.

Nr. 138. *Instructio Comissariorum. Ferdinandus.* p. 104. b. Comissarii Antonius Verancius Electus Agriensis item unus ex Capitulo Sce-

Digitized by Google

puſ. Egr. Sigismundus Thorda de Gyalw adminiſtrationis proventuum regiorum in partibus regni Hung. Superioribus ſuperintendens, & Magiſter Georgius Olgyai Protonotarius Judicis Curiæ.

1. Contra Emericum Telekeſy Capitaneum Caſſovienſem, & ejus milites, ob exceſſus;
2. Contra tutores Orphani filii Emerici quondam Homonnaj, Mathiam Vizmandi, & Blaſium Hozzumezey, diſſipantes & diripientes bona pupilli.
3. Contra Franciſcum Perényi perduellem, cujus bona donata fuere Magiſtro Petro de Macedonia Cubicullariorum Regiorum Magiſtro; ut talia bona a portione ſequeſtrata, quæ pure Perényii erant ſequeſtrata tradantur Petro Macedonyai, & adſignentur.
4. Præterea totalis dimidietas oppidi Zykfzo, quæ olim Michaelis Perényi fuit, & per mutum, & defectum Seminis ejusdem Michaelis donata Petro Macedonyay, hactenus quidem a vidua ejusdem Michaelis tenta fuit a vidua pro dote viduali, ſed quia ad ſecundas nuptias tranſiit; exſolvatur, & tradatur Petro Macedonyay. Datum ut ſupra.

Nr. 139. A. 1553. *Conſenſus ſuper reſignatione Canonicatus cum præbenda.* p. 109. b. Magiſtri T. &c.

Nr. 140. A. 1553. *Prorogatio cauſarum ante adultam puerorum ætatem.* p. 110. b. T. & T.

Nr. 141. *Statutoria Conſenſus Regii.* p. 111. b. deſertas ſeſsiones curiales occupavit *Nicolaus Mayſſa.* Rex ei confert, pro loco curiæ nobilitaris. litteræ ſunt multis erroribus imperiti ſcribæ ſcatentes.

Nr. 142. A. 1553. *Quietantia ſuper reſignatione officiolatus Arcis.* p. 112. a. T. Arcem Zigeth cum omnibus in elencho deſcriptis reſignavit.

Nr. 143. 1553. *Plenum mandatum.* p. 112. a. ad recipiendam a Præfecto T. arcem Zigeth per T. T. &c.

Nr. 144. A. 1552. *Confirmatio Teſtamenti.* p. 112. b. Cujusdam Annæ Swlyakel (male ſcriptum) relictæ Michaelis T.

Nr. 145. A. 1553. *Annuentia pro erectione Molendini.* p. 113. a. T. circa civitatem Waradienſem in fluviis Kewres, & Pecze intra civitatis terminos molam erigat Datum Græcii 14 Martii.

Nr. 146. *Gratia condemnationis per ſententiam.* p. 113. b. ex ſecundaria repulſione convicti, condemnati, T. bona Dominæ Conjugi T. remittuntur. res ratione arcis Baimotz. accidit.

Nr. 147. A. 1553. *Atteſtatoria ad teſtificantes.* p. 114. a. pro T & T.

Nr. 148. A. 1545. *Novum Judicium in facto honoris cum gratia.* p. 115. a. ad conventum Eccleſiæ de Zaagh. T. in cauſa facti honoris in curiam regiam citatus, evocatusque, certis & rationabilibus ex cauſis comparere nequivit, unde actor litteris adjudicatoriis partem l. aggravare nitebatur. Quare &c.

Digitized by Google

Nr. 149. *Signaturæ ex libro regio Tranſſumtæ.* p. 115. b. Egregius T. donationis litteras amiſerat, ſibi datas a Ferdinando turbarum tempore. Quare requirendam ſignaturam donationis in libro regio, petiit, & impetravit.

Nr. 150. *Signatura tranſſumpti ex libro Regio.* p. 116. b. ſimilis argumenti.

Nr. 151. *Inſcriptionalis.* p. 117. a. cuidam T. totales poſſeſſiones T. ad arcem Chicho in Tranſ. pertinentes Ferdinandus inſcribit in, & pro ſumma duorum millium Flor. Hung., & oppignoravit, tamdiu non auferendas, quoad alia bona dare poſsit.

Nr. 152. *Aſſecuratio conferendorum bonorum vacaturorum.* p. 117. b. Caſtoldo Generalis, & Thomas de Nadásd comiſſarii in Tranſſ. quibusdam fidelem operam ſibi locantibus promiſerunt quamdam poſſeſsionem T. ad Sedem Saxonicalem. T. pertinentem ſed quia illa poſſeſsio Saxonum erat, qui ſpeciale eſſent peculium regium, neque ab iis aliquid transferri deberet, aliud vacaturum bonum promittit.

Nr. 153. *Contractus, ſeu Faſsionalis.* p. 118. a. apud Palatinum Thomam de Nadasd. cujus hæ litteræ ſunt. Quidam Raphael T. etſi haberet a Majeſtate liberam de bonis diſponendi facultatem, ita tamen partitus fuit: ut Regi Caſtrum Palotha in Comitatu Veſp. cum cunctis ingeniis, Bombardis, Falconetis, Sclopis, Pilidibus, Barbatis, & manualibus, pulveribus pixidum, globulis, & armamentis — — item totam ſummam 6000 florenorum, quibus ſua Majeſtas ei ratione ceſsionis caſtri Zwcha — — & inſuper totalia caſtra Bezterchа, Hriczew, & Zeduiche in Comitatu Trenchinienſi habita, cum omnibus pertinenciis, dempto oppido Ban, cedit jure perennato, ſi in femine utriusque ſexus deficeret, ea tamen Conditione: ut ſua Majeſtas, & ſucceſſores ejus, Raphaelis ſucceſſores, & hæredes in uſu pacifico conſervent, & contra impetitores defendant, onera etiam in futurum in ſe adſumant, „& in caſu, quo hujusmodi gravamina ad capitalem uſque ſen„tentiam ſive notam perpetuæ infidelitatis extenderentur, eundem T. hære„desque, & poſteritates ejusdem univerſas ab ipſa ſententia capitali, vel „nota infidelitatis, ex nunc, prout ex tunc, & ex tunc, prout ex nunc ab„ſolutos, & indemnes reddere, & pro abſolutis, ac indemnibus habere — „— — & deinde illam quoque inſcriptionem duodecim millium Floreno„rum, quam ipſe T. in & ſuper Caſtro ſuo Bezterche — generoſæ, & ma„gnificæ Dominæ T. de T. conſorti ſuæ feciſſe dignoſcitur — — priusquam „dictum caſtrum — auferetur plenarie — — perſolvere — dignaretur. &c.

Nr. 154. *Annuentia Thelonii.* p. 119. b. pro parte generoſæ D. Eliſabethæ Gerendy Conſortis T.

Nr. 155. *Annuentia diſponendi de bonis.* p. 120. b.

Nr. 156. *Annuentia diſponendi Teſtamentum.* p. 121. a. data Alexio Thurzonī Judici Curiæ, & in regno Hungariæ Locumtenenti, de omnibus bonis.

Digitized by Google

Nr. 157. *Confirmatio Privilegii nullo inserto tenore.* p. 122. b. Gregorius Literatus, & Stephanus Zigethi jurati cives civitatis Rivuli dominarum privilegiales litteras Wladislai, tum Ludovici, & Mathiæ præsentarunt, has confirmat Ferdinandus, qui inserat. dicit „*incolis nostris Rivukiensibus.*

Nr. 185. A. 1556. p. 123. b. *Brachium Regale.* Magister Benedictus de Margitha vicarius Thasnadiensis, & causarum auditor generalis, Pauli Bornemissza Episcop. Transs. excommunicaverat, & interdicto subjecerat Joannem Károlyi in facto decimarum, quam ipse Benedictus Vicarius, quod Ambrosius Kys de Szabathka nomine Pauli Abstemii brachium seculare invocaverat: inter cetera annuens Ferdinandus dicit: „Consvetudinaria „vero lege hujus regni, ab antiquo observari solita requirente: quicunque „regnicolarum in fede spirituali ordine judiciario convicti contumacia, & „rebellione eorum censuras Ecclesiasticas non curantes: læsis, & per ipsos „utrumque damnificatis satisfactionem impendere, eosque superinde re„conciliare non curaverunt, tales ad invocationem brachii secularis per „Judicem, coram quo videlicet hujusmodi causa fuerit decisa — — ad „satisfactionem impendendam: per manus seculares compelli solent, atque „debent, uti vulnera, quæ medicinæ fomenta non sentiunt, necesse est, „ut ferro abscindantur.„

Nr. 186. A. 1555. *Patibularis.* p. 125. a. Jus gladii, rotæ, palorum dat Rex Thomæ Olah ex fratre A-Epp., & Nicolao Császar, ac Georgio Bona ex sorore nepotibus, eorumque hæredibus in territorio arcis ipsorum Lanssér. 26 Decembris 1555.

Nr. 187. A. 1556. *Evocatoria Bebekonum.* p. 126. a. ad Conventum Jaszovienssem, in litteras Regias per suum testimonium Francisco Bebekio, & Georgio ejus filio præsentent, atque ad dietam indictam ad 1-mam Januarii insequentis anni Posonium evocent. Crimina Francisci fuere, quod factus, & renuntiatus Comes Geomörienssis, & Consiliarius fidem juraverit, quam non servavit; factiones fecerit, minis ad suas partes pertraxerit tam nobiles, quam ignobiles; rem bene compositam inter Ferdinandum, & Isabellam viduam Reginam, hanc in Polonia accedendo, turbaverit; Georgius vero Regium dicatorem in Comitatu Abauivarienssi Nicolaum de Czikehaza in ipso dicationis exercitio, captivatum in arce sua Boldokew cruciaverit in quingentis fl. Hung. pactari fecerit. &c.

Nr. 188. A. 1480. p. 127. b. *Ad Stephanum Comitem Scepusiensem.* Quæ sequuntur sunt Mathiæ Corvini. respondet Rex ad litteras Rakospurga, & Tresaco scriptas. hortatur ut civitatem cum Castro obtineat. non esse, cur servitores, & Bombardarii de stipendiis querantur. Ingenia jam potuisse transferri; ne haberet ipsos nescio cujus conditionis. „ Jubemus igi„tur, ut mandes per illos fieri, quidquid voles, & quando facere recusa„bunt, facies eos in terram detrahi, & cum tribus baculis acriter verbe„rari. — — de Bombardariis quod scribis, eos propter pecuniarum dese-

Digitized by Google

„ctum conqveri &c. Ad hæc Mathiæ litteræ, ut puto editæ non ſint, juvat integras deſcribere.

Mathias &c. Spectabilis, & Magnifice Fidelis nobis ſyncere dilecte. Quæ de Rakoſpurga, & Treſaro ad nos ſcripſiſti, gratanter, & multum benevole audivimus. Et ex his Fidelitatem, & diligentiam tuam plurimum commendamus. Hortamur autem ut quanto potes majore ſtudio operam adhibeas, quod civitatem cum Caſtro penitus nobis obtineas, ut libere ea civitas in manus noſtras reducatur. De Bombardis, & noſtris ſervitoribus, quos propter carentiam pecuniarum ſcribis ingenia illa ad te non tuliſſe, reſpondemus tibi, quod de pecuniis tantam non habent penuriam, propter quam, ſi voluiſſent ingenia illa nequiviſſent apportare. Et dolemus, quod tu illis ſervitoribus noſtris tantum honoris defers, ut exiſtimes eos homines conditionis. Jubemus igitur, ut mandes per illos fieri, quicquid voles, & quando facere recuſabunt, facias eos in terram detrahi, & cum tribus baculis acriter verberari. Nihilominus mittimus eis pecuniam, & mandamus, ut eos illas, & ingenia ſtatim ad te proferant, & ſi perferre nollent, tu eos cogas ad perferendum. De Bombardariis, quod ſcribis eos propter pecuniarum defectum conqveri reſpondemus illos ribaldos, & viles homines mendaciter conqveri de negatis eis ſtipendiis, quoniam antequam hinc diſceſſiſſent, Unicuique ad annum & medium de ſtipendio fuerat ſatisfactum, & etiam poſtquam illuc venerunt, per Stephanum præpoſitum fuit illis pecunia data. Verum ut illi conqueri amplius nequeant, nos & hinc illis pecuniam mittimus, cum quibus tu facias, ſecundum quod tibi melius videtur ſervire Majeſtati noſtræ. Propterea Bombardam illam quæ eſt in Sabaria, frangendis muris aptam, facias etiam ad te adduci, quanto celerius potes. Ecce autem mittimus ad Comitatum Caſtriferrei, quemadmodum tu optabus, ut Bombardam illam, cum lapidibus, & aliis neceſſariis ad te conducere debeant, de Carpentariis etiam providebimus. De diffidatione autem tua ad Imperatorem, quod nos qværis, quid facere debeas, reſpondemus tibi, & volumus, quod nullo modo illi diffidere, nec verbum unum intelligere des ad illum amplius de diffidatione, ſolum cures, ut Caſtrum Rakoſpurg cum civitate totaliter in manus noſtras deveniat. Datum Budæ feria II. poſt oculi 1480.

Nr. 189. *Ad Kilianum de Beſſenie, & Stephanum Horvath.* p. 128. b.

„Egregii, fideles dilecti, Neſcimus, quid vos cum illis ingeniis, & machinis bellicis, quas nos curæ, & cuſtodiæ veſtræ confidimus, faciatis ibi, quemadmodum enim intelligimus, uſque in hodiernum diem, ad nullas requiſitiones Fidelis noſtri Spectabilis, & Magnifici Stephani Comitis Scepuſienſis Capitanei noſtri illa ingenia ad ipſum Comitem apportaſtis, & vos quærimini ſemper de pecunia expenſarum, & ſic negotia noſtra ſemper negligitis. Quapropter mandamus vobis, ut ſtatim, & in continenti viſis præſentibus ipſa ingenia moveatis, & infra quatuor dies apud ipſum Comitem

Digitized by Google

Comitem Stephanum collocare debeatis. Ne autem de pecunia expenſarum conqueri poſsitis, & pecunias vobis mittimus, videatis autem, ne in hoc aliquam negligentiam comittatis, ſub amiſsione oculorum veſtrorum. Qui certi ſitis, quod ſi ad diem præfixum ingenia ibi non ſtatueritis, omnes vos ſuſpendi faciemus. Aliud. ut ſupra.„

Nr. 190. A. 1480. *Ad Comitatum Caſtri ferrei.* p. 129. a. „Mathias &c. Fidelibus noſtris univerſis, & ſingulis Nobilibus &c. Ex quo nos verſus illas partes omnes conatus noſtros adhibemus, & vires intendimus, ut ab illa parte hujus regni partes finitimæ, a continuis adverſariorum injuriis ſalvæ, & liberæ permaneant, neceſſariumque intelligimus negotia noſtra, quæ pro commodo regni, extra limites per Fidelem noſtrum Spectabilem, & Magnificum Stephanum de Zapolya Comitem Scepuſ. Capitaneum noſtrum fiunt, absque Bombardis exequi non poſſe, mandamus, ut ſtatim acceptis præſentibus illam Bombardam Faltherew (*latine diceres murifragam*) quæ in Sabaria eſt, una cum lapidibus, pulveribus, & aliis attinentiis ad uſque præfatum Stephanum Comitem Capitaneum noſtrum feſtinantiſsime neceſſariis curribus ad id depoſitis conducere debeatis, ubi vero id facere nolletis, comiſimus & præſentium ſerie firmiter mandamus Comiti, vel vice Comiti veſtris, ut ipſi vos ad ea facienda etiam per omnia oportuna gravamina arccius compellant, & adſtringant. Aliud &c.

Nr. 191. A. 1480. *Ad Comitem Caſtriferrei eodem in negotio.* p. 129. a. „Mathias &c. Fidelibus noſtris univerſis, & ſingulis Nobilibus &c. poſtquam nos paci, & quieti illarum partium regni noſtri multis, ac variis provocati injuriis conſulere decrevimus, & ad ulciſcendas ſubditorum imperialium multas, & frequentes injurias, quos illi potiſsimum ex Rakoſpurga ad partes ſuperiores regni, & præſertim ad illum Comitatum tam in comittendis furtis, quam Rapinis, & Spoliis diverſis exercendis irrogare conſueverunt, obſidione illius oppidi vindicare propoſuerimus. Mandamus igitur fidelitatibus veſtris, cum ea res omnium quietem, & utilitatem concernat, ut omnes, & ſinguli per ſingula capita parati cum armis eſſe debeatis, ut ſi neceſſe foret, & Capitanei noſtri vos requiſierint, illico non expectato ulteriori mandato noſtro gentibus noſtris, quæ cum Capitaneis noſtris in obſidione Rakoſpurgæ conſtitutæ ſunt, ſub conductu Comitum Virorum præſidio accedere, & omnibus Viribus, ac conatibus aſsiſtere debeatis, ſi requiremini. Ne aliqua gens de parte imperatoris civitatem illam ingredi, & contra gentes noſtras defenſare valeat. Si vero neceſſe non fuerit, nolumus vos hoc onerare, niſi neceſsitate impediti. Aliud ergo, prout commodum, & utilitatem hujus regni, publicam quietem, & quatenus ab illorum moleſtationibus ſecuritatem deſideratis, facere non præſumatis &c. Datum Budæ in Dominica Lætare Anno 1480.

Nr. 192. *Inſcriptio Arcis Chabragh pro Joanne Kruſſyth.* ſp. 129. a. „Nos Ferdinandus &c. Joannem Kruſith Capitaneum equitum peditumque, qui Carponæ erant, ob multas expenſas bellicas, præficit arci Csabragh in Co-

Digitized by Google

mitatu Hontenſi, & Szythna, ita ut proventus, & utilitates inde traheret, quibus milites, qui jam diu inſoluti erant, ſolveret. Inſcriptio facta fuit in, & pro ſeptem millibus florenorum, florenum a cruciferis 60 computando, hoc eſt, per denarios hungaricos octuaginta computando. excipit Rex Fodinas auri, & argenti. reſtituet autem Kruſsith arcem, quandocunque Ferdinando, aut ſucceſſoribus placuerit deponen. 7 millia fl. intertenere 60 pedites, unicum Bombardarium, & viginti quinque equites levis armaturæ ipſe Ferdinandus vult ea arce, quos ex Camera ſe ſoluturum ſpondet, ipſe Kruſith nullam ſolutionem accipiet, niſi titulo Capitaneatus equitum. quare inpoſterum ceſſabit ſolutio quadringentorum fl. priori Præfecto arcis ſolutorum. Arcem Zythna nonnihil ruinoſa bis mille florenis ex ea pecunia, quam mutuam Ferdinando Krwſith, reparetur„ opera Colonorum ad omnia„ uti poſsit juſto modo, & ſine oppreſsione miſeræ plebis &c.

Hæc excerpta ſunt ex dicto Codice 1797 Viennæ, & terminata die 22 Februarii ejusdem Anni, apud Carolum Koppi.

Styli hujus copiam poſsideo beneficio immortalis memoriæ Comitis Ignatii de Batthyán Epiſcopi Tranſylvanienſis.

VII.

CODEX MS. BIBLIOTHECAE JOSEPHI CARDINALIS A BATTHYÁN, CUI INSCRIPTUM EST:

„Anno Domini 1555. in Cancellaria Hungarica vivente Cancellario Archi-Epiſcopo Reverendiſſimo Nicolao Olaho.“

1. *Integer Titulus Ferdinandi Romanorum Imperatoris & Regis Hungariæ.* in fronte Libri.
2. *Arma cum Nobilitatione* 1. Febr. 1554. Nobilitatio cum Armis per Ferdinandum Regem Joanni Liſtio Cibinienſi Tranſylvano Majoris Cancellariæ Hungaricæ Secretario collata. p. 1. a.
3. *Nova Donatio cum Jure Regio per amiſſionem Literarum.* Eſt formula Donationis novæ Bonorum ſuper quibus Donationales veteres tempore diſturbiorum perierunt. p. 2. a.
4. *Brachium ſeculare.* Forma Mandati Regii, quo mediante jubentur Bona Detentoris decimarum & propterea Cenſuris Eccleſiaſticis jam aggravati, tamdiu detineri, donec dictas decimas Canonico T. præſtiterit, erga Cujus Inſtantiam Sedes T. ad Regiam Majeſtatem velut ad brachium ſeculare recurrit. p. 2. b.

Digitized by Google

5. *Salvus Conductus duarum Navium rebus oneratis Comaromium devehendarum.* Eſt formula tantum Paſſualium, pro mercantilibus navibus. p. 3. a.
6. *Salvus Conductus Poſtarum.* Forma Mandati Regii, quo Perſonæ a Rege ad certum locum exmiſſæ celerior promotio præcipitur. p. 3. b.
7. *Evocatoria ſimplex in facto honoris.* Formula Evocatoriarum in præſentiam Regis ob læſum honorem Civis. p. 3. b.
8. *Cum juſti pro injuſtis.* Formula Litterarum paſſualium Regiarum pro mercatoribus. p. 4. a.
9. *Mandatum Regium pro munienda Arce.* Formula Mandati ad Comitatus Hungariæ, ut ad requiſitionem Epiſcopi Varadienſis ſupremi partium Hungariæ inferiorum Capitanei, & Caſparis T. Arcis Gyula Præfecti, pro munienda hac ipſa Arce concurrant. p. 4. b.
10. *Quietantia.* 1554. Obligatoriales Litteræ duorum Civium Civitatis Rivuli Dominarum Joanni Liſtio Cancellariæ majoris Regiæ Secretario datæ ſuper 100. aureis, per eundem Archiepiſcopo Nicolao Olaho Cancellario, titulo expeditionis Privilegiorum, dictam Civitatem concernentium, exolutis. p. 5. a.
11. *Indictio Generalis Diætæ, Anno* 1554. die 20. Januar. 1554 indicitur Diæta pro 1. menſis Martii fine urgentium Salutem regni tangentium negotiorum tractandorum, & eligendi Palatini in locum denati Franciſci de Rewa. p. 4. b.
12. *Reambulatoria Metarum.* Formula Mandati ad Conventum Eccleſiæ, pro exmittendo conventuali ad deſignationem metarum, & ſuper ea fienda relatione. p. 6. a.
13. *Donatio Magiſtratus Curiæ Regiæ.* d. 1. Junii 1554. Joannes Deſewfy de Csernek Cameræ Hungaricæ Conſiliarius nominatur per Ferdinandum Regem Magiſter Curiæ Regiæ. p. 6. b.
14. *Confirmatio Privilegiorum.* 12. Maii 1554. Ferdinandus Rex confirmat antiqua privilegia oppidorum Comar, Karos, & Galambos, ſub Turcarum Vaſtatione igne abſumpta. p. 6. b.
15. *Procuratorium.* Eſt Formula Litterarum Procuratoriarum. p. 8. a.
16. *Exemptio a Solutione Cenſuum & Taxarum.* Eſt Formula Privilegii ſuper remiſſione ad 3. annos contributionis iis oppidis, quæ per Turcas devaſtata erant, concedi ſoliti. p. 8. a.
17. *Annuentia de Loco Molendini.* 25. Maii Privilegium Ferdinandi, Michaeli Literato Arcis Varadienſis Proviſori, ſuper exſtructione molendini in fluvio Sebes Körös, Territorioque Oppidi Bihar. p. 8. b.
18. *Donatio Canonicatus cum Præbenda.* Magiſtro Bartholomæo de Szeghedino Ferdinandus Rex authoritate Juris Patronatus confert Canonicatum Varadienſem, & Præbendam denati Venerabilis Alberti Epiſcopi Bodonienſis Cantoris & Canonici Varadienſis. p. 9. a.
19. *Ut damnum ex incendio illatum refundatur.* Mandatum Ferdinandi Re-

Digitized by Google

gis ad Civitatem Thyrnavienſem, quo jubetur Inſtans T. per incendium in domo Benedicti Erdewhegy exortum damnificatus per viduam & hæredes dicti Benedicti, indemnis reddi. p. 9. b.

20. *Præceptoria, ne vinum, & alia victualia cariùs vendantur, quam alias ſolebant.* Mandatum inhibitorium Magnifico Joanni T. ſonans, ne is in oppido ſuo Papa & circumjacentibus locis audeat cariori pretio vinum & alia victualia militibus, ibidem pro defenſione Regni conſtitutis diſtrahere, aut diſtrahi admittere. p. 9. b.

21. *Præceptoria, ut Commiſſariis fides adhibeatur.* Eſt Formula. p. 10. a.

22. *Donatio una cum Jure Regio.* Eſt Formula Donationalium. p. 10. a.

23. *Conſenſus Regius.* Formula Conſenſus Regii ſuper diſpoſitione ultimi deficientis ſuper Bonis. p. 10. b.

24. *Exemptio a Condeſcenſu Domus in Civitate.* Formula Privilegii, quo domus a condeſcenſione militum, aut quorumvis aliorum Regiorum hominum Quarterio eximitur. p. 11. a.

25. *Præceptoria, ut in prima ſede Jus adminiſtretur.* Formula Mandati Præceptorii. p. 11. b.

26. *Areſtatio propter debita.* Eſt Formula Litterarum, quarum medio facultas datur Creditori debitores ſuos una cum rebus eorum areſtandi usque ad Juris proviſionem. p. 12. a.

27. *Mandatum ut Litteræ Regiæ Majeſtatis obſerventur.* Eſt Formula præmiſſæ contraria præcipiens, ut Debitori expeditæ Litteræ Regiæ, quibus ab impetitione Creditorum intra ſpatium unius anni liber redditur, obſerventur. p. 13. a.

28. *Mandatum, ut Bona occupata reſtituantur.* Eſt Forma Mandati, reſtitutionem Bonorum occupatorum præcipientis. p. 13. b.

29. *Nobilitatio & arma ſine declaratione: cum exemptione domus a Taxis quam inhabitat.* Eſt Formula armalium Litterarum. p. 13. b.

30. *Confirmatio Privilegiorum.* Eſt Formula Litterarum, quibus anteceſſorum Regum privilegia conceſſa confirmantur. p. 14. b.

31. *In Comitem Creatio cum conditione: ad tempus.* Eſt Formula Decreti, quo ſupremi Comites Comitatuum creantur. p. 15. b.

32. *Mandatum, ut Præfectum victualium comportatorem juvent.* Eſt Formula Decreti, quo Annonæ Præfecto in promovenda & adminiſtranda militiæ annona omnis neceſſaria opera præſtanda præcipitur. p. 15. b.

33. *Renovatio Armorum Civitatis per combuſtionem amiſſorum.* Eſt Formula Litterarum, quibus antiquæ armales Civitatis per incendium abſumptæ renovantur. p. 16. a.

34. *Areſtatoria, ut facinoroſi vel res eorum, ubi reperiuntur, detineantur, & jus de iis adminiſtretur.* Eſt Formula Mandati, quo jubentur bona & perſona violenti invaſoris domus alienæ, ad inſtantiam læſi, areſtari usque impendendam ſatisfactionem. p. 17. a.

Digitized by Google

35. *Creatio in Hungarum Nobilem, incolamque Regni.* Eſt Formula brevis Litterarum Nobilitarium. p. 17. b.
36. *Conceſſio Nundinarum Annualium & fori hebdomadalis.* Eſt formula Privilegii Nundinarum annualium & hebdomadalium, p. 18. a.
37. *Evocatoria in facto honoris.* Eſt Formula Evocatoriarum in facto honoris, ad comparentiam perſonalem. p. 18. b. & 3. b.
38. *Donatio Caſtri.* Eſt Formula Donationis ſuper Caſtra. p. 19. a.
39. *Arma & Inſignia, atque in Ducem Creatio Emerici de Peren.* d. 27. Sept. 1577. Emericus de Peren Palatinus Regni Hungariæ per Maximilianum Regem & Imperatorem creatur Perpetuus Dux Saroſienſis, & S. R. I. Princeps, cum additamento armorum & Inſignium. p. 19. b.
39. *Indictio Generalis Diætæ.* d. 11. Auguſti 1554. Ferdinandus Imperator, quamdiu Comitiis Bohæmicis, fine præſtandi Hungariæ auxilii celebrandis, intererit, ſupplentem ſuum in Regia poteſtate, quoad Regnum Hungariæ, Filium ſuum Maximilianum conſtituit. p. 22. a.
40. *Protectionalis.* Eſt Formula Protectionalium. p. 23. a.
41. *Aſſecuratio ſeu Salvus Conductus factioſis Filii Joannis Regis datus.* Eſt Formula Salvi Conductus ad Legem vel Locumtenentem, aut Conſiliarios accedentibus datus. p. 23. a.
42. *Atteſtatoria.* Eſt Formula Mandati Compulſorii, quo Teſtes ad Capitulum pro deponenda faſſione compelluntur. p. 23. b.
43. *Atteſtatoria quando in partes teſtes examinantur.* Eſt Formula Mandati Compulſorii, quo Capitulum ad excipiendas in Partibus teſtium faſſiones ire, & deſuper ſuum teſtimonium dare jubetur. p. 24. a.
44. *Areſtum pro evidenti, jureque obtento debito.* Eſt formula ſimilis illi, quæ pag. 12. usque pag. 24. b.
45. *Exhibitoria.* Eſt Formula Exmiſſionalium cum Exhibitione. p. 25. a.
46. *Diviſionales inter Fratres & Sorores.* Eſt Formula Præceptoriarum ad Palatinum, ut Protonotarium vel alium ad inſtituendam inter fratres & Sorores Inſtantes diviſionem Bonorum. p. 25. a.
47. *Diviſionalis ad Comitem vel Vice-Comitem.* Eſt formula ſimilis priori ad Comitem vel VComitem ſonans. p. 25. b.
48. *Diviſionalis alia ad Capitulum.* Eſt formula ſimilis prioribus ad Capitulum ſonans. p. 26. a.
49. *Exhibitoria, amonitoria & certificatoria.* Eſt formula certificatoriarum. p. 26. b.
50. *Exhibitoria, amonitoria & evocatoria.* Eſt formula Evocatorialium. p. 27. a.
51. *Nova Donatio per notam Infidelitatis, inſerta Gratia.* Eſt nova Donatio cum gratia ſuper Bonis poſſeſſis, per notam Infidelitatis amiſſis. p. 27. a.
52. *Donatio Bonorum per defectum Seminis.* Eſt formula Donationis ſu-

Digitized by Google

per Bonis, per defectum Seminis ad Sacram Coronam devolutis. p. 28. a.

53. *Annuentia, ut Locumtenens* 100. *Colonos conferre possit.* Est formula Facultatis Regiæ Palatino data, ut 100. colonos, per Regem promissos, in absentia ejusdem Regis ei, cui promisi sunt, conferre valeat. p. 28. b.

54. *Exemptio Domus cum Declaratione.* 15. Octobr. 1553. Privilegium Curiale per Ferdinandum Regem Joanni Scokan Rationistæ Strigonienſi, ſuper domo, eidem ab Archi-Epiſcopo Strigonienſi Nicolao Olaho ceſſa, collatum. p. 29. a.

55. *Arma.* Est Exordium formæ Armalium. p. 30. b.

56. *Metalis.* 10. April. 1554. Gratia novi Judicii in Proceſſu metali, ratione terræ inter posſesſiones Holdvilag & Valthyda ſitæ, per Civitatem Megyes, ad quam Poſſesſio Valthyda pertinebat, contra Poſſesſionem Holdvilag moto, per Ferdinandum Regem conceſſa. p. 31. a.

57. *Procuratorium.* Estformula Procuratoriarum p. 32. a. ſimilis illi quæ pag. 8. a.

58. *Formula Mandati Præceptorii.* p. 32. b.

59. *Arma cum Nobilitatione.* Est Copia armalium pag. 32. b. ſimilis illi quæ pag. 13. b.

60. *Copia Mandati evocatorii ad Archiepiſcopum Strigonienſem Sonantis, pro pertractandis certis negotiis.* p. 34. b.

61. *Protectionalis.* Est Forma Protectionalium ſimilis illi quæ pag. 23. a. p. 34. b.

62. *Gratia ſuper ſententia Capitali.* Est Formula Grationalium ſuper pæna Capitis & Bonorum, per productionem fasſionum ſub fictis teſtium nominibus peractarum, incurſæ. p. 35. a.

62. *Introductoria & ſtatutoria ſuper Nobilitatione Domus.* 13. Auguſti A. 1554. Ferdinandus Rex immunitat Domum Nobilium Fabiani, Joannis, Lucæ, & Blaſii Chellenk domum, in Civitate Varasdinenſi exiſtentem. p. 35. b.

63. *Donatio Canonicatus.* Est forma Inveſtituræ pro Canonicatu. p. 36. a.

64. *Præceptoria, ut Bona e manibus violenti occupentur, ac Tutori Bonorum Legitimi Poſſeſſoris aſſignentur.* Est Copia Mandati præcipientis, ut Poſſesſionem Vayna Michael T. velut violentus ejusdem Poſſeſſor, Stephano Loſſonczy, quæ hæredum Ladislai Orzagy Tutori, reſtituat, aut ad ejus reſtitutionem compellatur, ſimilis illi quæ pagina 13. b. p. 36. b.

65. *Aſſecuratio libere veniendi ad Regiam Majeſtatem.* Est Forma Salvi Conductus. p. 37. a.

66. *Præfectio fœminæ in hæredem maſculum.* Est Forma Præfectionalium. p. 37. b.

67. *Indictio Generalis Diætæ.* Est forma Regalium pro Diæta. p. 37. b.

Digitized by Google

68. *Donatio armorum amisſis prioribus data, quæ RR. D. Nicolaus Olahus Epiſcopus Agrienſis, Conſiliarius & Secretarius, Cancellarius Regiæ Majeſtatis in Hungaria &c. pro forma emendavit.* Eſt forma novarum Armalitum, amisſis antiquis tempore diſturbiorum. p. 38. a.

69. *Arma cum Declaratione Draskovith.* Sunt Laudes Georgii Draskovics Præpoſiti Jazovienſis & Secretarii, cum auctione armorum antiquorum. p. 39. a.

70. *Transumptum Bullæ Papalis.* Kal. Januar. 1554. Bulla Julii Pontificis qua plenariæ Indulgentiæ univerſis Chriſti fidelibus conceduntur (quemadmodum anno Jubilæi concedi ſolent) propter Converſionem Angliæ Regis & Reginæ. p. 41. a.

71. *Exemptio a Servitiis & quibuscunque Solutionibus.* 13. Febr. 1555. Ad Inſtantiam Joannis Biczo confirmat Nicolaus Olahus Archi-Epiſcopus Strigonienſis Litteras Prædiales, per Paulum Warda Archi-Epiſcopum æque Strigonienſem, Antenatis dicti Joannis Biczo. Anno 1527. ſuper certa domo in Naghkeer habita, elargitas. p. 42. a.

72. *Donatio per notam Infidelitatis.* 4. Januar. 1559. Maximilianus authoritate Ferdinandi Legis confert Benedicto Zercheky & Volfgango Savoly Bona Petri & Joannis Anarchy in Poſſeſſionibus Zenkhes, Bochka & Cygan in Zemplinienſi, nec non Lazar, Darok & Homok, ac tota Poſſeſſione Zyghetſewld in Zathmarienſi Comitatibus exiſtentes habita, ob notam infidelitatis, ex adhæſione partibus Reginæ Iſabellæ ejusque Filii, ad fiſcum Regium devoluta. p. 43. b.

73. *Donatio per Notam Infidelitatis.* 29. Julii 1551. Ferdinandus I. confert Emerico & Benedicto Zercheky Bona Stephani & Joannis Lazar, & Georgii Thobias in Poſſeſſione Fanchika, nec non Bona Stephani Werbewczy in prædio Laap & Poſſeſſione ZewlewsWegjardo ac Werbewczy in Comitatu Ugocſienſi exiſtente habita, ob notam Infidelitatis ex ſuprafato delicto ad Fiſcum devoluta. p. 44. a.

74. *Introductoria & Statutoria nomine Maximiliani Regis Bohemiæ.* 7. Martii 1559 Maximilianus Rex Bohemiæ Præcipit Capitulo Scepuſienſi authoritate Regis Ferdinandi, ut Caſparem More in Bonis Franciſci Nemethy de Zethen in Poſſeſſione Gherepſe & præfato Caſpari more per Donationales collationes collatis, ſtatuant & introducant. p. 45. a.

75. *Alia Statutoria ejusdem Sereniſſimi Principis Maximilieni Regis Bohemiæ.* 14. Januar. 1559. Mandatum ad Capitulum Scepuſienſe pro ſtatuendis Benedicto Zercheky & Wolfgango Savoly juxta Donationales ſupra pag. 43. b. notatas. p. 45. b.

76. *Arma & Nobilitatio Doctoris Pauli Schalyth per D. Liſthium compoſita.* Eſt copia Litterarum Ferdinandi I. quibus vetus Scutum familiæ Schalyth novis armis ampliat, ob eruditionem Pauli Schalyt aulici Sacerdotis. p. 46. b.

Digitized by Google

77. *Arma cum Nobilitatione & exemptione Domus.* Eſt Copia Armalium quibusdam Fratribus, Varadienſibus Civibus, cum immunitatione domus eorundem, expeditarum. p. 48. a.
78. *Arma cum Nobilitatione.* Eſt Copia Armalium Stephano Lewche de Saard & Fratri ejus Petro a Ferdinando Collatarum. p. 48. c.
79. *Arma cum Nobilitatione.* Eſt par armalium Wolfgango Lauch expeditarum. p. 49. a.
80. *Arma.* Copia Armalium Georgio de Olgya Conſervatori minoris Cancellariæ Regiæ Hungar. expeditarum. p. 50. a.
81. *Arma.* Copia Armalium Michaelis Horvath. p. 51. a.
82. *Arma.* Eſt Formula Armalium. p. 52. a.
83. *Arma & Nobilitatio.* Eſt pariter forma armalium. p. 53. a.
84. *Exemptio a Taxis ad tempus.* Eſt Formula Grationalium, quibus civitas incendio damnificata ab omnibus præſtationibus ad Sexennium immunitatur. 54. a.
85. *Exemptio & Nobilitatio Vineæ ſimul cum Collatione Juris Regii.* Eſt Copia Donationalium ſuper vinea. p. 54. a.
86. *Exemptio ab Exercituatione.* Formula exemptionis ab exercituatione, ita tamen, ut in Generali inſurrectione perſonaliter, in particulari vero per alium tantum compareat. p. 54. b.
87. *Exemptio perpetua a ſolutione Telonii.* Eſt Formula Privilegii immunitatis a Solutione vectigalium pro Civitate. p. 56. a.
88. *Collatio honoris Palatinalis ſpectabili ac Magnifico Comiti Thomæ de Nadasd.* Eſt Copia Decreti Ferdinandi, quo Comes Thomas de Nadasd penes antiqua Jura & privilegia Palatinus Regni, per vota Statuum & Ordinum approbatus, denominatur. p. 56. b.
89. *Creatio in Baronem Regni una cum Collatione Vajvodatus facta Stephano Dobo.* 26. Maii 1557. Stephanus Dobo, quod 150,000 Turcarum impetum in Arce Agrienſi ſuſtinuerit per dies 38, per Ferdinandum I. Baro Regni cum Hæredibus creatur, & Vajvoda Transylvaniæ ac Comes Siculorum ad tempus. p. 58. a.
90. *Creatio in Baronem Regni Hungariæ.* Eſt Formula Decreti Baronatus. p. 58. b.
91. *Creatio in Militem.* Eſt forma privilegii militaris aulici. p. 59. a.
92. *Creatio Baronatus.* Eſt æque Forma Decreti Baronatum conferentis. p. 59. b.
93. *Donatio Archiepiscopatus.* Forma Inveſtituræ pro Archi-Epiſcopatu. p. 60. a.
94. *Collatio Abbatiæ de Porno.* Eſt forma collationis Abbatiæ de Porno. p. 60. b.
95. *Collatio Præpoſituræ de Lelez.* Eſt formula. p. 61. a.
96. *Collatio Præpoſituræ.* Eſt Formula Regiæ Collationis Præpoſituræ majoris. p. 61. b.

97. *Colla-*

Digitized by Google

97. *Collatio Abbatiæ Gregorii Camancii.* 10. Sept. 1558. Ferdinandus Rex confert Gregorio Kamancy Abbatiam de Zalavar, hactenus in manibus fecularium ab aliquo tempore exiſtentem. p. 61. b.

98. *Donatio Præpoſituræ de Jazow.* Eſt forma Regiæ Collationis. p. 62. a.

99. *Confirmatio Privilegii.* Eſt Formula Confirmationis privilegiorum veterum. p. 62. b.

100. *Confirmatio pulcherrima, & plusquam pulchra & optima.* Eſt forma Confirmationis Donationis poſt peractam ſtatutionem in Bonis collatis. p. 63. a.

101. *Alia Donatio eidem Ladislao Palatino facta cum laudibus.* Eſt Exordium Donationalium Uladislai Regis, Ladislao de Gara Palatino elargitarum; ubi enumerantur præclara anteceſſorum ejus, & ipſius Ladislai maxime facinora, qualiterque affinitate dicto Regi donanti junctus ſit, attingitur. p. 64. a.

102. *Inſcriptio ſive Donatio Præpoſituræ Thuroczenſis cum aſſecuratione.* 21. Julii 1554. Ferdinandus I. largitur facultatem Nicolao Olaho Archiepiſcopo Strigonienſi, Præpoſituram de Thurocz cum Arce Znyo & Oppido Sellye, aliisque Bonis ad dictam Præpoſituram pertinentibus, & apud Annam Pogán Viduam, & hæredes Thomæ Illyes in 2200. florenis oppignoratis, redimendi, & fructus exinde ſeu per ſe, ſive per Nepotes ſuos percipiendi tamdiu, donec per Ordinem Præmonſtratenſium, ad quem præfata Præpoſitura cum acceſſoriis pertinet, detractis pro uſu fructu annue flor. 100, e manibus D. Archi-Epiſcopi vel ejusdem Nepotum redempta fuerit. p. 66. a.

103. *Salvus Conductus ſuper frugum per aquam devectionem.* Eſt formula facultatis devehendi ad neceſſitates domeſticas frumenti. p. 67. a.

104. *Tutoria.* Eſt Forma Conſtitutionis Tutoreæ per Regem facta. p. 67. b.

105. *Alia Tutoria.* Eſt forma ſimilis priori. p. 68. a.

106. *Donatio Epiſcopatus Vacienſis.* 14. Decembr. 1548. Ferdinandus I. confert Auguſtino de Sbardellatis Præpoſito Eccleſiæ Strigonienſis vacantem per mortem Stephani Broderici Epiſcopatum Vacienſem. p. 68. b.

107. *Alia Donatio Epiſcopatus.* 26. Maii 1553. Ferdinandus I. confert Blaſio de Varadino Petro Præpoſito Eccleſiæ Scepusienſis Epiſcopatum Vacienſem, per mortem Auguſtini Sbardellatis vacantem, cum omnibus Bonis, & jure quosvis Beneficiatos & Canonicos, *demto Præpoſito majore & Archi-Diacono Cathedrali*, nominandi. p. 68. b.

108. *Præceptoria, ut Epiſcopum creatum pro Domino eorum cognoſcere & proventus reddere debeant.* Eſt formula Mandati Regii ad ſubditos Epiſcopales Sonantis, Obedientiam, ac præſtandorum præſtationem præcipientis. p. 69. a.

109. *Atteſtatoria Generalis.* Eſt eadem formula quæ pag. 23. b. p. 69. b.

110. *Aſſecuratoria, ſive Salvus Conductus ad Majeſtatem ſuam libere veniendi.* Eſt formula ſimilis illi, quæ pag. 37. eſt, p. 70. a.

Digitized by Google

111. *Statutoria cum dicitur.* Forma Statutionalium, quæ incipiunt: Dicitur Nobis &c. p. 70. a.

112. *Alia Statutoria.* Forma Mandati ad Capitulum, ut pro ſtatutione T. hominem ſuum eximittat. p. 70. a.

113. *Aſſecuratio ſecure veniendi ad Regiam Majeſtatem.* Forma Salvi conductus pro accuſato. p. 70. b.

114. *Evocatoria in facto honoris.* Feria 3. poſt Feſtum Purificationis B. M. V. 1553. Evocatoriæ Ladislai Literati de Kerhen ad Curiam Regiam in facto læſi honoris Comitis Nicolai Zrini Bani. p. 71. a.

115. *Introductoria Cauſæ.* Forma Mandati Præceptorii ad Judicem Curiæ in Cauſa Comitis Zrini prælibata. p. 71. b.

116. *Donatio per Translationem Comitatus.* Eſt forma Collationis Dignitatis Supremi Comitis, per Translationem Deceſſoris ad aliam Dignitatem, vacantis. p. 71. b.

117. *Prorogatio ſive Suſpenſio Cauſæ ad tempus.* Forma Mandati ſuſpenſorii, in Cauſis omnibus unam perſonam eandemque concernentibus. p. 72. a.

118. *Mandatum ad Status Regni ut ad Conventum indictum veniant.* Eſt forma Indictionis Diætæ, ut pag. 4. b. p. 72. b.

119. *Recognitionalis ſuper reſignato officio.* Forma Recognitionis Regiæ ſuper reſtituta Regi Arce, per ejus Caſtellanum ad tempus conſtitutum. p. 72. b.

120. *Recognitioalis ſuper Adminiſtratione officii Vaivotatus.* Forma Obligatorialium & Juramenti reſpective, Vajvodæ Tranſylvanienſis, quod hoc ipſum officium feliciter adminiſtrare, Regique, quandocunque repetitum fuerit, una cum arce ſibi credita reſtituere velit. p. 72. b.

121. *Recognitionalis ſuper adminiſtratione Beneficii in Arendam locati.* Eſt forma Contractus Arendalis ratione Bonorum Eccleſiaſticorum inter privatos. p. 73. b.

122. *Præceptoria, ut Transumptum Literarum Emptionalium & Conſenſus Regiæ Majeſtatis extradent.* Eſt forma Mandati Regii, exhibitionem Originalium Litterarum Emptionalium, & Conſenſualium deſuper Regiarum emanatarum præcipiens, coram Regia Majeſtate ideo inſtituendam, ut paria authentica earundem Inſtanti expediri valeant. p. 74. a.

123. *Atteſtatoria.* Eſt formula eadem quæ pag. 24. p. 74. a.

124 *Gratia expectativa.* Eſt forma Aſſecuratoriarum Regiarum ſuper conferendis Bonis, ut primum tanta ad Regiam poteſtatem devoluta fuerint, quanta conferenda promittuntur. p. 74. b.

125. *Solvus Conductus ſuper devectione diverſarum rerum per Danubium.* Eſt forma Paſſualium Regiarum. p. 75. a.

126. *Statutoria ſuper Conſenſum.* Forma Mandati Regii ad Capitulum, ut Donatarium aut Ceſſionarium, per Conſenſum Regium Bona obtinentem, in his Bonis ſtatuat. p. 75. a.

127. *Cum juſti fine declaratione.* Formula paſſualium eadem, quæ p. 4. p. 75. b.

Digitized by Google

128. *Donatio & Translatio Magiſtratus Judicis Curiæ.* Pridie Idus Julii 1554. Ferdinandus I. Andream Báthor Magiſtrum Tavernicorum ad Dignitatem Judicis Curiæ promovet. p. 76. a.

129. *Donatio Magiſtratus Agazonienſis.* Ferdinandus I. confert Franciſco de Thak Hungariæ Cis Danubianæ Capitaneo honorem Magiſtri Agazonum. p. 76. a.

130. *Donatio Magiſtratus Dapiferorum.* Eſt Forma Decreti pro Magiſtro Dapiferorum. p. 76. b.

131. *Donatio ſimplex per Notam Infidelitatis.* Eſt Formula Donationis ſimplicis Bonorum per notam infidelitatis ad Coronam devolutorum. p. 77. a.

132. *Exhibitoria.* Forma Mandati Exhibitorii. p. 77. a.

133. *Exemptio, ſeu prorogatio a Judicio intra Annum.* Forma Mandati Suſpenſorii ad unum annum. p. 77. a.

134. *Salvus Conductus in Turciam.* Forma Paſſualium pro euntibus ad Turciam p. 77. b.

135. *Paria Literarum ex Libro Regio tranſumendi.* Forma Regiarum Tranſſumptionalium. p. 77. b.

136. *Inſcriptio Regia Poſſeſſionis.* Forma Inſcriptionalium Regiarum ſuper Poſſeſſione. p. 78. a.

137. *Donatio Libertatis; ſeu Libertatio.* Eſt Forma Privilegii Archi Epiſcopi Strigonienſis oppido ſuo Udvardienſi Conceſſi, ne ullus Officialium ſuorum dicti oppidi incolas & ſubditos ſuos in quocunque delicto majori, quam unius floreni multa onerare audeat. p. 78. a.

138. *Confirmatio Teſtamenti non inſerto tenore.* Eſt Forma Litterarum ArchiEpiſcopi Strigonienſis, quibus Teſtamentum, non inſerto ejus tenore, confirmatur. p. 78. b.

139. *Electio Commiſſariorum, ſive plenum Mandatum in negotio amiſſionis Lyppæ per Aldanam factæ.* 14. Aug. 1553. Ferdinandus I. Rex conſtituit Judices Delegatos in Cauſa Fiſci Regii contra Bernardum de Aldana Magiſtrum de Campo ratione amiſſionis Civitatis & Arcis Lyppa. p. 79. a.

140. *Legitimatio.* Forma Legitimationis puellæ illegitimo Thoro natæ. p. 79. b.

141. *Exemplum Litterarum Commendatitiarum Sacræ Romanorum Majeſtatis ad Collegium Cardinalium pro Epiſcopo Viennenſi.* Eſt forma Præſentæ Regiæ pro Epiſcopo Viennenſi ad Cardinales intitulatæ, in qua ſimul relaxatio expeditionalis taxæ petitur. p. 80. a.

142. *Legitimatio alia.* Eſt Forma legitimationis maſculi ex illegitimo Thoro nati. p. 80. b.

143. *Legitimatio alia.* Eſt ſimilis præmiſſæ formulæ, ſed fuſior. p. 81. a.

144. *Donatio Capellanatus Aulæ Regiæ.* Eſt forma Collationis Sacellanatus Aulici. p. 81. b.

Digitized by Google

145. *Collatio Aulicatus.* 22. Novembr. 1558. Georgius Rakwsky per Ferdinandum Idenominatur Aulæ familiaris. p. 82. a.

146. *Annuentia Cufionis Monetarum.* Eſt forma Privilegii cudendi monetam. p. 82. a.

147. *Creatio Notarii.* Eſt forma Collationis Notariatus publici. p. 82. b.

148. *Privilegium per amiſsionem prioris, denuo datum, quando teſtes quoque producuntur libertatis.* Eſt Forma Renovationis Privilegiorum, per diſturbia amiſſorum, fide dignis tamen teſtibus comprobatorum. p. 83. a.

149. *Conſenſus & annuentia liberi Lucri contra Turcas.* Eſt Forma Indultus Regii, ut certo numero viri liberas excurſiones ad regionem Turcicam, ibidemque rapinas exercere valeant, quin ductui alicujus regularis officialis ſubſint. p. 83. b.

150. *Donatio Depoſitionis mercium ſeu emporii.* Eſt forma Privilegii emporialis. p. 84. b.

151. *Donatio Sigilli cum rubea cera.* Feria 3. poſt Dom. Palmarum 1553. Ferdinandi I. Privilegium loco ceræ viridis, in ſignandis Litteris cera rubra utendi, Civitati Cibinienſi conceſſum. p. 85. a.

152. *Exemptio Domus emptitiæ.* Eſt Forma Exemptionis domus emptæ ab omni præſtatione. p. 85. a.

153. *Denunciatio Spectabilis & Magnifici Stephani de Loſſonez Comitis Temeſienſis, commiſſioque, ut ſibi præſto adſint.* 7. April. 1552. Ferdinandi I. Decretum Stephanum de Loſoncz pronuncians Comitem Temeſienſem, cum Mandato, ut ad ejus petitionem quisque ei auxilio præſto ſit. 85. b.

In Calce hujus Decreti notatur arx & Civitas Temeſienſis capta, & Loſönczius cæſus fuiſſe d. 27. Julii 1552.

154. *Mandatum pro munienda arce Zygeth. Sine Dato.* Mandatum Ferdinandi I. ad Comitatus Zaladienſem, Simegienſem & Baronyaenſem, ut ad requiſitionem Franciſci Thahi Arcis Zygeth Capitanei, ſtatim homines & jumenta ad reparandam & muniendam arcem Zygeth ſubmittant. p. 86. a.

155. *Impoſitio ſubſidii extraordinarii ad Civitates.* Eſt formula mandati ad Civitates, ſubſidium extraordinarium pro belli neceſsitatibus imponentis. p. 86. a.

156. *Mandatum ut contra Turcas penes Comitem Themeſienſem inſurgere debeant.* 18. Junii 1552. Maximilianus Rex Bohemiæ nomine Regis Ferdinandi præcipit Comitatui Temeſienſi, ut inſurgat & Stephano Loſoncz Comiti æque Temeſienſi contra Turcas ferat auxilium. p. 86. b.

157. *Mandatum ad inſurgendum contra Turcas.* Eſt forma Mandati ad Civitates Montanas, ut contra Turcam inſurgant, & Capitanei Zolienſis exercitui jungantur. p. 87. a.

Digitized by Google

185. *Juramentum Comitis Pyrrhy.* Eſt forma Juramenti Indigenatus ſuper fidelitate Regno exhibenda. p. 87. b.

159. *Recognitionales.* Eſt forma Juramenti Indigenatus in formam Recognitionalium ſuper fidelitate Regno ſimul & Suæ Majeſtati Cæſar. Regiæ præſtanda, redacti. p. 87. b.

160. *Nobilitatio & Exemptio Domus in Bonis Epiſcopatus ab Epiſcopo facta.* Eſt forma Collationis Domus cum jure Prædiali factæ per Epiſcopum. p. 88. a.

161. *Commendatitiæ Litteræ ad Papam penes Epiſcopos.* Eſt Copia Litterarum Ferdinandi I. ad Cardinalem, pro impetranda relaxatione annatarum ab Epiſcopis per ſe nominatis pro expeditione Bullarum, ſolvendarum. p. 88. b.

162. *Nova Donatio.* Eſt nova Donatio antiquum & pacificum uſum & poſſeſſionem bonorum confirmans. 89. a.

163. *Conſenſus ſuper Conditum Teſtamentum.* Eſt Confirmatio Regia Teſtamenti ſine tenoris ejus inſertione. p. 89. b.

164. *Confirmatio Donationis per Maximilianum datæ.* 1559 Ferdinandus I. confirmat Donationem Maximiliani ſui filii Joanni Liſthio, ſuper Bonis per defectum Seminis Leonardi Lypthay, collatam, revocando ſuam ſuper iisdem Bonis Emerico Thelekeſſy poſterius factam. p. 90. a.

165. *Venditio trium Poſſeſſionum.* In Feſto SSæ. Trinitatis 1559. Litteræ Ceſsionales Erasmi a Pwrham, ſuper univerſis Bonis ſuis, Nicolao Olaho Archiepiſcopo Strigonienſi ejusque hæredibus, in florenis 1200. jure perennali venditis. p. 91. a.

166. *Novum Judicium.* Eſt Forma Mandati Caſſatorio-Renovatorio Transmiſſionalis. p. 92. a.

167. *Paſſus pro duobus fratribus Mantuam euntibus.* 3. April. 1559. Paſſuales Regio nomine per Maximilianum Archiducem Joanni de Chygh & Sebaſtiano de Kethegyan Franciſcanis, Mantuam pro Generali Capitulo proficiſcentibus, datæ. p. 92. b.

168. *Novum Judicium cum Gratia.* Eſt Forma Mandati Novi Judicii nomine Regio emanati. p. 92. c.

169. *Litteræ Commendatitiæ, ſive Præſentatio Epiſcoporum ad Papam per Regem.* 1. Maji 1554. Ferdinandus I. præſentat Romano Pontifici Epiſcopos ad Vacantes Sedes per ſe nominatos, & quidem: *Nicolaum Olahum* Agrienſem pro ArchiEpiſcopatu Strigoniensi per mortem Pauli de Varda vacante.

Franciſcum ab Ujlak, Jaurinenſem pro Agrienſi.

Paulum Abſtemium Veſzprimienſem pro Albenſi in Tranſylvania, per mortem Joannis Stathy vacante.

Matthiam Zaberdinum Tinnienſem pro Varadienſi, per mortem Fratris Georgii vacante.

Digitized by Google

Paulum de Gregorianth Zagrabienſem pro Jaurinenſt.
Andream de Keweth pro Veſprimienſi.
Antonium Wrancius pro Quinque Eccleſienſi per mortem Georgii Thompa vacante.
Blaſium de Varadino Petri pro Wacienſi per mortem Auguſtini de Sbardellatis vacante.
Paulum a Huthina pro Tinnienſi.
Una petit eos Gratis, absque annatæ ſolutione, confirmari. p. 93. a.

170. *Mandatum ut Bona occupata reſtituantur.* Eſt idem quod pag. 13. b. usque 94. a.

171. *Quietantia.* Eſt Forma Recognitionis Regiæ ſuper rite reſignata arce. p. 94. a.

172. *Litteræ Conſolatoriæ ex clade accepta ad conſternatos Comitatus.* Eſt Copia Conſolatoriæ Regis ad Comitatus ob cladem acceptam a Turca. p. 94. b.

173. *Litteræ ad Status Regni Tranſylvaniæ. Sine Dato.* Eſt Copia Litterarum Ferdinandi I. ad Tranſylvaniæ Status, cauſam detenti apud ſe diutius eorum nuncii ſignificans, ne animis concidant. p. 95. a.

174. *Sine Dato.* Ferdinandus I. monet Comitatum Borſodienſem, ut viritim contra vicinum Turcam inſurgat, & Melchiorem Balaſſa de Gyarmath Capitaneum nominat, cujus mandatis pareant. p. 95. b.

175. *Mandatum conſcribendi milites ad Fran. Thurzo & Joannem Balaſſa. Maximilianus. Sine Dato.* Eſt Copia Litterarum Maximiliani ArchiDucis Auſtriæ ad Franciſcum Thurzo & Joannem Balaſſa, ut omni ſtudio novam militiam colligant nomine Regis Ferdinandi præcipientes. p. 95. b.

176. *Patibulares.* Conſtantiæ Feria 3. poſt Dominicam Palmarum 1418. Sigismundus Rex confert jus gladii Oppido Tranſylvaniæ Berthalom dicto. p. 96. a.

177. *Nova Donatio Bonorum & Curiarum.* Eſt Forma Renovationis veteris Donationis, ſuper qua Litteræ veteres periernnt. p. 96. b.

178. *Donatio Epiſcopatus Vacienſis*, 16. *April.* 1560. Ferdinandus I confert Joanni ab Ujlak Electo Epiſcopo Tinnienſi Epiſcopatum Vacienſem, per mortem Epiſcopi T. vacantem. p. 97. a.

179. *Annuentia, ut Bona in Teſtamento legare poſſit.* 1. April. 1560. Ferdinandus I. concedit Paulo Bornemiſſa Epiſcopo Albenſi & Gubernatori Epiſcopatus Nitrienſis, facultatem libere teſtandi ſuper Bonis ex Collatione Regione adeptis, non tamen ſuper Bonis Eccleſiaſticis. p. 97. b.

180. *Inſcriptio Arcis Regecz.* 9. Jannar. 1560. Ferdinandus I. confert Joanni Beken de Alagh & Fratribus ejus Arcem Regecz in Comitatu Abauivarienſi, & Arcem Tallya in Zemplinienſi exiſtentes cum omnibus appertinentiis in perpetuum, partim pro fidelibus Servitiis contra motus Iſabellæ Reginæ præſtitis, partim pro Summa 18 millium florenorum. p. 98. a.

Digitized by Google

181. *Commendatio Epiſcoporum ad Summum Pontificem, pro impetranda gratuita Confirmatione.* 13. Maji 1560. Ferdinandus I. præſentat Romano Pontifici Epiſcopos pro Confirmatione, & quidem:

Antonium Verantium QuinqueEcclefienſem Epiſcopum pro Epiſcopatu Agrienſi per mortem Franciſci ab Ujlak vacante.

Matthiam Brumanum pro Epiſcopatu Zagrabienſi per translationem Pauli de Gregorianth ad Epiſcopatum Jaurinenſem vacante.

Franciſcum Forgach Cuſtodem Eccleſiæ Agrienſis pro Waradienſi per mortem Mathiæ Zaberdini vacante.

Georgium Draskovyth Præpoſitum Poſonienſem & Jazovienſem pro Quinque Eccleſienſi.

Petrum Paulinum Præpoſitum Scepuſienſem pro Chanadienſi per mortem Joannis Barrabaſſy vacante.

Joannem ab Ujlak pro Vacienſi per mortem Blaſii Varadini Petri vacante. Pro quibus ſimul ſupplicat, ut gratis ſine annatis Confirmationes iisdem expediantur. Forma eſt eadem quæ pag. 93. a. p. 99. a.

182. *Donatio majoris Præpoſituræ Agrienſis.* 1560. Ferdinandus I. confert Dionifio Pioppj Electo Epiſcopo Modruſienſi Præpoſituram majorem Agrienſem cum Canonicatu & Præbenda in locum denati Georgii Bonæ. p. 100. b.

183. *Patibularis ſeu permiſsio puniendi malos & facinoroſos.* Eſt formula Privilegii Juris Gladii pro Perſona privata ejusque hæredibus. p. 101. a.

184. *Annuentia, ut Bona ſua quibusvis legare poſsit.* Eſt formula Conſenſus Regii ſuper libera teſtandi facultate de Bonis ad Jus Regium per defectum ſeminis devolvi debentibus. p. 101. b.

185. *Gratia ſuper Nota Infidelitatis.* Eſt forma Gratiæ ſuper vita & Bonis, quorum amiſsionem infidelis contra Regem arma ſumens, incurrit, ita tamen conceſſæ, ut Bona aliena qualitercunque occupata reſtituat, & cæteras introſertas conditiones impleat. p. 102. a.

186. *Modus Tutoriæ.* Eſt Forma Regiæ Conſtitutionis Tutorialis vivente adhuc Parente, qui, putans ſe hæredibus cariturum in infirmitate gravi Bona ſua per falſionem abalienavit in præjudicium Hæredis, poſt infirmitatem ſuſcepti. p. 103. b.

187. *Confirmatio Donationis.* Eſt forma Ferdinandeæ Confirmationis Donationum per Maximilianum filium nomine Regis factarum. p. 104. a.

188. *Creatio in Comitem Comitatus Thornenſis.* Copia Decreti Ferdinandi I. quo Caſpar Magochius Capitaneus fit Supremus Comes Comitatus Thornenſis.

189. *Confirmatio Teſtamenti Emerici Thelekeſſy.* 26. Junii 1560. Ferdinandus I. confirmat Teſtamentum Emerici Thelekeſſy Capitanei Caſſovienſis, cum tenore Teſtamenti his Litteris inſerto. p. 105. b.

Digitized by Google

190. *Atteſtatoria Generalis.* Eſt forma Compulſorii Generalis. p. 106. a.
191. *Arma cum Declaratione.* Eſt forma armalium cum enumeratione meritorum. p. 106. b.
192. *Requiſitoria.* Eſt forma Mandati ad extradanda authentica paria faſſionum, ad Locum anthenticum ſonantis. p. 107. b.
493. *Protectionalis.* Eſt forma Mandati Protectionalis. 108. a.
194. *Novum Judictum in facto honoris cum Gratia.* Eſt forma mandati, quo gratia novi Judicii confertur ex non comparitione in facto honoris convicto. p. 108. a.
195. *Donatio Domus perpetua ſimul cum exemptione.* Eſt Formula Donationis Domus cum terris, & exemptionis ejusdem ab omni præſtatione, onereque cujuscunque contributionis. p. 108. b.
196. *Exemptio perpetua Domus.* Forma Imunitationis domus cum terris ad eam ſpectantibus ab omni præſtatione. p. 109. a.
197. *Areſtum ſuper fidejuſſione in cum, qui nusquam proprias ſedes habet.* Eſt mandatum Regium ſuper inareſtatione Debitoris wagi, ad Inſtantiam Fidejuſſoris, pro eodem caventis & debitum Creditori Deponentis emanatum. p. 200. a.
198. *Proviſio pro Servitiis perpetuo facta.* Eſt Reſolutio penſionis ad dies vitæ Georgio Balaſſa militi Zyghethienſi per Turcam manibus, naſo & lingva mutilato, conceſſa.
199. *Gratia.* Eſt Gratia vitæ Homicidæ conceſſa, ita, ut cum interfecti viduo de reliqua ſatisfactione tranſigat. p. 200. b.
200. *Atteſtatoria, quando in partibus teſtes examinantur.* Eſt compulſorium ad Capitulum. p. 201. a.
201. *Confirmatio Curiæ Nobilitaris pecuniis venditæ & perpetuo inſcriptæ.* 27. Aug. 1560. Ferdinandus I. Rex confirmat cum Collatione Juris Regii Faſsionem in Capitulo Caſtriferrei celebratam Anaſtaſiæ Barthæ Benedicti Gerſſy Conſortis, ſuper Curia in Poſſeſsione Kewkwth in Comitatu Zaladienſi adjacente, exiſtente Paulo Egyed de Kerekykall vendita. p. 201. b.
202. *Cum juſti cum præterea.* Eſt forma paſſualium pro mercatoribus, cum exemptione a ſolutione vectigalium. p. 202. b.
203. *Atteſtatoria ad Capitulum.* Auguſtæ Vindelicorum 26. Julii 1559. Mandatum Ferdinandi I. compulſorium ad Capitulum Posonienſe, in Cauſa Nicolai Olahi Archi Epiſcopi Strigonienſis, ratione piſeti eidem qua Archi Epiſcopo Strigonienſi competentis, mota ſonans. p. 203. a.
204. *Gratia ſuper Sententia Capitali.* Ferdinandus I. confert gratiam vitæ & Bonorum Petro Erdewdy de Monyorókerék Bano, ea conditione, ut cum Blaſio Haſſagy, ob cujus captivationem, & verberationem pœnam Capitalem incurrit, ſuper cæteris vi ſententiæ ipſi incumbentibus concordet. p. 203. b.

205. *Con-*

Digitized by Google

205. *Conceſsio Nundinarum Annualium & fori hebdomadalis.* Eſt Forma Privilegii Nundinarum annuarum & hebdomadalium. p. 204. b.

206. *Faſsionalis.* Eſt Forma Mandati ad Protonotarium Perſonalis, ut ſuper proteſtatione coram ſe depoſita, Teſtimonium Inſtanti pro Jurium ſuorum defenſione expediat. p. 205. a.

207. *Creatio in Comitem Liberum Joannis Hunyad.* In Arce Poſonienſi 1450. Vladislaus Rex enarratis Joannis de Hunyad præclaris facinoribus, confert eidem Diſtrictum Biſztricenſem cum Civitate Biſtricza & cunctis Poſſeſsionibus ad eundem Diſtrictum Tranſylvaniæ pertinentibus Jure perpetuo, quem ſimul in Comitatum perpetuum evehit & Joannem de Hunyad cum Poſteris, ejusdem Comitem majorem perpetuum nominat, ita, ut Comitatus iſte nec Vajvodæ, nec alterius illius, præter quam Regis, Palatini & Judicis Curiæ Judicio & Jurisdictioni ſubſtit. p. 205. b.

208. *Exemptio unius Domus a Servitiis.* 12. Decemb. 1560. Ferdinandus I. confert Georgio Was Privilegium imunitatis ſuper domo ejusdem in Oppido Myskolcz ad arcem Dyosgewr pertinente, exiſtente. p. 300. b.

REGIO, & noſtro hominibus *) in equis & bobus ac aliis pecudibus ejusdem C. f. f. & res tot marcas in tali (poſſeſsione) ipſius E. f. f. abſtuliſſent, iidemque Regius & noſter homines dictam Poſſeſsionem ſuam prius legitima notificatione proclamation. notificatis seu promulgatis occupantes G. & S. filiis dicti G. f. F. juxta conſuetudinem Regni pro tot marcis ad redimendum commiſiſſent, tamen ut omnis litis & contentionis materiæ de medio ipſorum radicitus evellerentur, & falce pacis ſcinderentur &c. ut ſupra taliter inter ſe concordaſſent, & concordaverunt coram nobis, quod prætactus E. f. F. pro omnimoda expeditione ſua, & redemtione dictæ poſſeſsionis ſuæ annotato C. f. d. in ſuam portionem tot marcas, præfatis vero Comitibus & Judlium ſimiliter in portionem ipſorum tot marcas dare & ſolvere aſſumpſit in terminis infra ſcriptis coram nobis, videlicet tot marcas in talibus Octavis talis feſti &c. ut ſupra tali pœna interjecta, quod ſi idem E. f. F. primum terminum obmitteret in ſolvendo, cum judicio &c. ut ſupra, e converſo autem pronominati Vicecomes & Judlium duas partes & C. f. D. tertiam partem eorumdem pecorum & pecudum absque aliquali diminutione in primo termino ipſius ſolutionis ſimiliter coram nobis reddere aſſumpſerunt. G. f. F. prænotato, Datum &c. Et quia de ſimilibus ſimile eſt judicium, ideo ſuper Poſſeſsione Nobilium vitio proſcriptionis denigratorum, et redemptione earumdem redemptio intelligenda eſt, ſicut ſupradictum eſt de occupatione & redemptione portionum Nobilium in actu potentiali, convictorum. Et ſic de Formis proclamatoriis dicta ſufficiant &c.

*) Præcedens Termio deſiderabatur.

Digitized by Google

Secuntur Tractatus quando judicia per homines Judicis Curiae Regiae, vel Domini Palatini, vel Conventuum & Judicum Nobilium juxta hujus Regni consuetudinem exigi solent a convictis.

Juxta quam partem est sciendum, quod ante convalescentiam potentiæ Serenissimi Principis Domini Karuli condam Regis Hungariæ felicis memoriæ in diversis partibus ipsius Regni non modicæ insolentiæ discordiæ, lites, & guerræ, nec non actus potentiales exerceri dignoscebantur ita videlicet, quod pauperes & impotentes per divites & potentes absque ulla misericordia opprimebantur, nullaque justitia vel modica vigebat & regnabat, ideo prætactus Dominus Rex Karulus Prælatorum & Regni sui Baronum salubri usus consilio superfacto exactionis Judiciorum, seu Birsagiorum talem statutum fecit, seu decretum literis suis hoc corroborando, quod dicta judicia per homines memoratorum Judicis Curiæ, seu Regni Palatini, & Comitum ac Judicialium non aliter, nisi mediante homine Regio sub testimonio alicujus Capituli, vel credibilis Conventus exigi possint a convictis, cujus quidem Regalis statutionis hæc est forma: quod quicunque ipsorum Judiciorum Exactores ad recipienda judicia per suos superiores destinantur, prius literis Regalibus receptis debent transire ad ipsa loca Testimonialia, receptisque, & adductis secum Regio homine, & Testimonio Capituli vel Conventus, transire debent ad Sedem Judiciariam illius Comitatus, in quo exigi oporteret Judicia prænotata, & ibi prius literis Regalibus, & Registro Domini sui Superioris, utpote Judicis Curiæ Regiæ vel Domini Palatini, vel Comitis & Judlium quis scilicet tum talis Exactor fuerit judiciorum, perlectis & Nobilibus illius Comitatus in layca lingua referatis aliquem competentem terminum assignare debent, sic notificando & promulgando, ut Convicti in Judiciis ad nostram Sedem venientes se expedire niterentur juxta continentiam Registri prænotati, qui si in terminis per eosdem Judiciorum Exactores & Regis ac Capituli vel Conventus homines ad id assignato se expedire curaverint, extunc tales coram dicto Regio & Capituli hominibus retrahuntur de Registro, & recipient literas Expeditorias Exactoris Judiciorum supradictorum, easdemque literas pro majori cautela posimodum confirmant in Capitulo vel Conventu aliquali *plures* autem Nobiles pro majori cautela non literas dictorum Exactorum, sed in relatione Regii hominis et Testimonii Capituli vel Conventus literas expeditorias eorundem Capituli vel Conventus recipere procurant pro ipsorum expeditione. Si vero Nobiles, vel cujuscunque conditionis homines in Judiciis convicti in termino, ut præmissum est, assignato ab eisdem judiciorum Exactoribus se expedire non curaverint, extunc idem Exactor cum prædictis Regio & Capituli hominibus vel Conventus transire debent ad Possessiones vel loca habitationis hominum in Judiciis convictorum, & in fine villæ eorum

Digitized by Google

conſcendentes in ſignum pacis & juſtitiæ haſtam cum ſuo ferro in terram figere, & tribus diebus facta legitima ammonitione ibi expectare teneantur ſolutionem & ſatisfactionem judiciorum ſupradictorum, nil plus, niſi victui neceſſaria recipientes, et ſi talis convictus ibi ſe patienter expedierit, ſimiliter de ipſo Registro retrahatur, et literæ Expeditoriæ ſimiliter manentur. Alioquin dictis tribus diebus transactis in rebus ſuis mobilibus et immobilibus ſub fœdere impignorationis per eosdem Judiciorum Exactores inibi recipi debent quantum æquipolleret, vel ſe extenderent ad quantitatem judiciorum.

3) *Secundum eſt notandum*, quod ſi Exactores Judiciorum D. Palatini vel Judicis Curiæ Regiæ ad tales proceſſus egrediuntur, tunc Regium hominem & Teſtimonium Capituli vel Conventus quo ſupra, ac hominem Comitis, nec non unum, vel duos ex quatuor Judicibus ſecum ducere debent pro teſtimoniis. Qui quidem Exactores Judiciorum res pro judiciis exactas inter ſe taliter dividere debent, quod primo decimam partem præfatis Regio & Capituli vel Conventus hominibus ſimul & tertiam partem Comiti & Judlium reddere, duas vero partes pro ſuo Superiori debent reſervare. Si vero Exactores Judiciorum Comitis & Judlium ad tales proceſſus egrediuntur, non ſic, ſed tantum modo Regium hominem, & Teſtimonium Capituli vel Conventus & ſecum ducere debent, & decimam partem exactorum judiciorum Regis & Capituli & (vel) Conventus hominibus reddere, reſiduum vero inter ſe dividere debent. Sic eſt mos eorum. Et tandem in fine, poſtquam omnia Judicia in tali Comitatu egrediuntur, & proceſſus eorum rite terminantur, ſæpedictorum Judiciorum Exactores ad ipſum Capitulum vel Conventum, cujus Teſtimonium ad perficiendam exactionem duxerant redire, & unicuique literas expeditorias dare teneantur, & pro ſe ipſis etiam recipere, ac prænominatis Comiti & quatuor Judlium in Relatione Regii hominis & teſtimonio dicti Capituli vel Conventus ſimiliter literas expeditorias dare teneantur ſic alternatim pro cautela, prout hæc & alia & certius lucidius & limpidius in Statutis ipſius D. Regis Karuli continentur; quæ quidem Statuta in ſingulis Comitatibus Regni Hungariæ in literis ipſius D. Karuli conſcripta habentur, & conſervantur.

Tunc (nunc) accedendum eſt ad formam tractatus: Lodovicus Dei gratia Rex Hungariæ fidelibus ſuis Capitulo Eccleſiæ vel Conventui talis loci ſalutem, & gratiam. Fidelitati Veſtræ firmiter præcipiendo mandamus, quatinus quotienscunque & quandocunque Judiciorum Exactores Magnifici viri Comitis P. Judicis Curiæ noſtræ, vel Domini N. Regni noſtri Palatini & Judicis Comanorum, vel ſic: per Comitem & Judlium talis Comitatus ad exigenda Judicia ſua, vel ſic: ad exigenda Judicia eorum; Item: ad Citationes, Inquiſitiones, & Poſſeſsionum recaptivationes & occupationes earumdem, nec non ad

Digitized by Google

alia omnia, quæ in talibus proceſsibus juxta Regni noſtri Conſuetudinem fieri conſueverunt, facienda, verbo noſtræ Regiæ Majeſtatis requiſiti fueritis, ſemper hominem veſtrum fide dignum pro teſtimonio transmittatis, coram quo A. f. B. de tali, & C. f. D. de tali ſive E. filius F. de tali, aliis abſentibus homo noſter omnia præmiſſa, & præmiſſorum ſingula exequatur juris ordine obſervato, & poſthæc vos ſeriem præmiſſorum totiens, quotiens neceſſarium fuerit ſeu oportunum nobis fideliter reſcribatis. Datum &c.

5. *Juxta quam partem* eſt ſciendum, quod tempore exactionis dictorum Judiciorum, quando ſolent occupari Poſſeſsiones, ſeu Portiones poſſeſsionariæ hominum proſcriptorum quam vero hominum in Sententia capitali convictorum, & quorumcunque hominum ſimpliciter in Judiciis convictorum, Item in talibus proceſsibus inter Exactores ipſorum Judiciorum ex una, et Nobiles convictos parte ab altera ſolent fieri conventiones in forma pacis, quando vero in hujuscemodi proceſsibus Exactores Judiciorum, & Regii, ac Capituli, vel Conventus homines per quospiam ſolent impediri, verberari, & cum illa facta ad notitiam Capituli vel Conventus devenerint, ipſum Capitulum vel Conventus reſpondendo inſuis literis prout infra ſpecificabitur, reſpondere debent Regiæ Majeſtati & ſequitur forma.

6. *Item: Alia forma Relatoria dependens ad eandem materiam &c.* Excellentiſsimo Domino Suo &c. Salutatio ut ſupra. Literas Veſtræ Serenitatis honore quo docuit, recepimus inter cetera continentes, quod quotienscunque, et quandocunque nos per Exactores Judiciorum Magnifici Viri Comitis P. Judicis Curiæ Veſtræ; vel ſic: Domini N. Palatini Regni veſtri; vel ſic: per Comites & Judlium talis Comitatus ad exigendum ipſa Judicia; Item: ad Citationes, Inquiſitiones &c. ut ſupra verbo veſtro requiremur, ſemper hominem noſtrum fide dignum deſtinaremus, quo praeſente A. filius B. de tali, vel C. filius D. de tali aut E. filius F. de tali, aliis abſentibus homo veſter omnia praemiſſa, & præmiſſorum ſingula exequatur juris ordine obſervato, & poſt hæc nos totiens, quotiens neceſſarium fuerit, ſeu opportunum ſeriem omnium præmiſſorum veſtræ fideliter reſcriberemus Majeſtati. Nos igitur præceptis Veſtræ Serenitatis cupientes obedire, ut tenemur, cum præfato A. f. B. homine veſtro noſtrum hominem virum idoneum, videlicet Dominum I. Sacerdotem de Choro noſtro transmiſimus pro teſtimonio fide dignum ad quandam Citationem. Vel ſic: ad quandam Inquiſitionem infra declarandam, faciendam, qui tandem ad nos reverſi, nobis uniformiter retulerunt iſto modo: quod ipſi G. f. H. de tali in eadem Poſſeſsione ſua taliter vocata, & I. f. K. de tali in Poſſeſsione sua vacua taliter vocata vicinis ſuis & commetaneis hæc notificando contra Comitem L. f. M. Exactorem Judiciorum ipſius D. Palatini, vel Comitis et quatuor Judlium de tali, tali

Digitized by Google

die, poſt tale feſtum jam præteritum præſente, & audiente dicto Teſtimonio noſtro ad Veſtram citaſſent præſentiam Octavas tales, talis feſti jam venturas eisdem pro termino coram vobis comparendi aſſignando; & præfatus homo &c. Vel ſic: qui quidem homo Veſter ad nos reverſus, præſente, & audiente dicto teſtimonio noſtro, nobis retulit iſto modo? quod ipſe una cum eodem Teſtimonio noſtro ab omnibus Nobilibus & Ignobilibus ac aliis cujusvis conditionis hominibus in tali Comitatu commorantibus, ſuper eo, ſi officialis Magiſtri I. filii villani diſtributores ſalium Regalium, ac familiæ & Jobagionis ejusdem de Pac. poſſeſsione utpote in tali feſto jam præterito manibus armatis in Comitem N. f. M. Exactorem Judiciorum talis, & Regium ac veſtrum, homines, nec non Judlium & hominem talis Comitatus potentialiter inſurgentes, ipſos percuſsiſſent, & hominem Regium duarum ſagittarum ictibus, equum vero dicti teſtimonii Capituli talis cum gladio vulneraſſent, unum Deum & ejus juſtitiam præ oculis suis habentes, diligenter inquirentes talem ſciviſſent veritatem, quod prædicti officiales Salium Jobagiones ipſum Magiſtri I. filii. Villani omnia præmiſſa, & præmiſſorum ſingula in dicto feſto tali memoratis talibus & talibus irrogaſſent modo prænotato & præfatus homo noſter &c.

7. *Item: Alia forma ad eandem materiam:* Nos Capitulum vel Conventus talis loci, damus &c.: Quod D. Jo. Sacerdos, qui per nos cum A. f. B. de tali Regio homine nuperrime juxta continentiam literarum ipſius D. Regis ad videndum exactionem Judiciorum Magnifici Viri &c. ut ſupra in tali Comitatu exigendorum pro teſtimonio deſtinatus fuerat, cum eodem Regio homine ad nos reverſus nobis retulerunt concorditer iſto modo: Quod Comes T. f. M. Exactor Judiciorum ejusdem talis una cum ipſis & homine Comitis dicti Comitatus, nec non duobus Judlium ſimiliter ejusdem Comitatus inibi procedendo, tot, & in tanta Judicia a Convictis hominibus in judiciis rite, & legitime juxta continen. Regiſtri ipſius talis ſuperioris ſui expediſſet, videlicet ab A. f. B. de tali loco dimidiam Marcam, & ſic de ſingulis, ubi prætaxati Comes & duo Judlium ſimiliter perſonaliter coram nobis comparentes præmiſſa ſic, ſicut iidem Regius, & noſter homines coram ipſis peracta fuiſſe ſubſequenter affirmaverunt. Dat. &c. Juxta quam partem eſt notandum, quos dictus Exactor Judiciorum tales literas excuſari poſsit ad præſentiam ſui ſuperioris, & ideo etiam numerat. & ſpecificando pecuniam exactam inferere faciendo ad literas ſupra dictas.

8. *Item: Alia forma ad eandem materiam dependens, quæ multum neceſſaria eſt Comitibus & Judicibus:*

9. Nos Capitulum Eccleſiæ &c. Quod eum nos discretum Virum D. Jo. Sacerdotem de Choro noſtro, vel ſic: Magiſtrum M. Socium,

Digitized by Google

& Concanonicum noſtrum cum A. f. B. de tali, homine Regio & I. Comite filio M. Exactorem Judiciorum talis vel talium, mediantibus literis ipſius D. Regis per eundem deſtinato ad videndum exactiones Judiciorum in tali Comitatu exigendorum, mandatis Regiis obtemperantes pro teſtimonio deſtinaſſemus, tandem iidem Regius & noſter homines cum dicto Exactore Judiciorum tali. Item Magiſtrum N. f. C. de tali Comitem, hominem præſcripti Comitatus & P. f. Q. de tali, ac R. f. S. de Tali Judlium de eodem ad nos reverſi, nobis concorditer retulerunt iſto modo: Quod memorati Judlium, & Homo ipſius Comitis ubique in dicto Comitatu tali cum ipſis rite, & legitime proceſsiſſent, Judiciaque ſeu Byrſagia a Convictis hominibus juxta continen. Regiſtri ipſius Comitis P. vel D. Palatini moderate expediſſent, ubi autem initum Poſſeſsiones, & portiones poſſeſsionarias proſcriptorum hominum, vel in actu potentiali convictorum cum ipſis ſimiliter legitime occupaſſent, nec cujuspiam, ſeu quorumpiam res & jura indebite occupaſſent, vel quo quomodo eosdem offendiſſent. Dat. Et ſic de formis talibus, quando Judicia exiguntur dicta ſufficiant. Si quæ vero alia circa hoc fieri contigerit, prudens Notarius ſenſualiter laboret circa easdem juxta ſuum poſſe Boetius.

Secuntur formæ Cônvocationis, & primo generalis, ſecundo ſpecialis. Magiſter A. f. B. Comes, ac Judlium Comitatus T. univerſis Nobilibus & ignobilibus ac aliis cujusvis Status & Conditionis hominibus in dicto Comitatu commorantibus Amicis ſuis Reverendis paratam amicitiam debito cum honore. Vel ſic: debitæ Reverentiæ & honoris continuum incrementum. Cum nos una vobiscum ſuper quibusdam arduis negotiis Domini noſtri Regis L. & Regni ſui tractare debeamus neceſſario; Igitur Veſtræ Nobilitatis providentiam petimus, monemus & exortamur per præſentes, quatenus univerſi univerſaliter, & ſinguli Veſtrum ſingulariter, quibuslibet aliis negotiis veſtris poſtpoſitis tali die poſt tale feſtum jam venturum ad villam talem convenire, & nobiscum ſuper prædictis negotiis Domini noſtri Regis & Regni ſui mature tractare debeatis, aliudque nullo modo facere præſumpmatis in hac parte; ſiqui enim auſu temerario in dicta Congregatione per ſe, vel per legitimum ſuum Procuratorem comparere neglexerit, judicio trium Marcarum onerabitur. Eo facto, quas nos ſine mora exigemus ab eodem: Præſentes autem, poſtquam unus Veſtrum perlegi fecerit, ſtatim ad alium vicinum ſuum currere faciat & deſtinare ſine mora, ne per hoc negligatur tractatus ſupra dictus. Datum &c.

11. *Item: aliæ formæ ſpecialis ad eandem materiam.* Nos Magiſter A. f. B. Comes &c. Salutatio eſt ut ſupra. Noverit Veſtræ nobilitatis Amicitia Literas Sereniſsimi Principis Domini L. Regis Hungariæ nos recepiſſe inter cetera continentes, quod quia Venerabilis in Chri-

Digitized by Google

ſo Pater N. Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Agriensis contra Comitem N. filium Wgra de Andranach, & e converſo idem N. contra memoratum D. N. Epiſcopum juxta continen. literarum Magnifici Viri, Domini N. Regni Hungariæ prædicti Palatini modo & forma ſuæ Judiciariæ deliberationis ſignificavit tali die poſt tale feſtum jam venturum, & in villa taliter vocata coram Regiis hominibus & teſtimoniis Capituli talis Eccleſiæ communes teſtes producere, negotiaque ſuarum cauſarum per Nobiles duorum Comitatuum, ſcilicet de Heuswyar de Neugrad declarari facere debeant & teneantur. Et cum vos ſub poena trium Marcarum tunc in dicta Congregatione intereſſe oporteat neceſſario. Igitur volumus, & Veſtræ Univerſitati autoritate Regia per dictas literas ſuas in hac parte nobis commiſſa firmiter injungimus per præſentes, quatenus ſtatim acceptis præſentibus ſinguli veſtrum ſingulariter, & univerſi univerſaliter, quibuslibet aliis negotiis Veſtris poſtpoſitis in dictis die & loco in unum convenire, & Mandatum Regium auditis ſeriebus literarum ipſius D. Palatini perficere debeatis prout de jure fuerit oportunum, & aliud nullo modo facere præſumatis in præmiſsis, quia alioquin nos a ſingulis Veſtris dictas ſingulas tres marcas procul dubio exigi faciemus, dicta Regia authoritate. Præſentes autem. Ut ſupra. Vel ſic: Cum nos ſuper negotio exactionis lucri Camerarum D. Regis. Vel ſic: ſuper exactione judiciorum Magnifici Viri N. Comitis P. Judicis Curiæ Regiæ. Vel ſic: ſuper exactione judiciorum Magnifici Viri Domini N. Regni Hung. Palatini. Vel ſic: ſuper exactione Judiciorum noſtrorum. vel ſic: ſuper receptione & exactione collectarum pro præſenti expeditione, ſeu exercitu Domini noſtri Regis in Regnum Italia habita, & inſtaurata per D. Eliſabeth Reginam Hungariæ, ſcilicet matrem ipſius D. noſtri Regis impoſitarum una Vobiscum tractare debeamus neceſſario Igitur Veſtræ nobilitatis amicitiam petimus, monemus. Cetera ut ſupra. Præſentes autem. Ut ſupra. Volumus autem, ut ultimus ex vobis, apud quem dictæ literæ remanſerint, easdem in ſpecie nobis reportare debeat in die Congregationis prænotatæ. Dat. &c. Juxta quam partem eſt notandum, quod præſens forma non ſolum in negotiis ipſorum Comitum & Judicum Nobilium, verum etiam apud Epiſcopos tempore Synodalis Congregationis, & apud Archidiaconos & Vicearchidiaconos per eundem ſenſum ſcribuntur, licet aliquantulum diverſificentur. Dirigunt literas ſuas Vicearchidiaconi per Sacerdotes pro convocatione facienda, & ſic etiam Vicearchidiaconi quando recipiunt mandatum ſui ſuperioris, faciunt Convocationes, ad quas quidem Convocationes faciendas præſentes formæ ſemper, & ubique valde bene poſſunt applicari. Et ſic de formis Convocationis ſupra dicta ſufficiant.

Digitized by Google

12. *Sequitur de formis duellandi, de quibus in ſuperiori tractatu aliquid eſt narratum.* Sed antequam ad textum eſt procedendum, quot modis, & quali tempore ipſa duella facere debent. Primo autem modo fit duellum per querimoniam partium, quando offenſa pars per formam juris accuſat partem offendentem, & quando etiam acta, & ſententia inter locutoria per Judicem proferuntur in ſede Judiciaria. Secundo fit duellum accidentaliter & minus conſuete, quando aliquis Regi, vel Principibus, aut ſuperiori ſuo poteſtatem ſuper ſe habenti acculatur de majori, & notorii infidelitate, & ſic fit duellum nudatorium, utpote in una Camiſia & cum uno gladio ſolummodo, quod ſcilicet duellum dependit ad mortem procul dubio, & ideo tale duellum non ſæpe fieri contingit, quia aborrendum eſt ipſum videre, & audire. His viſis accedendum eſt ad formam tractatus, & primo de duellis conſuetis, & in hoc Regno ſæpe contingentibus:

13. Nos Magiſter A. filius B. Comes & Judlium Comitatus talis damus promemoria, quod cum nos feria tali poſt tale feſtum jam præteritum cauſas univerſas Nobilium, & aliorum coram nobis litigantium ac juſtitias petentium æqualitate & pondere deliba ſſemus, & moderamine juris obſervato diſcuſiſſemus, tandem de medio aliorum cauſsatorum C. f. D. de tali coram nobis exurgendo contra E. f. F. noſtra judiciaria in figura propoſuit iſto modo: quod cum ipſe in feſto tali jam præterito G. fratrem ſuum jam defunctum in quibusdam legationibus ſuis ad I. f. H. proximum ſuum de tali deſtinaſſet annotati E. f. F. hoſtiliter & latrocinaliter cum ſuis complicibus in eundem currendo ipſumque pluribus letalibus vulneribus fauciando interemiſſent, & equum cum freno, & ſella, ac Veſtes & expenſas ſuas abſtuliſſent in præjudicium ſuum non modicum & jacturam, quo audito dictus E. f. F. in omnibus præmiſsis, & præmiſſorum fingulis ſe innocentem fore allegabat ex adverſo; ubi tamen prætactus C. f. D. Actor in legitimationem ſuæ juſtitiæ in corroborationem dictæ ſuæ propoſitionis ligneum claviculum vulgo Cemiek dictum amarifico animo porrexit E. f. F. prænotato, petens nos pluries hoc replicando ut nos juris de rigore ad perſonale duellum ipſos judicantes permitteremus. Et quia ambæ partes non coacti, nec etiam compulſi, ſed ſponte obligaverint, ſeu voluerint, ut ad tale duellum perficiendum nos easdem permitteremus: Igitur nos mature ſuper hoc tractantes una cum Aſſeſſoribus noſtris admiſimus interloquentes iſto modo, ut præallegati C. f. D. & E. f. F. tali die poſt tale feſtum jam venturum ſuper præmiſſa requiſitione ipſius C. f. D. in eo videlicet, quod memoratus E. f. F. dictum G. in prænotatis die & loco non interfeciſſet, neque rebus ſuis ſpoliaſſet, vel e converſo, ſuper eo, quod dictus E. f. F. in hac cauſa, & ipſius Actoris Actione penitus innoxius eſſet, & immunis, pedeſtre duellum coram nobis in area certaminis

Digitized by Google

minis cum instrumentis ad id necessariis dimicare debeant propriis ipsorum in personis Datum &c.

14. *Item: Alia forma minus consueta, quando duellum fit pro notoria infidelitate supradicta.* Nos Lodovicus Dei gratia Rex Hungariæ. Vel: Nos Comes P. Judex Curiæ Regiæ; vel: Nos N. Regni Hungariæ Palatinus: vel sic: Nos Henricus Dux Austriæ, vel Dux Barbariæ (Bavariæ) & sic de aliis. Damus, vel significamus, quod cum nos cum Serenissima Principissa vel Ducissa consorte nostra carissima. Vel sic: Cum Prælatis, & Regni nostri Baronibus in Consilio consedissemus. Vel sic: tali die, post tale festum cum militibus nostris, & Aulæ Regiæ Juvenibus ad talem locum causa venandi transire voluissemus, tandem A. f. B. cum vehementia & amarifico Corde in Conspectu nostræ Regiæ Majestatis, vel sic: in conspectu nostræ magnitudinis accedendo voce puplica clamavit, quod C. F. D. nuperrime subtracto cum quibusdam ad se pertinentibus in unum conspirantes a Venetis tot millia florenorum clandestine recepissent, & sic ipsam Civitatem Scitacam (sic vocatam) nec per se nec per suos proximos ac ad ipsum pertinentes viribus invadere & fideliter expugnare voluissent, propter quod omnis exercitus noster confusus, & abinde avulsus & sine triumpho abscesfissset, nos & Principes nostri per talem factum & finistram ejusdem C. f. D. & majorem Sedem Regni nostri & sempiternum obprobrium sustinuissemus. Quo audito prætactus C. f. D. perterritus faciei suæ mutatus colore respondebat quasi vacilando, quod ipse in præmisfis accusationibus dicti Comitis A. f. B. penitus innoxius esset & immunis. Insuper omnia verba vituperiosa, quæ in mundo sunt, & fieri possunt, eidem irrogavit coram nostra Regia Majestate, ubi etiam prætactus C. f. D. in signum suæ immunitatis seu innocentiæ non valens ultra tempus redimere nec bonam nec malam formam sibi imminentem ulterius auferre, in conspectu nostræ Regiæ Majestatis pugnare intendebat cum adverfario suo supra dicto. Sed quia nobis, & dictis Baronibus nostris visum exstitit: ut super tali accusatione & ferventi incusatione per formam juris esset procedendum, ideo nos consulti & inducti Baronum, & militum nostrorum sano, & salubri consilio admisimus sententias isto modo: quod prædictæ partes tali die post tale festum jam venturum in Curia nostra Regia & coram nostra ac consortis nostræ Carissimae Majestate, nec non in præsentia omnium Baronum & Regni nostri Procerum in solis Camisiis suis, & duobus acutisimis ensibus sese in area certaminis spuciter invadere & super præmissa accusationibus ictibus dictorum Ensium se ipsos excusare usque ad punctum mortis debeant, & teneantur; nos enim tunc illum, qui superatus fuerit, debita pœna puniemus, prout de jure fuerit opportunum in filios filiorum & heredes. Dat. &c. et

Digitized by Google

ſic de formis duellandi dicta ſufficiant, quia pluries de ipſis formis eſt tractatum & ruminatum.

15. *Sequitur de formis compoſitionalibus, & primo quando ipſa compoſitio fit coram ejusdem Judicibus*, ſecundo, quando ſit coram Capitulo vel Conventu: Nos Magiſter A. f. B. Comes talis Comitatus & Judlium de eodem damus, vel ſignificamus &c. quod cum juxta continentiam priorum literarum noſtrarum, ſeriem noſtri Judicii declarantium, tali die, poſt tale feſtum jam præteritum inter C. f. D. de tali, ut Actorem ex una, & E. f. F. de tali, veluti ad cauſam attractum parte ab altera coram nobis perſonali duellum fieri, eædemque partes in area certaminis contra ſeſe pedeſtre duellum dimicare debuiſſent, adveniente ipſo termino prædictæ partes hinc & inde cum ſuis Armis & inſtrumentis paratæ ad dimicandum comparuerunt coram nobis; & licet ſæpe dictæ Partes armis indutis, clypeisque & contis ad manus ſuas receptis in aream certaminis intrare voluiſſent, tamen ipſæ partes propter bonum pacis & concordiæ unionem, interveniente etiam ordinatione & amicabili compoſitione proborum Virorum, obtenta prius ad hoc noſtra licentia judiciaria taliter inter ſe concordaſſent, quod præallegatus E. f. F. pro omnimoda expeditione mortis G. fratris ejusdem C. f. D. & rerum ſuarum ablatione aſſumſit dare, & ſolvere XXV. Marcas computi talis partim in prompta pecunia, partim vero in æſtimatione condigna in terminis jam venturis. Item: tot Marcas in Octavis talibus talis feſti, & reſiduas tot marcas in Octavis talibus talis feſti ſubſequentibus, hujuscemodi vinculo obligaminis interſerto, quodſi prætactus E. f. F. primum terminum obmitteret in ſolvendo, cum pœna dupli, ſi vero ſecundum prætermitteret pecunia prius perſoluta, ſi perſoluta haberetur, amitteretur eo facto. Si vero in tertio termino ſolvere diſſimularet, ex tunc in ſubcubitu duelli facti potentialis convinceretur eo facto contra C. f. talem ſupra dictum; in termino autem ipſius ultimæ ſolutionis annotatus E. f. F. Quinquageſimo ſe Nobilibus ſibi ſimilibus reſolutis cingulis & diſcalceatis pedibus omnes baculos in manibus ſuis cum humiliatione retinentes ad domum ipſius C. f. D. accedere, & eidem tamquam rei ſupplicare, ac in illa die in domo aliquali loco carceris deputato tamdiu, donec idem C. f. D. his omnibus peractis, & perfectis in anno gratiæ, ſeu jubilæo jam proximo affuturo *) pro expiatione ſuorum debitorum, & pro refrigerio animæ dicti interfecti cum ceteris peregrinis in Romam ſe transferre debebit tamquam peregrinus, ad quod ſe faciendum idem E. f. F. ſpontanea coram nobis obligavit voluntate. Dat. &c.

*) Id eſt MCCCL qui utique jubilæus erat.

Digitized by Google

16. *Item*: *Alia forma*: *quando fit Compositio spontanea in loco Testimoniali:* Nos Cápitulum Ecclesiæ &c. Damus, vel significamus &c. Quod E. f. F. de tali ex una, & C. f. D. de tali, parte ab altera tali die, post tale festum, anno videlicet nativitatis Domini M. &c. coram nobis personaliter constituti dixerunt, & puplice sunt confessi, quod quamvis ex causis diversis, quæ inter ipsos contingissent usque modo specialiter ratione interfectionis G. fratris uterini ejusdem C. per ipsum E. f. F. ut dicitur, causaliter interempti litis materia & contentio fuisset inter ipsos & exorta, tamen ut omnis litis, dissensionis & contentionis materia de medio ipsorum radicitus evelleretur, & per omnia pacis amore eradicarentur, ipsique, & eorum heredes animo, & deinceps ut veri proximi sub ipsius pacis favore inter se amplexari valeant & gratulari propter bonum dictæ pacis & concordiæ unionem, componantibus etiam & ordinantibus pro ipsis pluribus Viris nobilibus & proximis eorum taliter inter se concordassent, immo concordaverunt coram nobis, quod annotatus E. f. F. pro omnimoda expeditione dictæ mortis & satisfactione dampnorum & injuriarum exinde contingentium assumpsit dare & solvere eidem C. f. D. & coram nobis assumpsit tot marcas grossorum, vel denariorum pro tempore currentium talis computi, partim in prompta pecunia, partim vero in æstimatione condigna, exclusa tamen armorum, vestium, sarticarum & claudorum, ac aridorum equorum æstimatione in terminis infrascriptis coram nobis, videlicet tot Marcas idem E. f. F. solvet in talibus Octavis talis festi jam venturis &c. ut supra. Pœna etiam inferatur, sicut tunc partibus placuerit; qui quidem etiam E. f. F. in die etiam ipsius ultimæ solutionis duos Equos equatiales de Equiaria sua triennes, vel quatriennes sed non inclusive importare, & coram nobis assignare teneatur C. f. D. prænotato, ita videlicet, quod sæpe dictus E. f. F. ipsas pecuniarias solutiones, & dictorum equorum assignationem ad ipsis assignatis terminis non literis Regalibus, nec Reginalibus, nec etiam aliquo alio quæsito colore ad ulteriores terminos prorogari facere possit quo quomodo. Ad quæ præmissa, & præmissorum singula prætactus E. f. F. spontanea se coram nobis obligavit voluntate. Dat.

17. *Secuntur formæ omissionales mixtim cum formis perfectam solutionem declarantium.* Et primo, quando sit solutio sive pecuniaria, sive pecuaria. Nos Magister A. f. B. Comes, vel Vicecomes ac Judlium Comitatus talis Damus, vel significamus &c. quod cum juxta continentiam priorum literarum nostrarum compositionalium & obligatoriarum E. f. F. de tali, C. f. D. de tali in talibus Octavis talis festi, tot Marcas Grossorum vel Denariorum pro tempore currentium talis computi coram nobis solvere debuisset, adveniente ipso termino dictis partibus personaliter coram nobis comparentibus per præfatum

Digitized by Google

E. f. F. debitorem propositum exstitit & relatum, quod quia ipse, unde dictam pecuniam solveret, ad præsens facultatem non haberet, ideo ipse pro dictis tot Marcis ex nunc persolvendis, & aliis tot Marcis in sequentibus duobus terminis in dictis literis nostris declaratis persolvi deben. quamdam portionem suam possessionariam in tali Possessione, in Comitatu tali, ut refertur, existen. habitam, titulo aquisitionis ad suos prædecessores devolutam annotato C. f. D. pro sua expeditione dare & perpetuare præsto esset & paratus; quo audito prætactus C. f. D. licet prima vice dictam portionem possessionariam ipsius E. f. F. se recepturum velle repugnabat, tamen postmodum quorumdam proximorum suorum, & aliorum proborum virorum super hoc usus consilio eandem portionem possessionariam pro dictis tot marcis se recepturum obtulit juxta debitum suæ voluntatis, ubi prænotatus E. f. F. annotatam portionem possessionariam cum suis utilitatibus quibus libet & pertinentiis, ac eo jure, eaque plenitudine, qua dicta portio per ipsum, & suos prædecessores hactenus habita, tenta exstitisset, & possessa, dedit, & assignavit in jus & perpetuitatem ejusdem C. f. D. & suorum heredum perhempnaliter possiden., haben. & tenen. sine præjudicio juris alieni, nichilominus præfatus C. f. D. super ipsa portione possessionaria sufficienter contentus, sæpe dictum E. f. F. & suos heredes super morte G. fratris sui, per eundem E. f. F. ut dicitur, causaliter interempti, ac aliis dampnis & injuriosis factis exinde contingentibus reddit, & relinquit prorsus & per omnia expeditos coram nobis. Assumpserunt etiam dictæ partes sub pœna infra scripta, quod in Octavis talibus talis festi jam venturi Capitulum Ecclesiæ talis accedere personaliter, & præmissam compositionem inter ipsos factam literis patentibus, vel sic: literis privilegialibus ejusdem Capituli pro majori cautela inter se roborare debeant & teneant. Quod si qua partium tunc ad ipsum Capitulum non transiret, transeundoque præmissam compositionem literis ipsius Capituli non roboraret, pars hoc faciens contra partem omnia facientem, & adimplentem in tot Marcis sine portione Judicis, ante litis ingressum deponendis convinceretur eo facto. Dat.

18. Juxta quam partem est notandum, quod secundum hujus Regni consuetudinem pro tribus Marcis exclusive, sed non inclusive Possessiones, five portiones possessionariæ assignari possint per debitorem Actori & Actor ipsas recipere tenetur, & legitimam rationem non valebit assignare ut easdem recipere non compellatur, prout de isto donamano aliqualiter est supradictum. Vel sic: Adveniente ipso termino præfatus E. f. F. dictas tot marcas Domina mater G. interfecti, & Dominæ sorores ipsius tot Marcas prohibuerunt coram nobis asserentes se portionem habere in homagio G. prænotati, nosque factum prohibitionis ad talem diem post tale festum jam venturum, propter paucitatem &

Digitized by Google

defectum Aſſeſſorum duximus prorogandum; tunc enim nos ſuper ipſa prohibitione, ſi licite, vel illicite facta fuerit, decernemus inter partes moderamine juris obſervato. Dat. &c. Vel ſic: Adveniente ipſo termino præfatas E. f. F. neque venit, neque miſit ad ipſam ſolutionem faciendam per I. f. K. legitimum Procuratorem ipſius C. in perſona dicta Domini ſui rite coram nobis exſpectatus. Dat. &c. Vel ſic: Adveniente ipſo termino prænominatus E. f. F. exhibuit nobis literas Sereniſsimi Principis D. noſtri Regis L. inter cetera continentes, quod quia idem E. f. F. de tali, cum tali Domino ſuo in præſenti exercituali expeditione ipſius Domini Regis in Regnum Italiæ perſonaliter transire deberet neceſſario; igitur nos ſolutionem tot Marcarum in dictis Octavis quo ſupra fiendam usque ad annualem revolutionem dictarum literarum ejusdem Domini noſtri Regis prorogare deberemus absque omni gravamine & pondere aliquali. Nos igitur mandatis Regiis obtemperantes ut tenemur, ſolutionem præſcriptarum tot Marcarum ad terminum per ipſum Dominum Regem in ſuis literis aſsignatum rurſus coram nobis fiendam prorogavimus absque omni gravamine & pondere aliquali. Vel ſic: Et quia in fine literarum dictarum noſtrarum compoſitionalium hac Clauſula: ut dictus E. f. F. ſolutiones ipſarum tot marcarum a terminis aſsignatis nec literis Regalibus nec Reginalibus, nec etiam aliquo alio colore quæſito juxta ſpontaneam ſuam aſſumptionem ad ulteriorem terminum prorogare valeret, inferta habebatur; igitur nos ex vigore dictæ Clauſulæ ipſam ſolutionem ad mandatum Regium nolumus prorogare ad terminum ſupradictum; ideo nos factum præſentis litigioſæ ſolutionis ad Octavas tales, talis ſolutionis proxime affutur. Mediantibus aliis literis noſtris exinde confectis in præſentiam Dominæ Reginæ & Regni Baronum, nec non per eosdem decernend. duximus prorogandum &c. De talibus formis dicta ſufficiant. . . .

19. *Secuntur Formæ Proteſtatoriæ & prohibitoriæ juxta conſuetudinem* Comitum & Judlium. Et primo de formis mixtis, ſeu compoſitis, ſecundo de ſimplicibus: Nos Magiſter A. f. B. Comes & Judlium Comitatus talis Damus, vel: ſignificamus &c. Quod nobiles puellæ filiæ D. de tali adhuc innuptæ Clara & E. vocatæ cum quodam puero germano ipſarum tali die, poſt tale feſtum Anno videlicet Nativitatis Domini M.CCCC.LII.*) in ſede noſtra Judiciaria perſonaliter adeuntes præſentiam per modum proteſtationis nobis curaverunt ſignificare, quod C. f. ejusdem, frater ipſarum ſemet absque ſcitu, & permiſsione nobilis Dominæ matris earum, & ipſarum nuperrime cum E. f. F.

*) Quamvis manifeſtis elementis annus 1452 ſcriptus ſit, quia tamen dominæ Reginæ & novæ juſtitiæ interductæ mentio ſit, palmare evadit reſcribendum MCCCLII.

Digitized by Google

manifeſto homicida G. condam ſimiliter fratris ipſarum in tot Marcis, ut ipſæ percepiſſent prædictæ coram nobis concordaſſent in præjudicium eorum non modicum & jacturam. Pro eo ipſæ Domina mater earum ante diem & terminum prædictæ concordiæ ſuper quos publico homicida, & manifeſto latrocinio aures Dominæ Elizabeth Dei Gratia Reginæ Hungariæ propulſaſſent querulantes, ipſaque Domina Regina precibus ipſarum inclinata, & communis juſtitiæ de novo in Regno ſuo ordinatæ annuente literas ad honorabile Capitulum Eccleſiæ talis pro Inquiſitione & evocatione prodicta morte facienda deſignaſſent; propter quod ipſæ memoratum E. f. F. a ſolutione prætaxatarum tot Marcarum facta, facienda, dictum vero fratrem ipſarum a receptione earumdem prohiberent, & prohibuerunt coram nobis, afferentes, quod ipſæ nollent, nec auderent compoſitionem tollerare ob metum Dominæ Reginæ ſupra dictæ. Dat.

20. *Item: Alia forma ſimplex:* Nos Magiſter A. ut ſupra. Damus, vel: ſignificamus quod duæ nobiles Dominæ filiæ D. de tali pro ſe, & pro Domina matre ipſarum ac in puero germano earum, in ſede Judiciaria noſtra noſtram perſonaliter adeuntes præſentiam E. f. F. de tali, a ſolutione tot marcarum pro homicidio G. condam fratris ipſarum per eundem E. ut dicitur, interempti coram nobis facienda C. vero fratrem ipſarum a receptione prælibatarum tot marcarum prohibuerunt, & inhibuerunt coram nobis hac procedentes ratione, quod ipſæ dictum E. f. F. profacto ipſius homicidii in Curiam Regiæ Majeſtatis, & ad ſpecialem præſentiam Dominæ Reginæ facta evocatione ſub teſtimonio Capituli Eccleſiæ talis contra ſe, & dictam Dominam matrem ipſarum jam ad cauſam attraxiſſent. Dat. Agriæ &c.

21. *Item: Alia forma ſimpliciter ad eandem materiam dependens:*

22. Nos Magiſter &c. Quod C. f. D. de tali, tali die, poſt tale feſtum Anno videlicet Nativitatis &c. coram nobis dixit ſub foedere proteſtationis, quod licet ipſe juxta continentiam aliarum literarum noſtrarum compoſitionalium, & obligatoriarum ab E. f. F. de tali in hac die tot marcas pro expeditione mortis G. fratris ſui recipere deberet coram nobis, tamen quia nobiles Dominæ mater & ſorores ſuæ adhuc innuptæ nuperrime cum Regni homine & teſtimonio Capituli Eccleſiæ talis per literas Dominæ Reginæ offendere pertimeſcens nollet recipere pecuniam prænotatam; ideo dictus C. f. D. memoratam pecuniam aput eundem E. f. F. pro tempore dimittere conabatur, ſed nos prætactam pecuniam prius pendere & numerare facientes ſub ſigillo ejusdem E. f. F. ad nos recepimus, & apud L. f. M. unum ex nobis depoſuiſſemus in ſequeſtro ad ſervandum. Dat.

23. *Item: Alia forma proteſtatoriarum & prohibitoriarum, quæ Communis eſt aput omnes:* Nos Magiſter A. &c. Damus, vel ſignificamus &c. Quod N. f. O. de tali pro ſe, & pro talibus filiis ſuis noſtram per-

Digitized by Google

ſonaliter adeundo præſentiam ſua, & eorundem filiorum ſuorum in perſonis permodum proteſtationis nobis curavit ſignificare; quod P. f. Q. de tali proximus ſuus, ut ipſe ex certa percepiſſet relatione, Poſſeſſionem ſuam taliter vocatam, in tali Comitatu, ut dicitur exiſtentem R. f. S. extraneo homini vendere, & de ſe alienare niteretur in ipſorum præjudicium non modicum & jacturam. Et cum ipſe cum præfato P. f. Q. ratione lineæ generationis ubique in una forent poſſeſſionaria diviſione, ob hoc ipſi præſcriptum P. f. Q. a venditione, diſtractione, & quovis alio colore de ſe alienatione memoratæ Poſſeſſionis ſuæ annotatum vero R. f. S. & quoslibet alios ab emptione, & occupatione ejusdem prohiberet. Idem N. f. O. tam pro ſe, quam pro eisdem pueris prohibuit, & inhibuit coram nobis, aſſerendo, quod ipſi nullum extraneum permittere vellent de conſuetudine huius Regni ad occupandam Poſſeſſionem ſupra dictam. Et ſic de formis Proteſtatoriis & prohibitoriis dicta ſufficiant; providus enim Notarius in talibus ſimilibus ſenſum ſuum ad plura applicare poterit tempore & loco opportunis &c.

24. *Secuntur Formæ, quando Judices & Comites Nobilium ſecundum ſedium ſuarum conſuetudinem per ſuas literas reſpondent Regi, Reginæ, & Judici Curiæ, ac Palatino.* Et primo ad ſimplices Inquiſitiones, ſecundo ad mixtas, prout inferius declarabitur. Juxta quam partem eſt ſciendum, quod dictis Comitibus & Judlium Literæ Regales, vel Reginales, ſive Judicis Curiæ Regiæ ac Palatini Citatoriæ nunquam vel quandoque contingunt, quod literæ Inquiſitoriæ multotiens, literæ etiam ſuper exactione lucri Cameræ Domini Regis, & in ſuper exactione Judiciorum eorumdem Comitum Curiæ Regiæ & Domini Palatini ſimiliter ſæpetenus transmittuntur ad quas deducere ſuo modo Notarius eorumdem debet reſpondere tunc accedendum eſt ad formam tractatus: Lodovicus Dei gratia Rex Hungariæ fidelibus ſuis Comiti vel Vicecomiti ac Judlium Comitatus talis ſalutem & gratiam: dicunt nobis nobiles puellæ filiæ C. f. D. de tali C. & E. vocatæ, conquerendo, quod cum ipſæ nuperrime videlicet in Octavis S. Martini Confeſſoris jam diu præteritis noſtro homine & Teſtimonio Capituli Eccleſiæ talis ſecum adductis mediantibusque aliis literis noſtris ſuper morte E. quondam fratris ipſorum per E. f. F. ut dicitur, latrocinaliter interempti, & potentiali ablatione rerum ſuarum in dicto Comitatu tali juxta antiquam Conſuetudinem Regni noſtri Inquiſitionem & eundem E. f. F. contra ſe ipſas in ſpecialem præſentiam noſtram evocari facere voluiſſent, tandem G. f. H. & I. f. K. proximi dicti E. f. F. armatis manibus & ex præconcepta malitia in Procuratorem ipſarum irruentes, equum ejusdem Procuratoris, & dictas alias literas noſtras abſtuliſſent, ipſumque Procuratorem interfeciſſent, dictos etiam noſtrum & Capituli Homines captivantes tribus diebus & noctibus in

Digitized by Google

ſuis vinculis detinuiſſent, equos & veſtes eorumdem auferen. Et quia nos in Regno noſtro talia perpetrata conniventibus oculis pertranſire non velimus, igitur volumus, & Veſtræ fidelitati firmo damus in præcepto, quatinus mox vilis præſentibus duos ex vobis fide dignos cum dictis nobilibus puellis & teſtimonio Capituli honorabilis Sanctæ Strigonienſis Eccleſiæ, quod ſerie præſentium ad id transmitti jubemus, ac homine noſtro, de Aulæ noſtra ſpecialiter ad hoc deſtinato transmittatis, qui ſimul & ubique ad invicem procedentes ab omnibus a quibus decuerit, & licuerit, palam & occulte ſuper præmiſſis diligenter inquiren. ſciant, & inquirant omnimodam veritatem & poſthac prout exinde vobis veritas conſtiterit, in Veſtris literis noſtræ fideliter reſcribi faciatis Majeſtati. Dat. &c.

25. *Item*: *Alia forma ex parte eorumdem Comitis & Judicum Nobilium Domino Regi Relatoria* &c. Serenisſimo Principi Domino ſuo Lodovico Dei gratia Regi Hungariæ A. f. B. Comes de tali & Judlium de eodem ſe ipſos ad omnia genera mandatorum cum obſequio ſuæ fidelitatis. Vel ſic: fincerum ſalutis affectum cum promptitudine famulandi: Literas Veſtræ Excellentiæ, per vos nobis deſtinatas honore, quo decuit recepimus in hæc verba &c. Vel ſic: Literas Veſtræ Serenitatis recepimus humiliter & obedienter, inter cetera continentes, quod mitteremus duos ex nobis pro teſtimoniis fide dignos, qui cum Veſtro homine & teſtimonio Capituli Eccleſiæ Strigonienſis cum Nobilibus duabus puellis filiabus C. f. D. de tali, ubiqua ſimul & ad invicem procedentes ſuper eo, ſi G. f. H. & I. f. K. proximus E. f. F. de tali, tali die Procuratorem earum puellarum interfeciſſent, & alias literas noſtras Inquiſitorias & evocatorias ab eodem abſtuliſſent, & ſi etiam alium hominem Veſtrum & teſtimonium talis Capituli captivantes tribus diebus & tribus noctibus in ſuis vinculis detinentes, equos & veſtes ipſarum abſtuliſſent, nec ne, ab omnibus, quibus liceret, & deceret, ſcirent, & inquirerent omnimodam veritatem & poſthac nos feriem ipſius Inquiſitionis veſtræ fideliter reſcribi faceremus Majeſtati: Nos igitur Mandatis Veſtris obtemperantes, ut tenemur, duos ex nobis & utique fide dignos, videlicet Comitem I. de tali, & P. f. L. de tali tranſmiſimus ad præmiſſa mandata Veſtra exequenda. Qui quidem homines noſtri ad nos reverſi nobis concorditer retulerunt iſto modo: quod ipſi una cum eisdem homine veſtro, & teſtimonio dicti Capituli, ac nobilibus puellis ſimul & ad invicem procedentes in tali Comitatu & alias ab omnibus, a quibus licuiſſet, & decuiſſet. ſuper præmiſſis diligenter inquiren. talem ſciviſſent veritatem, quod prænotati G. filius H. & I. f. K. in præfatis Octavis talibus talis feſti jam præteriti dictum Procuratorem earundem puellarum percuſſiſſent. & literas ſuas abſtuliſſent, equos etiam eorumdem veſtri Hominis & Capituli in eodem loco ſimiliter abſtuliſſent, ſed de captivitate

Digitized by Google

captivitate eorumdem, & de ablatione dictarum literarum aliarum Veſtrarum veritatem ſcire nequiviſſent; & retulerunt etiam homines noſtri prænotati, quod annotatus Procurator ibi percuſſus domum rediiſſet, & octavo die domi mortuus exſtitiſſet, ſed utrum per prædictam percuſſionem, vel morte naturali debitum perſolviſſet Carnis univerſæ, ſuper hoc ipſis veritas ſimiliter conſtare nequiviſſet. Datum &c.

26. *Item: Alia forma ad eandem materiam dependens:* Elizabet Dei gratia Regina Hungariæ fidelibus ſuis A. & B. filiis C. Vicecomitibus & Judlium de tali ſalutem & gratiam: Noveritis, quod pridie nobiles Dominæ Relictæ N. f. M. & A. f. L. condam de H. ad noſtram præſentiam venientibus, præſentibus, & audientibus quibusdam Prælatis, & Regni Baronibus noſtræ humiliter ſignificaverunt Majeſtati: Quod Magnificus Vir Comes P. Judex Curiæ noſtræ duas piſcinas ipſarum & orphanorum ſuorum taliter, & taliter vocatas, inter limites dictæ Poſſeſſionis H. vocatæ, ut dixerunt adjacentes potentialiter occupaſſent, & occupatas decimo anno incipiente hucusque detinerent, uſusfructus, & utilitates earumdem percipi faciendo in grande præjudicium ipſarum & derogamen, petentes nos precum cum inſtantia ut nos ex ſpeciali gratia Reginali, & ob favorem communis juſtitiæ prætactas piſcinas earum ipſis & orphanis ſuis juxta Continentiam Inſtrumentorum ſuorum literalium ſuper dicta Poſſeſſione H. Confectorum tamquam jus ipſarum reſignaſſemus & reſignari dignaremur. Et quia præallegati Prælati & Regni Barones ex certa ſcientia nos edocuerunt, & etiam nosmet ipſi per tenores literarum privilegialium condam Domini Belæ Regis Hungariæ recolendæ memoriæ præſcriptas Piſcinas inter limites præſcriptæ Poſſeſſionis H. exiſtere cognovimus & adjacere; & quia etiam nos unumquemque Regnicolarum noſtrorum in ſuis juribus & tenutis absque omni impedimento conſervare intendamus Deo propitiante. Nos igitur volumus, & Veſtræ fidelitati injungimus firmiter & distincte, per præſentes, quatinus ſtatim receptis præſentibus duos viros idoneos, & utique fide dignos cum Magiſtro P. f. Q. Aulæ noſtræ Juvene per nos pro homine Domini Regis Lodovici filii noſtri karisſimi ſpecialiter ad id deputato, & teſtimonio Capituli Eccleſiæ talis, in Octavis talis feſti jam venturis ad faciem dictæ Poſſeſſionis H. transmittatis, qui ſimul ad invicem procedentes eandem Poſſeſſionem talem vicinis & commetaneis ſuis legitime convocatis juxta curſus metarum in dicto Privilegio condam D. Belæ Regis per easdem Dominas tunc in ſpecie inibi exhiben. contentarum a primis veris metis incipiendo, usque ad finales metas reambulare, reambulatamque, ſi ipſi annotatas duas piſcinas intra limites dictæ Poſſeſſionis H. exiſtere reperirent, ex tunc ipſas ſæpedictis nobilibus Dominabus & orphanis ſuis, ut ſua jura

Digitized by Google

relinquant perpetuo posſiden. ſi per quempiam, vel per quospiam, non fuerit contradictum; contradictores vero, ſi qui apparuerint, ad noſtram ſpecialem præſentiam evocat. rationem ſuæ contradictionis peremptorie reddituros, & poſthac totius facti ſeriem cum nominibus evocatorum, ſi qui fuerint in veſtris literis dicto Domino Regi filio noſtro Carisſimo ad octavas tales talis feſti jam venturas fideliter reſcribatis Dat.

27. *Item*: *Alia forma ad haec relatoria*: Serenisſimæ Dominæ ſuæ Eliſabet Reginæ Hungariæ &c. A. & B. f. D. Vice-Comites de tali & Judlium de eodem ſumpma fidelitatis obſequium &c. Literas Veſtræ Serenitatis honore, quo decuit recepimus inter cetera continentes, quod mitteremus duos ex nobis providos Viros & utique fide dignos ad videndum reambulationem & ſtatutionem quarumdam duarum piſcinarum intra limites Poſſeſſionis H. ut dicitur, exiſtentium quas Magiſter P. f. Q. Homo Regius ſub teſtimonio Capituli Eccleſiæ talis juxta curſum metarum in Privilegio Domini Belæ condam Regis Hungariæ recolendæ memoriæ per Nobiles Dominas Relictas A. & C. tunc inibi in ſpecie exhibendo contentarum, vicinis & commetaneis ſuis legitime convocatis & eisdem præſentibus a primis veris metis usque ad finales reambulan. ſtatuerent eisdem nobilibus Dominabus ut ipſarum jura perpetuo posſidendas, ſi per quempiam, vel quospiam contradictionis titulo non fuerit obviatum, contradictoribus vero, ſi qui in ſtatutione tali apparerent, ad Regiam præſentiam evocatis, rationem ſuæ Contradictionis peremptorie coram ipſo Domino Rege reddituros; & poſthac nos ſeriam totius facti cum nominibus Evocatorum, ſi qui fierent, Veſtræ, vel dicti Domini noſtri Regis filii Carisſimi fideliter reſcriberemus Majeſtati. Nos igitur mandatis Veſtræ Serenitatis obtemperantes, ut tenemur, duos ex nobis viros idoneos, videlicet L. f. M. de tali, & C. f. N. de tali transmiſimus ad Mandata Veſtra exequenda, qui quidem Socii noſtri tandem ad nos reverſi, nobis concorditer retulerunt iſto modo: quod ipſi in dictis Octavis talis feſti jam præteriti cum eisdem Regis & Capituli Eccleſiæ talis hominibus accesſiſſent ad faciem Poſſeſſionis H. prænotatæ, eandem vicinis & commetaneis ſuis legitime convocatis & præſentibus per ſuas veras metas & antiquas; vel: Juxta curſus metarum in dicto Privilegio condam Domini Belæ Regis, per ipſas Dominas in ſpecie inibi exhibito per ordinem contentarum reambulaſſent, reambulatamque, quia ipſi memoratas duas piſcinas intra limites prætaxatæ Poſſeſſionis H. exiſtere reperiſſent, ideo ipſi ſæpe dictas piſcinas cum earum utilitatibus quibuslibet & Pertinentiis ipſis duabus Dominabus & earum orphanis ſtatu & forma prælibati Privilegii permanente ſtatuiſſent perpetuo posſidendas nemine penitus contradictore apparente. Dat. &c. Vel ſic:

Digitized by Google

& tandem vicinis, & commetaneis ſuis legitime convocatis; juxta curſus metarum in dicto Privilegio condam Domini Belæ Regis, per ipſas Dominas tunc inibi in ſpecie exhibito contentarum, a primis veris metis incipien. usque ad finales reambulaſſent, reambulatamque ex eo, quia ipſi præallegatas duas piſcinas intra limites prædictæ Poſſeſſionis H. exiſtere reperiſſent, contineri, ideo ipſas piſcinas dictis Dominabus & ſuis orphanis ut ſua jura poſſidendas ſtatuere voluiſſent, tandem R. f. S. famulus, & officialis dicti Magiſtri P. Judicis Curiæ Veſtræ de tali cum Juratis & Villicis de eadem villa tali inibi comparentes ipſos non a reambulatione, ſed a Statutione memoratarum duarum piſcinarum eisdem Dominabus quo ſupra faciendâ in perſona præſcripti P. Judicis Curiæ Veſtræ prohibuiſſent, Judex Curiæ Veſtræ ipſi, & dictus Regius Homo, præſente & audiente eodem Teſtimonio Capituli talis ad veſtram evocaſſent præſentiam Octavas tales, talis feſti jam venturas eidem Magiſtro P. coram vobis comparendi, & rationem ſuper tali requiſition. prohibitione peremptorie reſpondendi aſſignantes. Dat. &c.

28. *Item: Alia forma Regalis ſuper materia, quando ejusmodi in Regno novæ monetæ.* Lodovicus Dei gratia Rex Hungariæ &c. fidelibus ſuis Magiſtro A. f. B. Comiti de tali, & Judlium de eodem ſalutem & gratiam. Cum nos de Communi Prælatorum, & Regni noſtri Baronum Conſilio & Conſenſu, ac cum eisdem ſuper hoc pluribus vicibus mature tractantes novam Monetam noſtræ Regiæ Majeſtatis imaginem in ſe habentem & expreſſam tam in florenis aureis, quam in Groſſis Banalibus usque ad vitam noſtram currere debere ordinaverimus, eandemque Monetam in ipſis florenis ſedecimæ *caretæ*, & in dictis Groſſis ac Banalibus nec non obulis quinque Combuſtionis, vel ſic: tertiæ Combuſtionis per Magiſtrum N. dictum Churcz Comitem Camerarum noſtrarum cudi facere, & forcipari commiſerimus; Igitur volumus, & fidelitati Regio ſub edicto firmiter præcipien. mandamus, quatinus quandocunque, & quotieſcunque per Nuncios & Procuratorem Magiſtri talis, Comitis Camerarum noſtrarum verbo noſtro fueritis requiſiti ad videndum & faciendum Proclamationes Cambitiones monetarum noſtrarum, & curſum earumdem in dicto Comitatu tali perficiend. cum eisdem procuratore, & hominibus Domini C. Archiepiſcopi Sanctæ Strigonienſis Eccleſiæ, & Magnifici Viri Oliverii Magiſtri Tavarnicorum noſtrorum, ſemper duos vel unum ex vobis in præſcripto Comitatu ad omnia loca forenſia deſtinare, & in ipſis locis forenſibus dictam noſtram ordinationem proclamari, ipſamque monetam noſtram ubique patenter cambire & currere faciatis juxta continentiam aliarum literarum noſtrarum generalium exinde confectarum, & per eundem Procuratorem vobis cum præſentibus exhibendarum. Poſt hæc totiens, quotiens neceſſarium fuerit, ſeu oppor-

Digitized by Google

tunum factum dictarum Monetarum noſtrarum querimoniam eorumdem Procuratorum veſtris in literis fideliter reſcribatis noſtræ Majeſtati, aliudque, ſicuti eandem noſtram Majeſtatem offendere pertimeſcitis, non facturi in præmiſſis. Dat.

29. *Item: Alia forma dependens, quando Regi reſpondetur:* Sereniſſimo Principi Domino eorum metuendo *Ludovico* Dei gratia Regi Hungariæ A. f. B. de tali Comes de tali, Comitatu, ac Judlium de eodem, ſe ipſos ad omnia genera mandatorum vel ſic: Sinceræ ſalutis affectum cum promptitudine famulandi. Noverit Veſtra Eccellentia, nos nuperrime literas Veſtras honore quo decuit, inter cetera recepiſſe, quod quandocunque, & quotienscunque nos per Nuncios & Procuratorem Magiſtri talis Comitis Cameræ Veſtræ, vel Camerarum Veſtrarum Veſtro Regiæ Veſtræ Majeſtatis requiren. ſemper duos ex nobis viros idoneos ad videnda & faciend. proclamationes, cambitiones monetarum veſtrarum, & Curſum earumdem in dicto Comitatu tali perficiend. cum eisdem Procuratore, & hominibus Domini C. Archiepiſcopi talis loci, ac Magnifici Viri O. Magiſtri Tavarnicorum Veſtrorum deſtinaremus, & poſthac totiens oportunum fuerit, ſeu neceſſarium præmiſi negotii ſeriem veſtræ fideliter reſcriberemus Majeſtati. Nos igitur præceptis Veſtris obedire cupientes ut tenemur, duos ex nobis providos, & utique fide dignos viros & idoneos, videlicet talem & talem cum annotatis talibus transmiſimus ad præmiſſa mandata Veſtra exequenda, qui quidem ſocii noſtri tandem ad nos reverſi nobis concorditer retulerunt iſto modo, quod ipſi pridie, utpote feria tertia proxime præterita Octavas tales talis feſti jam præteriti in Civitatem Agrienſem cum eisdem talibus accesſiſſent, & in foro generali facta proclamatione memoratas Monetas Veſtras juxta continentiam dictarum aliarum literarum Veſtrarum exinde confectarum in eadem Civitate in foro cambire, & patenter currere facere voluiſſent, tandem Magiſter N. f. M. Comes vallis Agrienſis cum omnibus ad ſe pertinentibus ſpecialiter quæ univerſis hoſpitibus & Galicis de eadem villa ad dictos Procuratorem Comitis Camerarum Veſtrarum & homines eorumdem Archiepiſcopi & Magiſtri Thavarnicorum Veſtrorum armatis manibus irruentes ipſos letalibus vulneribus ſauciaſſent in trapezeta, ſeu menſa numularia evertiſſent florenos, groſſos, Denarios ad numerum ſexaginta marcarum ad terram diſperſiſſent usque ad perditionem eorumdem. Dat.

30. *Secuntur formæ diviſionales:* Nos Magiſter A. f. B. Comes &c. Damus, vel ſignificamus; quod C. f. D. de tali ex una, & E. f. F. parte ab altera coram nobis perſonaliter conſtituti in quibusdam Poſſeſſionibus ipſorum hereditariis, vel ſic: aquiſitoriis emptor. titulo ad ipſos devolutis, ſpecialiterque infra declaratis pari voce, & per modum pacificum talem diviſionem inter ſe perpetuo duraturam feciſſe

Digitized by Google

nobis afferuerunt, quod duas Poſſeſſiones ipſorum taliter & taliter vocatas in tali Comitatu, ut dicitur, exiſtentes cum earum utili talibus quibuslibet & pertinentiis, ac ſuis metis antiquis & limitationibus, ſub quibus progenitores ipſorum hactenus easdem poſſedisſent, facta ipſa diviſione relinquiſſent, & coram nobis relinquerent C. f. D. & ſuis heredibus perpetuo poſſidendas, e converſo autem tres Poſſeſſiones eorum taliter, & taliter nuncupatas, in talibus Comitatibus, ut refertur, adjacentes, ſimul cum ipſarum utilitatibus quibuslibet & pertinentiis ceſſiſſent in jus & perpetuitatem annotati E. f. F. & ſuorum heredum ſimiliter perhempnaliter poſſidendas, & ut factum diviſionis Portionum ipſarum Poſſeſſionum robur perpetuæ firmitatis valeat obtinere, eædem partes juxta libitum ſuæ voluntatis hoc aſſumpſerunt coram nobis, quod in Octavis talibus talis feſti jam venturis ad Capitulum Eccleſiæ talis perſonaliter accedere, ipſamque diviſionem literis privilegialibus ipſius Capituli pro majori Cautela inter ſe teneantur roborare tali pœna interjecta, quod ſi qua partium &c. ut ſupra. Dat. &c. Et ſic de Formis Comitum & Judlium cum ſuis gradualibus Curſibus & numeris rubricarum terminantur. &c.

31. *Hæc quia in ſuperiori tractatu, utpote in fine terminationis ſecundæ tabulæ præſentis libelli* promiſſum ut ad eandem ſecundam Tabulam formas Comitum & quatuor Judicum Nobilium ac etiam Civitatenſium annecteremus, & annectendo de eisdem deſcriberemus. Igitur præter dictas formas Comitum & Judlium videndum eſt & ſcribendum de formis ipſorum Civitatenſium, juxta quam partem eſt ſciendum, quod quandocunque Reges in ſuis Regnis liberas Civitates locare, fundare, & habitatoribus decorare permanſerunt, easdemque liberas Civitates in ſuos uſus proprios & jurisdictioni Regiæ converterint, mox inter alias libertates Civium ſuorum hujuscemodi Privilegio *auctiquabat* quod earumdem Civitatum Judices cauſas litigantium, & omnia jura intra limites dictarum Civitatum habita per literas judicare roborare, confirmare, ac fine debito terminare debeant, rite in etiamnum quibus quidem tamen & Incolis ſuis ſigilla dicti Reges dare ſolent, vel facere condonare. Secundo eſt notandum, quod quælibet Civitas a die & tempore fundationis ſuæ, ut præmiſſum eſt, ſuas libertates, quibus ſuperfluatur, quatinus tamen non uniformiter, ſed diverſimode a ſuo ſuperiore, utpote Regibus, Ducibus, Baronibus & Prælatis Eccleſiarum ſolent impetrare, & non in quibus libet Civitatibus ſpecialibus *cauſam ſingulis cauſantibus* jura Incolarum per literas ſolent attentari. Tertio eſt notandum, quod in quibuslibet liberis Civitatibus & Regalibus ſunt Plebani expeditia Jurisdictione ſuorum Dyacesſionorum Epiſcoporum, quia omnes tales ad forum eccleſiaſticum pertinentes intra limites ſuarum Diœceſium manentes, ſic

Digitized by Google

habentur, & posſint judicare, ſicut Epiſcopus Diœceſias, propter quas in aliqua parte iſtius relationis Tabulæ inferendum eſt de formis talium liberorum Plebanorum. *His viſis ponenda eſt ordo Rubricarum.* Et Primo: Relationis. Secundo: Iudicialis. Tertio: Prorogator. Quarto: Procurator. Quinto: Interlocutorius. Sexto: de Sententiis diffinitivis. Septimo: de formis Appellationum. Octavo de formis duellandi, Nono: Competitionalibus. Decimo: Omisſionalibus, Undecimo: de Contractibus, utpote emtion. & vendition. Poſſeſſionum & rerum aliquarum, duodecimo: de formis libertatum, quando Civitas aliquibus Incolis de novo advenientibus condonatur libertates pro tempore. Tredecimo de formis misſibilibus, ſeu Epiſcopalis. Quartodecimo de formis reſpontivalibus quando Regi, vel Reginæ reſpondent Incolæ Civitatis, & quinto decimo de formis eorumdem Plebanorum vel ſuorum Vicariorum, quæ diverſimode in loco ſuo multiplicabuntur, prout inferius ſpecificabitur de eisdem &c.

32. *Sequitur breviter de formis. Citatoriis. Et primo ſimplex*: Nos A. f. B. Judex de tali & duodecim Scabini ſeu Jurati de eadem, damus pro memoria, quod cum nos E. f. F. Priſtaldum noſtrum ad citandum E. f. F. & G. f. H. concives noſtros deſtinaſſemus, tandem idem Priſtaldus noſter ad nos reverſus nobis in ſede judiciaria noſtra retulit iſto modo: quod ipſe præfat. E. f. F. & G. f. H. tali die poſt tale feſtum jam præteritum contra I. f. K. ſimilter Concivem noſtrum ad præſentem feriam talem ſcilicet diem judicatus noſtri aput domeſticos ad noſtram præſentiam citaſſent, factum tamen ipſius Citationis pro majori Cautela vicinis ſuis puplice notificando. Dat. *Item: alia forma Citatoriarum aliqualiter mixta, quæ ſæpe fieri contingunt in Civitatibus:* Nos Magiſter A. f. B. Judices de tali Civitate, item Jurati & Ceteri Cives de eadem damus pro memoria, quod N. Præco noſter, qui per nos nuperrime ad citandum talem & talem filios talis concives noſtros deſtinatus fuerat una cum C. f. D. Jobagione Magiſtri J. f. talis de tali ad nos reverſus, in ſede noſtra Judiciaria nobis retulit eo modo, quod cum ipſe eosdem tales & tales tali die poſt tale feſtum jam præteritum contra Annotatum C. f. D. legitime ad noſtram citaſſet præſentiam, tandem idem talis & talis turbato Corde & feſtino ingenio manibus armatis in eosdem irruentes ipsos verbis & factis deturpassent, annotatum vero C. f. D. interficere voluissent nisi ipse fugæ præsidio evadere potuisset. Dat.

33 Juxta quam partem eſt notandum, quod in aliquibus Civitatibus ſolummodo unus Judex, & quatuor, vel sex Jurati, vel forte pauciores, in aliquibus vero duo Judices & quatuordecim Jurati & Seniores Juſtitiarii ſuper plebem præficiuntur, propter quod Notarius sensum suum in scribendo ad plures in plurali, ad pauciores in singulari debeat applicare, & hoc in Salutatione. Secundo eſt notandum

Digitized by Google

quod prudens Notarius in locis talibus acta Partium in sede Judiciaria solummodo debeat registrare, & tandem de sede Judiciaria recedens, si cum suis Judicibus & Juratis sic tacite potest convenire, postmodum in hospitio suo formabit literas sana mente caveat etiam Notarius quod in tabernis & locis illicitis nec registret, nec scribat literas aliquales, quia mens offuscat sapientiam XV. Ebrietas frangit, quidquid sapientia tangit.

34. *Item: alia forma ad eandem dependens, sed tamen dicitur relatio Evocatoriæ.* Nos A. f. B. Judices talis Civitatis; item: Jurati, & ceteri Cives de eadem, damus pro memoria quod P. & O. duo ex nobis, qui per nos nuperrime ad evocandum L. f. M. & N. f. C. Concives nostros ex eo, quod iidem tales pridie cujusdam legitimæ Citationis armatis manibus in Præconem nostrum & hominem A. C. f. D. contra quem dicta citatio tunc facta exstitit, irruentes ipsos deturpassent & graviter offendissent, pro hominibus nostris destinati fuerant, ad nos reversi nobis in sede nostra judiciaria concorditer retulerant isto modo: quod ipsi tali die post tale festum jam præteritum præallegatos L. f. M. & N. f. O. aput domos suos contra eosdem Præconem nostrum, & C. f. D. ad nostram evocassent præsentiam rationem super præmissis potentiariis factis coram nobis peremptorie redditurum, Quindenas tales, talis festi jam venturas eisdem pro termino coram nobis comparendi assignando. Dat. &c. Et quia de talibus formis in præcedentibus pluries est tractatum, ideo ad præsens dicta sufficiant de eisdem, & secuntur Judiciales &c. *Secuntur Formæ Judiciales.* Nos Magister A. f. B. Judex talis Civitatis, Item: Jurati, & Ceteri Cives de eadem damus pro memoria, quod cum juxta Continentiam priorum literarum nostrarum evocatoriarum, vel sic: Citatoriarum L. f. M. & N. f. O. contra C. f. D. die tali post tale festum jam præteritum coram nobis comparere debuissent, adveniente ipso termino prædicti C. & N. neque venerunt, neque miserunt pro se aliquos responsales per eundem C. legitime coram nobis expectati, quos nos in Judicio decrevimus fore convictos nisi se forte rationabiliter reddiderint excusatos. Dat. &c. Vel sic: Quod cum talis & talis Concives nostri per duos juratos ex nobis nuperrime legitime convocati contra Prestaldum nostrum E. f. D. Jobagionem Magistri I. filii talis de tali, juxta continentiam aliarum literarum nostrarum Relatoriarum tali die post tale festum jam præterit. coram nobis comparere, & super quibusdam potentiariis factis peremptorie respondere. Vel sic: rationem peremptorie reddere debuissent, adveniente ipso termino iidem tales personaliter comparuerunt coram nobis. Et cum præfatus C. f. D. Jobagio talis contra ipsos agere voluisset, & nos etiam de injuria nostra pro nostro Præconi & homini nuperrime per ipsos eidem illata similter judiciario ordine rationem habere vo-

Digitized by Google

luiſſemus ab eisdem, tandem præſcripti L. & N. ſe aggravari ſentientes, fugitive receſſerunt a facie noſtra judiciaria, propter quod nos eodem mature ſuper hoc inter nos tractantes, in facto potentiali decrevimus fore convictos. Dat. die tali. Et sic etiam de talibus formis Judicialibus dicta ſufficiant. &c.

35. *Sequitur de formis Prorogatoriis*, & primo: quando Prorogatoriæ fuerint ob termini prioritatem 2do in cauſa declarata 3. in lite conteſtante: Nos A. f. B. Judex talis Civitatis; item Jurati & ceteri Cives de eadem, damus pro memoria, quod nos cauſam, quam C. f. D. de tali, vel sic: Comes f. D. Concivis noſter contra E. f. F. similiter Concivem noſtrum; vel sic: Contra Dominam Relictam I. f. K. Concivis noſtri, Vel sic: quod nos cauſam, quam Domina Uxor C. f. D. Concivis noſtri, quæ perſonaliter aſtitit contra tales fratres ſuos, pro quibus tales & tales comparuerunt tali die poſt tale feſtum jam præteritum habebant coram nobis ob termini prioritatem ad talem diem ante tale feſtum jam venturum, Partibus iterato ad noſtram præſentiam duximus prorogan. Dat. Et sic Notarius reſpectu iſtius formæ pluresCauſas, aut cauſantes ſcribere poterit tempore, & loco ad id oportunis. Sequitur alia forma &c.

36. *Item*: *Alia forma*, *quando ſit prorogatio in cauſis declarandis*: Nos Magiſter A. f. B. Judex talis Civitatis & Jurati & ceteri de eadem, damus pro memoria, quod nos cauſam quam C. f. D. & Domina C. Soror ſua uterina qui quidem pro ſe perſonaliter & cum literis noſtris Procuratoriis pro eadem Sorore ſua aſtitit contra L. f. M. & Q. f. T. condam patrueles ipſorum perſonaliter comparens; vel sic: Qui quidem L. pro ſe perſonaliter, & pro dictis fratribus similiter cum literis noſtris procuratoriis comparuit juxta continentiam aliarum literarum noſtrarum prorogatoriarum habebat coram nobis tamquam cauſam declaratam ad talem diem poſt tale feſtum jam venturum partibus rurſus ad noſtram præſentiam peremptorie & sine craſtinatione comparend. duximus prorogandam ipſa enim cauſa per dictum C. Actorem, ſua & ejusdem Dominæ Sororis ſuæ in perſonis declarata exſtitit coram nobis ſuper poſſessionibus & rebus paternis, vel sic: ſuper portionibus ipſorum de poſſessionibus & rebus paternis ipsis debito jure naturæ, & de conſuetudine hujus Civitatis provenire deben. & sic de aliis. &c.

37. *Juxta quam partem* eſt ſciendum, quod quandocunque coram Judicibus ordinariis, vel delegatis, aut ſubdelegatis tales cauſæ prorogantur in primo termino, si actor comparuerit perſonaliter, ex tunc pro Actore Advocatus, sive procurator non ſimpliciter, ſed cum literis Procuratoriis aſtare debet, Rea autem pars in termino etiam primo non tenetur adſtare aliquo Procuratore mediante, in ſecundo autem termino & amplius usque ad finalem decisionem dictarum Cauſarum partium, partes vel perſonaliter, vel mediantibus ſufficientibus

Digitized by Google

cientibus Procuratoribus legitimis tenentur contra se se comparere. Propter quod, si Judex in talibus Processibus inter Actorem, & Reum secus fecerit, non est prudens, nec verus, sed Judex falsus erit & Calumpniator. &c.

Item: Alia forma, quando Prorogatio fit per modum litis contestatæ.

39. Nos A. f. B. Judex (titulus ut supra) Damus &c. Quod C. f. D. Jobagio Magistri I. f. talis. de tali pro se, & cum literis Procuratoriis Præpositi, & Conventus talis loci pro dicta E. Sorore sua uterina de medio aliorum Causatorum coram nobis exurgendo contra L. M. & O. filios K. filii talis proximos eorum legitime ad causam attractos nostram judiciariam in figuram proposuit isto modo: quod dum prædicti filii K. proximi eorum in præfata tali villa commoran. exstitissent, tunc ipsi eisdem tot marcas Grossorum talis computi pro repellendis necessitatibus suis, tunc ipsos urgentibus sub nomine mutui dedissent, & præstitissent, tandemque termino restitutionis ipsius mutuatæ pecuniæ occurrente iidem tales filii talis eandem pecuniam ipsis reddere recusassent, nec adhuc ipsis restituere curarent; quamobrem ipsi præallegatam pecuniam rehabere vellent, ideo coram nobis repetiverunt a proximis suis prænotatis. Quo audito prætactus L. f. M. pro se personaliter, & cum literis nostris Procuratoriis pro eisdem fratribus suis per nos ad præmissa respondere debere, ipsis ulteriorem terminum assignare postulavit. Nos itaque legitimis & congruis postulationibus eorumdem f. K. ac communi justitiæ annuentes, talem diem, post tale festum jam venturum præscriptis filiis K. ad præmissa peremptorie respondere debere una cum Assessoribus nostris duximus assignandum. Datum.

Item alia forma ad eandem Materiam dependens.

40. Nos A. f. B. Judex &c. damus &c. quod nos Causam quæ inter E. f. D. & Dominam E. Sororem suam ut Actores ex una, & C. N. f. O. concives Nostros sicuti ad Causam attractos parte ab altera vertitur coram nobis de voluntate dictarum partium ad tales Octavas talis festi jam venturas absque omni gravamine & pondere aliquali, vel ad concordiam faciendam, vel ad peremptoriam responsionem faciendam duximus prorogandam. Vel sic: de voluntate dictarum partium ad talem terminum duximus prorogandam isto modo: Quod si medio tempore eædem partes juxta arbitrium & compositionem proborum virorum inter se potuerint concordare, bene quidem, alioquin ipsæ partes in Octavis peremptorie comparebunt coram Nobis Statu & forma priorum Litterarum Nostrarum permanente. Datum &c.

Digitized by Google

Item alia forma circa iſtas formas multum neceſſaria & ſæpe contingens.

41. Nos A. f. B. Judex &c. damus &c. quod C. f. D. de tali pro ſe & cum Literis procuratoriis talis loci pro Domina G. Sorore ſua uterina ex una, & L. f. M. f. O. filius talis Concivis noſter ſimiliter pro ſe & cum Litteris procuratoriis Noſtris pro M. & N. filiis ſuis parte ab altera coram nobis conſtituti dixerunt, quod in Cauſa, quam idem G. Soror ſua adverſus prædictos filios O. coram nobis jam aliqualiter moviſſent, vel movere intenderent ordine Juris obſervato pari voto & per modum pacificum Arbitrio proborum Virorum ſe ſubmiſiſſent, & ſubmiſerunt coram Nobis Datum &c. Et sic de formis talibus prorogatoriis dicta ſufficiant, quia prudens Notarius reſpectu harum formarum plures formabit.

Sequitur de formis Procuratoriis, quæ in propriis locis Civitatenſibus ſit sicut in aliis ſæpe fieri contingunt emanan.

42. Nos A. f. B. Judex titulus ut ſupra tenore præſentium quibus expedit ſignificamus universis memoriæ commendantes. Vel sic: Significamus Universis, quorum intereſt præſentium per tenorem: vel ſimpliciter: memoriae commendamus quod C. f. D. Concivis noſter una cum Domina E. Sorore ſua ad noſtram perſonaliter accedentes præſentiam propoſuerunt viva voce, quod in Causis ſuis universis, & Articulis earundem per ipſos communiter vel ſingulariter, contra quoscunque, vel per alios quospiam contra ipſos in quibuscunque Octavis quindenis & Terminis. Vel sic: in quibuscunque Terminis a data præſentium usque ad finalem decisionem dictarum Cauſarum ſuarum. Vel sic: a Data præſentium per anni circulum. Vel sic: a Data præſentium usque ad talem terminum, vel ad tales Octavas talis feſti jam venturas in præſentia noſtra, vel vices noſtri gerentium motis vel movendis, tam in agendo, quam in defendendo feciſſent, & conſtituiſſent imo coram nobis fecerunt conſtituerunt ſe ſe mutuo vel alterum ipſorum item G. f. H. & D. f. K. proximos ſuos præſentium exhibitores &c. ut ſupra.

43. Juxta quam partem eſt ſciendum, quod tales Literæ procuratoriæ in locis Civitatum emanatæ alias non valent, & nec in aliis locis cauſatores aſtare poterunt cum eisdem, nisi in eadem Civitate in qua conficiuntur. E converſo autem cum literis Procuratoriis in Curia Regis, vel in locis teſtimonialibus confectis ubique cauſatores aſtare poſſunt. Et sic de literis procuratoriis dicta ſufficiant, ex eo, quod de ipsis in ſuperiori tractatu ſufficienter eſt ruminatum propter quod Notarius ſeu ſtudens in iſto libro si neceſſe fuerit vertat folia, &

Digitized by Google

recurrat ad loca ipſarum formarum procuratoriarum ubi ipſas inveniet.

Secuntur formæ Interlocutoriæ juxta modum Civitatensium.

44. Nos A. B. Judices & Jurati de tali damus pro memoria quod C. f. D. de tali pro ſe perſonaliter, & cum litteris procuratoriis talis loci. *Vel sic.* Cum literis noſtris procuratoriis pro Domina E. ſorore ſua uterina tali die poſt tale feſtum de medio aliorum Cauſatorum coram nobis exurgendo contra M. & N. filios & Concives noſtros legitimæ Citationis modum obſervando ad Cauſam attractos noſtra Judiciaria in figura propoſuit iſto modo quod quiacum dictis filiis Q. ab avo & prothavo ipſorum ex una propagine deſcendiſſent linea generationis, ipsique & Patres eorum uſuum victus ſui communiter aquiſiſſent & etiam vineas & Sessiones, ac agros in hac Civitate communibus ſumptibus & expensis emiſſent & comparaſſent, imo ipsi in omnibus rebus mobilibus & immobilibus, ac vineis & ſessionibus, tunc erga manus dictorum filiorum Q. habitis portiones pro ſe habere vellent, & repetiverunt coram nobis a filiis Q. ſupra dictis. Quo audito prælibatos Q. f. L. pro ſe & pro eisdem fratribus ſuis ceteris similiter, perſonaliter coram nobis adherentes, & Cauſas ſuas in hac parte tunc dicto L. proſequi conmittentibus reſpondit ex adverſo quod ipsi de prædictis rebus, mobilibus & immobilibus, poſſessionibus vineis & agris ſub dominio ipſorum habitis nichil dare tenerentur G. filio D. & Dominæ Sorori ſuæ prænotatis ex eo quia patres ipſorum inter vivos exiſtentes perhempnalem divisionem inter ſe habuiſſent, in universis poſſessionibus & rebus ſupra dictis, & ſuper hoc ipsi literalia inſtrumenta ſe habere aſſerebant. Nos igitur his auditis una cum Aſſeſſoribus noſtris admisimus interloquentes iſto modo. Quod prænotati F. Q. filii P. dictas literas Divisionales, si quas habere poſſunt tali die poſt tale feſtum proxime venturum adverſus memoratos C. & Dominam Sororem ſuam exhibere teneantur coram nobis, & quid ſæpe dicti filii C. hoc, si præfatæ literæ ipſorum juvarent, ſponte aſſumpſerunt coram nobis. Ob hoc nos similiter cum Aſſeſſoribus noſtris, quod præallegati filii C. dictas literas ſuas quo ſua Jura exhibere & eosdem ſuos teſtes adducere debeant in die prænotato. Datum.

Item alia forma ad eandem materiam dependens.

45. Nos A. f. B. Judex talis Civitatis &c. Damus &c. Quod C. f. D. concivis noſter coram nobis perſonaliter exurgen. contra E. f. F. similiter concivem noſtrum noſtra Judiciaria in figura egit proponendo in hunc modum. Quod idem E. f. F. poſt tempus vindemiæ proxime præteritum metas vineæ ſuæ in vicinitate & conmetaneitate

Digitized by Google

vineæ prædicti C. f. F. adjacentis furtive deſtruxiſſent, deſtructisque ipsis metis, novas vites ſubteraſſent ad limites vineæ ſuæ prænotatæ, & sic magnam particulam de vinea ſua per talem modum occupare & aplicare niteretur idem E. f. F. ad vineam ſuam ſupra dictam. Vel sic: Egit proponendo iſto modo, quod prætactus C. f. F. duo Jugera terrarum ſuarum Arabilium in fine cujusdam vineæ ſuæ in territorio tali adjacentia, per ipſumque ſolum exſtirpata & jam in novalia converſa tempore autumpnali proximo præterito absque ſcitu, & permiſsione ſua perarari feciſſent, & ſeminare. *Vel sic* proponit iſto modo quod dictus C. f. F. vicinus ſuus nuperrime tendicula pannorum vulgarania vocata in orto ſuo ſituata, quæ a primis parentibus ſuis ſucceſſorio titulo ad ipſum fuiſſent devoluta, & hac tenus per ipſum habita fuiſſent, & poſſeſſa, cum ſuis ebriosis & hoſpitibus efodi & penitus evelli ac deſtrui feciſſet in ipsius grande præjudicium & jacturam. Et cum ipſe eidem C. f. F. ſuper tali injurioſo facto cum Domina Uxore ſua inproperare cepiſſent. Tandem annotatus C. f. F. multa verba illicita ipsis irroganda voce puplica aſſeruiſſent quod prædicta P. tendicula pannorum ſua, & ad locum ſuum ſessionalem debeant pertinere. Vel sic: Egit proponendo iſto modo, quod quia prætactus E. f. F. quibusdam laboratoribus ſuis pretium laboris eorum non reſtituiſſet ideo dicti laboratores ſui amarifico animo inducti nuperrime domum ſuam incendiſſent, per quod incendium etiam domum ſuæ & Curia, ac omnia bona ipsius mobilia & immobilia tunc miſerabiliter exuſta fuiſſent, & conſumpta. Vel sic: Egit proponendo in hunc modum, quod prælibatus E. f. F. vicinus ſuus tali die poſt tale feſtum tempore nocturno cum armatis irruen. ſecuribus excidi, & ad terram proſterni domicilium & macellinam ſedem ſupra dictos sibique minas mortis irrogaſſent, & nunc irrogarent inceſſanter. Quo audito memoratus E. filius F. præmiſſa ſe feciſſe denegabat ex adverſo. Et quia ſæpe dictus E. filius D. Actor. annotatam Actionem ſuam per nos ternis vicibus requisitus teſtibus humanis probare ſe velle aſſerebat. Ob hoc nos una cum Aſſeſſoribus noſtris admissimus intra loquentes iſto modo, quod idem C. f. D. cum teſtibus quibus ſolempnius poterit, & evidentius utpote, utriusque sexus hominibus quos ipse juxta formam nostram Judiciariam citando adduceret tali die poſt tale feſtum jam ventur. | | | præmissam Actionem suam adversus dictum E. f. F. probare teneatur coram nobis, medio autem tempore si præsentes voluerint liberam inter se ex noſtra permissione concordandi habeant facultatem. Datum. Et sic | | | | | Notarius reddat singula singulis tempore & loco ad id opportunis.

Digitized by Google

Item alia forma similiter ad eandem formam dependens.

46. Nos A. filius B. Damus &c.. quod C. f. D. &c. contra talem &c. proposuit isto modo, quod annotatus E. f. F. pridie nocturno tempore videlicet tali die, post tale festum jam prætactum cum quibusdam complicibus suis ad fluvium Maros, vel ad alium fluvium transeundo nautas suos navim navium & sales in ipsa navi existentes tunc vigilantes & custodientes verberare fecissent & graviter vulnerari, ipsamque navem suam cum dictis salibus & rebus aufferendo ad locum privative asportassent & abscondissent, per quod factum ipse quinquaginta marcarum dampna perpessus exstitisset. Quo percepto dictus E. f. F. respondit ex adverso quod ipse in die supra dicto cum ad se pertinentibus nocturno tempore ad ipsum fluvium non accessisset, nec dictam navem abstulisset, nec eosdem Custodes percussisset & vulnerasset, nec etiam aliquas res ipsius G. f. D. asportasset, & occultasset. Et quia prætactus C. f. D. prædictam actionem suam per nos requisitus nullo evidenti documento, nec testibus humanis comprobare assumpmebat. Ob hoc nos una cum Assessoribus nostris admisimus judicantes isto modo, quod sæpe dictus E. f. F. quinto se hominibus sibi similibus contra memoratum C. filium D. tali die, post tale festum jam venturum in Ecclesia beati Nicolai confessoris vel T. Sancti coram homine nostro teneatur deponere Sacramentum super eo, quod ipse in præmissa acquisitione Actoris C. f. D. penitus innoxius esset & immunis. Datum &c. .

47. Juxta quam partem est notandum quod secundum Juris scripti Ordinem si Actor propositionem suam testibus vel aliquo documento non probaverit, tunc Judex suus Ordinatius vel omnino ream partem quietabit ab impetitione dicti Actoris, vel duntaxat ipsum solum faciat juvare super omnibus requisitionibus Actoris prænotati. Ita videlicet, quod idem Actor sive requirat M. Marcas sive C. sive decem vel circa hoc annotata rea pars semper solus jurabit. Et ratio est, quia unus pro injuria vel dampno ac inimicitia, sicut de duabus Marcis sic & de C. Marcis potest agere contra aliquem calidiose. Et ideo dicunt Canonistæ: Actore non probante si reus non præstiterit absolvetur. Sed in foro Civili non sic habetur quia si unus contra alium agit X. Marcis tunc Judex cum suis Assessoribus compellit ream partem jurare super decimam partem rei de qua agitur, quæ est abusiva & pessima consuetudo & ratio est ista quia seculares Judices non sunt edocti in dando judicio ab aliquibus Doctoribus nisi unus ab alio, utpote Juvenes a Senioribus, & conpares a comparibus | | | | ex auditu percipiunt qualiter debeat jurare.

Digitized by Google

Item forma de eadem Materia.

48. Nos A. filius B. &c. . Damus &c. . quod cum juxta continent. priorum Literarum nostrarum C. f. D. concivis noster contra E. f. F. de tali vel similiter concivem nostrum tali die post tale festum proxime præteritum coram nobis testes producere debuisset, adveniente ipso termino dictus C. f. D. suos testes &c. ut supra.

49. Vel sic: Quod cum juxta continentiam priorum literarum nostrarum E. f. F. concivis noster contra C. f. D. similiter concivem nostrum tali die poſt tale feſtum proxime præteritum quinto se hominibus sibi similibus in eo ut ipse tali die nocturno tempore cum quibusdam suis conplicibus ad fluvium taliter vocatum non accessisset &c. ut supra coram nobis Sacramentum deponere debuisset adveniente ipso termino idem E. filius F. cum dictis Conjuratoribus suis videlicet quindecim se hominibus sibi similibus juravit coram nobis modo prænotato. Et annotatus C. f. D. similiter personaliter coram nobis comparendo ipsum Juramentum vidit & audivit. Nos itaque depositionem dicti Juramenti similiter audientes & percipientes quia prætactus C. f. D. eidem E. f. F. in hujusmodi juramentali de positione in nullo obviavit nec de Jure obviare poterat quoquomodo imo ipsum E. f. F. super omnibus præmissis requisitionibus & impetitionibus prælibati C. f. D. reddimus expeditum testimonio præsentium literarum nostrarum, & Judiciaria nostra auctoritate, In cujus rei testimonium præsentibus nostrum sigillum duximus annectendum. Datum in crastino ipsius Juramentalis depositionis. Vel sic: adveniente ipso termino præfatus E. f. F. neque venit neque misit ad producendos suos testes prænotatos per eundem C. f. D. legitime coram nobis expectatus propter quod nos ipsum E. f. F. in tota requisitione ejusdem C. f. D. decrevimus remansisse Judiciaria nostra auctoritate Datum. &c. Vel sic: Adveniente ipso termino idem E. f. F. neque venit, neque misit ad deponendum Juramentum suum supra dictum per eundem C. f. D. legitime coram nobis expectatus propter quod nos &c. . Vel sic. Adveniente ipso termino eædem partes hinc & inde comparuerunt coram nobis. Et licet annotatus E. f. F. dictos suos testes producere præsto fuisset, & paratus tamen ipsæ partes propter bonum pacis & concordiæ unionem interveniente etiam ordinatione &c. ut supra dictam propositionem postergantes & penitus supersedere facientes arbitrio proborum virorum se submiserunt coram nobis isto modo quod quicquid quatuor concives nostri, quorum duos una, & alios duos partium altera. &c. ut supra. Datum.

50. Vel sic: Et licet prænotatus E. f. F. suos testes producere coram nobis præsto fuisset & paratus tamen eædem partes propter bo-

Digitized by Google

num pacis &c. ut supra ex nostra permissione taliter inter se concordaverunt, quod idem E. f. F. pro omnimoda expeditione sua & dictorum dampnorum perpetratorum assumpsit dare & solvere eidem C. f. D. tot marcas grossorum nostri conputi partim in prompta pecunia partim vero in æstimatione condigna in terminis infra scriptis coram nobis videlicet tot marcas solvent in talibus Octavis talis festi &c. ut supra. Et sic intelligendum est etiam de forma Juramentali circa eandem omnes conditiones possunt evenire. Datum &c. Et sic de formis Interlocutoriis dicta sufficiant Secundum tamen, quod acta & propositiones circa istas formas pluribus modis, & de plurimis rebus in locis Civitatensium fieri contingunt, & tunc prudens Notarius rem harum formarum intellectui suo applicat ad ipsas plures formas tempore & loco ad id opportunis. &c.

Secuntur formæ super Sententia diffinitiva & primo per modum Collectionis secundo stylo breviori conprehensa.

51. Nos A. f. B. Judex talis Civitatis ac Jurati & ceteri Cives de eadem, damus pro memoria, quod cum C. f. D. concivis noster E. fil. F. similiter nostrum Concivem legitimæ Citationis modum observando ad nostram præsentiam in causam attraxisset & ipsa Causa diversis prorogationum cautelis intervenientibus quandoque videlicet sub forma fiendæ pacis & quandoque ob termini prioritatem inter præsentes diutius ventilata exstitisset tandem die & termino peremptо revisionis occurrentibus prædictus C. f. D. adversus annotatum E. f. F. nostra Judiciaria in figura proposuerat isto modo quod idem E. f. F. propter invidiam & diutinam inimicitiam proh dolor inter ipsos habitam tali die post tale festum jam præteritum cum quibusdam suis complicibus & proximis serotino tempore ad domicilium sedium suarum macellinam irruen. ipsum domicilium cum dictis sedibus funditus excidissent, & usque ad solum seu ad terram evertissent easdem penitus dissipando & annichilando. Et quia pars ad Caussam attracta se præmissa fecisse denegaverat, ex adverso, dictusque Actor suam propositionem testibus humanis probare assumpserat. Igitur nos admisimus nostra Judiciaria auctoritate isto modo, ut idem Actor prætaxatam propositionem suam contra memoratum E. f. F. tali die post tale festum similiter jam præteritum, cum testibus quibus evidentius poterit & solempnius debuerat probare coram nobis nempe termino ejusdem testimonialis productionis occurente prænominatus C. f. D. Actor id quod facere assumpserat rite & legitime effectui mancipavit, quia testes suos producendo adversus dictum E. hoc probavit coram nobis evidenter, quod eædem domus & sedes Macellinæ procul dubio per ipsum E. f. F. decisæ abruptæ dissipatæ et in terram prostratæ haberentur. Nos itaque cum unicui-

Digitized by Google

que a nobis juſtitiam petenti ex debito noſtri Judicatus Officio ipsius juſtitiæ complementum impendere aſtringimur neceſſario una cum Aſſeſſoribus noſtris hanc Cauſſam diffinientes, admisimus iſto modo; Quod præallegatus E. f. F. easdem Domus & ſedes macellinas sicut deſtruxit, reædificare & in priſtinum ſtatum reducere, usque ad talem diem poſt tale feſtum jam venturum debeat & teneatur laboribus ſuis propriis & expensis tali pœna interjecta, quod si ipſe infra dictum limitatum tempus hoc facere non curaverit, ex tunc poſt modum cum judicio X. Marcarum sine portione Judiçis cum litis ingreſſu deponendis diſtracta reædificabit, obruta in priſtinum ſtatum revocabit, pro eo autem quia ipſum factum potentiale auſu temerario in medio noſtri contra jus Civitatis libertatem perpetrare præſumpsit in pœna potentiali ipſum decrevimus fore convictum, de cujus quidem pœna qualitate & quantitate cum universis concivibus noſtris autentica noſtra, & literalia inſtrumenta ſuper libertate dictæ Civitatis confectæ evidentes decrevimus moderamine Juris obſervato. Datum.

Item alia forma ad eandem materiam dependens sub ſtylo breviori comprehensa.

52. Nos A. f. B. Judex &c. Memoriæ commendamus tenore præſentium significamus quibus expedit universis, quod nos visis aſſertionibus teſtium per Ç. f. D. concivem noſtrum contra E. f. F. similiter concivem noſtrum pridie utpote tali die poſt tale feſtum jam prætéritum juxta commissionem noſtram Judiciariam & aliarum Literarum noſtrarum exinde confectarum continentiam, coram nobis legitime productarum, & ea in sede noſtra Judiciaria puplicatis. ac in medium productis nec non | | | cum Aſſeſſoribus noſtris ſtudioſe & diligenter æqualiter deliberando examinat. quia ex dictis & aſſertionibus ex eorundem teſtium hoc ut annotatus E. f. F. metas vineæ ipsius C. f. D. a parte vineæ ſuæ furtive deſtruxiſſet, & veſtigia ipſarum metarum deſtructarum terram effodendo per vites jam privatas deplanare & per omnia occultare niſus fuiſſet, tandem inter limites vineæ ipsius C. f. D. per ſuffoſsionem novarum vitium Jurisdictionem ſuam extendere voluiſſent evidenter fore reperimus. Ob hoc nos de plenitudine noſtræ Judiciariæ poteſtatis æquitate Juris perſuadente dictum E. f. F. in potentiali facto & ſcrupulo furti ſeu denigrationis decrevimus fore convictum & tamen hoc commisimus noſtra Judiciaria auctoritate ut dictæ novæ vites per hujuscemodi appropriationem ſubterratæ, tandem homine per nos ad id deputato extraherentur ac dictæ diſtinctæ metæ in ſuis priſtinis locis revelarentur & sic unicuique parti ſua Jura poſsidenda dimitterentur per diſtinctiones ipſarum novarum metarum relevandarum. In cujus rei teſtimonium præſentibus noſtrum Sigillum duximus annectendum. Et cum similibus simile eſt Judicium.

Digitized by Google

eium. Ideo prudens Notarius de omnibus materiis contra tales formas defectivas in causis emergendis ad has formas recurſum habendo ſcribat juxta ſuum optatum compendium. Et etiam de talibus formis in ſtilo Vicariatus ſupra dicti ſufficienter dictum extitiſſe recordamur. Datum &c.

Sequitur de formis Appellationis in locis Civitatum contingentibus.

53. Nos Prior & Conventus Fratrum Prædicatorum de ordine Sancti Dominici in domo ſeu Clauſtro talis Sancti de tali Civitate Deo jugiter famulantes, notificamus per præſentes quibus expedit universis. Vel sic: Nos L. Gardianus & Conventus Fratrum Minorum de domo ſeu Clauſtro Beatæ Virginis de tali ſignificamus &c. quod E. f. F. Civis de eadem Civitate tali in dominica proxima ante feſtum tale anno S. Nativitatis Domini M. CCCC. LII. finita ſumma miſſa in choro noſtro in præſentia perſonaliter comparendo præſentibus & audientibus pluribus Civibus ac Dominabus Civissis nec non communibus hominibus tunc in eodem clauſtro ad audiend. divina concurrentibus voce puplica dixit conquerenda, quod quia C. f. D. Civis de eadem proximus & Conſanguineus A. f. B. Judicis C. quorundam Juratorum de prædicta Civitate haberetur aliosque quam plures Cives ſuos manu opulenta & deliciis continuis præ omnibus palam & occulte pertractaſſet, & nunc pertractaret indesinenter. Igitur præallegati Judex Jurati & ceteri Cives ſui Dei timore poſtpoſito hominumque verecundia retrojecta & penitus muneribus & deliciis alecti ſpecialiterque ob favorem dictæ proximitatis ipſum veri conſilii a tramite divertentes ipſum tanquam furem & latronem de hac Civitate exulare facere conarentur, & ideo ipſum omnibus rebus ſuis mobilibus & immobilibus non de Jure ſed de facto privaſſent, & quia ipſe sic ſe indebite turbatum fuiſſe & in rebus ſuis ſpoliatum ac domiciliis & hereditatibus per omnia privatum cognoviſſet & inſuper ſentiret annotatum C. f. D. adverſarium ſuum per auxilium & conſilium & favorem memoratorum conſanguineorum ſuorum finaliter in mortem ſuam anhelare debere. Ob hoc ipſe volens prævenire quam præveniri a ſententia iniqua & Judicatu prætactorum Judicis & Juratorum & Senatorum ipsius Civitatis ſe eximendo, eosdemque Judices Juratos & proximos dicti C. f. D. utpote L. M. N. & O. in præſentiam Regiæ Majeſtatis appellaret, & appellavit coram nobis ſe & totam familiam ſuam, ac res ſuas, si quæ a prædatione ſuorum adverſariorum remansiſſent protectioni ejusdem Domini regis conmittendo coram nobis petens per nos etiam in teſtimonium dictæ appellationis ſuæ dari literas noſtras teſtimoniales. Nos itaque communi juſtitiæ annuentes, & petitionibus eidem E. f. F. fa-

Digitized by Google

vorabiliter inclinati literas noſtras conceſsimus Sigillo noſtro consignatas, in teſtimonium præmiſſorum. Datum.

Item alia forma dependens ad eandem materiam.

54. Lodovicus Dei gratia Rex Hungariæ &c. fidelibus ſuis Capitulo Ecclesiæ Talis vel Præposito & Conventui talis Loci ſalutem & gratiam lacrimabilis querela G. f. F. hoſpitis noſtri de tali Civitate nobis patefecit quod quia A. f. B. Judex & quidam Jurati ac hoſpites prædictæ Civitatis noſtræ E. f. D. similiter hoſpiti de eadem in linea attingent conſanguineitatis idem E. f. D. magnis divitiis affluens quosdam ex dictis Juſticiariis muneribus, quosdam vero deliciis continuis temporalibus allexiſſet & allexit, ideo prætaxati Juſtitiarii ipsius Civitatis noſtræ, timore Dei poſt posito hominumque verecundia retrojecta animos ſuos a vero tramite retrahentes ob favorem ipsius C. f. D. ipſum in ſua juſtitia oppreſsiſſent, & rebus ſuis ſpoliaſſent, & nunc omnino in mortem ſuam anhelantes exulari feciſſent de Civitate prænotata pro quo ipſe eosdem Juſtitiarios & proximos dicti C. f. D. coram Religiosis viris talibus Fratribus in Domo sive clauſtro Beati talis de eadem ut tueri & defendi poſsit in præſentiam noſtræ Regiæ Majeſtatis appellaſſet. Et quia etiam nos ſuper hujusmodi ſcrupuloſo negotio & ſeditione inter eosdem Hoſpites noſtros sic exortam ad agnitionem veritatis volumus devenire. Igitur volumus & Veſtræ fidelitati firmo damus in præcepto quatinus mittatis hominem veſtrum pro teſtimonio fide dignum. Quo præſente S. filius T. de tali Aulæ noſtræ Juvenis per nos de Curia noſtra ſpecialiter ad id deſtinatus, eosdem Judicem Juratos & proximos ejusdem C. videlicet L. M. N. & O. contra memoratum C. f. F. ad noſtram evocaret præſentiam ad Octavas T. talis feſti jam venturas uno edicto pro tribus & termino peremptorio dictis evocatis coram nobis comparendi aſsignando parcendo laboribus partium & expensis in hac parte. Et poſt hoc feriem ipsius evocationis cum nominibus evocatorum ac termino aſsignato in veſtris Literis, noſtræ fideliter reſcribatis Majeſtati. Datum.

Responsio ad idem.

55. Sereniſsimo Principi &c. Vel sic: Excellentiſsimo Domino ſuo &c. ut ſupra. Literas veſtræ Serenitatis honore quo decuit recepimus inter cetera continentes quod mitteremus hominem noſtrum pro teſtimonio fide dignum quo præſente St. filius T. de tali aulæ veſtræ Juvenis de Curia veſtra ſpecialiter ad infra ſpecificatum negotium deſtinatus in Civitatem Veſtram talem accedendo A. f. B. Judicem Juratos ac proximos C. f. D. similiter hoſpites de eadem contra E. f. F. simili modo hoſpitem de prædicta Civitate ad noſtram evocaret præſentiam ad Octavas tales T. feſti jam venturas uno edicto &c. &

Digitized by Google

poſt hoc nos ſeriem ipsius evocationis cum nominibus evocatorum in Litteris noſtris veſtræ fideliter reſcriberemus Majeſtati. Nos igitur Mandatis veſtris obedire cupientes ut tenemur cum præſato S. Aulæ veſtræ Juvene & homine veſtro noſtrum hominem Virum idoneum, & utique fide dignum videlicet Magiſtrum P. f. B. Subnotarium noſtrum transmisimus &c. ut ſupra qui tandem ad nos reversi nobis concorditer retulerunt quod idem homo veſter præſente dicto teſtimonio noſtro tali die poſt tale feſtum jam præteritum A. f. B. Judicem, item B. H. & K. Juratos L. M. N. & O. proximos ipsius C. f. D. ut dicitur adverſarios ejusdem E. f. F. omnino apud domos ſuas de eadem Civitate quosdam vero ex ipsis facie ad faciem contra memoratum E. f. F. ad Octavas tales talis feſti jam venturas in præſentiam Veſtræ Majeſtatis evocaſſent uno edicto. Protribus &c. Datum &c. dicta de iſtis formis ſufficiant.

Secuntur formæ denuo duellandi, quæ fieri contingunt in Civitatibus.

56. Nos A. filius B. Judex talis Civitatis, ac ceteri Cives de eadem, Damus promemoria, quod C. f. D. Concivis noſter tali die poſt tale feſtum de medio aliorum Cauſatorum coram nobis exſurgendo præſente & audiente Domina M. Sorore ſua contra E. f. F. similiter concivem noſtrum legitime ad cauſſam attractum noſtra Judiciaria in figura propoſuit iſto modo: quod cum ipſe pridie videlicet tali die poſt tale feſtum in talem villam cum mercimoniis & curu ſuo transiviſſet præ allegatus E. f. F. abſentiam ſuam considerando furtive in Curiam aliunde aliunde introiviſſet & prænotatam dominam N. Sororem ſuam tunc virginem violenter oppreſsiſſet, oppreſſamque in ſempiternum oprobrium totius generationis ſuæ, & magnum dedecus ſuum ſtupraviſſet. Et licet alia familia hoc percipiendo vicinisque & aliis hominibus in platea turbato corde & amarifico animo præmiſſa innotuiſſet iidemque vicini illuc accurrentes ipſum E. f. F. apprehendere præſto fuiſſent & parati. Tamen dictus E. f. F. illis fortior exiſtens manus eorundem effugiſſet ad cauſam palium ſuum coram nobis in judicio præſentatum in manibus dictorum vicinorum remansiſſet ſuper quo idem C. f. D. Actor per nos sibi juſtitiæ complementum impendi poſtulabat. Quo audito P. f. Q. proximus & procurator ejusdem E. f. F. qui cum literis noſtris procuratoriis pro dicto ad cauſam attracto aſtitit vice & nomine ejusdem E. f. F. reſpondebat ex adverſo quod prælibatus E. f. F. in dicto die per eundem C. f. D. & alios proximos calidioſe, ſeu doloſe quasi ad convivium vocatus extitiſſet, ubi ſæpe dictus C. f. D. in domo ſua propria propter diutinam inimicitiam inter ipſos habitam ſed tamen poſtamicabilem compositionem proborum virorum ſæpius inter ipſos factam apprehendere & interficere voluiſſet, nisi idem E. proximus ſuus per ſubsi-

Digitized by Google

dium quorundam ſpecialium hominum abinde recenter ſe abſtraxiſſet & effugere potuiſſet, & sic prætactum palium ſuum in domo illa remansiſſet. Cumque nos his auditis memoratum Cauſatorem ſuper eo si ipſe dictam actionem humanis teſtibus adverſus prætaxatum E. probare vellet nec ne ternis vicibus requisitum habuiſſemus. Tandem dem prænotatus E. f. F. talem Sententiam Interlocutoriam nolens ſuper ſe expectare, in signum ſuæ innocentiæ absque aliquali intermiſſione quendam ligneum claviculum vulgo chewk vocatum coram nobis porrexit Cauſatori ſupra dicto pluries acclamando ut ipſe per certamen duelli expurgare ſe vellet in accuſatione prænotata. Et quia ſæpe dictus C. Actor a receptione dicti signi in certamine duelli Juris de rigore nullo modo ſe poterat præcavere. Ideo nos una cum Aſſeſſoribus noſtris admisimus judicantes iſto modo, quod eædem partes in quindenis talis feſti jam venturis in medio prætactæ civitatis noſtræ area certaminis prius præparata cum clypeis & aliis inſtrumentis ad tale duellum congruentibus perſonaliter coram nobis pedeſtre duellum contra ſe ſe dimicare debeant ſuper litigiosis Causis ſupra dictis. Datum &c. Et quia ſuper talibus formis in præcedentibus ſufficienter eſt dictum & ſcriptum. Ideo de formis duellandi ad præſens dicta ſufficiant, quia iſtæ formæ in Locis Civitatum tantum modo differunt in titulo, ſed in aliis articulis ubique conveniunt cum formis præcedentibus. &c.

His visis accedendum eſt ad formas conpositionis de quibus similiter breviter eſt aliquid dicendum & primo de simplicibus, ſecundo de compositis.

57. Nos A. filius B. Judex & Jurati Cives ac universi hoſpites de tali Civitate. Damus promemorio, quod B. filius H. Jobagio Magiſtri A. f. B. de tali I. f. Q. concivis noſter coram nobis perſonaliter conſtituti dixerunt & puplice ſunt confeſsi quod in Cauſa quam idem G. f. H. ratione debiti tot marcarum annotato I. per ipſum ut dicebat accommodatarum ſeu mutuatarum contra ipſum I. Ordine Judiciario moviſſet usque modo, vel movere poſſet in poſterum propter bonum pacis & concordiæ unionem interveniente etiam &c. taliter inter ſe concordaſſent & concordaverunt coram nobis, quod idem I. filius K. pro omnimoda expeditione ſua aſſumpsit dare & ſolvere eidem G. f. H. & coram nobis aſſumpsit unam petiam panni de Papregio in Octavis talibus talis feſti jam venturis coram nobis duplum incurſurus si ipſum terminum abmitteret in ſolvendo ad quod se faciendum idem I. f. K. ſpontanea coram nobis obligavit voluntate. Datum.

Item alia forma quando fit ſolutio.

58. Nos A. f. B. &c. titulus ut ſupra damus &c. quod cum juxta continentiam priorum literarum noſtrarum conpositionalium & obli-

Digitized by Google

gatoriarum I. f. K. concivis noſter G. f. H. Jobagioni talis Magiſtri de tali unam petiam panni de paupregio coram nobis dare debuiſſet & exſolvere adveniente ipſo termino prætactus I. filius K. ipſam petiam panni in ſpecie reſtituit coram nobis B. prænotato perſonaliter recipienti. Et sic nos eundem I. f. K. & ſuos heredes ſuper præmiſſo debito tot Marcarum & tota requisitione ſua reddidimus expeditum teſtimonio Litterarum noſtrarum & Auctoritate. Datum.

Item alia forma obmiſſionalis.

59. Nos A. filius B. &c. ut ſupra quod cum juxta continentiam priorum literarum noſtrarum &c. adveniente ipſo termino præallegatus I. f. K. neque venit neque misit ad ipſam ſolutionem faciendam per eundem G. f. H. legitime coram nobis expectatus. Et cùm nos extraneis Cauſatoribus citius & opportunius quam noſtris concivibus & aliis quibuslibet in hac civitate conmorantibus in ſuis causis debitum finem inpendere aſtringamur. Ideo nos duos ex nobis viros idoneos cum Præſtaldo noſtro ad recipienda pignora ejusdem I. f. K. dictum principale debitum valentia duxeramus deputandos, qui ad nos redeuntes unum equum ejusdem I. f. K. & par armorum ſuorum cum omnibus attinentiis ſuis nec non veſtes ſuas feſtivales variis ſubductas in domo ſua aufferentes nobis detulerunt, quæ omnia nos ad manus præſcripti G. Actoris aſsignavimus ſub inpignorationis iſto modo, quod si prælibatus I. easdem res ſuas juxta continentiam dictarum Litterarum noſtrarum infra quindenas datarum præſentium ab eodem G. actore coram nobis redimerit, ſeu remutaverit. bene quidem; alioquin prætactus G. Actor ipſa Arma, equum, & veſtes vendendi habeat facultatem, & si quid ex pretio quantitatis pecuniæ ſuæ reſiduabit hoc totum annotato Jo | | | reſtituere teneatur coram homine noſtro ad id deputato. Datum.

Item alia forma prolixior ad eandem materiam dependens.

60. A. f. B. Judex &c. Damus &c. quod C. f. D. concivis noſter ex una, & E. f. F. ſimiliter concivis noſter parte ab altera tali die poſt tale feſtum jam præteritum cum quam pluribus proximis & amicis ſuis coram nobis in ſede noſtra Judiciaria conparentes dixerunt, & puplice ſunt confeſsi, quod licet ex cauſsis diversis, quæ inter ipſos contigiſſent usque modo ſpecialiter ratione deturpationis infamiæ contra Dominam N. Sororem ejusdem C. ſuperviolenta oppreſsione ſua laboranti lis & contentio mota fuiſſet inter ipſos & exorta prætextu cujus infamiæ etiam dictæ partes pedeſtre duellum contra ſe ſe dimicare debebant coram nobis. Tamen ut omnis litis, diſſensionis, & contentionis materia de medio ipſorum radicitus evelleretur & falce pacis ſcinderetur ipsique & eorum heredes a modo &

Digitized by Google

deinceps ſempiterno pacis favore alternatim amplexari valeant & gratulari propter bonum pacis & concordiæ unionem interveniente etiam &c. taliter inter ſe concordaſſent & concordaverunt coram nobis quod præallegatus G. dictam dominam M. ſororem ipsius C. matrimoniali copula interveniente in ſuam adduxiſſet uxorem omnium proximorum ſuorum & cognatorum conſenſu & aſſenſu ad id accedentibus ubi etiam prænominata Domina M. ad noſtrum viſum juxta libitum ſuæ voluntatis conjuncta exſtitiſſet & legitime aſſociata E. f. tali ſupradicto. Et sic omnis diſcordia & diuturna inimicitia ſopita exſtitiſſet inter ipſos & per omnia ſedata Deo permittente. In cujus rei teſtimonium præſentibus noſtrum Sigillum duximus annectendum. Datum &c. Et sic de formis conpoſitionalibus dicta ſufficiant in hac parte, quia ſapiens Notarius tempore & loco ad id oportunis de pluribus formis recurrendo ad præcedentes tabulas applicando intellectum ſuum ſcribere valebit. Datum.

Secuntur formæ ſuper Contractibus rerum vel poſſeſſionum prout in ſequentibus declarabuntur.

61. Nos A. filius B. Judex &c. Item Jurati &c. tenore præſentium quibus expedit declaramus universis memoriæ commendantes. Quod C. f. D. concive noſtro ex una, & E. f. F. parte ab altera coram nobis perſonaliter conſtitutis per eundem C. propoſitum extitit & relatum miniſterio vivæ vocis in hunc modum: quod fundum ſuum ſeu locum ſeſsionalem titulo ſucceſſorio ad ipſum devolutum. Vel sic: titulo emptionis. Vel sic: titulo concambii ad ipſum devolutum. Vel sic: ad ſuos prædeceſſores devolutum in dicta Civitate noſtra inter ſeſsiones S. f. H. & I. f. K. similiter concivium noſtrorum adjacentem. Vel sic: in platea tali inter Seſsionem talem ut refertur exiſtentem cum omnibus utilitatibus & pertinentiis ſuis, & ſpecialiter ædificiis ſuper ipſum præparatis. Vel sic: pro evitandis quibusdam neceſsitatibus ſuis ipſum ad præſens urgentibus dediſſet & vendidiſſet, & coram nobis dedit & vendidit annotatis E. & F. filiis F. ac dominæ M. ſorori ipſorum pro tot Marcis groſſorum talis conputi plene perſolutis ab eisdem & receptis ipsis & eorum heredibus perpetuo & irrevocabiliter poſsidendum tenendum pariter & habendum, nullum Jus nullumve dominium amplius pro ſe in eisdem reſervando sine præjudicio nichilominus Juris alieni. Et dicti vicini ſui similiter perſonaliter coram nobis conſtituti huic venditioni, & emptioni plenum conſenſum præbuerunt & aſſenſum. Vel sic: dicti vicini ſui &c. in hoc contractu plenum conſenſum præbuerunt & aſſenſum partibus ſupra dictis. Inſuper obligarunt ſe idem C. & heredes ſuos memoratos talem & filium ejusdem ac ipſorum poſteritates ab omnibus ratione dicti loci Seſsionalis tempore progreſsivo impetere nitentibus ſemper &

Digitized by Google

ubique defendere laboribus propriis ipſorum & expensis. In cujus rei teſtimonium præſentes contulimus Sigilli noſtri munimine roboratas. Datum &c. Juxta quam partem eſt ſciendum quod quandocunque, sive patentes sive privilegiales Literæ ſuper venditione & emptione alicujus rei vel poſſeſsionis conficiuntur partes ſemper in ablativo caſu ſunt ſcribendæ. Sed quandocunque res vel portiones cambiuntur, vel inter partes ſub talibus rebus permutatio celebratur non in ablativo ſed in Nominativo partes ſunt inſerendæ. Eodem modo eſt ſciendum quod quandocunque per formam conpositionis ſeu concordiæ literæ emanantur expeditoriæ ſemper partes in ablativo caſu inſerendæ ſunt modo prænotato. Notandum etiam eſt, quod ſuper talibus contractibus utpote in venditione & emptione vel donatione aut cambitione in Civitatibus & in forma patentium Literarum a tergo Sigilla earum & in forma privilegii confici poſſunt inſtrumenta.

Item alia forma ad eandem Materiam dependens.

62. Nos A. filius B. &c. titulus ut ſupra quod G. f. H. Nobili de tali ex una & I. filio K. concive noſtro parte ab altera coram nobis perſonaliter conſtitutis per eundem G. f. H. propositum extitit & relatum oraculo vivæ vocis in hunc modum: quod quia prætactus I. f. K. sibi in linea attingeret proximitatis & idem I. a pueritiæ ſuæ temporibus hucusque ſua negotia tempore & loco ad id opportunis cum ſumpmæ fidelitatis cultu ſubportare ſtuduiſſet. Ob hoc ipſe tum in reconpenſationem fideliſsimorum ſervitiorum ſuorum tum etiam receptis tot marcis groſſorum talis conputi ab eodem quandam vineam ſuam emptitiam in territorio tali, & inter limites dictæ Civitatis noſtræ adjacentem vineis ſcilicet talis & talis similiter concivium noſtrorum vicinatam & contiguatam dediſſet, & contuliſſet. Imo coram nobis dedit, donavit & contulit prænotato I. f. K. & ſuis heredibus perpetuo poſsidendam tenendam & habendam, nullum jus &c. Et dicti vicini ſui &c. Datum ut ſupra.

Item alia forma quando fit donatio simpliciter.

63. Nos A. f. B. &c. titulus ut ſupra quod L. M. & N. filiis C. concivibus noſtris ex una O. P. f. Q. Jobbagione H. f. V. de tali parte ab altera, coram nobis perſonaliter conſtitutis per eosdem filios Q. vivæ vocis organo propositum exſtitit & relatum quod molendinum ipſorum emptitium & titulo Succeſſorio ad ipſos devolutum ſuper fluvio tali, juxta dictam Civitatem noſtram habitum & conſtructum cum omnibus utilitatibus ſuis & pertinentiis ac annualibus fructibus redditibus ob dilectionem Dominæ G. ſororis ipſorum karisſimæ annotato P. filio Q. matrimoniali copula interveniente, & coram facie Eccleſiæ ſubaratæ dediſſent donaſſent & contuliſſent. Imo coram

Digitized by Google

nobis dederunt & contulerunt eidem dominæ G. ac per ipſam dicto P. marito ſuo & eorum heredibus Jure perpetuo, & irrevocabiliter poſsidendum tenendum & habendum omne dominium dicti molendini in Jus & proprietatem memoratorum P. filii Q. & uxori ſuæ ac ipſorum heredibus a modo & deinceps transferentes teſtimonio præſentium &c. tali tamen conditione interjecta, quod ſi eadem domina ſoror ipſorum ex dicto P. Marito ſuo quod absit divina clementia diſponente, proles non habuerit, præſcriptum molendinum rurſus in dominium ipſorum devolvi debet qualibet occasione relegata. In cujus rei &c. ut ſupra.

64. Juxta quam partem eſt ſciendum quod quandocunque donationes favorabiliter & ex ſpeciali gratia ac dilectione proximitatis fieri contingunt & in talibus gratiosis & favorabilibus donationibus obligationes non debent venire nisi forte ſe donans obligare permiſit propria ſua voluntate ratio eſt iſta, quia si aliquis alteri donat rem ſuam, vel poſt modum verecondioſum eſſet & tædioſum si per alteram partem cui fit donatio ad obligandum ſe conpellerentur, quia hoc taliter ad judicium ingratitudinis.

Item alia forma quando in aliquibus rebus & Poſſeſsionibus fit Concambium inter partes.

65. Nos A. filius B. titulus ut ſupra quod C. filius D. concivis noſter ex una, & E. filius F. similiter concivis noſter parte ab altera, coram nobis conſtituti in quibusdam fundi ſui locis ipſorum ſeſsionalibus infra ſpecificandis pari voto & per modum pacificum, tale inter ſe concambium perpetue duraturum feciſſe nobis aſſeruerunt, quod annotatus C. filius D. fundum ſuum emptitium, & titulo ſucceſſorio ad ipſum devolutum in corpore dictæ Civitatis noſtræ verſus locum fori reſpicientem & a plaga orientali inter Seſsiones talis & talis similiter concivium noſtrorum adjacentem cum universis utilitatibus & pertinentiis ſuis & ſpecialiter ædificiis lapideis & ligneis ſuper ipſum habitis & præparatis dediſſet & contuliſſet, imo coram nobis dedit & contulit annotato E. f. F. & ſuis heredibus perpetuo poſsidendum. In cujus rei quidem loci Seſsionalis concambium, ſeu permutationem prætactus E. f. F. & ſui heredes quendam fundum ſuum donationis titulo ut dicebat ad ipſum devolutum & in platea tali & eadem Civitate noſtra a plaga meridionali ac inter ſeſsiones talis & talis simili modo concivium noſtrorum exiſtentem, similiter cum omnibus utilitatibus ſuis & pertinentiis dediſſet, & contuliſſet, & coram nobis aſſignavit in Jus & proprietatem memorati C. f. D. ac ipſorum heredum perpetualiter tenendum poſsidendum, tenendum & habendum, & dominæ uxores partium ac majores filii eorundem similiter perſonaliter

Digitized by Google

naliter coram nobis conparentes huic contractui plenum conſenſum præbuerunt pariter & aſſenſum. In ſuper obligaverunt ſe eædem partes & heredes ſuos ab omnibus ratione dictorum locorum ſeſsionalium in ipſum concambium quo ſupra traditorum proceſſu temporis inquietare nitentibus ſemper & ubique alternatim ſe ſe defendere & expedire debere — Laboribus ipſorum propriis & expensis. Et qua locus ſeſsionalis ipsius C. f. D. ut partes retulerunt loco ſeſsionali prætaxati E. f. F. utilior eſſet & melior. Ideo ſæpe dictus E. f. F. eidem C. f. D. dediſſet tot marcas groſſorum ad ſuum fundum ſupra dictum. In cujus rei teſtimonium. &c.

Et licet etiam Ordine rubricarum deformis.

66. Divisionalibus & Expeditoriis erratum eſt ponere. Tamen quia de ipsis formis in locis Civitatum ſæpe ſæpius ſcribere & neceſſarium & pluries fieri contingunt adhuc in hac parte eſt tractandum de eisdem. Et primo de formis divisionalium. Secundo expeditionalium.

67. Nos A. f. B. titulus ut ſupra tenore præſentium quibus expedit notificamus universis memoriæ conmendantes vel sic significamus universis quorum inter eſt &c. ut ſupra. Quod C. filius D. concivis noſter ex una, & E. f. F. similiter noſter concivis parte ab altera, coram nobis perſonaliter conſtituti in quibusdam vineis ipſorum infra ſpecificandis, & rebus mobilibus, & immobilibus ipſorum titulo ſucceſſorio ad ipſos devolutis pari voto & per modum pacificum, & de voluntate unanimi ac ob fraternalem dilectionem talem inter ſe divisionem perpetue duraturam nobis feciſſe aſſeruerunt; Quod una vinea ipſorum in territorio tali, & inter vineas talis & talis similiter concivium noſtrorum exiſtens cum ſuis utilitatibus quibuslibet, & pertinentiis. Item duo equi, & duo boves duodecim oves XI. Capræ cum Agnis, & edis ipſorum, item tredecim Marcæ groſſorum, unus Ciphus Argenteus & duæ peciæ panni de paprigio ac etiam de grisia, nec non dimidia pars omnium utensilium domus ceſsiſſent eidem D. & ſuis heredibus perhempnaliter poſsidend. alia vero vinea ipſorum, quæ major & melior, utilior & fertilior dicta prima vinea ſore dicitur, similiter cum ſuis utilitatibus quibuslibet, & pertinentiis, ac tandem equi, boves, oves & Capræ item prompta pecunia & domus utensilia similiter cum uno Cipho argentheo facta ipſa divisione devolutæ extitiſſent in jus & proprietatem prædicti E. f. F. & ſuorum heredum perpetue poſsidendæ tenendæ pariter & habendæ agros vero & prata ipſorum adhuc inter ſe pro quadam cautela ad communem uſum relinquiſſent & relinquerent coram nobis. Et quia vinea in portionem eidem E. f. F. in ipſa divisione qua ſupra devoluta utilior

Digitized by Google

& fertilior haberetur. Ob hoc prætactus E. f. F. dicto C. fratri ſuo in ipsius divisionis æquationem tot Marcas groſſorum addidiſſet imo addidit noſtri in præſentia ad vineam C. fratri ſuo ſupra dicto. In cujus rei &c. Datum &c.

Sequitur forma Expeditoria.

68. Nos A. f. B. &c. Damus &c. vel ſignificamus &c. quod C. f. D. de tali ex una & E. f. F. de tali pro ſe perſonaliter & pro G. H. I. K. filiis ſuis parte ab altera coram nobis perſonaliter conſtitutis per eundem C. f. D. ſponte & utranea ſua voluntate propoſitum extitit & relatum. Vel sic: per eundem C. oraculo vivæ vocis. Vel sic: miniſterio vivæ vocis propoſitum extitit & relatum, quod ſuper omnibus causis & articulis eorundem, quas ipſe ratione mortis D. fratris ſui per eundem E. f. F. caſualiter interempti eidem illatæ. Vel sic: vel ratione trucidationis, vel amputatione siniſtræ manus. Vel dextræ manus D. fratri ſui per eundem E. f. F. eidem illatæ. Vel sic: ratione mutilationis unius digiti dextræ manus ſuæ per eundem E. f. F. illatæ. Vel sic: ratione excisione vinearum ſuarum per eundem E. f. F. irrogatæ & sic de aliis contra ipſum C. Judiciario Ordine moviſſet hucusque coram nobis vel movere potuiſſet impoſterum idem E. f. F. juxta arbitrium & compoſitionem proborum virorum facta congruenti pecuniaria ſolutione. Vel sic: facta pecuniaria ſolutione tot marcarum sibi omnimodam congruam & condignam feciſſet & impendiſſet ſatisfactionem. Vel sic: feciſſet & impendiſſet, imo coram nobis fecit & impendit ſatisfactionem. Et præfatus C. f. D. ſuper ipſa pecuniaria ſolutione ſufficienter contentus eundem C. f. D. & pueros ſuos ac ipſorum heredes ſuper dicta morte D. fratris ſui. Vel sic: ſuper dicta siniſtræ manus cruentatione ipsius D. fratris ſui. Vel sic: ſuper mutilatione unius digiti siniſtræ manus ſuæ. Vel sic: Super excisione vineæ ſuæ & sic de aliis reddidiſſet & reliquiſſet & coram nobis relinquere prorſus & per omnia expeditos pariter & quietos teſtimonio &c. Inſuper obligat ſe idem C. f. D. & heredes ſuos memoratos, G. f. F. & pueros ſuos ac ipſorum poſteritates ab omnibus ratione dictæ mortis D. fratris ſui. Vel sic: ratione dictæ cruentationis manus ejusdem D. fratris ſui & sic de aliis proceſſu temporis inquietare nitentibus ſemper & ubique defendere, & expedire laboribus ipſorum propriis &c. ut ſupra. Vel sic: laboribus ſuis propriis & expensis, quod si ipſe tempore & loco ad id opportunis ipſam adverſam partem expedire non poſſet, vel non curaverit ex tunc poſt modum in pœna calumniæ. Vel sic: in ſubcubitu duelli, vel facto potentiali. Vel sic: in decem Marcis absque portione Judicis ante litis ingreſſum deponendis convinceretur eo facto contra E. f. F. & heredes ſuos ſupra dictos. Vel sic: ex tunc ipſas tot Marcas cum Judicio regali ante litis

Digitized by Google

ingreſſum reddere teneretur E. f. F. & ſuis heredibus prænotatis Datum &c. Et sic de formis Expeditoriis dicta ſufficiant. Et ſequitur alia &c.

Sequitur forma Libertatis.

69. Nos A. filius B. Judices talis Civitatis Item Jurati & ceteri hoſpites de eadem, significamus quod cum nos ad mandatum Sereniſsimi Principis Domini L. Dei gratia Domini noſtri Regis Hungariæ. Vel sic: quod cum nobis juxta literarum privilegiatarum ſuper libertate dictæ Civitatis noſtræ confectarum talem plateam ejusdem Civitatis noſtræ per quam abhinc verſus talem villam transitur hoſpitibus multiplicare, & habitatoribus decorare velimus, & intendimus Deo permittente. Ideo nos de pari voluntate & unanimi universis Incolis Cauſa conmorandi ad eandem plateam venire volentibus has Libertates duximus conferendas, quod dum hoſpites a die adventus ipſorum usque ad tot annos nullam collectam, nullumve terragium nobis ad communitatem pro Cenſu regali dare teneantur, item terras arabiles & vineas eodem modo sicut nos intra limites dictæ Civitatis noſtræ colant, & colifaciant in locis in quibus invenire poterunt & aperire terras arabiles & vineas ſupra dictas contradictione quorumlibet non obſtante. Item cum omnibus mercimoniis ad forum puplicum in ipſa Civitate noſtra celebrari conſuetum uſus ſuorum corporum sic sicut nos acquirere valeant & inveſtigare. Jtem si quis ex eisdem homicidium perpetraverit, vel alium vulneraverit talique nephando negotio opere perpetrato in hac Civitate alias effugere poterit nullus Juſtitiarius ad domum ſuam transire & bona ſua occupare valeat, nec familiam ſuam quoquomodo impedire, excepto eo, quod res ſuæ & bona in tot capita quotquot ſunt pro ſua familia univerſa dividi, ac portio ſua per formam Juris occupari & auferri valeat per Juſtitiarios ſupra dictos sine præjudio & læsione portionum familiæ & liberorum ſuorum pergratorum. Item ſecure veniant & conmorentur. Et si recedere voluerint juſto terragio perſoluto ſecure recedant cum omnibus bonis ſuis nemine contradicente. Ipſa autem tertia revolutione annuali transacta prædicti hoſpites eadem libertate fruantur qua nos a prima fundatione dictæ Civitatis noſtræ hactenus freti ſumus & fruimur Deo permittente. In cujus rei &c. Et sic de tali forma ultima dicere ceſſamus quia prudens Notarius ex diversis materiis diversas formas scribere poterit tempore & loco ad id opportunis seu accidentibus Datum &c.

70. *Secuntur formæ Epiſtolares sive Miſsiles*, juxta quam partem eſt ſciendum quod licet iſtæ formæ in hac collaterali tabella locum non haberent ex eo quia in prohemio iſtius libri eſt promiſsum,

Digitized by Google

quod de epiſtolis & Litteris missilibus in quarta tabella, hoc eſt in quarto Capitulo iſtius Libelli eſſet declarandum, tamen quia in locis Civitatum præsentes formæ ſæpe ſæpius fieri contingunt. Ob hoc pro tali necessitate incidentaliter in loco iſto utile eſt iſtas formas ponere pro cautela prænotata, propterea quod etiam in hac parte de Ethimologiſatione & diſtinctione & etiam differentia, vel quid sit epiſtola eſt ad tacendum, quia de iſtis omnibus in ſuo loco evidenter determinabitur Deo permittente. His itaque visis accedendum eſt ad textum, & primo quando Rex ſcribit ſuis Civitatibus. Lodovicus Dei gratia Rex Hungariæ fidelibus ſuis Judici & Juratis & ceteris hoſpitibus de tali Civitate Salutem & Gratiam: Quod nos ad ulciſcendum innoxii Sanguinis effusionem & necem condam Ducis Andreæ fratris noſtri charissimi felicis memoriæ vindicand. cum quibusdam Baronibus & militibus ac ſatellibus noſtris videlicet partes marinas, & in Regnum Italiæ transire intendamus & modis omnibus ire volumus Deo permittente. Et quia ad dictum exercitum propter nimiam diſtantiam localem magni ſumptus & non modicæ expenſæ sunt necessariæ. Ideo nos una cum Domina E. per eandem gratiam Regina Hungariæ Matre noſtra Charissima & aliis Prælatis ac Regni noſtri Baronibus diu ſuper hoc & mature deliberantes taliter duximus disponendum quod universæ Civitates Regales, & Reginales ac liberæ villæ ad Caſtra Reginalia pertinentes videlicet inter limites dicti Regni noſtri habitæ & exiſtentes ſecundum magis & minus ac juxta valorem & opulentiam eorumdem pro tali subsidio taxari debeant per homines & nuncios noſtros fide dignos. Cumque dicta Civitas noſtra talis inter alias Regales Civitates a primæva fundatione ſua in honorem & dignitatem principatum obtinuiſſe per nos cognita & reputata ac etiam Pater noſter charissimus & per consequens nos eandem ampliori favore sumpmus amplexati. Igitur volumus & veſtræ fidelitati regio ſub edicto firmis damus in mandatis quatinus pro sublevandis negotiis & evitandis. præsentibus noſtris necessitatibus quadringentas Marcas in grossis bonis vel flor. aureis per Juvenem Nobilem N. filium T. Aulæ noſtræ militem usque ad tales Octavas talis feſti jam venturi pro ſtipendiariis nobiscum ad dictum exactum iter arripientes diſtribuendas, & donandas nobis deſtinare debeatis sine mora & aliud sub obtentu noſtræ gratiæ non facturi in præmissis, ſciant tamen universi ad quos præsentes pervenerint, quod quicunque Regnicolarum noſtrorum hujuscemodi subsidium perſolventes præsens noſtrum mandatum effectui non mancipaverint noſtram Regiam indignationem incurrere sentirent procul dubio. Datum die tali &c.

Digitized by Google

Item alia forma quando Civitatenſes ſupplicant Regi.

71. Sereniſſimo Principi L. Dei gratia Regi Hungariæ Domini eorum metuendo, & poſt Deum ſingulari refugio Orationes in Domino prout phas eſt ipsos erga Deum exaudire noverit veſtra excellentia nos literas veſtras obedienter recepiſſe inter cetera continentes quod nos pro subsidio itineris veſtri, in Regnum Italiæ & ultra partes maritimas per vos Cœli Dei permittente ad vindicandam necem condam Domini Andreæ Ducis fratris veſtri charissimi felicis recordationis arripiendi & pro militibus veſtris vobiscum euntibus diſtribuendas quadringentas marcas ſine mora deſtinaremus, ad quod ipsi veſtræ Majeſtati taliter respondemus: Quod licet dicta Civitas Veſtra, & nos incolæ in eadem conmorantes inter alias Civitates veſtras ingenti fama, & magno præconio extollamur tamen prout fama exterius volat & disseminatur interius mentitur hujuscemodi parte dissimulationem ſcire enim desideramus veſtram Majeſtatem quod per continua incendia & læsionem vinearum noſtrarum per frequentes pruinas contingentem in tantam inopiam pervenimus quod fere major pars Civium ob talem extremæ paupertatis inopiam & famem in epiæque ad impositionem præſentis collectæ Veſtræ fugam ceperunt, & prorsus de hac Civitate alias transire volunt causa conmorandi, quam ob rem veſtræ Majeſtati humiliter & devote ſupplicamus per præsentes quatinus ob remunerationem cæleſtis bravii & intuitu æternarum ac pro refrigerio animæ condam Caroli Patris veſtri charissimi recolendæ memoriæ nec non ſalute animæ veſtræ propriæ ex ſpeciali gratia mitigare dignemini & velitis appositam collectam ac cenſum ſupra dictum tali modo quod ad præsens ducentas marcas ſuper tali civitate veſtra & a nobis exigi faciatis per nuncium veſtrum fide dignum aliudque veſtri gratia non facturi in hac parte ne per talem nimiam collectam ipſa Civitas veſtra desolata & incolæ pauperes ab eadem alias fugiant ad commorandum. &c.

Item alia forma rurſus ex parte Regis ad Civitatenſes.

72. Lodovicus Dei gratia Rex Hungariæ &c. ut supra humilis querela veſtra desiderabilisque supplicatio nobis patefecit quod licet veſtra extrinseco major exiſtat quam intrinseco uſus, fructus, utilitates possidentis opulentiam intelleximus etiam ex tenore litterarum veſtrarum nobis directarum, quod incolæ præscriptæ Civitatis noſtræ pro appositione talis collectæ & pro præteritis erumpnis & dampnis per incendia & vinearum ſuarum devaſtationes fugam reperiſſent de ipſa Civitate noſtra alias transire intendunt cauſa conmorandi. Et quia nos ad præsens talem exercitum arripuimus in quo plus Orationum ſuffragia & devotorum hominum ſuſpiria quam pecuniarum con-

Digitized by Google

geries nobis poſſunt subsidiari. Ideo nos tum ex caussis præmissis tum etiam ad inſtantem petitionem Dominæ E. Regina Matris noſtræ charissimæ ad quod poteſtatis ex regia munificentia annuimus & dictam appositam collectam mitigantes in ducentas marcas vobis relaxavimus teſtimonio præsentium litterarum noſtrarum, & auctoritate. quas quidem ducentas Marcas in flor. & argenteo per talem nuncium noſtrum præsentium oſtensorem transmittatis sine mora. Aliudque sicut noſtram Regiam indignationem incurrere pertimeſcitis non facturi in præmissis &c.

73. Item aliæ formulæ quæ inter eosdem Civitatenſes & Nobiles conprovinciales, vel alios amicos fieri contingunt. Nobili viro & honeſto Domino & amico eorum plurimum reverendo Caſtellanus talis Caſtri A. f. B. Judex talis Civitatis & Jurati & ceteri Cives de eadem paratam amicitiam debito cum honore. Cum a Sanctis Regibus & Progenitoribus L. Dei gratia moderni Regis Hungariæ Domini noſtri naturalis ſtatutum sit & ſancitum quod nullæ Civitates Regales & Reginales Jurisdictioni aliquorum Caſtellanorum ſubjectæ sint & nec ſubici debeant quoquomodo. Et quia etiam H. Civitas noſtra inter alias Civitates Regales a prima ſui fundatione prout litteralia noſtra munimenta ſuper libertate ejusdem Civitatis noſtræ conſecta hoc exprimunt evidenter principaliori honore & dignitate freta nec victualia ad dictum Caſtrum dare nec etiam tributum fori cuipiam Caſtellanorum coacta fuit, & nec coëgi deberet. Ideo veſtræ nobilitatis amicitiam, de qua plurimum confidimus petimus diligenter & attente quatinus Cauſa noſtræ reverentiæ & honoris ac pro fideliſsimis ſerviſiis noſtris a tali proposito ceſſare velitis & contra diuturnam dictæ Civitatis noſtræ libertatem inſurgere ipſamque violare non laboretis quia nos dictam libertatem noſtram in nulla ſui parte violare volumus, nec vos eandem poteſtis quoquo modo violare duntaxat modernus Noſter Rex Dominus noſter & ſui Succeſſores regnare valeant incolumes, & ſub pacis tranquillitate. Et aliud noſtra gratia non facturi in præmiſsis quia alioquin nos pro hac re tam ardua & ſatis oneroſa aures Regias & Reginales contra vos propulſare conpellemur. Datum.

Item alia forma ad eandem materiam dependens.

74. Viris Providis & honeſtis amicis ſuis reverendis A. filius B. Judici & Juratis ac ceteris Civibus de eadem N. filius C. Caſtellanus talis Caſtri & Comes talis Comitatus debitæ amicitiæ & honoris continuum incrementum. Noveritis nos nuperrime literas veſtras plus improperatorias, quam poſtulatorias recepiſſe corde tædioſo. Et licet nos ad easdem literas veſtras, similiter literatorie reſpondere debuiſ-

Digitized by Google

ſemus; tamen quia his proximis diebus in medium veſtri ire & perſonaliter transire volumus Deo permittente. Igitur ad tenorem earundem Literarum veſtrarum reſpondebimus & vobiscum tractabimus ſuper libertatibus veſtris & Civitatis veſtræ ſupradictæ, promovemus etiam vobis juxta Legationem noſtræ nobilitatis, quod visis & intellectis inſtrumentis, & literalibus munimentis ſuper libertate ipsius Civitatis veſtræ confectis vobiscum quo ſupra ſuper hoc famæ tractando omnia ea, quæ commodum veſtrum reſpiciunt facere & annuere vobis præſto erimus & parati ſed tamen non in numero veſtræ improperare poſſumus prudentiæ quia antequam nos videritis, & nobiscum tractaveritis minas Regias tam cito nobis intimaſtis. Datum &c.

Item aliæ formæ minores ad eandem materiam dependentes.

75. Viro nobili & honeſto amico eorum plurimum reverendo Magiſtro A. f. B. de tali Aulæ Regiæ militi A. f. B. Judex talis Civitatis, ac Jurati & ceteri Cives de eadem sinceræ reverentiæ & honoris continuum incrementum. Vel sic: Amicitiam paratam debito c[illegible] honore dicit nobis C. f. D. concivis noſter conquerendo, quod cum ipſe pridie ut pote Sabbatho proximo ante quindenas talis feſti jam præteriti cum duobus curribus ſuis diversis mercimoniis oneratis octoque equis eosdem trahentibus per eandem poſſeſsionem veſtram taliter vocatam in Civitatem talem ab inde in montanam Lapisbajna transire voluiſſet. Tandem P. f. Q. officialis veſter de eadem cum quibusdam aliis complicibus ſuis prius ipſum expellendo expoliando in loco fori manibus armatis oppreſsiſſet, & eosdem duos Currus ſuos cum dictis mercimoniis & equis ut dicitur in toto L. marcas valentibus abſtuliſſet ab eodem propria ſua auctoritate. Quas quidem res sic ablatas in Civitatem veſtram taliter aſportaſſent famuli veſtri prænotati. Et quia concives noſtri cum mercimoniis circuire conſueti hactenus ſemper & ubique ſub tutela Regalis Majeſtatis ſecure transierunt & quocunque voluerunt libere perrexerunt. Igitur amicitiæ Veſtræ Nobilitatem de qua plurimum confidimus petimus diligenter & attente per præſentes quatinus cauſa reverentiæ & honoris ac conmunis juſtitiæ ob favorem dicta ablata sine diminutione & diſsimulatione aliquali reddi & reſtitui faciatis. C. concivi noſtro prænotato vel ſaltem eidem concivi noſtro ex parte eorundem Officialis & famulorum veſtrorum Juſtitiæ complementum impendatis. Aliudque sicut de vobis confidimus non facturi in præmiſsis. Scitote tamen pro rato teneatis quod nisi dictæ res ablatæ prænotato concivi noſtro per vos integraliter reſtitutæ fuerint & de labore & fatigiis ac expensis ſuis rehabendis memoratarum rerum ſuarum per ipſum factis & conſumptis ſatisfactum extiterit aures Regias & Reginales contra vos propul-

Digitized by Google

fabimus procul dubio. Et tandem quidcunque super hoc dictus Dominus noster Rex, vel Regina nobis facere jusserit, hoc perficere vigilabimus. Deo permittente.

Item alia forma responsivalis ad idem.

76. Viris providis & honestis Amicis suis reverendis A. filio B. Judici talis Civitatis &c. Magister A. f. B. Nobilis de tali illam quam sibimet desiderat salutem amicitiæ cum sincera. Noveritis nos nuperrime literas vestras honorifice recepisse inter cetera continentes, quod nos res mercimoniales, cum duobus curribus & Octo equis ut refertur per P. f. Q. Officialem & alios famulos nostros pridie ablatos in toto L. Marcas valentes vel integraliter, & sine dissimulatione aliquali C. F. D. concivi vestro redderemus, vel ex parte eorundem famulorum justitiæ conplementum impenderemus concivi vestro prænotato quod si nos neutrum horum dissimulatorie facere curaremus, ex tunc vos Aures Regias & Reginales propulsare, & querulose acclamare præsto essetis & parati, ad quod vestræ prudentiæ taliter respondemus: quod illo die & tempore, quo præscriptæ literæ vestræ per ipsum C. Concivem vestrum nobis præsentatæ extiterunt domi non fuimus personaliter, sed in die dictarum rerum ablationis, Deo teste & pluribus vicinis, & conmetaneis nostris scientibus in Curia Regia pro quibusdam negotiis nostris exequendis extiteramus occupati. Et cum finitis & terminatis dictis negotiis nostris abinde domum incolumis rediviſſemus, interim prætacti famuli nostri clandestine a nobis recesserunt, cum rebus supra dictis, propter quod petimus vos amicabiliter perpræsentes quatinus tamdiu quousque nos super his personaliter vobiscum tractabimus festino ingenio in iracondiam nolite provocari, & contra nos Regias aures vel Reginales propulsare debeatis quoquomodo. Scitote enim pro firmo atque rato quod plures ex nostra familia in vestigiis dictorum recedentiam jam destinavimus ad eosdem requirendum. Et aliud vestri gratia non facturi in præmissis. Datum.

Item alia forma ad eandem materiam dependens.

77. Nobili & utique provido Juveni militari cingulo decorato Magistro N. f. P. Castellano T. castri. Amico eorum speciali A. f. B. Judex T. Civitatis paratum animum reverendi cum sincera caritate ex veridica datur nobis intelligi relatione quod cum nuperrime C. f. D. & E. f. F. concives nostri de partibus Transsylvanis per fluvium Kires in Civitatem Lippa vocatam cum mercimoniis suis navigando ad dictum castrum appropinquassent vos cum clientibus & famulis vestris in ipsos destinatis omnes res eorum auferre ipsosque solos usque femoralia eorum denudari & penitus spoliari feciſſetis absque misericordia

misericordia aliquali. Et licet nos per hujuscemodi injurias factas nobis & præfatis Civibus noſtris ſic illatis Domino noſtro Regi & Reginæ prima intentione noſtra contra vos querulari voluiſſemus, tamen quia ſuper præmiſſis nec adhuc ammonitio nec impetitio præceſſit aliqualis. Ideo nos ſinguli ſingulariter, & univerſi univerſaliter petimus reverenter & attente quatinus ob favorem communis juſtitiæ, & cauſa noſtræ reverentiæ easdem res ablatas dictis concivibus noſtris læsis per omnia reddere & ſuper injuriosis factis eisdem juxta legalitatem veſtram conplacere dignemini & velitis modo & deinceps cum literas Veſtras erga concives noſtros cum mercimoniis circuentes videritis nullo modo tales offendere vel offendi facere permittatis, qui si hoc feceritis bene quidem vobis regratiabimur tempore & loco ad id opportunis. Alioquin nos in dampno non permittemus, imo citius ut possumus contra vos querimoniam porrigere curabimus Regiæ Majeſtati. Datum.

Item alia forma ad idem relatoria.

78. Providis viris & honeſtis amicis suis &c. Magiſter N. filius Q. Caſtellanus Caſtri de tali amicitiam quam promerentur. literas veſtras nuperrime per vos nobis deſtinatas recepimus inter cetera continentes. Quod cum pridie quidam concives veſtri per fluvium talem cum mercimoniis suis versus Civitatem talem navigantes, ad dictum Caſtrum appropinquaſſent, nos ex eodem quosdam famulos noſtros armantes in ipsos emittentes res eorum auferri, ipsosque solos denudari & penitus ſpoliari feciſſemus. Vidimus etiam in ultima clauſula earundem literarum veſtrarum contineri quod si nos ablata non reſtitueremus, & eosdem concives veſtros placentes non mitigaremus ex tunc vos contra nos Domino Regi vel Reginæ citius quam possetis querimoniam porrexeritis. Ad quod vobis taliter respondemus, quod licet nos pro tali feſtino ingenio veſtro inepta legatione veſtra pro eo quia nos directe & manifeſte latronem eſſe pronunciaſtis merito vituperare deberemus & rursus inepta nunciare, tamen quia hoc noſtra legalitatis & nobilitatis ingenitas facere non permisit. Ideo ſcitote pro firmo atque rato quodam modo & deinceps ubicunque ex veſtris concivibus aliquem, vel aliquos conprehendere potuerimus, non solum res suas auferri faciemus, verum etiam & ipsum solum sicut latrones trucidabimus absque misericordia aliquali. Vos autem quecunque volueritis & quomodocunque poteſtis clamare contra nos sicuti lecatores juxta libitum veſtræ voluntatis. Datum. Et sic in iſto loco de formis Epiſtolaribus, dicta ſufficiant habundantius enim dicentur de ipsis in ſuo loco Deo permittente.

Digitized by Google

Secuntur formæ missiles a Rege ad Civitatem et e converso a Civitatensibus ad Regem quæ vocantur RESPONSIVALES. & quasi idem eſt cum formis præcedentibus & rubrica in mediate præcedenti.

79. Lodovicus Dei gratia Rex Hungariæ fidelibus suis Judici Juratis & ceteris hospitibus de tali Civitate sua Salutem & gratiam. Cum nos una cum E. genitrice noſtra Charissima & aliis Prælatis & Regni noſtri Baronibus mutua super hoc deliberatione præhabita in dicta Civitate noſtra & in medio veſtri Cameram Regalem pro cudendis novis monetis, & cambiendis eorundem conſtrui facere volumus, & præparari. In qua Magiſter A. f. B. Comes Camararum noſtrarum in talibus montanis perſonalem facere incipiet residentiam igitur veſtræ fidelitati Regio sub edicto firmis damus in mandatis, quatinus dum idem A. f. B. Comes dictarum Camararum noſtrarum in medium veſtri devenerit, memoratamque Camaram Regalem pro dictis novis monetis cudendis in aliquo loco apto & ad id convenienti conſtrui facere voluerit, ipsum hoc facere libere & secure permittatis, imo nullus veſtrum eundem Comitem Camararum noſtrarum in tali fundatione & conſtructione dictæ Camaræ quoquomodo præsumat inhibere. Et aliud &c. Datum.

Item alia Responsivalis ad idem.

80. Serenissimo Principi Domino eorum. Serenissimo Principi Domino eorum metuendo, & poſt Deum singulari refugio. A. f. B. Judex T. Civitatis suæ & Jurati ac ceteri Hoſpites de eadem se ipsos ad omnia genera mandatorum cum promptitudine famulandi noverit veſtra Excellentia nos pridie literas veſtras cum ſumpma obedientia recepisse intercetera continentes quod in dicta Civitate & in medio noſtri Camaram Regalem procudendis novarum monetarum in Regno veſtro fiendarum conſtrui facere debere Magiſtrum A. f. B. Comitem Camararum veſtrarum perſonalem residentiam facre conmisissetis & deliberando decrevissetis. Ad quod veſtræ Excellentiæ taliter respondemus; quamvis tamen cum venia iſta, quo dicta Civitas & nos Incolæ in ipsa conmorantes veſtri simus & ad omnia ordinati ac tamen veſtram Majeſtatem volumus non latere, quod quicunque tempore vitæ Domini Caroli Regis Patris veſtri karissimi felicis memoriæ Comites Camararum in hac Civitate, & in medio noſtri perſonalem facerent residentiam semper magnus tumultus & seditio non modica, imo ut verius dicatur cædes & hominum interfectiones, ac Sanguinis effusiones subortæ extiterunt & generatæ, per quæ facta nos & liberi noſtri ad extremæ paupertatis inopiam continuo devenissemus. Sciat etiam veſtra Excellentia, quod prænotatus Pater ve-

Digitized by Google

ſter karissimus pro eo quia orta seditione in medio noſtri quidam ex nobis contra talem Comitem Camararum veſtrarum insurrexerunt & eundem vicesimo quinto se famulis suis interfecerunt, super tota communitate ipsius Civitatis duo millia Marcarum exigi fecit, absque misericordia aliquali, quamvis tum non nos sed dictus Comes Camararum Causa efficiens fuerat in seditione prænotata, quamobrem Veſtræ Serenitatis Majeſtatem humili precum cum inſtantia flagitamus quatinus intuitu æternorum & pro salute animæ veſtræ ipsam Camaram de medio noſtri locare non velitis, nec Comitem Camararum veſtrarum rursus in medium noſtri deſtinctis causa conmorandi, ne nos & liberi noſtri utpote: uxores, filii, & filiæ, in priſtinam servitutem relabantur. Vel sic: in priſtinam miseriam & infamiam redigantur, aliudque, sicut de veſtra Excellentia confidimus facere non velitis in præmissis. Datum &c.

Item alia forma Regalis.

81. Lodovicus Dei gratia &c. Salutatio ut supra. humilis querela veſtra nobis patefecit quod nos Camaram Regalem & in medio veſtri pro cudendis & cambiendis novis monetis conſtrui facere intenderemus & Comitem Camararum noſtrarum in eadem ad manendum locaremus vos hoc ferretis pro tædio haberetis supplicat. igitur noſtræ Majeſtati humili Precum cum inſtantia ut nos hanc servitutem a vobis removere dignaremur regio cum favore. Ad quod vobis taliter respondemus: quod exiſtentibus duabus voluntatibus noſtris unam pro vobis eligatis ad præmiſſa in medium veſtri quo ſupra sicut per nos ordinatum extitit, fieri permittatis, aut singulis annis pro lucro Camaræ noſtræ Centum marcas ad noſtrum lucrum solvere debeatis Comiti Camarum noſtrarum prænotato, & tandem sicut hoc inter vos deliberaveritis per certos nuncios veſtros & Procuratores nos edoceatis infra Octavas tales jam venturas. Datum.

Item alia forma Responsivalis ad Regem.

82. Serenissimo Principi &c. ut supra. Noverit veſtra Celsitudo nos nuperrime literas veſtras honore quo decuit recepiſſe intercetera continentes, quod nos inter iſta duo utpote aut nos Camaram Regalem pro cudendis & cambiendis novis monetis in Regno veſtro fiendis facere permitteremus, & Comitem Camerarum veſtrarum inter nos personalem residentiam facere conaremur, aut annis pro lucro Camararum veſtrarum singulis C. marcas solveremus optatum eligendi haberemus. Et sicut exinde nobis visum fuerit ad tales Octavas talis feſti jam venturas, per litteras noſtras, aut per certos nuncios vos super hoc deberemus edocere. Super quo veſtræ Excellentiæ taliter respondemus, quod antequam uxores, sorores, & filiæ noſtræ

Digitized by Google

æquis pectoribus amplius conculcentur nos & Juvenes noſtri gladiis furiarum Comitum continuis temporibus conſumpmeremur ac penitus devoraremur, cum inter duo mala, minus malum sit eligendum, de dictis duabus voluntatibus veſtri pari & de voluntate unanimi hoc elegimus inter nos deliberantes, & singulis annis ipsas singulas Centum Marcas solvere volumus pro lucro Camaræ veſtræ prænotatæ. Et siquis ex nobis hanc servitutem tollerare poterit, tollet sicut poteſt. Si qui vero tollerare requiverint dispergantur ad alia loca tanquam vagabundi. Datum.

Item alia forma ad eandem Materiam dependens.

83. Lodovicus Dei gratia Rex Hungariæ &c. ut ſupra. Conqueritur nobis Magnificus vir C. f. D. Lombardus detali Civitate nunc Caſtellanus noſter de tali Caſtro, & Comes talis Provinciæ, quod vos & veſtri concives in fluvio tali cum mercimoniis & cum salibus, & navibus recepi transeuntes tributum ad dictum Caſtrum ab antiquo dare consuetum modernis temporibus deſtruxissetis & officiali ac Caſtellano suis solvere recusaſtis in grande præjudicium & derogamen. Et cum nos prædictum C. f. D. Lombardum proximum noſtrum ampliori favore & ingentiori honore, quam aliquem Hungariæ Baronem amplexare debere velimus. Igitur veſtræ Universitati firmiter præcipimus per præſentes quatinus ſtatim receptis præsentibus omnia illa quæ a die ſui introitus & a tempore dicti honoris ſui ademptionis pro ipſo tributo dare recuſatis sibi vel procuratori ſuo reintegretis & cum eodem concordetis prout de Jure fuerit opportunum ampliusque prætexatum tributum sicut ab antiquo sic & nunc sibi dare & ſolvere faciatis per concives veſtros mercatores. Et aliud sicut noſtram Majeſtatem offendere pertimeſcitis non facturi in præmiſsis, ne prædictus C. proximus noſter ſuper hoc ulterius nobis querimoniam porrigat aliqualem. Datum.

Item alia Responsio ad Regem.

84. Excellentiſsimo Domino eorum L. Dei gratia Regi Hungariæ A. f. B. Judex talis Civitatis &c. ut ſupra. Literas veſtræ Serenitatis improperatorias humiliter & devote recepimus intercetera continentes quod nos concives noſtri Mercatores per fluvium talem cum mercimoniis huc & huc transeuntes tributum ad tale Caſtrum pertinentes deſtruxiſſemus eidem tali proximo veſtro, vel ſuis Officialibus reintegrare, & ulterius dictum tributum sibi plenarie perſolvere deberemus. Ad quod veſtræ Celsitudini taliter reſpondemus: quod querimoniæ accuſatoris & adulatoris in plus se extendunt, quam factum rei haberetur. Et ideo licet nos ipſum tributum annotato Magnifico viro C. proximo veſtro sic sicut ab antiquis temporibus pro dicto

Digitized by Google

Caſtro exactum & receptum ſolitum fuiſſet dare & ſolvere parati fuiſſemus, & nunc eſſemus tamen quia Lombardi sicut Idropici magis quam aliæ gentes pecunias sitiunt nec ullo unquam tempore impleri poſſunt & ſatiari. Ideo ipſe juſtum tributum ab eisdem Mercatoribus provenire ſolen. & deben. nunquam voluit acceptare litigat enim nobiscum continuis temporibus ſuper eo, quod de una quaque navi onerata sibi quatuor florenos ſolvere debeamus, cum tamen ab antiquis temporibus unus florenus Buden. perſolutus extitit de una navi in loco tributi prænotati. Quamobrem veſtræ Serenitati ſupplicamus humiliter & devote quatinus pro Amore Dei & ſuæ Genitricis Mariæ, nec non pro refrigerio animæ Domini Karuli quondam Patris veſtri Kariſsimi tam citas aures veſtras jubilas contra nos querulantibus non velitis adhibere; sicut dictus Pater veſter sic & vos tam in facto exactionis dicti tributi, quam etiam in aliis libertatibus noſtris nos frui permittere dignemini, & gratulari, quod si veſtra Majeſtas in exactione dicti tributi ſecus fecerit, & ipſam antiquam libertatem deſtruxerit, vel ipſum augmentare voluerit. Scitote pro firmo atque rato quod nullus vel ſaltem pauci mercatores transire incipient per locum tributi ſupra dicti. Et sic ulterius vel ultimus error fiet pejor priori. Et sic de talibus formis reſponsivalibus dicta ſufficiant.

Secuntur formæ Plebanorum in Civitatibus Regalibus Reginalibus vel aliis Oppidis conmoran. & domicilia habentium.

85. Juxta quam partem eſt notandum, quod quilibet Plebanus inter limites Regni Hungariæ, & forte etiam in aliis Regnis, omnes cauſas ad forum Ecclesiaſticum pertinentes, utpote matrimoniales, dotalitias, teſtamentarias & alias quæ lineam femineam dinoſcuntur pertinere, sic quemadmodum dijocesiani Epiſcopi & eorum Vicarii in ſpiritualibus generales ac Archidiaconi & Vice-Vicarii judicare diſcernere deliberare fineque debito terminare poterit inter limites illius Civitatum & Ecclesiarum ſuarum quibus præfuerit nomine Paſtorali. Qui etiam Plebani in Jure Canonico eodem modo sicut in Ecclesiis Kathedralibus Archidiaconi vel Canonici merito ſtudere debent & opportune ut ipsi in Kathedra peſtilentiæ non ſederent ſed id quod in ſuis Jurisdictionibus in Causis præmiſsis diſcuterent ſecundum Deum & ejus juſtitiam ac proſpitanter debito fine terminare.

86. Secundo eſt notandum, quod prætaxati plebani non quorumlibet Sacerdotes vel literatos homines pro ſuis Vicariis ſed eum vel eos qui ſcientiam & maturitatem perſonæ ac bonam converſationem haberent tempore ſui regiminis debeant deputare pro eo quia in Judiciis talium & eorum examinibus literæ sic conficiuntur, sicut in Judiciis & examinibus vicariorum Epiſcoporum Dyeceſanorum ſu-

Digitized by Google

pradictorum. *Tertio eſt notand.*, quod in confectionibus literarum dictorum Plebanorum vel ſuorum vicariorum a formis literarum vel materiis diſcuſsionum vicariorum prætactorum temporum non eſt alia differentia nisi quod titulus variatur ut hæc & alia limpidius & lucidius in ſequentibus apparebunt. Datum.

87. *His visis procedendum eſt ad formam tractatus. Et primo* ponenda eſt Rubrica de *Literis Relatoriis* quia Citatoriæ non manantur in locis prænotatis, vel forte quandoque hæc fieri contingunt. *Secundo vero de Prorogatoriis. Tertio* de formis quando lites conteſtantur, vel Cauſæ declarantur. *Quarto* de Judicialibus *Quinto* Interlocutoriis. *Sexto* de Sententiis diffinitivis *Septimo* quando Judices recuſantur, & fit Appellatio contra eosdem ad Superiores Plebanorum memoratorum. *Octavo* formæ compositionales, simul cum ſuis omiſsionalibus. *Nono* Expeditoriæ. *Decimo* Procuratoriis. *Undecimo* formæ Arbitratoriæ, de quibus omnibus quamvis in ſuperioribus tractatibus ſufficienter tractatum & promulgatum fore dinoſcuntur, tamen ad dilucidationem illarum mentium qui in ipsis locis Civitatum ſuper talibus materiis ſcribere debebunt ſub ſtilo breviori & pauco enarramus &c.

88. Nos A. Sacerdos Plebanus Eccleſiæ talis Beati de tali Civitate Damus pro memoria quod E. f. F. Clericus noſter familiaris qui per nos pridie ad curandum C. f. D. Parochianum noſtram de eadem deſtinatus fuerat ad nos reverſus nobis retulit iſtomodo quod ipſe tali die poſt tale feſtum jam præteritum annotatum. C. f. D. apud domum ſuam reperien. contra G. f. H. similiter Parochianum noſtrum ad noſtram citaſſet præſentiam talem diem poſt tale feſtum jam venturum coram nobis conparendi aſsignando. Et sic etiam intelligendum eſt de aliis formis quando plures citantur. Datum.

89. *Item alia forma de eadem materia quando Vicarius alicujus Plebani scribit & judicant.* Vel sic: quando Literæ Vicariorum dictorum Plebanorum in talibus Causis manantur, ſeu conficiuntur. Nos P. Sacerd. Vicarius diſcreti viri Domini A. Plebani Eccleſiæ F. de tali Civitate, & Capellani Dominæ Reginæ. Vel sic: Vicarius in Spiritualibus generalis Divina providentia Epiſcopi Transſylvanien. de extra miſſus damus pro memoria quod B. Clericus ejusdem Domini noſtri Plebani, qui per nos ad citandum C. f. D. Civem de prædicta Civitate deſtinatus fuerat ad nos reversus nobis retulit iſto modo, quod ipſe tali die &c. ut ſupra. Et sic de talibus formis ultra eſt accedendum, quia in ſuperiori tractatu ſufficienter dictum eſt de eisdem. Item ſequitur forma quæ eſt ignôta &c. Datum.

Digitized by Google

90. *Secuntur formæ Prorogatoriæ & Judiciales*: Et deinde formæ quando Cauſæ declarantur, & tandem formæ quando lites conteſtantur poſt modum autem formæ Interlocutoriæ. Et demum formæ ſuper Sententiis diffinitivis, ac formæ Procuratoriæ, Item compositionales, & omiſsionales, nec non arbitratoriæ, de quibus omnibus ſatis ſcriptum eſt in tractatibus Superioribus dum modo ſcribens habeat reſpectum, pariter & ſuæ intentionis recordationem ad easdem, exceptis ipsis formis recuſatoriis quia ſpecialiter de ipsis in hoc loco tractabimus, ſed de dictis aliis formis ulterius non faciemus propter rationem ſupra dictam.

91. *Secuntur formæ Recuſatoriæ quando Judex recuſatur contra iniquam ſuam Sententiam in locis Civitatum fit appellatio.* Sed antequam ad textum procedamus primo videndum eſt, quid sit in hac parte recuſatio, & quando contra quem fieri ſoleat. Recuſatio enim eſt obmotio contra Judicem facta & ſolet fieri tunc quando duo coram aliqua re contra ſe ſe certant allegantes, & quando considerat animum Judicis inclinari ad partem rei, vel e converſo tunc alia pars quæ videlicet videt ſe per Judicem condempnari poteſt recuſare talem Judicem, & a ſe removere, ac alium Judicem delegatum a ſuo Superiore de jure poteſt petere pro dicta Cauſa, & lite jam inter partes mota diſenciend. & fine debito terminandum. Quæ quidem recuſatio debet fieri & contra iniquum Judicem promulgari coram Aſſeſſoribus & aliis idoneis teſtibus tunc in Sede Judiciaria confedentibus. Jn cujus quidem recuſationis tempore per ipſum recuſatorem debent rationes prætendi & diſtinctim allegari, sic ipſe Judex ſit recuſandus quia similiter novus judex poteſt recuſare, vel removeri a ſua Jurisdictione, & tandem ibi ſit Recuſatio talis, si ipſa coram Juris peritis fuerit conficitur puplicum inſtrumentum cum appositione Notariorum signorum teſtium & Aſſeſſorum, qui tunc ibi affuerunt modo prænotato, si vero in locis Civitatum, vel alias ubi copia Inſtrumentorum non eſt vel Literæ non conficiuntur dictus recuſator præmiſſa promulgabit ſub foedere proteſtationis procedendo adhoc audientia præbere dictorum aſſertioni vel aliorum tunc in ibi exiſtentium. Etsi Judex recuſatus per iſtum modum ſe teſtare voluerit, & ſuum judicatum pro favore communis juſtitiæ alteri per ipſum ſubdelegato conmiſerit bene quidem alioquin dictus recuſator procuret sibi de moderamine aliunde & recurrat ad ſuperiorem recuſati & ferat Literas ipsius Superioris ſui ſub formaque appellationis deducat Cauſam ſuam ambiguam ad examen ſuperioris prænotati.

His visis accedendum eſt ad textum.

92. Ego Johannes filius Jacobi de tali, coram vobis diſcretis viris talibus Eccleſiarum Sacerd. *Vel sic*: Talibus providis viris utpote

Digitized by Google

C. f. D. E. f. F. & G. f. H. qui nunc in Sede noſtra Judiciaria litigium inter me & talem filium T. de tali habitum percepiſtis dico & propono: quod quia Comes L. f. M. Judex ipsius Civitatis. Vel sic: Dominus O. Sacerd. Rector talis Eccleſiæ & Vice-Archidiaconus de tali annotato adverſario meo in linea attinent. proximitatis. Vel sic: quod quia talis Vice-Archidiaconus nunc Judex noſter Ordinarius Elenam uxorem meam, quam ego aput dictum talem adverſarium meum Ordine Juris repetivi ad domum ſuam recepit, & cum ipſa singulis noctibus cohabitat verecondioſe memoratumque adverſarium meum cui dicta Elena Uxor mea in nullo dinoſcitur attinere in delicando (deliberando) magno amplexatur favore. Ideo pro tali ſtudioſo amore & negotio ſcrupuloſo juſtam meam Cauſam opprimere nititur & occultare propter quas Cauſas, nolo coram ipſo litigare, & amplius me & dictam Cauſam meam ambiguæ fortunæ relinquere quoquomodo. In cujus recuſationis teſtimonium præſentibus Sigillum veſtrum apponi peto. Juris pro favore. Datum.

Item alia forma.

93. Nos B. Guardianus & C. Lector de Ordine fratrum Minorum & de domo ſeu Clauſtro talis Sancti de tali Civitate notum facimus quibus præſentes oſtenduntur Memoriæ commendamus quod L. M. N. & O. Cives de eadem Civitate tali una cum E. f. F. concive ipſorum tali die poſt tale feſtum anno videlicet Nativitatis Domini &c. ad noſtram perſonaliter accedentes præſentiam nobis curaverunt significare, quod quia Comes L. f. M. Judex de prædicta Civitate G. f. H. de tali in linea attinet proximitatis. Vel sic: quod quia Dominus P. Plebanus Eccleſiæ T. Sancti ſimiliter de prædicta Civitate Tali, & Capellanus Dominæ Reginæ in cujus præſentia idem E. f. F. Teſtamentum Dominæ Uxoris. Vel sic: Dotem dominæ Uxoris ſuæ. Vel sic: tamen (talem) Matrimonialem portionem Dominæ matris ſuæ per ſuos parentes in forma teſtamentaria legatam. Vel sic: talem rem Dominæ filiæ ſuæ per Maritum ſuum jam defunctum in forma teſtamentaria sibi legatam Juris ordine obſervato requirebat annotato G. f. H. in linea attinetur proximitatis. Ideo idem P. Plebanus Dei timore poſt posito & hominum verecondia retrojecta ob favorem dicti proximi ſui memoratam cauſam ipsius E. f. F. periclitare & penitus anichilare conaretur. Quamobrem ſæpe dictus E. f. F. concivis ipſorum nuperrime in Sede Judiciaria coram ipsis prætaxatum Dominum Plebanum recuſavit a tali judicatu. Et licet E. f. F. prædictus ſuper hujuscemodi recuſatione Literarum ipſorum pro teſtimonio frequenter sibi dari petiviſſet tamen quia ipsi absque conſenſu dicti Judicis recuſare hoc facere nequiviſſent. Ideo prænotati Cives nobis humiliter ſupplicaverunt, ut nos ob favorem communis juſtitiæ

Digitized by Google

juſtitiæ literas noſtras teſtimonio dictæ recuſationis dare deberemus in ipſorum relationem. (relevationem) Nos igitur legitimis & congruis poſtulationibus prætactorum Civium ac communi juſtititiæ annuentes Literas noſtras Sigillo noſtro consignatas conceſsimus in teſtimonium præmiſſorum. Datum in tali loco &c.

94. Item alia forma ad eandem materiam quando Superior talis Plebani vel alicujus alterius recuſati Judicis mandat per ſuas literas Cauſam sic recuſatam & exceptam ad ſuam præſentiam transmitti. Dyonisius Dei Gratia Archi-Epiſcopus Sanctæ Strigonien. Eccleſiæ, vel Colocensis Ecclesiæ. Vel sic: N. Dei & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Eccleſiæ T. diſcreto viro P. Plebano talis loci & Capellano Dominæ Reginæ. Vel sic: Domino N. Sacerd. Ecclesiæ de tali Vice-Archidiacono de tali dilecto sibi & et Chriſto kariſsimo mutuam in Domino Charitatem cum ſalute. Querela C. f. D. Civis de tali vel talis de tali præſentium exhibitoris nobis patefecit, quod cum ipſe nuperrime coram T. contra E. f. F. pro tali re vel tali Cauſa Juris ordine obſervato agere voluiſſet tandem tu pro favore alterius partis qui tibi ut dicitur in linea attinetur proximitatis, vel pro tali ſcrupuloſo negotio cauſam ſuam occultare & opprimere voluiſſes, ac in majori parte jam forte opprimiſſes nisi ipſe fretus consilio peritorum te recuſaſſet cauſas ſuæ recuſationis tunc inibi allegando. Super qua quidem etiam recuſatione literas Religioſorum virorum fratrum Minorum de tali Conventu pro teſtimonio recipere procuraſſet quas & nos nunc fide vidimus occulata. Et quia ſecundum Juris ſcripti Ordinem Judex recuſatus eſt ſuſpectus, & coram quovis Judice ſuſpecto litigare eſt periculum. Ideo volumus & tuæ diſcretioni firmo damus in præcepto quatinus mox receptis præſentibus Cauſam præſcripti C. f. D. contra memoratum E. f. F. in cujus præſentia quo ſupra motam simul cum eisdem partibus mediantibus tuis litteris ad noſtram præſentiam per nos diſcutiendam transmittere debeas ad Octavas talis feſti jam venturas & aliud in Virtute sanctæ obedientiæ & ſub pœna interdicti nullomodo facere præſumpmas in hac parte nos enim partem convictam cum birſagio ſuo rurſus ad tuam præſentiam remittemus. Datum.

95. Item forma Appellationis quando a ſententia iniqua alicujus Plebani vel Vice-Archidiaconi ad præſentiam Metropolitani videlicet Archiepiſcopi, aut Epiſcopi Diocesiani appellantur. In nomine Domini Amen. Coram vobis Religiosis viris B. Gardiano & C. Lectori de Conventu Clauſtri beatæ virginis de tali. Vel sic: B. Priore & C. Lectore de Ordine Fratrum Minorum & de Domo ſeu Clauſtro talis Sancti Deo jugiter famulantibus. Ego C. f. D. de tali ſentiens me per talem Plebanum vel talem Vice-Archidiaconum in Cauſa mea

Digitized by Google

tali contra E. f. F. in præsentia ejusdem P. Plebani vel Vice-Archidiaconi rite & legitime mota pro favore dicti G. f. F. adversarii mei de facto debere aggravari ex eo quia prætactus T. Plebanus vel T. Vice-Archidiaconus nuperrime præsentibus & audientibus pluribus idoneis tellibus me turbavit, & multa verba illicita mihi irrogavit ac Elenam quam per formam Juris coram ipso repetivi palam ad Domum suam recludendo cum eadem ut dicitur cohabitaret contra ipsum appellIo, peto, ac iterum peto ac instanter dari michi peto. Secundo dico & propono quod idem Plebanus vel talis Vice-Archidiaconus me dictam Causam prosequentem captivavit & captum in suis vinculis tribus diebus conjectavit ac res meas tot Marcas valentes indebite aufferendo occultavit, similiter contra ipsum ut Judicem recusatum appello & appello &c. ut supra. Et sic quotienscunque articuli querulosi ponuntur totiens appello ponitur & Literæ testimoniales. Et licet prædictam appellationem ego talis in Sede Judiciaria ejusdem talis Plebani vel T. Vice-Archidiaconi suo modo verbaliter promulgassem tamen quia tunc inibi per neminem mihi in testimonium harum appellationum dari potuerit. Ob hoc ego ipsam appellationem revocavi, & iterum pro eo, ut per vos in testimonium dictæ meæ appellationis Apostoli dari debentur, seu litteræ testimoniales. Datum & actum die tali &c. Et sic de illis formis Civitatum, Plebanorum ac Vice-Archidiaconorum quamvis breviter dicta sufficiant.

NB. *Hic ex M. S. deest unum folium.*

Postquam determinatum est sub tractatu compendiose de materiis & formis Curiæ Regalis et locorum Testimonialium mixtimet.

96. Hoc in primima Tabula, seu Capitulo istius libelli, ac etiam in secundo Capitulo expeditum est de materiis & formis Episcopalibus & Vicariatus, item Comitum, & quatuor Judicum Nobilium Comitatuum, nec non Civitatensium juxta hujus Regni consuetudinem. In ista parte Autor proponit se expedire de materiis & formis dictorum locorum Testimonialium utpote Capitulorum & Conventualium distinctim & divisim Deo permittente. Et quia in præcedentibus Capitulis pro propter notitiam sequentiarum, ordo rubricarum positus est satis commodose. Item in isto Capitulo eadem bona consuetudo servari debeat necessario. Et licet etiam in positione dictarum Rubricarum hic in isto loco ordo præposterus fieri contingat, tamen hæc commutatio peracta est necessario.

97. Primo namque incipiendum est de formis Procuratoriis. Secundo de Protestatoriis, & Prohibitoriis. Item in tertio loco ponuntur formæ simplices compositionales. In quarto majores compositionales. Quinto formæ Expeditoriæ, & ibidem omissionales. Sexto formæ

Digitized by Google

Contractus utpote Emptoriæ, & Venditoriæ. Septimo formæ alterius conmunis contractus videlicet ſuper concambio & permutatione. Octavo formæ Donatitiæ quando Poſſeſsiones vel aliæ res donantur proximis vel Cognatis. Nono alterius conmunis Expeditoriarum quando aliquis expedit ſe in loco teſtimoniali per poſſeſsionariam donationem ut in loco ſuo declarabitur. Decimo formæ Impignoratoriæ, quando aliquis neceſsitate inductus impignorat alteri Poſſeſsiones ſuas vel res. Undecimo formæ Mutuationis, quando aliquis mutuat pecuniam ſuam alteri ut infra declarabitur. XIImo formæ Remutuationis, quando impignorata, & mutuata remittuntur. XIIImo formæ quando conmittentur poſſeſsiones ad tuend. pro tempore & conditionaliter XIIIImo formæ ſuper Locatione Decimarum. XV. Dimiſſoriæ quando ſuper facto earundem decimarum Capituli vel Epiſcopi ſcribitur ad Nobiles. XVI. formæ Collectitiæ & illatitiæ quando loca teſtimonialia reſpondent in relatione Regii, & hominis ipſorum eidem Domino Regi vel Judici Curiæ ſuæ aut Regni Palatino, & hoc ſit pluribus modis prout infra declarabuntur. Septimo decimo formæ quando Capitulum pro alicujus re, vel aliquo articulo neceſsitatis ſcribit Regi vel Reginæ, sive aliquibus Prælatis vel Baronibus Regni. Decimo Octavo Formæ Privilegiorum, quando manantur Privilegia ſub forma compoſitionis, vel aliquo modo prout similiter infra declarabuntur. Decimo nono formæ Transſcriptionis Privilegiorum, quæ alio modo copia dicitur, & hoc ſit pluribus modis, quia quandoque requiruntur Privilegia in locis teſtimonialibus ad simplicem ſupplicationem alicujus hominis quandoque vero ad mandatum Regium, vel Reginale, & quandoque ad petitionem Judicis Curiæ Domini Regis, vel D. Palatini, prout hæc fieri contingunt in ſuis locis declarabitur. Vigesimo, Dyocesiales. Vigesimo primo formæ simplicium Confeſsionum quæ ſolent fieri per Sacerdotes Parochiales, aut alios ſuper perpetuatione poſſeſsionum, vel rerum aliquarum in teſtamento legatarum. Vigesimo ſecundo, forma locationis quando Capitulum vel alter aliquis locat poſſeſsiones, vel prædia ad ſervand. pro tempore. Vigesimo tertio, formæ quando aliquis Nobilis vel poſſeſsionatus homo, in loco teſtimoniali confitetur ſe dediſſe libertates ſuis incolis, vel Colonis. Vegesimo quarto, formæ Manumiſsionis, quando libertini, vel conditionales, aut ſervi per quempiam manumittuntur. Et vigesimo quinto formæ, quando aliquis donat Ecclesiam ſuam hereditatibus sive Poſſeſsionibus. Si quæ etiam aliæ formæ fieri contingunt, & de his declarabimus in ſuis locis opportunis. Et quia de formis Procuratoriis & proteſtatoriis in prima Tabula ſufficienter eſt dictum, & declaratum. Ideo hic easdem formas transeuntes accedamus ad formas conpoſitionales quæ simplices dicuntur. In iſta parte eſt notandum, quod in præcedentibus duabus formis Capitulis ſemper

Digitized by Google

positæ ſunt formæ caſuales in quibus confeſsiones hominum conpulsivæ dicuntur & conpulsiones factæ ſunt. In iſto uno Capitulo ponuntur formæ voluntariæ, in quibus confeſsiones hominum dicuntur utroneæ quia in locis teſtimonialibus non compellitur de Jure violenter aliquis confiteri nisi confeſsio sit voluntaria, & ideo dicitur nobiliter quod non eſt certior confeſsio hominis, quam voluntaria ſeu ſpontanea &c.

98. His visis accedendum eſt ad textum. Nos Capitulum vel Præpositus & Convenius T. loci damus pro memoria, vel significamus &c. prout tunc partes voluerint ſuas literas ſcribi facere, ſed tamen Notarius antequam ſcribere incipiat confeſsiones partium audiendo concipiat materiam in mente, & requirat partes, & tandem literas clauſas vel apertas recipere voluerint nec ne, & dicetur:

99. Nos Capitulum Ecclesiæ &c. ut ſupra. Quod A. f. B. Nobilis de T. famulus & Procurator Magnifici viri Domini N. f. P. de tali tunc Bani totius Sclavoniæ cum literis Procuratoriis ejusdem Domini ſui pro dicto Domino ſuo & Magiſtro Jakus fratre ipsius Domini ſui cum literis Procuratoriis Capituli Nitrien. Ecclesiæ ex una & Nobilis Domina Relicta P. filii Q. condam de T. & filia taliter vocata una cum C. f. D. de T. genero ſuo, pro ſe & pro filio F. nepote ſuo, ut dicebat infantulo, parte ab altera coram nobis perſonaliter conſtituti dixerunt & puplice ſunt confeſsi quod in Cauſa quam eadem nobilis Domina & dictus Nepos ſuus ratione cujusdam quantitatis pecuniæ ducentarum Marcarum per eosdem filios P. & M. contra G. dictum Vebek pro homicidio P. dicti Talis A. K. N. filio condam Michk Bani similiter totius Sclavoniæ, coram Sereniſsimo Principe L. Dei gratia Rege Hungariæ ſuper hoc conpositionem facientes, ad ſe recepiſſet contra N. Banum & I. fratrem ejusdem, ac Magiſtrum S. filium B. Judiciario Ordine movere voluiſſet. Quia præſcripti N. & I. f. P. ac Magiſter S. f. B. præallegatas ducentas Marcas ipsis integraliter reſtituiſſent, deducta tamen ex eadem quantitate pecuniæ quadam moderata expenſa. Ideo ipsi memoratos proximos ſuos, & eorum heredes ſuper totali requisitione ipſorum, ſpecialiter prætextu prædictæ quantitatis pecuniæ expeditos relinquiſſent, imo coram nobis ipſa nobilis Domina in ſua & ejusdem Nepotis ſui in perſona reddidit & relinquit prorſus & per omnia expeditos pariter & quietos teſtimonio. Datum &c.

Item alia forma de eadem Materia.

100. Nos Capitulum &c. Damus &c. quod A. f. B. & C. f. D. Nobiles de tali ex una & E. f. F. Jobbagio Venerabilis in Chriſto Patris Domini N. Dei & Apoſtolica Gratia Epiſcopi & Prælati noſtri de

Digitized by Google

tali pro ſe & pro G. H. I. & K. filiis ſuis, parte ab altera coram nobis perſonaliter conſtituti dixerunt & puplice ſunt confeſsi: quod in Cauſa quam prætactus E. f. F. ratione mortis L. filii M. Patruelis ſui per eosdem A. & B. ut dicitur latrocinaliter interfecti. Vel sic: Cauſualiter interempti contra ipſos A. & C. Judiciario Ordine moviſſet usque modo, vel movere potuiſſet in poſterum propter bonum pacis & concordiæ unionem, interveniente etiam ordinatione, & Amicabili compoſitione proborum virorum ſpecialiter per ordinationem talis & talis de tali taliter inter ſe concordaſſent, & concordaverunt coram nobis quod prælibati A. f. B. & C. f. D. pro omnimoda expeditione dictæ mortis, aſſumpsit dare & ſolvere prænotato E. f. F. & filiis ſuis & ex nunc in noſtri præſentia aſſumpſerunt tot marcas groſſorum vel denariorum pro tempore currentium qualibet æſtimatione excluſa absque noſtra portione exinde provenire debenti in terminis infra ſcriptis coram nobis videlicet tot Marcas ſolverunt. In talibus Octavis talis feſti jam venturis. Item tot Marcas in talibus Octavis talis feſti, & residuas tot Marcas in Octavis talis feſti ſubſequen. hujuscemodi vinculo obligaminis interpoſito, quod si primum terminum prætaxati debitores omitterent in ſolvendo cum Judicio. Si vero ſecundum terminum inſolutum præterirent, cum pœna dupli, vel tripli ſolvere deberent E. f. F. & pueris ſuis ſupradictis. Si autem in ſolutione ipsius tertii termini deficerent, & eundem terminum inſolutum præterirent extunc poſtmodum in integro homicidio prælibati interfecti convincentur eo facto. Vel sic: & si tertium terminum præterirent inſolvendo extunc pecunia quæ prius perſoluta eſſet vocabulum ſortiretur amiſsionis, & tandem ipsi in ſubcubitu facto duelli potentionalis convincerentur ipſo facto contra E. f. F. & filios ſuos prænotatos ordinatum etiam extitit inter partes quod iidem homicidæ tali ſolutione peracta, unus ipſorum poſt feſtum Penthecoſtes tunc proximo aſſuturo in Achisgranium (Aquisgranum) & alter ipſorum ad limina beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum in Romam tam pro refrigerio animæ dicti interfecti, quam etiam pro redemptione animarum ſuarum, & pro impetratione beneficii abſolutionis ſuper dicto homicidio cum ceteris peregrinis proficiſci tenentur. Ita tamen quod tempore egreſsionis juxta conſuetudinem Theutunicorum ad tumulum prætaxati mortui accedere, & ibi a parentibus & proximis ſæpe dicti mortui accepta licentia &c. aperire debentur ad loca ſupra dicta; ad quod ſe faciendum memorati A. & C. ſpontanea eorum coram nobis obligaverunt voluntate. Dat. &c.

Item alia forma ad eandem Materiam dependens.

101. Nos Capitulum Eccleſiæ &c. Vel Nos Præpoſitus & Conventus Monaſterii T. Damus &c. quod C. f. D. de tali & E. f. F. Jo-

Digitized by Google

bagio T. Nobilis de tali coram nobis perſonaliter conparentes dixerunt & puplice ſunt confeſsi: quod licet ipsi ratione cujusdam Molendini ſuper fluvio tali, inter limites ejusdem Civitatis T. habiti & conſtructi, a multis temporibus retroactis incipiendo hucusque inter ſe concordaſſent pro eo, quia annotatus C. f. D. ipſum molendinum emptionis ad ſe memoratus vero E. f. F. titulo Succeſſorio similiter ad ſe pertinere contradictorie allegaſſent, tamen ut omnis litis & contentionis materia de medio ipſorum evelleretur taliter inter ſe concordaſſent, imo concordaverunt coram nobis, quod præallegatus C. f. D. juxta arbitrium & conpositionem proborum virorum aſſumpsit dare & ſolvere prædicto E. f. F. tot Marcas groſſorum in talibus Octavis talis feſti jam venturis coram nobis tali pœna interjecta, quod si ipse dictum terminum omitteret insolven. ex tunc poſt modum cum pœna dupli ſolvere teneretur principale debitum ſupra dictum. Et in ſuper recta dimidietas molendini præſcripti in ſuum & heredum ſuorum Jus devolveretur perhempnaliter poſsidend. Si vero dicta ſolutio ſuo modo perficeretur & idem C. ſe bono modo, & ſub pulchritudine pacis expedire curaret, ex tunc ſæpe dictum Molendinum cum omni integritate ſui Juris eidem C. f. D. remaneret poſsidend. in-filios filiorum ſuorum & heredes. Datum &c.

Item alia forma ad eandem dependens.

102. Nos Capitulum &c. Damus &c. quod C. f. D. nobilis de tali ex una, & E. f. F. Jobagio talis de tali parte ab altera coram nobis conſtituti dixerunt & puplice ſunt confeſsi; quod in Cauſa, quam idem E. f. F. ratione furtivæ ablationis quatuor boum ſuorum tot Marcas valentium per eundem talem pridie de Curia ſua nocturno tempore receptorum contra ipſum C. f. D. Judiciario ordine moviſſet usque modo vel movere potuiſſet in poſterum, propter bonum pacis & concordiæ unionem ac etiam juxta arbitrium & compoſitionem proborum virorum taliter inter ſe concordaſſent, & concordaverunt, quod ſi annotatus C. f. D. L. ſe Nobilibus ſibi ſimilibus tali die poſt tale feſtum jam præteritum nocturno tempore de Curia ſua prædictos boves ſubtrahi feciſſet Sacramentum deponeret ex tunc prænotatus C. f. D. ipſas tot Marcas groſſorum & alias duas Marcas, & expenſas eidem C. f. D. in requiſitionem boum, & proſecutionem Cauſæ ſuæ ut refertur conſumptarum in terminis per nos ad id deputandis ſolvere tenebitur E. f. F. ſupra dicto coram nobis. Ad quod ſe faciendum prætactus C. f. D. ſpontanea coram nobis obligavit voluntate. Datum &c. Et licet circa tales materias plures formæ emergi contingant, tamen quia de ſimilibus ſimile eſt judicium ergo Notarius animum ſuum benivolum ad iſtas & ad alias præcedentes formas applicando ſcribat literas ſuas correcte tempore &c.

Digitized by Google

Secuntur formæ de majoribus Literis Compositionalibus.

103. Nos Capitulum &c. Damus vel ſignificamus &c. quod A. & B. filii C. Nobiles de genere tali ex una, & E. ac F. filii G. de tali parte ab altera coram nobis &c. Quod licet ipſi ex Cauſis diverſis, quæ inter ipſos contigiſſent usque modo ſpecialiter, quod prætextu mortis ejusdem G. f. V. Patris dictorum E. & F. per annotatum C. f. D. conſanguineum ſuum ex præconcepta malitia interempti & miſerabiliter dimembrati in præſentia diverſorum Regni Juſtitiariorum & ſpecialiter coram Magnifico Viro. Domino N. Regni Hungariæ Palatino lis & contentio mota fuiſſet inter ipſos hucusque & exorta, tamen ut omnis litis & Contentionis materia de medio ipſorum penitus evelleretur, & pulchritudine pacis ſuccederetur (ſuccinderetur) ipſique & eorum heredes a modo & deinceps pacis favore inter ſe amplectari valeant, & gratulari propter bonum ipſius pacis & concordiæ unionem interveniente etiam ordinatione & amicabili conpoſitione proborum virorum Nobilium proximorum & conprovincialium ſuorum, ſpecialiterque per arbitrium talium, & talium Nobilium ſimiliter proximorum ſuorum taliter inter ſe concordaſſent, imo concordaverunt coram nobis quod dictam portionem ipſorum P. ſimul cum alia portione ipſorum taliter vocata in Comitatu tali ut dicitur exiſten. primo & duas partes coæquales dividendo & dimidietatem earundem a tali plaga adjacentes ſæpe dictis filiis G. pro congruentibus portionibus ipſorum ſorte poſita perpetuo poſſidendas relinquiſſent, ipſasque alias dimidietates prænominatarum poſſeſſionum in quatuor partes ſecundario diviſiſſent coæquales, quibus ſic diviſis tres partes ipſarum eisdem filiis C. & ipſorum heredibus pro congruentibus ſuis poſſidendas relinquiſſent, quartam vero partem earundem in ambabus poſſeſſionibus a parte portionum præſcriptorum filiorum G. ut retulerunt adjacentes pro dicta miſerabili detruncatione ejusdem G. filii V. & effuſione ſui Sanguinis, ac morte ſua dictis filiis ſuis ſtatuiſſent poſſidendas annectentes easdem ſeu conjungentes ad portiones ſæpe dictorum filiorum G. per metarum infra declarandarum diſtinctiones. Retulerunt etiam partes prænotatæ; quod licet ipſe Partes a propagine lineæ cognationis ad ſcitum totius Regni inter ſe in linea generationis connexi fuiſſent, & nunc connecti debentur, tamen quia ex inſtinctu diabolico dictus C. f. D. innocentem ſanguinem ipſius G. filii V. fratris ſui, (fudiſſet) ideo pro tali fratricidio idem filii ſui, de Curia, & de domibus prænotati Patris ipſorum ad finem ejusdem villæ exiviſſent Cauſa conmorandi dictas Curias & domos ſimiliter eisdem filiis G. relinquentes Patronatum autem Eccleſiæ talis Sancti in eadem poſſeſſione conſtructæ, item terras arabiles, prata, ſilvas, nemora, fluvios, vias, & loca paſcualia pro pecudibus apta

Digitized by Google

in ambabus poſſeſſionibus adhuc dictæ partes ad conmunem uſum relinquiſſent, imo relinquerunt coram nobis. Metæ autem quibus datæ dimidictates poſſeſſionum, & portiones eorundem filiorum G. filii V. devolutæ a portionibus memoratorum filiorum C. diſtinguuntur ut partes retulerunt hoc ordine protenduntur, prima enim meta incipit in tali loco &c. & ibi terminatur. item metæ quibus quarta pars portionum fæpe dictorum filiorum C. f. D. a reſiduis tribus partibus diſtinguuntur ſimiliter juxta relationem dictarum partium tali modo protenduntur. Prima enim meta incipit &c. & ibi terminatur, præſentes autem quam primum ad nos per quamcunque partem inportatæ fuerint ob majorem rei evidentiam, & Cautelam uberiorem, in formam noſtri privilegii redigi faciemus. Datum.

Item alia forma ad eandem materiam dependens.

104. Nos Capitulum &c. Damus &c. vel ſignificamus &c. quod N. & A. filii P. filii Berend de tali & I. & K. filii S. de tali, parte ab altera coram nobis perſonaliter conſtituti dixerunt & puplice ſunt confeſſi quod licet poſt obitum dictorum Patrum ſuorum prætextu cujusdam poſſeſſionis Berethey vocatæ in Comitatu Zemlien. ut dicitur exiſtentis, quam alias annotati S. Pater eorum I. & Ia. cum N. fratrè ſuo memorato Petheo filio B. ut dicitur pretio vendidiſſet, & perpetuiſſet quoddam modo litis contentio mota fuiſſet inter ipsos hactenus & exorta. Tamen ut omnis litis materia, & quilibet rancor diſſenſionis de medio ipſorum evelli poſſit, & eradicari, propter bonum pacis & concordiæ unionem, interveniente etiam ordinatione & amicabili conpoſitione proborum virorum, ſeu proximorum ſuorum, taliter inter ſe concordaſſent, imo concordarunt coram nobis, quod prætaxati N. & A. filii P. dictam poſſeſſionem B. cum ſuis utilitatibus quibuslibet & pertinentiis, ac eo Jure, eaque plenitudine qua ipſa per dictos S. & N. filios, St. Petheu pater ipſorum modo quo ſupra vendita fuiſſent & perpetuata ſub fœdere iteratæ venditionis pro quadam Summa pecuniæ infra ſpecificata reddidiſſent & reſignaſſent, & coram nobis reſignaverunt prænominatis I. & K. filiis S. perempnaliter posſidend. tenendam & habendam pro cujus quidem poſſeſſionis Berethey reſtitutione & reſignatione, iidem filii S. aſſumpſiſſent dare & ſolvere & ex nunc in noſtri præſentia aſſumpſerunt prænominatis filiis C. Centum & Sexaginta Marcas groſſorum, & denariorum pro tempore currentium conputi Caſſenſis omnino in prompta pecunia qualibet æſtimatione, & poſſeſſionaria donatione, & ſine portione noſtra exclusa in terminis infra ſcriptis coram nobis ſolvere. Ex adverſo videlicet LX. Marcas ſolvent in Octavis feſti Pentheco-ſtes jam venturi. Item quinquaginta Marcas in Octavis Aſſumptionis Beatæ Virginis, & reſiduas L. Marcas in Octavis Omnium Sanctorum

Digitized by Google

rum ſubſequentibus tali pœna interjecta quodſi iidem filii S. dictos primos duos terminos obmitterent in ſolvendo, ſemper cum pœna duppli ſolvere tenerentur. Si vero tertium terminum præterirent in ſolvendo, extunc pecunia prius perſoluta, ſi perſoluta fuerit, amitteretur, & inſuper alia poſſeſſio ipſorum Ujvar nuncupata, ſimul cum eadem Poſſeſſione Berechi rurſus dictis filiis P. filii anad perpetuarentur eo facto, in quorum dominio ipſi eorum & heredes ſæpe dictos filios P. & eorum poſteritates juxta continentiam literalium inſtrumentorum quibus mediantibus annotata poſſeſſio B. ut dicitur poſſeſſa eſt dicto Magiſtro P. perpetuata fuiſſet contra quoslibet indempniter conſervare teneantur. Ita tamen quod iidem filii F. ipſam totalem pecuniam recipere & dictam poſſeſſionem B. ipſis in die dictæ ſolutionis coram nobis reſignare tenerentur modo quo ſupra, dictas autem ſolutiones iidem ſ. S. nec Literis Regalibus, nec Reginalibus, nec occaſione exercitus, nec etiam aliquo colore quæſito prorogare poſſint, ad terminos ulteriores. Ordinatum etiam extitit per partes ſupra dictas, quod tamdiu quousque totalis ſolutio perficeretur, ſæpe dicta poſſeſſio B. apud manus & ſub dominio eorundem filiorum Petheu cum ſuis pertinentiis ſtaret, & conduraret, juxta continentiam dictarum Literarum ſeriem Contractus exprimentium perſonaliter eædem partes pro bono pacis univerſas literas ipſorum Proteſtatorias, & Inquiſitorias, Judiciales & alias ſub qualicunque forma verborum tam tempore vitæ Patris ipſorum, quam poſt obitum eorumdem hactenus confectas exceptis dictis literalibus Inſtrumentis ipſum primarium contractum declarantibus, exnunc coram nobis caſſatas & frivolas relinquerent viribus penitus carituras, præſcriptum autem Litterale Inſtrumentum ſuper contento ipſius poſſeſſionis B. quo ſupra confectum idem filii P. in die ipſius totalis ſolutionis eisdem filiis S. in ſpecie reſtituere vel ſimili modo viribus caritur. dimittere aſſumpſerunt quod ſi hoc facere non curarent, ex tunc omnibus præmiſſis peractis, & rite perfectis dictum Inſtrumentum vanum caſſum & frivolum haberetur, & amplius nociturum eſſet exhibitoribus ſuis. Quæ quidem etiam partes voluerunt & ſponte fieri permiſerunt, quod dicta ſolutio, & ipſius poſſeſſionis reſignatio nullos alios poterit, quam hic coram nobis fieri valeat quoquomodo: Ad quæ præmiſſa, & præmiſſorum ſingula faciend. eædem partes ſe ſpontanea coram nobis obligarunt voluntate. Datum. Et ſic de talibus formis majoribus conpoſitionalibus ſimiliter dicta ſufficiant, quamvis tamen plura poſſemus ſcribere de eisdem ac tamen Notarius applice: ſenſum ſuum ad easdem loco & tempore ad id opportunis. Ubi etiam eſt notandum, quod in omnibus talibus formis Conpoſitionalibus partes ſemper in recto caſu, in formis autem Expeditoriis ut eſt dictum in Ablativo ſunt ſcribendæ. Et ſequitur alia forma.

Digitized by Google

Secuntur formæ Literarum Expeditoriarum quæ minores Expeditoriæ vocantur & juxta continentiam.

105. Nos Capitulum Ecclefiæ Agrien. Vel Præpofitus & Conventus talis Loci damus pro memoria, quod cum juxta continentiam priorum Literarum noftrarum Conpofitionalium, & Obligatoriarum C. f. D. de tali E. f. F. in talibus Octavis talis feſti tot Marcas perſolvere coram nobis plene & integre debuiſſet, adveniente ipſo termino G. f. H. procurator dicti C. filii D. ex eisdem quindecim Marcis memorato E. f. F. perſolvit coram nobis novem Marcas. Solutionem vero aliarum ſex Marcarum idem E. f. F. ad inſtantem petitionem quorundam proborum virorum ſponte & benivole diſtulit ad terminum ſecundæ ſolutionis, quas tunc idem C. f. D. præallegato E. f. F. tenebitur ſolvere XX. Marcas cum una ſub pœna in eisdem prioribus Literis noſtris infra ſpecificata. Vel ſic: adveniente ipſo termino prædictus C. f. D. pro quantitate pecuniæ in tribus terminis coram nobis perſolvendæ quandam portionem ſuam poſſeſſionariam in poſſeſſione taliter vocata in Comitatu tali exiſtentem & habitam & tali titulo ipſum ut dicebat contingentem cum ſuis utilitatibus quibuslibet & pertinentiis ac ſub metis & limitationibus quibus ipſe & ſui Prædeceſſores bactenus eandem poſſediſſent dedit & aſſignavit ſæpe dicto E. f. F. & ſuis heredibus perhempnaliter poſſidend. quam quidem portionem poſſeſſionariam prætactus E. f. F. ad ſe recipien. prætaxatum C. f. D. & ſuos heredes ſuper dictis Marcis & totali requiſitione reddidit & relinquit coram nobis prorſus & per omnia expeditos pariter & quietos teſtimonio &c. Omnes literas ſuas ſub qualicunque forma verborum, usque ad hodiernum diem datarum præſentium adverſus dictum C. f. D. confectas & manatas caſſas & frivolas, ac viribus penitus carituras reddidit coram nobis.

Secuntur formæ obmissionales, de quibus formis in ſuperiori tractatu aliqualiter eſt tractatum.

106. Nos Capitulum &c. vel Præpofitus & Conventus talis loci, damus pro memoria, quod cum juxta continentiam priorum Literarum noſtrarum Conpoſitionalium, & Obligatoriarum. Vel ſic: quod cum juxta continentiam Literarum Domini Regis, vel Dominæ Reginæ, vel Magnifici Viri Comitis P. Judicis curiæ Domini Regis vel D. Palatini, vel Domini Thomæ Vajvodæ Transſylvan. vel Domini N. Bani totius Sclavoniæ C. f. D. de tali E. f. F. de tali in Octavis talibus talis feſti coram nobis tot Marcas groſſorum talis conputi ſolvere debuiſſet, adveniente ipſo termino memoratus C. f. D. neque venit, neque miſit ad ipſam ſolutionem faciendam per eundem E. f. F. legitime expectatus. Datum. Vel ſic: Adveniente ipſo termino præ-

Digitized by Google

dictus C. f. D. perſonaliter coram nobis conparen. dicebat, quod quia ipſe unde annotatam quantitatem pecuniæ in promptis groſſis eidem E. f. F. ſolveret ad præſens facultatem non haberet. Ideo ipſe poſſeſſionem ſuam taliter vocatam in tali Comitatu ut dicitur exiſtentem & tali titulo ipſum contingentem pro expeditione ſua prælibato E. f. F. dare & aſſignare, ac perpetuare præſto eſſet & paratus; imo coram nobis ſibi perpetuabat aliis literis noſtris mediantibus, ſed dictus E. f. F. recipere noluit poſſeſſionem ſupradictam aſſeren. quod ipſe ex tenore literarum ſuarum nollet exire quoquomodo. Datum. Vel ſic: Adveniente ipſo termino annotatus C. f. D. dictam quantitatem pecuniæ tot Marcas depoſuit coram nobis omnino in denariis condam Michich Bani totius Sclavoniæ. Vel sic in Ciphis & in Scultellis argenteis, ac Baltheis quas quidem Dominus ipſius Michich Bani memoratus E. f. F. absque conbuſtione & alia probatione. Vel ſic: memoratos Ciphos, & Scultellas argentheas ac baltheos absque menſuratione vel aliquali probatione noluit recipere, nec literas noſtras Expeditorias dare permiſit E. prænotato. Et ſic ipſæ partes annotatam pecuniam ſub Sigillis ſuis aput nos depoſita Curiam Regiam pro tali certamine receſſerunt, adhoc ut ipſi finem debitum in eadem Curia Regia ſortiri poſſent ſuper certamine prænotato. Datum. Vel ſic: Adveniente ipſo termino annotatus quidem C. f. D. perſonaliter conparuit coram nobis, ſed ſolutionem nullam fecit E. f. F. prænotato quamvis tamen idem C. f. D. quasdam frivolas cautelas fingebat, & prætendebat, quæ negotium ſuum in nullo ſublevabant in hac parte. Datum. Et ſic de iſtis formis dicta ſufficiant. &c.

Secuntur formæ Contractuales utpote ſuper venditione & emptione rerum ſpecificatarum.

107. Nos Capitulum Eccleſiæ &c. damus vel ſignificamus, vel: Nos Præpoſitus & Conventus talis loci &c. quod C. f. D. de tali ex una, & E. f. F. de tali parte ab altera coram nobis perſonaliter conſtituti per eundem C. f. D. propoſitum extitit, & relatum miniſterio, vivæ vocis quod ipſe quendam fundum ſuum ſive locum ſeſſionalem in eadem Civitate taliter in contractu filiali condam Nobilium Dominarum Aviæ & Matris ipſorum quas ipſæ debito Jure naturæ de hujus Regni Conſuetudine de univerſis poſſeſſionibus & portionibus poſſeſſionariis ac rebus dicti E. f. F. ubilibet exiſtentibus & quocunque nomine vocitatis requirere potuiſſent & rehabere ipſum E. f. F. & ſuos herede s reddidiſſent, & relinquiſſent & coram nobis relinquerunt prorſus & per omnia expeditos pariter & quietos teſtimonio præſentium literarum noſtrarum & auctoritate. e converſo autem prætactus E. f. F. ſimiliter perſonaliter, quo ſupra coram nobis conparen. annotatam poſſeſſionem talem cum ſuis utilitatibus quibuslibet,

Digitized by Google

& pertinentiis, ac ſub ſuis antiquis metis, ſub quibus ipſe & Prædeceſſores ſui usque ad hæc tempora habuiſſent & poſſediſſent, ex nunc coram nobis perpetuavit A. & C. proximis ſuis ac eorum heredibus irrevocabiliter posſidend. nullum Jus, nullumve dominium amplius pro ſe in eadem reſervando, aſſumpſit etiam prætactus E. f. F. quod ſi ipſum Deo ſic volente absque maſculini Sexus heredum ſolatio decedere contigerit, extunc univerſæ poſſeſſiones & portiones poſſeſſionariæ, excepta duntaxat unica poſſeſſione ſua, vel portione poſſeſſionaria taliter vocata, in tali Comitatu exiſtente ſimiliter in Jus & proprietatem memoratorum A. & C. ſuorum heredum remanere deberent posſidendæ. Sed præallegatam poſſeſſionem ſuam taliter vocatam ſimili modo cum ſuis utilitatibus quibuslibet & pertinentiis duabus Nobilibus filiabus ſuis adhuc innuptis taliter vocatis & per easdem maritis ipſarum relinquiſſet, imo coram nobis relinquit perempnaliter posſidend. in filios filiorum ſuorum & heredes. Ubi ſæpe dicti A. & C. in facto legationis & donationis præſcriptæ poſſeſſionis talis conſenſum præbuerunt & aſſenſum præſentes autem &c. Datum.

NB. *Hoc loco 1/3 & una integra pagina in MS. vacua & alba mansit.*

Item alia forma ad eandem Materiam dependens.

108. Nos Capitulum Eccleſiæ &c. vel: Nos Præpoſitus, & Conventus talis loci, damus, vel ſignificamus &c. quod C. f. D. perſonaliter pro ſe cum literis Procuratoriis Serenisſimi Principis Domini noſtri Regis L. ad infra ſcripta ſpecialiter confectis pro G. & H. fratribus ſuis ex una & I. f. K. parte ab altera coram nobis perſonaliter conſtituti dixerunt & puplice ſunt confeſſi, quod licet in cauſis diverſis quæ inter ipſos contingiſſent usque modo ſpecialiter prætextu mortis Anthonii filii ejusdem D. ac percuſſionis Nobilis Dominæ Relictæ ipſius D. nec non conbuſtionis domorum interfectionis duorum conditionalium prætaxatorum filiorum D. coram diverſis Juſtitiariis Regni Lis & contentio mota fuiſſet inter ipſos hucusque & exorta, tamen ut omnis litis diſſentionis ac contentionis materia de medio ipſorum evelleretur, & per omnia ſuccideretur, ipſique & eorum heredes a modo & deinceps æterno pacis favore inter ſe amplexari valeant & gratulari propter bonum pacis & concordiæ unionem, interveniente etiam ordinatione &c. taliter inter ſe concordaſſent, & concordaverunt coram nobis, quod prætaxatus I. f. K. pro omnimoda expeditione ſua, & interfectionis nec non aliarum quarumlibet injuriarum & dampnorum perpetratione quandam poſſeſſionem ſuam taliter vocatam, in tali Comitatu ut dicitur exiſtentem acquietionis titulo ad ipſum & ſuos Progenitores devolutam cum ſuis utilitatibus quibusli-

Digitized by Google

bet & pertinentiis, ac ſub metis, & metarum infra declarandarum diſtinctionibus dediſſet & contuliſſet, ac coram nobis dedit & contulit prænominatis filiis D. & eorum heredibus heredumque ſuorum Succeſſoribus perpetuo poſſidendam tenendam pariter & habendam, nullum jus &c. ut ſupra. E converſo vero prælibati filii D. ſuper dicta poſſeſſione ſufficienter contenti memoratum I. f. K. & ſuos heredes nec non quoslibet ad ipſum pertinentes ſuper omnibus præmiſſis injuriofis factis utpote interfectione & percuſſione Nobilis Dominæ Matris conbuſtione domorum & dimembratione ac morte quorundam duorum conditionalium ſuorum & generaliter dicendo ſuper quibuslibet dampnis & illicitis factis exinde contingentibus reddidiſſent & relinquiſſent, ac coram nobis relinquerunt prorſus & per omnia expeditos pariter & quietos teſtimonio præſentium &c. Inſuper obligaverunt ſe dictæ partes & ſuos heredes ab omnibus ratione ipſius poſſeſſionis & dictarum injuriarum proceſſu temporis inquietare nitentibus ſe ſe communiter & alternatim ſemper & ubique defendere & expedire debere laboribus ipſorum propriis fatigis & expenſis præſentes autem. Datum. Et ſi de talibus materiis plures formæ fieri contigerit Notarius intentum ſuum applicet, ad has formas quomodo ſcribat alias ſequentes ſtilo conpendioſo. Et ſic de talibus formis dicta ſufficiant. &c.

Sécuntur formæ Impignoratione quæ ſæpe fieri contingunt in locis teſtimonialibus.

109. Nos Capitulum &c. vel: Nos Præpoſitus & Conventus talis loci, damus &c. vel ſignificamus quod C. f. D. de tali ex una & E. f. F. de tali parte ab altera coram nobis perſonaliter conſtituti per eundem C. f. D. propoſitum extitit & relatum miniſterio vivæ vocis, quod ipſe quandam poſſeſſionem ſuam taliter vocatam in tali Comitatu ut dicitur exiſtentem titulo tali ipſum contingentem cum ſuis utilitatibus quibuslibet & pertinentiis pro evitandis quibusdam neceſſitatibus ſuis ipſos ad præſens urgen. a præſentibus Octavis talis feſti jam præteriti, usque ad tertiam revolutionem annualem, vel quartam vel quintam &c. pro tot marcis groſſorum talis conputi coram nobis redimendam pignori obligaſſet, impignoravit coram nobis iſto modo quod quandocunque ipſe eandem poſſeſſionem ſuam pro prædicta quantitate pecuniæ omnino in promptis redimere poſſit, & valeat dictus E. f. F. rehabita ſua pecunia ſibi reſignare teneretur poſſeſſionem ſuam ſupradictam. Vel ſic: Et coram nobis impignoravit talimodo quod quandocunque ipſe memoratam poſſeſſionem ſuam talem, infra dictam revolutionem tertiam annualem, vel etiam eodem limitato tempore a præfato E. f. F. redimere poſſit dictus E. f. F. ſua pecunia rehabita, eandem ſibi tanquam Jus ſuum qualibet occaſione relegata

Digitized by Google

reſignore teneretur. Si vero ipſe dictam poſſeſſionem ſuam infra ipſum limitatum tempus redimere non poſſet, vel non curaret, ex tunc poſtmodum non aliter niſi cum pœna duppli dicti principalis debiti ab eodem E. f. F. redimendi haberet facultatem.

110. Vel ſic: impignoravit coram nobis, quod nec ipſe, nec ſui heredes Nobiles de ſua generatione præfatam poſſeſſionem ſuam taliter vocatam usque ad dictam tertiam revolutionem annualem ab eodem E. f. F. redimendi haberet facultatem, ſed transacto dicto limitato termino, & ipſe & ſui heredes pro annotata dicta quantitate pecuniæ, tot Marcarum infra quartam revolutionem annualem tunc ſequentem ab ipſo E. f. F. redimere valeant poſſeſſionem prænotatam, hoc non prætermiſſo, quod ſi ipſe, vel ſui proximi prætaxatam poſſeſſionem infra dictam quartam revolutionem annualem redimere non valerent, ex tunc poſt modum prælibata poſſeſſio cum ſuis utilitatibus & pertinentiis pro eadem quantitate pecuniæ tot Marcarum aput tandem E. f. F. perhempnaliter remaneret poſſidenda. Nos itaque tandem abſente C. f. D. tanquam præſente mediantibus aliis literis noſtris ſtabiliti tenoris annotato E. f. F. perpetuandi haberemus facultatem. Inſuper obligavit ſe memoratus C. f. D. & heredes ſuos prætactum E. f. F. & ipſius poſteritates ab omnibus ratione dictæ poſſeſſionis usque ad tempus redemptionis ejusdem inquietare volentibus, ſeu nitentibus ſemper & ubique &c. Datum &c. . Et quia iſta forma communis eſt pro omnibus aliis rebus impignorandis, utpote locis ſeſſionalibus vineis, pratis, terris arabilibus & ceteris. Ideo dicta ſufficiant de eisdem ex eo, quia prudens Notarius applicare poterit ſenſum ſuum per iſtam formam ad plures alias formas tempore & loco ad id opportunis &c.

Sequitur breviter forma Mutuationis, quando res per unam perſonam mutuantur alteri.

111. Nos Capitulum &c. damus, vel, ſignificamus, quod A. filius B. de tali, in noſtri præſentia perſonaliter conparendo præſente & audiente C. f. D. de tali, dixit & puplice eſt confeſſus, quod ipſe pro ſublevandis quibusdam neceſſitatibus ſuis ipſum ad præſens urgentibus, ab eodem C. f. D. tot Marcas groſſorum talis conputi ſub nomine mutui recepiſſet, quam quidem quantitatem pecuniæ ipſe in promptis groſſis aſſumpſit reddere, & coram nobis aſſumpſit C. f. D. in Octavis talis feſti jam venturis dupplum incurſurus ſi ipſe dictum terminum præteriret in ſolvendo principale debitum prænotatum. Ad quod ſe faciendum prætactus A. f. B. ſpontanea coram nobis obligavit voluntate. Datum.

Digitized by Google

Item alia forma ad eandem materiam.

112. Nos Capitulum, vel: Præpolitus & Conventus talis Loci damus &c. quod A. f. B. de tali in noſtri præſentia præſentia perſonaliter comparendo dixit & puplice eſt confeſſus, quod ipſe a C. f. D. de T. tunc ſimiliter coram nobis perſonaliter conparente pro ſublevandis & repellendis quibusdam necesſitatibus ſuis ipſum ad præſens urgentibus tot Marcas groſſorum talis conputi ſub nomine mutui recepiſſet, quam quidem quantitatem pecuniæ in Octavis talis feſti aſſumpſit reddere prætacto C. f. D. creditori ſuo, exnunc noſtri in præſentia aſſumpſit ſpontanea ſua voluntate omnino in promptis groſſis coram nobis tali pœna interjecta, quod ſi ipſe dictam quantitatem pecuniæ in præfatis Octavis annotato Creditori ſuo reddere non curaret, vel non poſſet extunc poſtmodum cum pœna dupli ſolvere teneretur ipſum principale debitum Creditori ſuo ſupradicto. Interim autem locus ſuus Seſſionalis in tali vico in eadem Civitate taliter inter Seſſiones P. & Q. adjacen. Vel ſic: interim autem Vinea ſua in territorio tali, inter vineas talium ut refertur habita apud eundem C. f. D. ſtare deberet ſub foedere Impignorationis. Retulit etiam nobis A. f. B. prænotatus, quod ſi ipſe dictum terminum in ſolvendo qua ſupra præteriret, extunc & onus Principalis debiti in pœna triplici acreſceret ad vineam ſuam prænotatam. Ad quod ſe faciendum prætactus C. f. D. coram nobis obligavit juxta libitum ſuæ voluntatis. Datum &c.

Secuntur formæ Remutuationis quando poſſeſſiones impignoratæ aut res mutuatæ remutuantur & reſtituuntur.

113. Nos Capitulum &c. damus, vel, ſignificamus &c. quod cum juxta continentiam priorum literarum noſtrarum obligatoriarum A. f. B. de tali, A. C. D. de tali poſſeſſionem ſuam taliter vocatam pro tot Marcis groſſorum nuperrime noſtri in præſentia impignoratam in talibus Octavis talis feſti, pro eisdem tot Marcis coram nobis redimere debuiſſet, adveniente ipſo termino A. f. B. memoratas tot Marcas perſolvit coram nobis eidem Creditori ſuo plene & integre. Qua quidem pecunia ſua dictus C. f. D. ad ſe recepta memoratam poſſeſſionem talem eidem A. f. B. ut ſuum Jus reſtituit & reſignavit coram nobis. Datum.

Item alia forma quaſi ad eandem dependens.

114. Nos Capitulum &c. damus, vel. ſignificamus, quod cum juxta continentiam priorum literarum noſtrarum A. f. B. de tali, C filio D. de tali tot Marcas groſſorum vel denarior. vel florenor. pridie ſub pœnis in eisdem literis noſtris expreſſis noſtri in præſentia mutuatis in talibus Octavis, talis feſti coram nobis reſtituere debuiſſet,

Digitized by Google

Adveniente ipſo termino dictus A. f. B. prætactas tot Marcas groſſorum perſolvit coram nobis Creditori ſuo prænotato, dictus autem C. Creditor ſuus quandam vineam ſuam tunc ſub fœdere Impignorationis pro rato, atque memoria conmiſſam reſignavit coram nobis Debitori ſuo ſupra dicto. Datum &c. Et ſic de talibus formis dicta ſufficiant &c. Sequuntur alia.

Secuntur formæ quando committuntur poſſessiones ad tuend.

115. Nos Capitulum &c. damus, vel, ſignifiuamus, &c. quod quia nos quandam poſſeſſionem noſtram taliter vocatam in tali Comitatu juxta fluvium talem exiſtentem, nunc habitatoribus deſtitutam propter nimiam localem diſtantiam, a multis temporibus retroactis huc usque procurare, & dictis habitatoribus decarere non voluiſſemus bono quoquomodo. Igitur nos pari & de voluntate unanimi prætaxatam poſſeſſionem noſtram, cum ſuis utilitatibus quibuslibet & pertinentiis, ac ſub metis antiquis & limitationibus ſub quibus nos & noſtri Prædeceſſores eandem habuiſſemus & poſſediſſemus, conmiſimus & locavimus Magiſtro A. filio B. dictas utilitates jam dictæ poſſeſſionis a modo & deinceps recipiendi & in ſuos uſus convertendi habeat facultatem, teſtimonio præſentium literarum noſtrarum & Auctoritate. Sed nobis ſingulis Annis, ſingulas tot Marcas pro Cenſu Annuali, & pro collectis dare debeat & teneatur. Datum &c.

Item alia forma ad eandem Materiam.

116. Nos Capitulum &c. damus, vel, ſignificamus, &c. quod A. f. B. de tali ex una, & C. f. D. de tali parte ab altera coram nobis perſonaliter conſtituti per eundem A. f. B. propoſitum extitit & relatum oraculo vivæ vocis. Quod quia ipſe nimia oppreſſus inopia, & maxime pro eo, quia æmuli ſui adverſarii fratrum ſuorum in ſingulis horis, & fere cunctis temporibus in mortem ſuam ambularent, volens ſibi & vitæ ſuæ conſulere & providere a periculo inminenti ad partes Transſylvanas pro acquiſitione victus ſui corporis ſe cum tota familia ſua transferri debere diſpoſuiſſet. Ideo mature ſecum ſuper hoc deliberan. præfatam poſſeſſionem ſuam taliter vocatam in tali Comitatu ut dicitur exiſtentem cum ſuis utilitatibus quibuslibet & pertinentiis conmiſit Magiſtro E. f. F. proximo ſuo ad conſervandum protegendum & populis decorandum usque ad tempus ſuæ reverſionis, vel tamdiu quousque ipſe vel filii ſui reverſus in faciem prætactæ poſſeſſionis ipſorum proſpere redire poſſent cauſa conmorandi, addicendo & ſponte conmittendo quod idem Magiſter E. f. F. a Jobagionibus ſuis ad eandem poſſeſſionem ſuam congregandis & nunc in ipſa conmorantibus moderatam collectam & victualia

ſicut

Digitized by Google

ſicut a ſuis propriis Jobagionibus recipiendi utilitatesque ipſius poſſeſſionis in ſuos uſus convertendi haberet facultatem. Et cum ipſe vel filii ſui ad eandem redirent, prælibatus Magiſter E. f. F. ipſam ſibi non pejerando ſed meliorando reſignare deberet qualibet occaſione relegata, ad quod ſe faciendum ſæpe dictus E. f. F. ſpontanea coram nobis obligavit voluntate. Datum &c.

Item alia forma similiter de eadem materia.

117. Nos Capitulum &c. Damus &c. quod A. f. B. de tali ad noſtram perſonaliter acceden. præſentiam propoſuit viva voce, quod quia ipſe quandam poſſeſſionem ſuam taliter vocatam nunc vacuam in tali Comitatu exiſtentem propter remotam diſtantiam procurare & protegere non valeret bono modo. Ideo ipſe mature ſuper hoc ſecum deliberando, eandem poſſeſſionem ſuam cum ſuis utilitatibus quibuslibet & pertinentiis ſpecialiterque cum tot Piſcinus & Sylvis ac Nemoribus ad eandem ſpectantibus a præſenti feſto talis feſti, (Sancti) usque ad quintam revolutionem annualem ejusdem feſti vel tertiam aut quartam &c. locaſſet & conmiſiſſet, imo coram nobis locavit & conmiſit C. f. D. & E. f. F. Nobilibus de tali vicinis ſuis ad tuendum tenendum & protegendum tali conditione interjecta, quod idem C. f. D. vicini ſui univerſos uſus fructus, & utilitates dictæ poſſeſſionis tam in piſcaturis, quam in Agriculturis, & in deferendis lignorum & virgarum de ſilvis percipere, per ſuos Jobbagiones percipi facere deberent infra limitatum tempus ſupradictum. Sed tamen prætaxati vicini ſui ex eadem poſſeſſione ſua & de dictis utilitatibus eidem ſingulis annis ſingulos tot flor. in feſto beati Jacobi Apoſtoli vel craſtino ejusdem, & ſemper coram nobis ſolvere tenentur. . Qui quidem E. f. F. & C. f. D. ſimiliter perſonaliter coram nobis conparentes hoc facere aſſuinpſerunt ſub conditionibus prænotatis ſe ſimiliter coram nobis ſpontanea obligaverunt voluntate ſeu obligantes. Et ſic dicta de talibus formis ſufficiant.

Secuntur formæ ſuper locatione decimarum & Primo Capituli, Secundo Epiſcopi & Vicarii.

118. Nos Capitulum &c. ſignificamus &c. quod nos Decimas noſtras de Comitatu. Vel ſic: de Diſtrictu tali vel talis Cultelli Anno in præſenti nobis provenientes a majoribus usque ad minuta pari & de voluntate unanimi dedimus & locavimus discreto viro Magiſtro A. Sacerd. & Concanonico noſtro ipſo ſponte a nobis conducenti pro tot Marcis groſſorum noſtri computi. Vel ſic: pro tot Marcis groſſorum quamlibet Marcam cum tot groſis conputan. Quamquidem quantitatem pecuniæ idem A. ſocius noſter aſſumpſit nobis ſolvere in terminis infra declarandis videlicet tot Marcas ſolvet in tali feſto jam ven-

Digitized by Google

turo, item tot Marcas in Octavis T. ſupſequentibus ſemper dupplum incurſurus, ſi aliquem dictorum terminorum obmitteret in ſolvendo, pecuniam vero nobis perſolvendam in dictis terminis iuxta antiquam conſuetudinem ejusdem Eccleſiæ noſtræ ſemper ad communitatem deferre, & unicuique noſtrum portionem ſuam diſtribuere teneretur.

Item alia forma de eadem materia quando conducens obligabit ſe per literas ſuas Capitulo ex adverso.

119. Nos Magiſter A. f. B. de tali & Comes Eccleſiæ T. Tenore præſentium declaramus quibus expedit memoriæ commendantes, quod ab Honorabilibus viris Dominis Canonicis Capitul. prædictæ Eccleſiæ T. Sancti ſociis & Concanonicis noſtris Decimas ipſorum de T. Comitatu anno in præſenti ipſis provenientes a majoribus usque ad minuta absque quarta præpoſitali. Vel ſic: ſimul cum quarta præpoſitali mature ſuper hoc cum eisdem deliberan. conduximus pro tot Marcis groſſorum, quamlibet Marcam cum tot groſis conputando. Quamquidem quantitatem pecuniæ nos aſſumpſimus eisdem ſociis noſtris dare & ſolvere in tribus terminis infra ſcriptis videlicet tot Marcas in tali feſto &c. ut ſupra tali pœna mediante, quod ſi primos duos terminos obmitteremus inſolven. ſemper cum duplo ſolvere teneremur, & ſi ultimum ſolvere negligeremus extunc vinculum præſcripti Juramenti & Sententiam exconmunicationis quam exnunc Venerabilis in Chriſto Pater Dominus T. Epiſcopus Ds. & Prælatus noſter & ſecus factum fuerit in præmiſſis in ſcriptis tulit contra nos incideremus eo facto ad quod nos teſtimonio præſentium literarum noſtrarum ſpontanea obligamus voluntate. Datum.

Item alia forma, de eadem materia quæ dicitur missilis vel Epiſtolaris.

120. Viris discretis Nobilibus & honeſtis Dominis & Amicis eorum Reverendis Magiſtro A. f. B. Comiti de tali Comitatu & Judlium, ac aliis Nobilibus & Ignobilibus dicti Comitatus nec non univerſis Eccleſiarum Rectoribus ſimiliter in eodem Comitatu conmoran. Capitulum Eccleſiæ T. ſinceræ amicitiæ & honoris continuum incrementum. Cum nos decimas noſtras Anno in præſenti a vobis & prædicto Comitatu more ſolito nobis provenire debentes pari & de voluntate unanimi diſcretis Viris C. & D. ſociis & Concanonicis noſtris. Vel ſic: C. Archidiacono de tali & de ſociis, & Con-Canonicis noſtris. Vel ſic: D. & C. Præbendariis chori noſtri colligendas procurandas, & exigendas commiſimus eisdem, & eosdem noſtros Decimatores. Igitur veſtræ nobilitatis & diſcretionis Amicitiam, de qua plurimum confidimus, petimus diligenter & attente per præſentes, quatinus pro amore S. Johannis, vel Sancti T. Patroni noſtri, & pro ſi-

Digitized by Google

delisfimis ſervitiis noſtris vobis impensis & impendendis dum & quotiens prætaxati Decimatores noſtri vel alter ipſorum aut nuncii eorum præſentium Exhibitor. ad vos, ſeu ad quemcunque veſtrum venerint eosdem veſtri gratia honorifice aſſumpmatis & favorabiliter pertractetis, annotatas decimas noſtras ipſis perſolventes, & perſolvi facientes plene & integre. Et aliud ſicut de veſtra Nobilitate & discretione confidimus in præmisſis non facturi, ne coram Deo anima canentium & organa ſuavis ſonoris pro neglectione ſolutionis decimarum in ipſa Ecclesia conticeſſat, id eſt ceſſet vel deficiat. Datum &c.

Item forma Epiſcopalis de eadem materia.

121. Nos N. Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Ecclesiæ T. Vel sic: Divina miſeratione Epiſcopus T. Loci ſignificamus &c. quod cum nos pridie per fratres noſtros de honorabili Capitulo dictæ Eccleſiæ in medio ipſorum vocati accessiſſemus. Tandem A. & B. ſocii & Concanonici eorundem dixerunt & puplice confessi ſunt coram nobis, quod ipſi Decimas prætaxatorum fratrum noſtrorum & ſociorum ſuorum de tali Comitatu anno in præſenti eisdem provenientes, a majoribus usque ad minuta pro tot marcis groſſorum, quamlibet Marcam cum tot groſsis conputan. ab ipſis conduxiſſent, eandemque quantitatem pecuniæ in tribus terminis infraſcriptis utpote tot marcas in tali feſto jam venturo, item tot marcas in talibus Octavis talis feſti ſubſequen. ſolvere aſſumpſiſſent coram nobis fratribus noſtris ſupradictis ſemper duplum incurſuri ſi aliquem dictorum terminorum obmitterent inſolvendo, & inſuper Sententiam exconmunicationis quam nos in eosdem conmuniter & divilim ex nunc in aliis ſcriptis ferimus incurrerent eo facto. Ad quod ſe faciendum idem A. & B. Canonici ſpontanea coram nobis obligaverunt voluntate. Datum.

Item alia Epiſcopalis quæ ſimiliter missilis dicitur.

122. Nicolaus Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Eccleſiæ T. viris Nobilibus & honeſtis ac Eccleſiarum Sacerdotibus, nec non aliis cujusvis Status & conditionis hominibus in T. Comitatu conmoran. dilectis ſibi in Chriſto filiis Salutem cum paterna benedictione. Cum diſcreti viri fratres noſtri de Capitulo dictæ Eccleſiæ noſtræ decimas ipſorum de eodem Comitatu T. & ex parte veſtri anno in præſenti ipſis provenientes a majoribus usque ad minuta A. & B. Sociis & Concanonicis ipſorum coram nobis colligere, exigere & per omnia procurare conmiſerint, easque quia A. & B. ingerens Procuratores earundem decimarum in ſolvend. præfecerint. Igitur veſtræ nobilitatis amicitiam, de qua plurimum confidimus, petimus, monemus, & exortamur diligenter per præſentes vel Eccleſiarum Sacerdotes in virtute ſanctæ obedien. firmo damus in præcepto, quatinus quando-

Digitized by Google

cunque, & quotienscunque prænominati A. & B. Magiſtri, vel ipſorum nuncii cum præſentibus ad vos, ſeu ad quemcunque veſtrum devenerint ipſos honorifice aſſumalis & tempore dicationis diligenter pertractetis, annotatasque decimas dictorum fratrum noſtrorum plene & integre eisdem perſolventes, & perſolvi facientes. Ita, quod vos DD. Sacerdotes in veſtris Parochiis cum eisdem procedatis Jura ipſorum & veſtra ſtudioſe procurantes, & aliud non facturi in præmiſſis; quia alioquin nos prænominatis Decimatoribus vigore præſentium dedimus auctoritatem citandos citandi, interdicendos interdicendique a Divinis, ſi qui e vobis rebelles fuerint in præmiſſis. Datum &c.

NB. *Hoc loco deeſt in MS. unum folium.*

123. *Item alia forma de eadem materia*, quando Litera Epiſtolaris Vicarii dirigitur ſuper eodem negotio: Magiſter I. Archidiaconus de tali, Vicariusque Venerabilis in Chriſto Patris Domini N. Dei &c. gratia Epiſcopi Eccleſiæ T. in Spiritualibus generalis Nobilibus viris & honeſtis. Item quibuslibet Eccleſiarum Sacerdotibus, ac aliis cujusvis Status & conditionis hominibus in tali Comitatu conmoran. Amicis ſuis Reverendis mutuam in Domino charitatem cum Salute. Cum viri diſcreti & honeſti ſocii & Concanonici noſtri de Capitulo ejusdem Eccleſiæ noſtræ T. Decimas ipſorum anno in præſenti de eodem Comitatu tali & ex parte veſtri ipſis more ſolito provenire deben. a majoribus usque ad minuta Magiſtris A. & C. ſociis & Concanonicis ipſorum colligere recipere procurare & exigere conmiſerunt coram nobis. Ob hoc veſtræ nobilitatis & diſcretionis Amicitiam de qua plurimum confidimus &c. ut ſupra. Datum. Quandoque autem ſcribit Vicarius ſolis Sacerdotibus tacendo de Nobilibus, & hoc etiam in eandem materiam. &c.

Item alia forma Collateralis quando aliquis Archidiaconus vel Canonicus deſtinat literas Epiſcopi, aut sui Vicarii.

124. Sacerdotibus & ſuis Capellanis ſibi magiſtrantibus conmoran. Magiſter A. &c. Diſcretis viris Sacerdotibus in Eccleſiis ſeu Capellis ad Magiſtratum talis Archidiaconi vel Cuſtodis vel T. Canonici Deo famulantibus dilectis ſibi kariſimis mutuam in Domino karitatem & bonam voluntatem. Vel ſic: Mutuam in Domino karitatem cum ſalute. Vel ſic: mutuam in Domino Caritatem Amicitia cum ſincera. Noveritis quod idem Dominus A. Cuſtos & Canonicus dictæ Eccleſiæ T. Vel ſic: Quod Magiſter C. ſocius & Concanonicus noſter proventus ſeu redditus ſuos magiſtrales de dictis Eccleſiis & Capellis veſtris Anno in præſenti ſibi ratione ſuæ Cuſtodiæ provenire debentes C. f. D. proximo ſuo præſentium exhibitori exi-

Digitized by Google

gere & colligere & procurare commisit coram nobis. Quamobrem petimus monemus & exortamus salubriter per præsentes vobisque singulis singulariter, & universis universaliter in virtute sanctæ obedientiæ & sub pœnis interdicti & excommunicationis firmo damus in præcepto, quatinus dum & quotiens prædictus C. f. D. proximus & Procurator ejusdem Domini A. Custodis. Vel sic: Magistri B. Canonici tempore Exactionis memoratorum proventuum seu redditurum Magistralium ad vos vel ad quemcunque vestrum devenerit ipsum honorifice assumpmatis &c. ut supra. Sciente (scitote) enim pro firmo atque rato, quod quicunque ex vobis in non solvendis dictis proventibus tardi fuerint & rebelles idem C. f. D. tales ad præsentiam ejusdem Domini nostri Episcopi vel nostram citandi & a Divinis prohibendi habeat facultatem, auctoritate per nos sibi commissa in hac parte Datum. & sic de talibus formis dicta sufficiant.

125. *Secuntur formæ super productione testium & depositione Juramentorum* quæ quamvis in Ordine Rubricarum neglecte sunt poni tamen multum necessariæ sunt in locis testimonialibus sæpe fieri contingunt propter quod in Ordine Rubricarum statim post dictas formas decimarum sequi debeant & ponatur.

126. Nos Capitulum, vel, Præpositus & Conventus T. loci damus &c. quod cum juxta continentiam Literarum D. nostri Regis, vel Magnifici viri Comitis P. Judicis Curiæ Domini Regis. Vel sic: Quod cum juxta continentiam Literarum Magnifici viri N. Regni Hungariæ Palatini & Judicis Cumanorum modum & formam Judiciariæ deliberationis ejusdem significantium A. f. B. de tali contra E. f. F. de tali in talibus Octavis talis festi coram nobis testes producere debuisset. Adveniente ipso termino præallegatus A. f. B. suos testes ut debebat juxta Regni consuetudinem produxit coram nobis adversus C. supradictum quorum testium primus C. f. D. de tali respondit isto modo quod prænotatus C. f. D. tali die post tale festum jam præteritum de eadem possessione sua T. armatoriis manibus cum ad se pertinentibus eundo prætaxatum A. f. B. in libera via procedentem spoliasset & equum suum talis coloris tot Marcas valentem ab eodem more latrocinio abstulisset & hoc ipse de domo sua versus talem Civitatem eundo fide vidisset oculata. Item secundus G. f. H. de tali respondit sicut primus quod se de tali villa, in talem possessionem eundo certitudinaliter vidisse asserebat. Item L. f. M. de tali & N. f. Q. de tali P. f. O. de tali. Item E. f. F. de tali & sic de aliis ac alii quam plures testes qui singuli singulariter, & universi universaliter præmissa sic sicuti idem tres primi testes se vidisse asserebant. Et præfatus C. f. D. similiter personaliter coram nobis comparendo productionem ipsorum testium vidit & audivit. Datum in crastino ejusdem testimonialis productionis.

Digitized by Google

127. Juxta quam partem eſt ſciendum quod in productione talium teſtium juxta Hungariæ Regni conſuetudinem, ille qui producit debebit teſtes ſuos coram homine, vel hominibus Capituli, ſeu Conventus ad id deputatos ſtatuere per ordinem & ex illis tres eloquentiores primo facere atteſtari modo ſupra dicto. Et cum dicti tres primi teſtes juxta continentiam Litterarum Actoris reſponderint, tunc ceteri teſtes poſtquam eorum aſtantes levatis manibus & digitis puplica voce acclament ſe ſimiliter ſciviſſe ſicut primi tres teſtes depoſuerunt, ut tamen in hoc Regno ſatis eſt abuſiva & peſſima conſuetudo, quæ tamen nunquam poterit aboleri & deleri ſeu dimitti. Secundo eſt ſciendum quod absque dictis tribus teſtibus & ex aliis Nobilibus tunc in ibi aſtantibus XII. inſeri debent ad literam quorum nomina propria, & etiam patrum ac poſſeſſionum inſeri debent ſine aliqua vacillatione, quod ſi ſecus fieret Litera non valeret & Cauſator conſunderetur, & amitteret ſuam Cauſam &c.

Item forma super depoſitione Juramentali.

128. Nos Capitulum &c. vel, Præpoſitus, damus &c. quod cum juxta continentiam Litterarum Magnifici Viri Comitis P. vel Domini N. Palatini, vel T. Judicis modum & formam Judiciariæ deliberationis ejusdem declarantium A. f. B. de tali contra C. f. D. de tali in talibus Octavis talis feſti Vigeſimo ſe Nobilibus ſibi ſimilibus vel XII. ſe perſonis coram nobis Sacramentum deponere debuiſſet. Adveniente ipſo termino præfatus A. f. B. cum dictis conjuratoribus ſuis videlicet videlicet viginti ſe Nobilibus ſibi ſimilibus contra eundem C. f. D. juravit coram nobis ſuper eo quod ipſe tali die poſt tale feſtum jam præteritum cum ſuis conplicibus ad domum præfati C. f. D. nocturno tempore non accesſiſſet, *nec etiam res.* *)

129. **) *Item forma super facto Depoſitionis Juramenti expeditoria.* Nos Magiſter I. &c. damus &c. quod cum juxta continentiam priorum Literarum Noſtrarum Seriem noſtri Judicii exprimentium, tales & tales Nobiles de tali contra quamdam pauperculam Dominam relictam &c. taliter vocatam in talibus Octavis talis feſti ſexto ſe Nobilibus ſibi ſimilibus coram Nobis Sacramentum deponere debuiſſet, adveniente ipſo termino prætaxati tales cum dictis conjuratoribus ſuis utpote Sexto ſe Nobilibus ſibi ſimilibus juraverunt coram Nobis ſuper eo, quod ipſi dictam Dominam tali die poſt tale feſtum jam præteritum in Villa Vysnica cum Mercimoniis huc in Agriam venire volentem in libera via hoſtiliter & armatis manibus non invaſiſſent, nec ipſam

*) Eſt Cuſtos ſequentis Ternionis deficientis.

**) Præcedens Ternio deſideratur.

Digitized by Google

percussissent, nec etiam Pallium suum & res mercimoniales octo florenos valentes more Latronico ab ipsa abstulissent imo ipsa & cæt. & pfata Domina similiter coram Nobis personaliter comparendo ipsum juramentum vidit & audivit. Nos igitur super depositione jam dicti juramenti per supradictum N. & per eosdem B. & I. depositi sufficienter contenti prælibatos tales super omnibus Acquisitionibus dictæ Mulieris reddimus expeditos pariter & quietos. In cujus rei testimonium præsentibus sig llum nostrum duximus Annectendum. *Vel sic:* Adveniente ipso termino dictæ Partes hinc & inde personaliter comparierunt coram Nobis & licet prætaxati G. f. H. & C. f. K. cum dictis Conjuratoribus suis videlicet sexto se Nobilibus sibi similibus adversus eandem Pauperculam Dominam in eo ut ipsi memoratam Dominam de Villa Vysnica (Uysanto) tali die post tale festum jam præteritum huc in Agriam cum mercimoniis venire volentem in libera via manibus Armatis more latrocinio non invasissent, nec percussissent, nec etiam res suas mercimoniales, octo florenos valentes abstulissent, coram Nobis jurare præsto fuissent, & parati; tamen ante depositionem dicti Juramenti eædem Partes ex nostra permissione propter bonum Pacis & concordiæ unionem per ordinationem Proborum Virorum taliter inter se concordarunt coram Nobis: quod prænominati tales pro omnimoda expeditione Requisitionis dictæ Dominæ assumpserunt dare & solvere in Octavis talibus talis festi jam venturis nostri in præsentia sex florenos Dominæ supradictæ, duplum incursuri, si ipsum terminum obmitterent in solvendo; ad quod se faciendum iidem tales spontanea coram nobis obligaverunt voluntate. Datum. *Vel sic*: Adveniente ipso termino præfata Actrix Domina comparuit coram Nobis; sed dictus G. f. H. & I. fratres cum eisdem Conjuratoribus suis neque venerunt, neque miserunt ad deponendum juramentum supradictum per eandem Dominam legitime expectati coram Nobis. Datum in crastina ipsius &c.

130. *Item alia forma interlocutoria similiter generalis* ex partibus suis necessariis utpote propositione, responsione, interlocutione seu judiciaria seu composita. Nos Magister I. &c. titulus ut supra damus &c. quod quædam paupercula Mulier videlicet uxor A. f. B. hospitis de tali Elena vocata tali die ante tale festum jam præteritum coram Nobis exsurgendo contra eundem A. f. B. legitime citatum nostram judiciariam in figuram proposuit isto modo: Quod idem A. legitimus maritus suus haberetur, ipsaque cum eodem in facie Ecclesiæ matrimonium contraxisset verbo de præsenti; & licet ipsa cum dicto A. f. B. ut legitima cum legitimo a die ejusdem matrimonialis contractionis usque ad terminum Revolutionis annualem pacifice cohabitasset; tamen postmodum idem A. ex instinctu diabolico & timore Dei postposito cum quadam alia vaga muliere subterfugium faciendo ab ea-

Digitized by Google

dem recesſiſſet, & fere ſeptem Annis continue hucusque cum dicta vaga muliere erraviſſet per diverſa loca, ipſam cum ſuis Liberis ſubtectis alienis divagari permittendo. Quo audito dictus A. f. B. reſpondit ex adverſo, quod ipſe cum annotata Actrice Domina nunquam Matrimonium contraxiſſet, nec etiam noſceret & noviſſet, nec etiam cum eadem, ut præmiſſum eſt, cohabitaſſet. Et quia dicta Actrix Mulier ſuam propoſitionem teſtibus humanis, ſpecialiterque cum Domino P. Sacerdote Rectore Eccleſiæ de tali coram quo tunc ipſum Matrimonium exſtitiſſet celebratum, & quo eosdem convixiſſent verbo de præſenti ſe comprobare velle aſſerebat; ideo nos ad noſtram requiſitionem cum Aſſeſſoribus noſtris adm.ſimus interloquentes illo modo: quod annotata Actrix Mulier dictam ſuam propoſitionem cum teſtibus humanis quibus ſolempnius poterit & feſtivius, & quos ipſa juxta formam noſtram judiciariam citando adduceret in talibus Octavis talis feſti jam venturis, coram Nobis ut aſſumpſit, tenebitur comprobare adverſus A. ſupradictum. Et quia præpedicta Domina memoratum A. f. B. in die ipſius teſtimonialis productionis per nos ad judicium ſtatuere debere allegaret; ob hoc nos prædallegatum A. f. B. detineri fecimus, & infra dictum terminum vinculari, ex eo, quia idem A. nullam fidejuſſoriam Cautionem in eis — potuit præſtare vel aliquem fidejuſſorem aſſignare. Datum &c.

131. *Item Alia forma Compositionalis in Loco Productionis Teſtium fienda.* Nos Magiſter I. &c. titulus ut ſupra. Damus &c. quod cum juxta continentiam priorum Literarum noſtrarum modum & formam noſtræ ſententiæ interlocutoriæ declarantium quædam paupercula mulier E. vocata contra A. f. B. hoſpitem de tali ut dicebat maritum ſuum in Octavis talibus talis feſti ſuper eo, quod dictus A. f. B. legitimus maritus ſuus exſtiterit, & quod idem A. cum quadam alia vaga muliere ab ipſa fugitive receſſiſſet ipſam cum liberis ſuis ſub tectis alienis divagari permittendo; quamvis tamen ipſa cum eodem A verbo de præſenti matrimonium contrahendo tribus Annis cohabitaverit, coram nobis teſtes producere debuiſſet, tandem termino ipſius teſtimonialis productionis adveniente, annotata Actrix Domina ſuos teſtes & ſpecialiter Dominum B. Sacerdotem Rectorem Eccleſiæ de tali adduxit ut debebat. Et cum Nos ſecundum formam Eccleſiæ ſciſcitati requiſitionis pariter & examinationis dictorum teſtium fuiſſemus; tandem prælibatus A. f. B. hoc videns & aggravari ſe ſentiens non coactus, nec per quempiam compulſus confeſſus exſtitit coram Nobis, quod dicta Actrix Mulier E. vocata ſua legitima Uxor fuiſſet, & haberetur, & nunc eandem reducere præſto eſſet & paratus, nos igitur his auditis juramentoria cautione de ſervatione ipſius Actricis Mulieris ab eodem A. f. B. memoratam mulierem ut ſuam legitimam reſtituimus A. ſupradicto ſalutarem nihilominus pœnam

Digitized by Google

nam eidem A. adhibentes ſuper præmiſſa exercita ambulatione ſua & divagatione. In cujus rei teſtimonium præſentibus Sigillum noſtrum duximus annectend... Datum &c. *Vel ſic:* Adveniente ipſo termino dicta Actrix mulier ſuos teſtes ſicut tenebatur adduxit coram nobis; qui quidem teſtes, ſpecialiterque prænotatus P. Sacerdos Rector Eccleſiæ de tali tacto Codice S. Evangelii de dicenda veritate communiter jurati & per nos ſingulariter requiſiti reſponderunt iſto modo, quod annotatus A. f. B. ipſam Actricem mulierem coram facie Eccleſiæ ipſis præſentibus & videntibus in ſuam legitimam recepiſſet Uxorem, & cum eadem matrimonium contraxiſſet; ſed poſtmodum utrique ipſorum de eadem Villa alias receſsiſſent cauſa commorandi. Nos igitur Aſſertionibus dictorum teſtium ſic auditis quia prænominatus A. f. B. nec contra perſonas nec etiam dicta eorundem teſtium aliquam de jure facere poterat exceptionem eandem Actricem Mulierem tanquam ſuam legitimam, recepta, nihilominus prius ab ipſo de ſervatione ſuæ vitæ ejusdem Dominæ cautione juratoria, reſtituimus A. f. B. ſupradicto, ſalutarem tamen pœnitentiam ut ſupra. Datum. &c.

132. *Item forma interlocutoria quando mulier per Virum ſuum accuſatur* de impotentia, ut infra declarabitur. Nos Magiſter I. Archidiaconus ſignificamus &c. vel damus &c. quod A. f. B. filii C. hoſpes de tali in Octavis talibus talis feſti de medio aliorum Cauſatorum coram nobis litigantium exurgendo, contra D. f. E. Jobagionem Nobilis Viri D. f. E. de tali legitime ad cauſam attractum noſtra judiciaria in figura propoſuit iſto modo; quod licet ipſe punctum, & horam juvenalis Aetatis attingendo & E. filiam dicti G. f. F. ex inſtinctu & perſuaſione quorundam proximorum ſuorum coram facie Eccleſiæ verbo de præſenti in ſuam legitimam uxorem adduxiſſet, & cum eadem ſatis ad bonam horam commoratus exſtitiſſet & converſatus, tamen quia prædicta talis mulier ſi dici poterit, ſibi reddere thori Debitum nequiviſſet & nequiret, nec ipſe dictam mulierem adhuc carnaliter cognoviſſet, ipſam in pudico membro arctam fore aſſerendo imo ipſe pro tali impedimento ſibi ex parte mulieris per nos Canonice Divortium celebrari poſtulabat, quo audito prædictos D. f. E. ad Cauſam Attractus per Nos ſe reſpondere debere & eandem filiam ſuam coram dicto Domino noſtro Epiſcopo vel Nobis in propria Sua Perſona ſtatui debere ulteriorem terminum poſtulabat ad hoc, ut ipſe ſuper tam ardua cauſa interim cum proximis ſuis aliquem tractatum habere poſſit & valeat. Nos igitur legitimis & congruis poſtulationibus ejusdem talis F. talis ac juſtitiæ annuentes diem Cænæ domini jam venturum coram Nobis comparendi & eidem D. f. E. ad præmiſſa reſpondendi ac dictam mulierem filiam ſuam ut præmiſſum eſt coram nobis ſtatuendi te-

Digitized by Google

ſtimonio præſentium Literarum noſtrarum duximus aſſignandum. Datum &c.

133. *Item alia forma, quando rea Pars in Cauſa matrimoniali reſpondit Actoris ad Objecta.* Nos Magiſter I. &c. Domus &c. quod cum juxta Continentiam Priorum Literarum noſtrarum Prorogatoriarum D. f. E. hoſpes de tali contra A. f. B. de tali in die Cænæ Domini coram Nobis comparere & E. filiam ſuam ut dicitur uxorem F. f. G. propria ſua in perſona coram Nobis ſtatuere, & Statutam ad objecta ipſius A. f. B. coram Nobis peremptorie reſpondere debuiſſet, adveniente ipſo termino præallegatus D. f. E. ſolus ac etiam filiam ſuam Eliſabeh vocatam ut debebat ſtatuit coram nobis, ubi eadem Domina Eliſabeth ad objecta prædicti A. f. B. mariti ſui in dictis prioribus literis noſtris ſpecificata reſpondit eo modo, quod quamvis præfatus A. f. B. maritus ſuus ipſam timore Dei poſtpoſito, hominumque verecundia retrojecta turpiter accuſaverit, & artam ſic fore denunciaverit, ut ipſi thori debitum reddere nequiret, tamen & eadem accuſatio frivola eſſet & vana, in hoc ſuam turpitudinem allegaſſet, ex eo quod prædictum vitium non ex parte ſua, ſed ex parte dicti Mariti ſui haberetur: Et cum nos hujuscemodi defectus ſeu vitium ab eadem muliere indagare cepiſſemus: tandem prædicta mulier cum magna maturitate & fronte verecundioſa vix nobis ſecrete retulit defectum Mariti ſui ſupra dicti dicebat enim, quod idem Maritus ſuus Ermofroditus haberetur, & ſic neutrum debitum thori reddere valeret, vel valuiſſet. Nos igitur dictarum Partium manifeſtis & occultis allegationibus ſic auditis, una cum Aſſeſſoribus noſtris remotis omnibus laycis & connubialis hominibus a ſede noſtra Judiciaria, mature ſuper hoc nobiſcum admiſimus interloquentes iſto modo: quod ambæ partes per modicam horam detinerentur; & maſculus per maſculos mulier vero per mulieres, utputa patronos & matronas probatæ vitæ homines Chriſticolas in membris ſuis viderentur & fine fraude comprobarentur. Et cum nos hujuscemodi deliberatione præhabita ipſas litigantes partes & ſeſe ut præmiſſum eſt, accuſantes dictæ examinationi quibusdam utriusque ſexus & probatæ vitæ hominibus deputaſſemus: Tandem maſculi Examinatores prætactum A. f. B. per hominem noſtrum ad nos remittentes nobis tali modo nunciaverunt, quod idem A. f. B. in ſuis genitalibus a pueritiæ ſuæ temporibus incipiendo hucusque & forte ad diem Vitæ ſuæ talem defectum peteretur & patietur, quod ipſe nullo unquam tempore cum aliqua muliere prolem habere poſſet & reddere debitum thori. Matronæ autem dictam mullerem examinantes nobis renuntiaverunt, quod ipſa accuſata mulier legitime & honorifice omni viro ut vera domeſtica debitum thori reddere poſſet & diu potuiſſet, nullo im-

Digitized by Google

pedimento obviante. Nos igitur relationibus dictorum examinatorum auditis & perceptis præallegatam mulierem a thoro ipſius A. f. B. & auctoritate judiciaria & ſecundum juris ſcripti ordinem ſeparantes, & cum eadem partibus divortiantes, prætaxatæ mulieri a modo & deinceps cum alio viro legitimo nubendi liberam conceſſimus facultatem, teſtimonio præſentium literarum noſtrarum & auctoritate mediante, prelibato A. f. B. perpetuum imponentes ſilentium in hac parte. *Vel ſic*: Tandem maſculi examinatores pretactum A. f. B. per hominem noſtrum ad nos remittentes, nobis tali modo nunciaverunt, quod idem A. f. B. in ſuis genitalibus & pudibundis nullum defectum habere dinoſceretur, ymo ipſe a pueritiæ ſuæ temporibus hucusque ſanus fuiſſet, & incolumis debitumque thori legitime & ſufficienter reddere poſſet & dudum potuiſſet, ſi alias impedimentum non habuiſſet. Vel ſic: ſi ex parte uxoris ſuæ forte impeditus non fuiſſet. Matronæ autem examinatrices ad nos reverſi, nobis ad fidem earum Deo debitam recetare curaverunt, quod prædicta accuſata mulier non frivole vel odioſe, ſed juſto modo accuſata fuiſſet vel extitiſſet per A. f. B. ſupradictum, quia ipſa mulier in membris ſuis pudibundis ad reddendum debitum thori apta non haberetur, nec ullo unquam tempore cuipiam maſculo reddere poſſet debitum thori ſupradictum. Nos igitur &c. ut ſupra, prædictum A. f. B. a vinculo thori ipſius Elizabeth mulieris ſeparavimus inter partes divortium celebrantes: ita videlicet, quod dictus A. f. B. a modo & deinceps cum alia, cum qua voluerit, liberam matrimonialiter nubendi habeat facultatem teſtimonio preſentium literarum noſtrarum & auctoritate. *Vel vic*: Matronæ autem predictum Negotium examinantes ad nos redeuntes, nobis fide earum mediante conſona voce retulerunt quod prælibata accuſata mulier, cum adhuc juvenis exiſtat, debitum thori reddere nequiviſſet; ſed tamen ſperatur de eadem, quod poſt aliqua tempora vel curriculum temporis in ſuis membris pudibundis laxari valeat per artificium aliquale, de qua arte ſe doctas fore aſſerebant matronæ prænotatæ. Nos igitur auditis una cum Aſſeſſoribus noſtris per occultam interlocutoriam ſententiam admiſimus iſto modo: Quod prælibatus A. f. B. dictam Elizabeth uxorem ſuam infra biennium ſuſtinere debeat in domo ſua, & pacifice conſervare legitime cum eadem cohabitando. Dictis autem duobus annis transactis ſi eadem mulier ſtatu in præſenti perdurabit, & præfatus maritus ſuus ipſam carnaliter cognoſcere non poterit, ambæ partes ad nos perſonaliter venire, & noſtrum judicium ſuper tali caſu audire recipere & penitus tollerare debeant & teneantur. Datum.

134. Vel ſic: Tandem & dicti maſculi examinatores & matronæ examinatrices cum eisdem accuſatore & accuſata ad nos reverſi

Digitized by Google

nobis ad fidem eorum Deo debitam concorditer retulerunt, quod & prædictus masculus & prædicta mulier in suis membris pudibundis nullum impudimentum haberent, & habuissent, ymo uterque eorum ad reddendum debitum thori potens esset, & valens; qualibet occasione relegata. Nos igitur his auditis una cum Assessoribus nostris matura super hoc inter nos deliberatione præhabita admisimus definientes isto modo: quod utraque partium in domo sua cohabitare pacifice & debitum thori honestis temporibus ac debitis horis mutuo sibi invicem reddere debeant & teneantur sine altercatione aliquali custodes autem de conservatione honestæ vitæ earundem partium ex nunc deputamus auctoritate judiciaria Dnos N. de eadem t. villa & P. de tali, Ecclesiarum Sacerdotes. Et quia ex quorundam virorum relatione hæc quoque discordia non ex parte ipsius A. f. B. sed ex parte dictæ mulieris orta extitisset: & in ipso omnino suscitata intelleximus evidenter: Ob hoc nos eidem mulieri septem carenas pane & aqua commisimus jejunare in mulctam & pœnitentiam salutarem. Datum.

135. *Item alia forma Interlocutoria semper mixta cum sententia definitiva, ut in superioribus formis* pluries est visum. Magister T. Archi-Diaconus &c. titulus ut supra. Discreto viro & honesto domino tali Sacerdoti Rectori Ecclesiæ de tali & Vice-Archi-Diacono talis. Comitatus dilecto in Christo mutuam in domino caritatem amicitia cum sincera? Querela dominæ Elisabeth filiæ A. filii B. de tali latricis præsentium nobis patefecit, quod cum ipsa fere jam tribus annis suo Parochionali facerdoti tempore quadragesimali & etiam quandoque debilitate præventa confessionem suam referasset, & tempore ipsius confessionis suæ hoc, quod C. f. D. modernus maritus suus seu conditionalis haberendur, eidem confessori suo enodasset, & prædictus confessor suus nunquam ipsam sacro dominici corporis numine voluisset vel communicasset: & sic ipsam præallegatus confessor suus ad suum diocesanum Episcopum ad notificandam dictæ perplexitatis conditionem transmisisset: Qua quidem notificatione facta dicta Domina petivit nos, ut sibi salubri consilio super hac re succurrere diguaremur. Et cum statuta sacrorum Canonum libere conditionis hominem, utpote fæminam cum masculo servo conditionali & e converso masculum cum fœmina ancilla matrimonialiter conjugii verbo de præsenti vel quomodolibet: *aliter*: & ante tempus gratiæ & in tempore gratiæ: *vel sic*: & in lege veteri & moderna prohibent & prohibuissent: Igitur si veritas sermonis rebus congruit facie similibus: vel sic: si res sic se habet, sicut dicta mulier dicit: Vestræ discretionis amicitiam petimus, monemus & exortamur diligenter per præsentes nichilominusque Vestræ discretioni firmo damus in præcepto: quatenus mox receptis præsentibus assumptis & adductis Vobiscum duobus vel tribus confacerdotibus vestris accedatis personali-

Digitized by Google

ter in villam talem ſupradictam, & ibi ac alias. Ubi congrueret, Deum & ejus juſtitiam præ oculis veſtris habentes, ſcrupulo cujuslibet falſitatis procul moto ſciatis & inquiratis de præmiſſis omnimodam veritatem. Etſi veritas ſuper præmiſſis, vel ſic quemadmodum dicta mulier nobis quoſuper conqueſta extitit, ſuffragabitur evidenter: extunc vos in eadem villa tali una cum Magiſtro N. f. P. de eadem & etiam parochiali Sacerdote ſimiliter de eadem confedentibus inter ipſam mulierem & dictum C. filium D. ignoranter copulata fuerit, & prædictum C. ſervum ignoraverit: extunc prælibatam mulierem abſolvatis, a vinculo thori ſervi prænotati eidem mulieri cum alio &c. non prætermiſſo, quod pueros femellos eidem dominæ pueros vero maſculos dicto marito ſuo reſtituatis ſi per quempiam non fuerit contradictum. Contradictores autem, ſi qui in hoc facto comparuerint, vel dictus ſervus veſtram ſententiam acceptare non curaverit, contra eandem dominam, evocetis noſtram in præſentiam ad terminum competentem, noſtrum ſuper hoc judicium accepturos. Et poſt hoc diem & locum evocationis nomina evocatorum & terminum aſſignatum cum ſerie totius facti, ac etiam Inquiſitionis in veſtris literis nobis evidenter & ſtudioſe reſcribere faciatis. Et aliud ſub pœnis interdicti & excommunicationis nullo modo facere præſummatis in præmiſſis. Datum &c.

136. *Juxta quam partem eſt notandum:* quod ſervus conditionalis præcipue hiis tribus modis fieri contingit, & evenire: uno modo titulo emptionis, quando quis aliquem captivum ab alio prætio ſtudet comparare, & talis vocatur ſervus emtitius. Secundo modo, quando aliquis rex vel princeps aut Marchio contra aliud regnum habebit bellum, & ſi talis rex vel princeps ubi victoriam habebit, quotquot in exercitu partis adverſæ captivare potuerit, ſi captivos voluerit, poteſt redigi tales in ſervitutem: Vel ſic: ſi aliquis rex vel princeps non de jure ſed de facto contra aliud regnum inſurgeret, & regnicolæ vim pacientes ſuos adverſarios deo opitulante vincere poſſint: omnes captos contra ſe inſurgentes redigi poſſunt in ſervitutem. Vel ſic: Quando aliqui principes regni a ſuo Gubernatore fraudole alienarentur, & talis Gubernator illam partem regni ſui invadere poſſet, & debellare: omnes captivi de iſta parte regni in perpetuam redigi poſſunt ſervitutem propter notoriam infidelitatem eorundem. Et ſic de ſecundo membro. Tertio autem ſervitus contigi poteſt iſto modo: quod quando aliquis pro manifeſtis ſceleribus ſuis capitali ſententia vel aliqua alia pœna mortis puniri deberet, vel condempnari: ut talis a tali pœna liberari nemine contradictore apparente valeret, poteſt ſe tradere in ſervitutem illi, qui ipſum poterit liberare, nemine contradictore apparente. *Item eſt notandum:* Quod ſi aliquis ſervus ſeu conditionalis clandeſtine a domino ſuo ſeu ſuo ſuperiori ſubter

Digitized by Google

fugium faciet, & alias latitando quod ſervus eſt, non confitetur, confeſſor ſuus non poterit ipſum communicare, & corpus Xſti ipſi dare, tamdiu, quousque talis rurſus ad Dominum ſuum remeabit. Et ſic intelligendum eſt in hoc caſu de ancillis a dominis vel dominabus ſuis absque licentia clandeſtine recedentibus. *Item notandum eſt:* quod nullus ſervus absque licentia domini ſui poterit clericari & ad gradum procedere ſacerdotii. Et ſi furtive proceſſerit, per inſtituta ſacrorum Canonum, ſi dominus ſuus voluerit, per ſuum Dyoceſanum Epiſcopum poterit degradari. Spurius autem absque diſpenſatione papali ſimiliter non poteſt procedere ad ordines ſacros, nec etiam ancilla absque licentia domini vel dominæ ſuæ ſacram valeat intrare religionem. Et ideo ipſi & confeſſores ac Abbates Abbatiſſæ & monachi in recipiendis & ſuſcipiendis tales ad ordines & etiam in miniſtrandis illis corpus dominicum nimis cauti debent eſſe & vigilare. *Ultimo eſt notandum* quod ſi aliquis liber ignoranter ancillam duxerit, vel e converſo libera ſervo copulata fuerit, poſtquam talis error ad Notitiam eorundem devenerit, ſeparari debeant a thoro erroris quia alioquin ſancta mater eccleſia ipſos a ſinu ſuo excludere tenetur: Prælati vero Eccleſiarum nulla divina, nullaque ſacramenta eccleſiaſtica talibus debent amminiſtrare, tamdiu quousque ſeparabuntur ipſo modo dicto.

137. *Item alia forma ſuper eodem responsionalis.* Diſcreto Viro & honeſto domino ſuo reverendo Magiſtro T. archidiacono &c. titulus ut ſupra &c. P. Sacerdos Rector Eccleſiæ de tali & vicearchidiaconus de tali paratum animum reverendi cum fideli famulatu. Noveritis me literas Veſtræ Dominationis cum ſumpmo & fideli famulatu obedienter recepiſſe, inter cætera continentes, quod ego cum duobus vel tribus confacerdotibus meis in villam talem accedendo ſcirem & inquirerem veritatem ſuper eo, ſi C. f. D. maritus E. filiæ A. f. B. ſervus eſſet ſeu conditionalis, & ſcita ſuper hoc veritate, ego cum dictis ſociis meis inter ipſam E. & dictum C. f. D. divortium celebraremus, prout hæc & alia in eisdem literis veſtris lucidius, plenius & limpidius continentur. Ego igitur mandatis veſtris obtemperando, prout hoc de jure facere teneor, una cum D. & F. ſacerdotibus rectoribus eccleſiarum de tali & de tali feria tali poſt tale feſtum jam præteritum accesſimus in villam talem ſupradictam, ubi nos eum Magiſtro N. filio M. Nobili de eadem parochiali ſacerdote ſimiliter de eadem pariter confedentes cum inter eandem mulierem & dictum C. f. D. juxta Mandatum veſtrum præfatum divortium celebrare voluiſſemus: tandem idem C. f. D. cum omnibus amicis & proximis ſuis armatis manibus ad nos inſurgentes & hoſtiliter invadentes nos tres interficere conabantur & in mortem noſtram procul dubio anhelabant, niſi idem Magiſter L. & parochialis Sacerdos a talibus inſul-

Digitized by Google

tibus nos protexiſſent: quem quidem C. f. D. tandem nos per eundem L. dominum ſuum fecimus detineri ad judicium, quosdam vero ex dictis proximis & amicis ſuis utpote a. b. c. & d. taliter nuncupatos ſimul cum eodem C. f. D. principali ſcelerato adverſus eandem mulierem ad veſtram evocavimus præſentiam, rationem ſuper tali præſumtuoſo facto & temerario proceſſu coram Vobis reddituros, Octavas tales talis feſti jam venturas eidem pro termino peremtorio & fine craſtinatione in Veſtri preſentia comparendi aſſignantes. Datum &c.

138. *Item alia forma ſuper eodem interlocutoria ſimul cum ſententia diffinitiva.* Nos Magiſter T. &c. damus vel ſignificamus &c. Quod cum juxta continentiam priorum literarum diſcreti viri domini P. Sacerdotis Rectoris Eccleſiæ de tali & Vice-Archidiacconi de tali Magiſter M. f. L. de tali A. filium B. ut dicitur conditionalem ſuum, item C. f. D. E. f. F. G. f. H. & I. f. K. Jobagiones ſuos de tali, proximos ſcilicet & amicos præfati conditionalis coram nobis ad judicium ſtatuere debuiſſet: Adveniente ipſo termino præfatus Magiſter M. f. L. & ſolus comparuit, & dictos Jobagyones ſuos, ut ſibi commiſſum fuerat, ſtatuit coram Nobis: ubi nos viſis & perlectis prioribus literis noſtris querimoniam ipſius dominæ exponentibus, in literis annotati Domini P. Vicearchidiaconi & ſuorum collegarum inquiſitoriis & evocatoriis & ad eundem A. f. B. ſervum ſuper eo, quam obrem ipſe ſub tali nota exiſtens pondere & conditionario, dictam liberam mulierem matrimonialem notam celando puram Confeſſionem facere non curaverit, immemor ſuæ ſalutis hucusque communicatus non fuerit? requiſitum habuiſſemus: tandem prætaxatus A. f. B. reſpondit ad noſtram requiſitionem, iſio modo: quod ipſe prætacto nota ſeu pondere non eſſet allegatus ex eo, quod licet ipſe antea ſervus fuiſſet, vel extitiſſet: tamen cujus ſervus fuiſſet, ipſum pro fideliſſimis ſervitiis ſuis & pro refrigerio animarum ſuorum prædeceſſorum in articulo ſuæ mortis in forma teſtamentaria titulo manu miſſionis liberum condonaſſet, & ſic ipſe dictæ manumiſſionis beneficii ſemper pure confeſſus & communicatus exſtiſſet, & pro tanto dictam uxorem ſuam legitime adduxiſſet, & cum eadem hactenus cohabitaſſet; tanquam homo liberæ conditionis. Et quia ſæpedictus A. f. B. præmiſſam exceptivam reſponſionem ſuam teſtibus quibus evidentius poterit & ſolempnius, & quos ipſe juxta formam noſtram judiciariam citando adduceret, ſpecialiterque cum ſucceſſoribus ejusdem domini ſui, ut dicitur jam defuncti in Octavis talibus talis feſti jam venturis teneatur coram nobis comprobare. Infra autem dictæ ſuæ terminum ipſius teſtimonialis adductionis volumus & nunc committimus, ut dicta mulier in domo ejusdem Magiſtri L. f. M. debeat commorari. Decernimus etiam, quod quia annotati A. f. B. & ceteri proximi ſui nuperrime manibus armatis in eosdem dominum

Digitized by Google

P. & collegas suos sacerdotes insurrexerunt, & in mortem eorum inhelabant in facto potentiali sint convicti, quia dum nuntius lædi-tur, procul dubio dominus offenditur, pariterque eosdem cum Assessoribus nostris duximus captivandos. Datum in anno &c.

139. *Item alia formas quando super alicujus fidejussoria cautione captivi remittuntur:* Nos Capitulum ecclesiæ talis loci damus &c. Quod Magister L. f. M. nobilis de tali, tali die, post tale festum anno videlicet Nativitatis Domini millesimo &c. in nostra præsentia personaliter comparendo dixit & puplice est confessus: quod quia vir honorabilis Magister T. Archidiaconus de tali Vicariusque &c. Domini & Prælati nostri, Judex A. f. B. filii D. &c. Jobagionum suorum &c. de tali in hac parte ordinarius, quos idem dominus Vicarius pro quibusdam factis potentialibus rite & legitime captivando, in fidejussoria sua cautione de ipsa captivitate remisisset & cum eisdem misericordialiter agendo ac inopiæ ipsorum compatiendo in quindecim Marcis computi Cassensis convenisset: ymo vel dictas quindecim Marcas grossorum prædicti computi in Octavis talibus, talis festi jam venturis pro dictis Jobagionibus suis indicta captivitate eidem domino Vicario solvere vel rursus annotatos Jobagiones suos in dictam captivitatem redecere assumpsisset & assumpsit coram Nobis: quodsi tunc secus facere attemptaret in hac parte, extunc ipse in viginti marcis sine portione Judicis ante litis ingressum deponendis convinceretur eo facto adversus dominum Vicarium supradictum. Ad quod se faciendum prætaxatus Magister L. spontanea coram nobis obligavit Voluntate. Datum &c. Item alia super eodem Commissionalis. Nos Magister T. Archidiaconus. Titulus ut supra. Damus &c. quod cum juxta continentiam priorum literarum nostrarum seriem nostri judicii declarantium, A. f. B. Jobagio Magistri ac filii M. de tali contra dominam E. adhuc uxorem suam in talibus Octavis talis festi coram nobis in eo, quod ipse jam non servus, sed liberæ conditionis homo haberetur, testes producere debuisset. Adveniente ipso termino prædictus A. f. B. neque venit. neque misit, nec coram suos testes produxit ut debebat, per eandem dominam E. legitime coram nobis expectatus. Quemquidem A. f. B. nos pro tali contumacia in judicio decrevimus fore convictum, nisi se rationabiliter reddiderit excusatum. *Vel sic.* Adveniente ipso termino eadem domina E. personaliter comparuit coram nobis, sed prædictus A. f. B. quidem simplex nuncius ad nos veniendo, nobis dixit, quod prædictus A. f. B. nuperrime in silva per quosdam latrones in tantum percussus & lætalibus vulneribus vulneratus haberetur, quod ipse ad præmissa perficienda nec suos testes congregare, nec etiam personaliter ad nos venire posset & potuisset. Nos igitur hiis auditis seriem ipsius testimonialis productionis, si res sic se trabuerint, ad octavas tales talis festi jam venturas absque omni aggravamine

Digitized by Google

gravamine & pondere aliquali duximus prorogandam: commiſimus tamen, quod idem A. f. B. relationem præſentis nuntii ſui cum literis domini P. ſacerdotis Vicearchidiaconi de tali pro ſua defenſione atteſtari facere debeat, in Octavis talibus ſupradictis, quia alioquin nos productionem teſtium dictorum ſuorum cum uno Judicio regali, ſcilicet ſex marcis ante litis ingreſſum recipiemus in terminno ſupradicto. Datum.

140. *Item alia forma ſuper eodem: quando recipiuntur teſtes ſuper matrimonio juxta formam eccleſiæ.* Nos Magiſter T. archidiaconus de tali Vicariusque &c. quod cum juxta continentiam priorum literarum noſtrarum prorogatoriarum A. f. B. maritus Eliſabeth hoſpes de tali villa contra eandem Actricem dominam E. in talibus Octavis talis feſti coram nobis comparere & ad principale negotium infra declarandum per literas domini P. Sacerdotis rectoris eccleſiæ de tali & Vice-Archidiaconi de tali Comitatu hoc, quod ipſe nuperrime, utpote in Octavis talibus talis feſti jam præteritis ad nos venire & ſuos teſtes producere nequiviſſet, quia ipſe percuſſus & vulneratus graviter in lecto ægritudinis tunc laboraſſet, coram nobis atteſtari facere debuiſſet: Tandem prætactis Octavis talis feſti occurrentibus memoratus A. f. B. ad cauſſam attractus cum ſuis teſtibus comparuit coram nobis ut debebat, ubi ipſe ante inchoationem ipſius principalis negotii exhibuit nobis literas ipſius domini P. Sacerdotis Vice-Archid. de tali inter cetera continentes, quod licet ipſe nuperrime, videlicet in octavis talibus talis feſti jam præteritis producendum ſuos teſtes in noſtram præſentiam venire debuiſſet, & licet facere præſto fuiſſet & paratus, tamen quod ante ipſas octavas in ſilva per latrones invaſus ſpoliatus & letaliter vulneratus extitiſſet & ideo ipſe tunc nec perſonaliter ad nos venire, nec teſtes ſuos congregare & adducere valuiſſet. Quibus quidem literis nobis ſic præſentatis annotatus A. f. B. adverſus eandem actricem dominam Uxorem ſuam produxit ſuos teſtes juxta noſtram adjudicationem & aliarum literarum noſtrarum continentiam. Quorum teſtium A. f. B. de tali, tacto codice S. Evangelii juravit & per nos requiſitus reſpondit iſto modo: quod dum Magiſter P. f. N. de tali tunc dominus ipſius A. f. B. ad cauſſam attracti in eulogio ultimæ voluntatis ſuæ de ſuis bonis teſtamentariam feciſſet ordinationem: inter cetera ſuæ ordinationis annotatum A. f. B. tunc ſervum ſuum coram ipſo & aliis teſtibus eo tempore ad hoc vocatis & rogatis pro ſalute animæ ſuæ & pro refrigerio animarum prædeceſſorum ſuorum perpetuali titulo Manumiſionis cum omnibus ab ipſo deſcendentibus libertate condonaſſet, & ſecuram facultatem dando eidem ubicunque & quocunque voluerit, eundi & commorandi, liberam & ſecuram facultatem nulla ſervitutis macula exprimen. amplius in eodem permanente. Item ſecundus C. f. D. ſimiliter præſen-

Digitized by Google

tibus partibus juratus & in abſentia partium per nos de dicta veritate requiſitus reſpondebat iſto modo: quod ipſe tempore dictæ manumiſſionis præſens non fuiſſet, ſed tamen de uxore & de fratribus ac filiis eundem manumittentis hoc audiviſſet, quod prætactus A. f. B. ad cauſſam attractus manumiſſus haberetur per patrem & fratrem ipſorum ſupradictum. Item E. f. F. juratus reſpondit ſicud primus teſtis. Item G. f. H. ſimiliter juratus reſpondit, quod ipſe ex auditu ſciret factum manumiſſionis ſupradictæ. Item I. f. K. hoſpes de tali reſpondit etiam juratus, quod eadem domina uxor ſua tunc perſonaliter ibi affuiſſet, quando prælibatus A. manumiſſus extitiſſet per dominum ſuum ſupradictum. Item L. Sacerdos Rector Eccleſiæ talis de eadem Villa tali tunc confeſſor prætaxati magiſtri P. dicebat & reſpondit juratus, quod dum idem Magiſter P. coram ipſo F. teſtamentariam feciſſet ordinationem, eundem A. f. B. titulo manumiſionis libertate condonaſſet modo ſupra dicto. Nos igitur dictis Aſſertionibus eorundem teſtium ſcriptis & etiam diligenter examinatis ac in medium publicatis quia beneficium Manumiſſionis res eſt favorabilis tum ex eo, tum etiam pro eo, quia præfati teſtes in hac cauſſa pro parte ipſius A. f. B. ſatis evidenter depoſuerunt, dictaque Actrix mulier contra eosdem teſtes nullam facere poterat exceptionem, una cum Aſſeſſoribus noſtris admiſimus diffinientes iſto modo: quod ſæpedicta Actrix mulier rite & legitime cum eodem A. f. B. tanquam ſuo marito a modo & deinceps cohabitare deberet & teneretur: Quam quidem dominam nos exnunc eidem A. f. B. tanquam ſuam legitimam reſtituimus, accepta tamen ſufficienti fidejuſſoria cautione de ſervatione vitæ ipſius dominæ ab A. f. B. ſupra dictæ dicimus tamen pro prædicto Negotio utpote pro conſervatione vitæ ipſius dominæ iſti videlicet K. f. M. N. f. O. P. f. K. & C. f. E. hoſpites de eadem tali villa fidejuſſores extiterint coram nobis tali modo: quodſi prænotatus A. f. B. annotatam uxorem pro excitatione cauſſæ ſupradictæ graviter impediret vel verberaret, aut forte in mortem ſuam anhelaret, & hoc nobis evidenter poſſet conſtare, vel ad notitiam ejusdem domini Noſtri Epiſcopi devenire: extunc dicti fidejuſſores conjunctim & diviſim C. Marcis ante litis ingreſſum deponendis convincentur eo facto. Ad quæ præmiſſa & præmiſſorum ſingula facienda iidem fidejuſſores mediantibus literis honorabilis Capituli Eccleſiæ talis ſe ſe ſpontanea obligaverunt voluntate. Datum.

141. Vel ſic: Tandem dictis Octavis talibus occurrentibus præfatus A. f. B. ad cauſſam attractus dictas literas ipſius domini P. Sacerdotis Vice-Archidiaconi in ſuam excuſationem nobis præſentavit & ſuos teſtes adduxit ut debebat. Qui quidem teſtes præſentibus partibus de dicenda veritate tacto Codice S. Evangelii univerſaliter jurati & demum remotis eisdem partibus tamquam in confeſſione ſingula-

Digitized by Google

riter requiſiti, aliqui ex eisdem factum dictæ manumiſſionis ſe ex auditu ſcire, aliqui vero penitus nichil ſe ſcire aſſerebant. Et quia ſecundum Juris ſcripti ordinem videlicet juxta ſtatuta canonum dubia probatio non ſublevat probantem licet tamen beneficum Manumiſſionis favorabilis eſſe videtur: Ideo nos una cum Aſſeſſoribus noſtris inter easdem partes matura deliberatione ſuper hoc præhabita, & textum ſacri canonis in locis *necessariis* præbentes divortium celebravimus iſto modo: quod annotata Actrix mulier cuicunque voluerit, liberam nubendi habeat facultatem: præfatus etiam A. f. B. ad cauſſam attractus, qui prædicta nota ſervitutis eſt implicatus, quamcunque aliam ſibi ſimilem in uxorem recipere voluerit, a modo & deinceps liberam nubendi & uxorandi habeat facultatem, teſtimonio præſentium literarum Noſtrarum & Auctoritate. Ita tamen, quod maſculos pueros eidem A. f. B. patri ipsos pueros ſemellas annotatæ dominæ ad fovendum ſervandum & protegendum duximus aſſignandos. Datum.

142. *Vel sic:* Tandem dictis Octavis occurrentibus prætaxatus A. f. B. in conditione ſervitutis modo quo ſupra accuſatus prædictas quidem literas prætaxati domini P. Sacerdotis rectoris eccleſiæ de tali & Vice-Archidiaconi de tali pro ſua defenſione in cauſſis ſuprafatis nobis præſentavit & teſtes ſuos ad præmiſſam infamiam depellendam adducere nequivit, per eandem Actricem dominam dicti teſtis legitime coram nobis expectati. Quem quidem A. f. B. nos ſuper dicto primo articulo, utpote neglectione aſſationis ſuæ, quam ipſe in talibus Octavis talis feſti jam præteritis facere debebat coram nobis pure & ſimpliciter reddimus expeditum. Sed ſuper ſecundo Articulo, ſcilicet principali negotio ſupraſpecificato decrevimus eundem remanſiſſe convictum contra dominam ſupradictam. Et quia fæpedictus A. f. B. Sic defecit in ſua probatione: Ideo nos perſuadente utriusque juris videlicet civilis & canonici una cum Aſſeſſoribus noſtris memoratam actricem dominam ſeparavimus a vinculo thori A. f. B. ſupradicti, dando eidem dominæ cum alio quo voluerit, liberam nubendi facultatem: prænotato A. f. B. nichilominus a modo & deinceps ab impetitione fæpedictæ dominæ perpetuum ſilentium imponentes judiciaria noſtra auctoritate. Et quia etiam idem A. f. B. ſic convictus & opreſſus in ſuo receſſu nullum ſidejuſſorem Nobis poterat aſſignare: Ob hoc nos eundem duximus captivandum & vinculandum. Datum.

143. *Item forma ſuper percuſſione Clericorum.* Nos Magiſter Z. titulus ut ſupra. Damus pro memoria, quod dominus P. Sacerdos Rector Eccleſiæ de tali in Octavis talibus talis feſti de medio aliorum cauſatorum coram nobis exſurgendo perſonaliter contra A. f. B. & C. f. D. filior. E. Nobiles de tali legitime citatos vel ſic legitime ad cauſſam attractos noſtra Judiciaria in figura propoſuit iſto modo: quod dum

Digitized by Google

ipſe receptis mandatis ejusdem domini noſtri Epiſcopi mediantibus ſuis literis ſibi injunctis annotatis A. & C. Patronis pro neglectione ſolutionis decimarum præſentis & præteriti annorum divina interdixiſſet, eosdemque Patronos ſuos & quoslibet alios ad ipſos pertinentes ab introitu eccleſiæ prohibuiſſet: Tandem iidem Patroni ſui turbato corde & animo, timoreque Dei poſtpoſito nuperrime, videlicet die tali poſt tale feſtum F. f. I. G. f. L. & N. f. M. famulis ſuis armatis manibus & præexconcepta malitia tempore ſerotino ad domum ſuam deſtinatis, iidem famuli hoſtia domorum ſuarum confregiſſent, & ipſum ſolum horribiliter percusſiſſent, & digitum ſuum indiciarium finiſtræ manus ſuæ mutilaſſent, ſuper quo non contenti ipſum prædicti patroni ſui de eccleſia & parochia ſua potentialiter excluſiſſent in præjudicium ſanctæ matris eccleſie & dedecus honeſtatis clericalis. Quo audito N. filius talis famulus & procurator prædictorum filiorum E. cum literis procuratoriis talis capituli vel Præpoſiti & conventus talis loci vice & nomine eorumdem dominorum ſuorum reſpondit ex adverſo: quod præallegati domini ſui ipſum eccleſiaſticum interdictum per eundem P. Sacerdotem eisdem impoſitum humiliter obſervaſſent & obſervarent: ſed iidem domini ſui in dicta die ante ipſum feſtum jam præteritum prænotatos famulos ſuos ad domum ejusdem Sacerdotis non deſtinaſſent, nec ipſum verberari, nec etiam vulnerari feciſſent: ymo idem Sacerdos pro aliis offenſis ſuis de eccleſia & parochia ſua exiviſſet & alias recesſiſſet. Et quia prætaxatus P. Sacerdos dictam ſuam propoſitionem per nos requiſitus & literis Vicearchidiaconi ſui Inquiſitoriis & teſtibus humanis conprobare ſe velle aſſerebat: Ideo nos cum Aſſeſſoribus noſtris in judicio noſtro nobiscum aſsidentibus admiſimus judicantes iſto modo: Quod annotatus P. Sacerdos Actor præmiſſam ſuam propoſitionem adverſus eosdem filios E. patronos ſuos cum teſtibus, quibus evidentius, poterit & ſolempnius, & quos ipſe juxta formam noſtram judiciariam citando adduceret, vel quomodolibet aliter adducere poterit in quindenis talibus talis feſti jam affuturi teneatur coram nobis comprobare & quia annotatus talis filius talis procurator memoratorum Nobilium dictum P. Sacerdotem coram nobis auſu temerario Verbis deturpavit: ob hoc nos eundem procuratorem in uno judicio regali decrevimus fore convictum, committentes exnunc judiciaria noſtra autoritate, ut idem N. f. C. pro eodem dicto Domino ſuo in die ipſius teſtimonialis productionis coram nobis deponere teneatur judicium Regale ſupradictum, duplum incurſurus, ſi ipſum terminum obmitteret in ſolvendo, ſeu deponendo. Datum &c.

144. *Juxta quam partem eſt notandum*: Quod inter clerum Scolarem & literatum talis eſt differentia, quia Clerici in jure ſcripto vocantur Sacerdotes vel ſacris ordinibus poſiti, qui ideo ad laycalem

Digitized by Google

habitum non poſſunt declinare, ſi aut ſunt Subdyaconi & Dyaconi, & ideo quis tibi dixerit: vis Clericam, ſtatim interrogantem intelligas dicere: ſi vis Sacerdos fieri. Scolares autem ſunt ſtudentes in Scolis, vel qui in minoribus ordinibus ſunt poſiti, videlicet, qui ſunt Lectores, Hoſtiarii, Exorciſtæ, & Accoliti; Literati autem ſunt illi, qui nec clericari volunt, nec ſcolas frequentant, omnino propoſuerunt Laycatum. Tertio eſt notandum, quod in hujuscemodi cauſis, ſeu percusſionibus Clericorum, vel Cauſis matrimonialibus, vel excommunicationum Judex Partes non permittit ad concordiam tamdiu, quousque finaliter ipſe cognoſcat, & ad ſententiam diffinitivam procedat, in Cauſis ſupradictis. In aliis autem Cauſis ſemper & ubicunque Judex Partes libenter permittit ad concordiam duntaxat eædem Partes, vel altera earum, quæ culpabilis eſt, juxta extenſionem cauſæ ſuæ Judicem ſuum debeat complacare.

Item: alia forma, quando producuntur teſtes in requiſitione prænotata.

145. Nos Magiſter I. Archidiaconus &c. Quod cum juxta continentiam priorum literarum noſtrarum modum, & formam noſtræ judiciariæ deliberationis ſignantium D. P. Sacerdos, Rector Eccleſiæ de tali contra A. f. B. & C. f. D. Nobiles de tali patronos ſuos in quindenis talibus talis feſti in Cauſis infra ſpecificatis coram nobis teſtes præducere debuiſſet, adveniente ipſo termino prædictus P. Sacerdos ſuos teſtes, ut debebat produxerit coram nobis, qui quidem teſtes prius ad Sancta Dei Evangelia de dicenda veritate ab præſentibus dictis Partibus adverſus prænotatos Nobiles univerſaliter jurantes, & poſtmodum per nos tamquam in confeſſione ſingulariter requiſiti reſponderunt iſto modo, quod quia præallegatus P. Sacerdos Actor Mandatis ejusdem Domini noſtri Epiſcopi receptis, prælibatis Patronis ſuis, & quibuslibet aliis ad ipſos pertinentibus divina interdixiſſet, eosdemque Patronos ſuos ab introitu Eccleſiæ prohibuiſſet, iidem Patroni ſui ſuper hoc vehementia ducti F. f. G. I. & K. filiorum L. famulis ſuis tali die, poſt tale feſtum jam præteritum, ex iniquo conſilio ad ipſorum ſcitum ſuper hoc habito, nocturno tempore ad domum ejusdem Sacerdotis manibus armatis deſtinatis hoſtia domorum confrangi, & ipſum Sacerdotem percuti feciſſent, ac etiam de Eccleſia & Parochia ſua tertio die ipſius violenti facti excluſiſſent, & digitum indiciarium ſuæ finiſtræ manus mutilaſſent, de mutilatione autem digiti ſui reſpondebant eo modo, quod ipſi tempore violenti facti perſonaliter ibi non fuiſſent, ſed hoc certitudinaliter ſcirent, quod prædictus Sacerdos in ipſo die ante dictum violentum factum in omnibus membris ſuis ſanus fuiſſet & incolumis, ſed in craſtino ſæpedicti violenti facti ipſum in digito ſuo indiciario mutilatum conſpexiſſent, nec ipſi

Digitized by Google

ſcirent, quod prædictus Sacerdos cum aliquo alio, niſi cum eisdem Patronis ſuis ante contendiſſet. Et licet nos viſis & receptis aſſertionibus dictorum teſtium ipſas aſſertiones juxta Statuta Canonum, ſeu formam Eccleſiæ puplicare, & ſuper hoc Sententiam diffinitivam de jure ferre debuiſſemus, tamen, quia prænotati ad cauſam attracti neque venerunt, neque miſerunt ad videndum & audiendum productionem teſtium; ideo nos, ne in danda Sententia diffinitiva feſtini fore videremur, factum puplicationis dictorum teſtium ad Octavas tales, talis feſti jam venturas quamvis Cauſam ex ſuperhabundanti duximus prorogandam, ut ipſis Octavis præſentibus ambabus partibus ipſam Sententiam diffinitivam ferre valeamus moderamine juris obſervato. Datum in Craſtino die ejusdem teſtimonialis productionis Anno &c.

Item: alia forma ſuper eodem completa, Mandatam ad Sacerdotem.

146. Nos Magiſter Joannes &c. Tibi D. L. Sacerdoti, Rectori Eccleſiæ de tali damus firmius in Mandatis, quatinus mox viſis præſentibus vadas perſonaliter ad A. f. B. & C. f. D. nobiles de tali, qui nuperrime, videlicet in quindenis talibus talis feſti jam præteritis vitio contumaciæ inducti ad videndum, & audiendum productionem teſtium per D. P. Sacerdotem, Rectorem Eccleſiæ de eadem tali Villa coram nobis tunc ad eosdem Nobiles de tali Patronos ſuos juxta adjudicatoriarum noſtrarum & aliarum literarum noſtrarum continentiam legitime productorum neque venerunt, neque miſerunt ad Octavas tales talis feſti jam venturas ad audiendum puplicationem eorumdem teſtium & etiam recipiendam Sententiam noſtram ſuper hoc diffinitivam, ad noſtram evocetis præſentiam peremptorie, & ſine procraſtinatione promulgando nichilominus ibidem eisdem verbo noſtro, quodſi ipſi tunc coram nobis comparere renuerint, nos eo toto (facto) puplicatis dictis teſtibus ad Sententiam diffinitivam procedemus in cauſa ſupradicta, ipſosque poſtmodum per omnem cenſuram Eccleſiaſticam aggravabimus, & in judiciis competentibus faciemus remanere adverſus Actorem ſupradictum; & aliud ſub pœnis Interdicti, & trium Marcarum nullo modo facere præſumpmatis in præmisſis. Volumus autem, quod facta ipſa evocatione ad nos redeundo, diem & locum ipſius evocationis, ac nomina evocatorum nobis referre ſtudeas evidenter. Datum.

Item: alia forma ſuper relatione hominis Judicis confecta.

147. Nos Magiſter Johannes &c. Quod D. P. Sacerdos Rector Eccleſiæ de tali, qui per nos nuperrime mediantibus literis noſtris ad

Digitized by Google

evocandum tales & tales filios talis de tali deſtinatus fuerat, ad nos reverſus nobis retulit iſto modo: Quod ipſe mandatis noſtris receptis feria tali poſt tale feſtum jam præteritum accesiſſet ad eandem villam talem, ubi perlectis, & explicatis tenoribus prædictarum aliarum literarum noſtrarum, memoratos A. f. B. C. f. D. Nobiles de tali prædicta villa tali, contra D. P. Sacerdotem Rectorem Eccleſiæ de tali ad audiendum puplicationem eorumdem teſtium per eundem P. Sacerdotem nuperrime in cauſis in literis noſtris Acta continentibus ſpecificatis coram nobis productorum, & etiam ad audiendum Sententiam diffinitivam, per nos ſuper hoc ferendam, ad Octavas tales talis feſti jam venturas, ad noſtram evocaſſet præſentiam peremptorie, & ſine craſtinatione; promulgaſſet etiam ibidem verbo noſtro Nobilibus ſupradictis, quod ſi ipſi ad præmiſſa audituri & viſuri tunc coram nobis renuerent comparere, nos eo tato (facto) pro parte dicti Actoris puplicatis ipſis teſtibus ad Sententiam procedemus diffinitivam, ipſos autem per omnem Censuram Eccleſiaſticam protollere mus, & in judiciis convenientibus aggravaremus juris de rigore. Dat.

Item: aliâ forma collateralis ſuper eodem.

148. Nos Magiſter I. &c. Quod cum juxta continentiam priorum literarum noſtrarum evocatoriarum D. P. Sacerdos, Rector Eccleſie de tali, ut Actor ex una, & A. B. C. & D. f. G. Nobiles de tali ad Cauſam attracti parte ab altera in talibus Octavis, talis feſti ad audiendum, & videndum puplicationem teſtium, per eundem P. Sacerdotem nuperrime coram nobis productorum ac recipiendam ſuper hoc noſtram Sententiam diffinitivam, coram nobis comparere debuiſſent, adveniente ipſo termino prædictus P. Sacerdos Actor comparuit coram nobis, ſed annotati Nobiles de tali neque venerunt, neque miſerunt ad præmiſſa perficienda per ipſum P. Sacerdotem legitime coram nobis exſpectati, quos nos in judicio decrevimus fore convictos tamquam ſpretores Judicium eccleſiaſticum & parvi pendentes. Datum in tali loco quinto die. &c. Vel ſic: Adveniente ipſo termino ambæ Partes hinc & inde comparuerunt coram nobis, quas nos per dictos ad Cauſam attractos, ac proximos & amicos eorumdem frequenter petiti ipsos Cauſa in præſenti ad concordiam non permiſimus, cum de jure hoc & nec facere poteramus ideo ad cauſam attracti absque ſcitu & permiſſione noſtra ſe a facie noſtra Judiciaria furtive retrahentes ab hinc in Agriam receſſerunt ſubterfugium facientes, quos nos pro tali receſſu ac ſi non veniſſent, nec miſiſſent, adverſus eundem P. Sacerdotem Rectorem in judiciis decrevimus fore convictos tamquam Eccleſiæ rebelles, & in orthodoxa fidei contumaces. Datum.

Digitized by Google

Item: alia forma collateralis super eodem:

149. Nos Magiſter Joannes &c. Diſcretis Viris L. de tali, & M. de tali Eccleſiarum Sacerdotibus firmo damus in præcepto, quatinus ſtatim receptis præſentibus eatis perſonaliter, & A. f. B. C. & D. filios E. Nobiles de tali, qui nuperrime Eccleſiaſticum Judicium prorſus, & per omnia parvipendentes a facie noſtra Judiciaria ſubterfugium facientes, clandeſtine receſſerunt, & ſe ipſos propter hujuscemodi contumaciam pluribus judiciis opprimi permiſerunt, verbo ejusdem Domini noſtri Epiſcopi & noſtro diligenter ammoneatis, & etiam compellatis, ut ipſi tali die poſt tale feſtum jam venturum peremptorie, & sine craſtinatione coram nobis comparere, & noſtram Sententiam diffinitivam ſuper quibusdam cauſis jam perfecte notis audire, & ſuper judiciis tot marcarum, in quibus ipſi propter diverſas contumacias ſe permiſerunt onerari ante auditionem ipſius Sententiæ diffinitivæ, nobis in duabus partibus velud Judici, & in tertia parte prædicto P. Sacerdoti Actori ſatisfacere debeant, & teneantur; qui ſi hoc fecerint, bene quidem, alioquin vos eosdem, canonica ammonitione præmiſſa tam in Eccleſia eorum propria, quam in aliis Eccleſiis circumjacentibus, compulſatis campanis, & exſtinctis candelis ſingulis diebus Dominicis & feſtivis cum aderit populorum multitudo excommunicantes puplice & ſolempniter denunciare debeatis, univerſos vero Incolas ad ipſos pertinentes a divinis prohibeatis ejusdem Domini noſtri Epiſcopi, & noſtra freti auctoritate in hac parte, & aliud ſub præmisſis pœnis facere non præſumpmatis. Datum.

Item: alia forma ſuper eodem, quando fertur Sententia diffinitiva.

150. Nos Magiſter I. Titulus ut ſupra. Damus &c. Quod cum juxta continentiam priorum literarum noſtrarum A. f. B. & C. f. D. filiorum E. Nobiles de tali contra D. P. Sacerdotem Rectorem Eccleſiæ de eadem tali in talibus Octavis talis feſti coram nobis comparere, & ſuper percuſſione ejusdem P. Sacerdotis, & mutilatione unius digiti ſui indiciarii ſiniſtræ manus, ac ſuper aliis injurioſis factis & dampnis exinde contingentibus noſtram Sententiam diffinitivam audire, ſed tamen ante auditionem ipſius Sententiæ iidem tales & tales nos in Judiciis tot marcarum, & partem adverſam complacere debuiſſent; tandem prædictis Octavis talibus talis feſti occurrentibus annotatæ partes hinc & inde perſonaliter comparuerunt coram nobis, ubi nos in fede noſtra Judiciaria dictis aſſertionibus teſtium, per eundem P. Sacerdotem nuperrime ſuper præmisſis violentibus factis, dampnis ac injuriis coram nobis productorum, & ea (etiam) puplicatis quia dicti teſtes per eundem P. Sacerdotem in ſua requiſitione perfecte ſublebant, & omnia pro parte ſua deponebant; ideo nos una cum

Digitized by Google

eum Aſſeſſoribus noſtris ſententiam diffinitivam ſuper hoc ferentes prælibatos A. f. B. & C. f. D. fil. E. in omnibus requiſitionibus ipſius P. Sacerdotis decrevimus fore convictos, & inſuper denunciavimus eosdem pro tali manuum injectione in clericum fore excommunicatos, prædictum P. Sacerdotem rurſus in Eccleſiam, & parochiam ſuam reſtituentes ita videlicet, quod quia idem P. Sacerdos ſic culpis ſuis non exigentibus dimembratus miſſam celebrare non valeret, ob hoc ipſe per Vicarium ipſam miſſam in dicta Eccleſia ſua usque vitam ſuam celebrari faciat, ſed omnia divina alia Officia & Sacramenta Eccleſiaſtica Parochianis ſuis amminiſtrandi habeat facultatem. Datum.

Item: alia forma Compositionalis super eodem.

151. Nos Magiſter I. &c. Damus &c. quod D. P. Sacerdos Rector Eccleſiæ de tali ex una, & A. f. B. C. f. D. filii E. Nobiſes in eadem tali Villai pro ſe, & pro talibus famulis ſuis excommunicatis parte ab altera coram nobis perſonaliter conſtituti dixerunt & publice ſunt confeſſi, quod in Cauſa, quam idem P. Sacerdos ratione ſua & digiti ſui indiciarii mutilatione ac aliarum injuriarum & dampnorum irrogatorum per prædictos A. & C. filios G. ſibi illatis contra eosdem A. & C. patronos ſuos, ac famulos eorumdem patronorum ſuorum coram præfato Domino noſtro Epiſcopo & nobis juris ordine moviſſet usque modo, vel movere potuiſſet impoſterum, propter bonum pacis & concordiæ unionem interveniente etiam ordinatione & amicabili compoſitione proborum Virorum obtenta prius ad hoc licentia noſtra Judiciaria, taliter inter ſe concordaſſent, & concordaverunt coram nobis, quod iidem A. f. B. & C. f. D. ſuis & eorumdem familiarium ſuorum in perſonis pro omnimoda expeditione præmiſſi violenti facti, & mutilatione digiti ipſius Sacerdotis dare & ſolvere eidem D. P. Sacerdoti coram nobis duodecim Marcas Groſſorum talis computi partim in prompta pecunia, partim vero in æſtimatione condigna excluſa tamen armorum, equorum claudorum aridorum, & veſtium Sarticarum æſtimatione in terminis infra ſcriptis coram nobis, videlicet quatuor Marcas iidem tales ſolvent eidem P. Sacerdoti in Octavis talibus jam venturis, item quatuor Marcas in Octavis talibus, reſiduas quatuor Marcas in Octavis talibus ſubſequen. coram nobis, ſemper duplum incurſuri, ſi iidem tales conjunctim, vel diviſim aliquem dictorum trium terminorum obmitterent in ſolvendo, ad quod ſe faciendum ſe prædicti tales ſpontanea coram nobis obligarunt voluntate. Ordinatum etiam exſtitit per partes ſupradictas, quod prælibati A. f. B. & C. f. D. in die ipſius primariæ ſolutionis quinquaginta ſe Nobilibus, & ſpecialiter cum dictis, famulis eorum Annotatum P. Sacerdotem

Digitized by Google

in domo & coram nobis resolutis cingulis, & discalceatis pedibus suis tamquam rei supplicare teneantur; qua quidem supplicatione peracta sæpedicti tales cum eisdem famulis suis ad eundem Dominum nostrum Episcopum, sic resolutis Cingulis, & discalceatis pedibus accedere, & munus absolutionis juxta formam Ecclesiæ humiliter & devote ab eodem impetrare debeant, & teneantur. &c.

Item: alia forma super eodem.

152. Nos Magister Jo. &c. Damus &c. Quod cum juxta continentiam priorum literarum nostrarum compositionalium & obligatoriarum A. f. B. C. f. D. Nobiles de tali, in talibus Octavis talis festi D. P. Sacerdoti, Rectori Ecclesiæ de eadem tali Villa coram nobis tott Marcas solvere, & quinquagesimo se Nobilibus rei supplicare in eadem die postmodum sic solutis Cingulis, & discalceatis pedibus ad præfatum Dominum nostrum Episcopum transire, & munus absolutionis humiliter & devote ab eodem impetrare debuissent; tandem dictis Octavis talibus talis festi advenientibus iidem tales cum F. f. G. & H. f. L. famulis eorum, ac aliis quam pluribus Nobilibus proximis suis & Comprovincialibus comparuerunt coram nobis, ubi ipsi dictas quatuor Marcas eidem P. Sacerdoti integraliter persolverunt, & resolutis Cingulis, ac discalceatis pedibus tamquam rei coram nobis supplicaverunt P. Sacerdoti supradicto, qui quidem tales & t. cum eisdem famulis suis de omnibus offensis ipsorum munus absolutionis a dicto Domino nostro Episcopo juxta claves Sanctæ Matris Ecclesiæ impetraverunt humiliter, & devote &c.

Vel sic forma e contrario sensu intellecta super eadem materia.

153. Adveniente ipso termino prædictus D. P. Sacerdos Actor neque venit, neque misit, nec etiam suos testes produxit, ut debebat per N. f. O. familiarem & Procuratorem eorumdem A. f. B. & C. f. D. cum literis Procuratoriis talis Capituli, vel Præpositi & Conventus talis loci, vel alterius Judicis Ordinarii pro eisdem Dominis suis licite coram nobis exspectatus, & quia Contumacia Actoris major est, quam Rei, ideo nos eundem P. Sacerdotem in duplo judicio decrevimus fore convictum, nisi se forte rationabiliter reddiderit excusatum; Ammonentes nihilominus A. filium B. & C. f. D. nec non famulos eorumdem prænotatos in totali aquisitione ipsius P. Sacerdotis quoad temporalia exceptis spiritualibus reddidimus expeditos pariter & quietos testimonio præsentium literarum nostrarum & auctoritate; in Spiritu autem quemque sua Conscientia remordeat, & ideo ipsi tempore & loco ad id oportunis reservata Confessione ipsorum a suo Diocesano Episcopo munus impetrent absolutionis. Datum in loco tali in Crastino ejusdem testimoniorum productionis &c.

Digitized by Google

154. *Vel sic:* Adveniente ipso termino prænominatus P. Actor adversus eosdem A. f. B. & C. f. D. suos testes ut debebat, produxit coram nobis, qui singuli singulariter, & universaliter tacto codice S. Evangelii de dicendi veritate jurati, & per nos requisiti responderunt isto modo: Quod quia annotati A. f. B. & C. f. D. Domini ipsorum nimis rigidi essent, & austeri, eo tempore, quo prælibati G. f. H. & I. f. K. famuli eorumdem Dominorum suorum in crepusculo ad domum ipsius P. Sacerdotis Actoris armatis manibus accessissent, ipsum tunc ad videndum, & quid ibi agerent, illuc accedere non præsumpsissent, sed tamen in Crastino ejusdem guerræ audivissent, quod præmissa violenta facta eidem Sacerdoti P. per dictos famulos ex instinctu & persuasione eorumdem Dominorum suorum illata fuissent, & perpetrata. Et quia talis assertio dictorum testium non perfectam probationem, sed per bonam præsumptionem in hac Causa faciebant; ideo nos, una cum Assessoribus nostris admissus judicantes, quod prælibati A. f. B. C. f. D. cum duodecim personis Nobilibus, videlicet quilibet eorum sexto se Nobilibus sibi similibus in talibus Octavis talis festi contra memoratum P. Sacerdotem teneantur coram nobis Sacramentum deponere super eo, quod ipsi tali die post tale festum prænominato G. f. H. & I. f. K. famulos suos ad domum ipsius P. Sacerdotis armatis manibus non destinassent, nec eundem sacerdotem peracti nec vulnerari, nec bona ipsius aufferri fecissent, nec etiam ipsum de Ecclesia & Parochia sua potentialiter exclusissent, & quod prætaxati A. f. B. C. f. D. unam Marcam pro judicio homagiali juxta continentiam dictarum aliarum literarum nostrarum nobis non persolverint, ob hoc iidem tales in die ipsius juramentalis depositionis duas Marcas pro judicio homagiali nobis solvere teneantur, duplum incursuri, si prædictum terminum obmiserint in solvendo. Datum.

Item: alia consequenter super eodem:

155. Nos Magister I. &c. Damus &c. Quod cum juxta continentiam priorum literarum nostrarum, seriem nostri Judicii declarantium A. f. B. & C. f. D. contra D. P. Sacerdotem, Rectorem Ecclesiæ de tali cum duodecim personis Nobilium sibi similium, videlicet quilibet eorum sexto se in talibus Octavis talis festi coram nobis Sacramenta deponere debuissent, adveniente ipso termino prædicti A. f. B. & C. f. D. cum eisdem conjuratoribus suis, utpote duodecim se Nobilibus sibi similibus juraverunt coram nobis super eo: quod ipsi tali die post tale festum jam præteritum, Annotatos G. f. H. I. f. K. &c. ut supra. Ideo ipsi in omnibus præmisis, & præmissorum singulis penitus innoxii essent & immunes. P. Sacerdoti supradicto, & eodem P. Sacerdote similiter personaliter coram nobis comparendo ipsum juramentum vidit & audivit. Nos igitur, qui unicuique coram nobis litiganti, & justitiam petenti ipsius justitiæ complementum ex officio nostro im-

Digitized by Google

pendere astringimur, annotatos A. f. B. & C. f. D. ac heredes ipsorum super totali requisitione ejusdem P. Sacerdotis pro eo, quia ipsi juxta adjudicationem nostram, & dictarum aliarum literarum nostrarum continentiam perfecte juraverunt, reddidimus expeditos pariter & quietos testimonio præsentium literarum nostrarum & auctoritate: Eidem P. Sacerdoti a modo & deinceps super dicta requisitione sua perpetuum silentium imponentes, ita tamen, quod idem A. f. B. & C. f. D. cum annotatis famulis suis, in spiritualibus autem &c. Et quia prætaxati tales, & tales dictas duas Marcas in ipsis Octavis talibus pro judicio homagiali persolvendas nobis solvere non curaverunt, & se pœna dupli opprimi permiserunt, ideo tales dictas duas Marcas simul cum duplo earumdem in talibus Octavis &c. nobis solvere teneantur, rursus dupplum incursuri, si ipsum terminum obmiserint in solvendo. Sed tamen ista ultima Clausula in hac forma est inserta de bene esse, si placeret studenti potest obmitti. Datum in Crastino &c.

156. *Vel sic*: Adveniente ipso termino licet prælibatus D. P. Sacerdos Actor suos Conjuratores, ut debebat, produxit coram nobis & ad deponendum ipsum juramentum præsto fuerit, & paratus, tamen eædem Partes ante depositionem ipsius juramenti propter bonum pacis & concordiæ unionem &c. ut supra, taliter inter se concordassent, & concordaverunt coram nobis, quod prætaxati A. f. B. & C. f. D. pro omnimoda ipsorum, & dictorum familiorum suorum expeditione assumpserunt dare & solvere eidem P. Sacerdoti, & coram nobis assumpserunt duodecim Marcas computi talis, & totum, ut supra. Dat.

Vel sic ad membrum primæ formæ Interlocutoriæ super percussione Clerici completo materiæ.

157. Et cum nos eundem P. Sacerdotem, si ipse dictam propositionem suam humanis testibus comprobare, vel juramentalia depositione mediante terminari vellet, nec ne, ternis vicibus requisitum habuissemus, quia idem Sacerdos inopiam suam allegando dictam propositionem suam testibus humanis se comprobare non posse allegabat, ideo nos una cum Assessoribus nostris admisimus interloquentes isto modo, quod prætaxati A. f. B. & C. f. D. duodecimo se Nobilibus sibi similibus contra eundem P. Sacerdotem in talibus Octavis talis festi jam venturis hic in Agria coram nobis teneantur præstare Sacramentum super eo, quod ipsi tali die post tale festum jam præteritum prænotatos G. f. H. & I. f. K. famulos suos circa Crepusculum &c. ut supra. Datum.

Item: forma expeditoria super depositione Juramenti.

158. Nos Magister Jo. &c. Damus &c. Quod cum juxta continentiam priorum Literarum nostrarum, modum, & formam &c. A. f. B.

Digitized by Google

& C. f. D. contra P. Sacerdotem, Rectorem Ecclesiæ de tali in talibus Octavis, talis festi coram nobis Sacramentum deponere debuisset, adveniente ipso termino iidem tales, & tales cum eisdem conjuratoribus suis, videlicet duodecimo se Nobilibus sibi similibus adversus eundem P. Sacerdotem juraverunt coram nobis super eo, quod ipsi die tali post tale festum jam præteritum præfatos G. f. H. & I. f. K. famulos suos circa Crepusculum &c. ut supra. Datum.

Item: *Forma Interlocutoria super pollutione Ecclesiæ vel Cimiterii*:

159. Nos Magister I. &c. titulus ut supra. Damus &c. Quod D. P. Sacerdos Rector Ecclesiæ de tali pro se, & pro Villico & Juratis, & ceteris hospitibus de eadem villa, videlicet Parochianis suis in talibus Octavis talis festi coram nobis exurgendo contra Religiosum Virum Abbatem Monasterii B. Petri Apostoli de tali legitime citatum nostra judiciaria in figura propositum isto modo, quod A. f. B. & C. f. D. famuli ejusdem Abbatis in Dominica Invocavit jam præterita in ipsa Villa tali inebriati armatis manibus in P. f. N. similiter hospitem de tali hostiliter insurgentes ipsum P. f. N. evaginatis gladiis suis ad Cimiterium Ecclesiæ BB. Cosmæ & Damiani MM. similiter de eadem tali Villa affugassent, & inostiæ ipsius Ecclesiæ vulneribus sauciassent P. f. N. supradictum, ubi tandem dicti populi ipsius Villæ annotatos famulos prænominati Abbatis Deo propitio captivassent, de qua captivitate postmodum idem Abbas prænotatos famulos suos usque ad limitatum terminum ab ipsis excepisset in fidejussoriam cautionem. Tandem eædem limitato tempore occurente, idem D. Abbas nec solus in ipsam villam venire, nec dictos famulos suos ad judicium statuere voluisset, propter quod ipsi eandem Ecclesiam ipsorum pariter & Cimiterium sic pollutos reconciliari debere posiularent per D. Abbatem supradictum. Quo audito dictus D. Abbas respondit, ex adverso, quod dicti duo famuli sui ipsum P. f. N. hospitem de tali in eadem Dominica Invocavit in ipsa villa tali non invasissent, nec in hostio dictæ Ecclesiæ vulnerassent, nec ipse eosdem de Captivitate præfatorum populorum in suam fidejussoriam cautionem recepisset, & ideo ipse non teneretur reconciliari facere Ecclesiam & Cimiterium supradictos. Et quia prælibatus P. Sacerdos se & dictos Parochianos suos præallegatam actionem ipsorum per nos requisitus adversus eundem D. Abbatem testibus humanis comprobare se non posse asserebat; ideo nos cum Assessoribus nostris admissimus judicantes isto modo, quod prædictus D. Abbas quatuor se parochialibus Sacerdotibus, & cum duobus Famulis suis in talibus quindenis talis festi jam venturis contra dictum D. P. Sacerdotem & suos Parochianos teneretur coram nobis deponere Sacramentum super eo, quod ipse, & dicti

Digitized by Google

duo famuli fui in omnibus præmisſis Actionibus & requiſitionibus Actorum penitus innoxii eſſent, & immunes. Datum.

Item: alia Forma super eodem, quando ſit juramentalis depositio etc.

160. Quod cum juxta continentiam priorum literarum noſtrarum, modum, & formam noſtræ Judiciariæ deliberationis.

161. Nos Magiſter I. Archidiaconus *experimencium* Vir Religioſus Frater Abbas de tali quarto ſe *ſcilicet cum* Parochialibus & duobus famulis ſuis A. & B. nominatis contra D. P. Sacerdotem, Rectorem Eccleſiæ de tali, item Villicum & Juratos, & univerſos hoſpites de eadem tali in talibus Quindenis talis feſti coram nobis Sacramentum deponere debuiſſet, adveniente ipſo termino prædictus G. Abbas cum eisdem Conjuratoribus ſuis, videlicet quarto ſe Sacerdotibus, & prænotatis duobus famulis ſuis juravit coram nobis ſuper eo, quod annotati duo famuli ſui in ipſa Dominica Invocavit jam præterita P. f. N. hoſpitem de eadem tali gladiis ſuis evagi natis in Cimiterium Eccleſiæ BB. Coſmæ & Damiani MM. ſimiliter de eadem tali &c. ut ſupra; Imo ipſe, & dicti duo famuli ſui in omnibus præmisſis, & præmiſſorum ſingulis penitus innoxii eſſent & immunes P. Sacerdoti & hoſpitibus ſupradictis. Et idem P. Sacerdos pro ſe, & nomine procuratorio pro eisdem Parochianis ſuis depoſitionem ejusdem juramenti vidit, & audivit. Nos igitur his auditis prælibatos D. G. Abbatem, & duos famulos ſuos ſuper præmiſſa totali requiſitione eorumdem P. f. N. P. Sacerdotis & hoſpitum de eadem tali auctoritate judiciaria, & teſtimonio præſentium literarum noſtrarum reddidimus expeditos pariter & quietos memoratis Actoribus a modo & deinceps ſuper dicta requiſitione eorum perpetuum ſilentium imponentes. Datum &c.

Vel sic: Adveniente ipſo termino prætaxatus D. E. Abbas de tali cum eisdem Conjuratoribus & duobus famulis ſuis ut debebat comparuit coram nobis. Et licet ipſe dictum juramentum juxta adjudicationem nostram & aliarum literarum noſtrarum continentiam ſuo modo deponere præſto fuiſſet & paratus, tamen eædem partes propter bonum pacis, & concordiæ unionem interveniente etiam &c. taliter inter ſe concordaſſent, & concordaverunt, coram nobis, quod prælibatus D. E. Abbas annotato P. f. N. vulnerato pro expeditione dictorum duorum famulorum ſuorum aſſumpſiſſet dare, & ſolvere tot marcas Groſſorum computi talis in Octavis talibus talis feſti coram nobis, duplum incurſurus, ſi ipſum terminum obmitteret in ſolvendo. Qui quidem etiam D. Abbas prædictus Eccleſiam & Cimiterium, per eosdem famulos ſuos pollutos & cruentatos reconciliari facere aſſumpſiſſet per eundem D. noſtrum Epiſcopum in termino, quem ad hoc

Digitized by Google

idem D. noſter Epiſcopus partibus tractando duxerit deputandum, quod ſi ipſe tunc ſecus facere attemptaret in hac parte, extunc ipſe in decem Marcis ſine portione judicis convinceretur eo facto adverſus Actores ſupradictos. Ad quæ præmiſſa, & præmiſſorum ſingula ſæpedictus D. Abbas ſe facienda & toleranda ſpontanea coram nobis obligavit voluntate. Datum &c.

Item: alia Forma Interlocutoria ſimul cum diffinitiva ſuper oppreſſione mulierum.

161. Nos Magiſter I. &c. titulus ut ſupra. Damus &c. Quod A. f. B. Jobagio talis de tali in Octavis talibus talis feſti coram nobis exurgen. contra C. f. D. hoſpitem de tali juvenem legitime ad cauſam attractum in figura noſtra Judiciaria egit proponendo: quod Eliſabeth ſoror ſua adhuc innupta feria tali poſt tale feſtum jam præteritum hora veſperarum aquam de fonte domum deferre voluiſſet, tandem prædictus C. juvenis cum quibusdam ſuis complicibus eandem ſororem ſuam capientes in Ortum D. f. E. adduxiſſent, & idem C. juvenis ipſam vi oppreſſiſſet, oppreſſamque circa dimidium noctis domum remiſiſſet in ſempiternum opprobrium totius generationis ſuæ, & ſuam confuſionem. Quo audito prænotatus D. pater ipſius C. tamquam convicta perſona vigore ipſius convictionis reſpondit ex adverſo, quod idem C. filius ſuus in omnibus præmiſſis aquiſitionibus ejusdem E. puellæ, & per conſequens dicti A. f. B. fratris ſui penitus innoxius eſſet & immunis; & quia prædicti A. f. B. & E. ſoror ſua annotata actionem ipſorum teſtibus humanis per nos requiſiti adverſus dictum C. juvenem ſe comprobare velle prælegerunt; igitur nos cum Aſſeſſoribus noſtris admiſimus judicantes iſto modo: quod prælibati A. f. B. & E. ſoror ſua contra prænotatum C. juvenem f. D. cum teſtibus, quibus evidentius potuerint & ſolemnius, & quos ipſi juxta formam noſtram judiciariam citando adducerent, contra memoratum C. juvenem in talibus Octavis talis feſti jam venturis coram nobis comprobare teneantur actionem ipſorum ſupradictam. Datum.

Item: alia forma collateralis ſuper eodem, quando citantur teſtes pro dicenda veritate.

162. Nos Magiſter I. Archidiaconus &c. Vicariusque &c. Diſcreto Viro D. P. Sacerdoti Rectori Eccleſiæ de tali mutuam in Domino caritatem cum dilectione pleniori. Cum A. f. B. & E. ſoror ſua adhuc innupta contra C. f. D. juvenem hoſpitem de tali, juxta ad judicationem noſtram & aliarum literarum noſtrarum continentiam in talibus Octavis talis feſti jam venturis coram nobis teſtes producere deberent & tenerentur; igitur volumus, & tuæ diſcretioni firme

Digitized by Google

damus in præcepto, quatinus mox receptis præſentibus vadas perſonaliter, & illos omnes, quos idem A. f. B. tibi indicaverit & nominaverit, ac tecum citare fecerit, ad eosdem Octavas peremptorie & ſine craſtinatione ad noſtram citare debeas præſentiam pro dicenda veritate, tales vero, qui forte odio, timore vel favore ſe retraherent, & ad nos prodicenda veritate venire non curaverint eccleſiaſticam per cenſuram venire compellas teſtimonium perhibere veritati. Et poſt hæc diem & locum citationis, nomina citatorum, & terminum aſſignatum ad nos veniendo nobis referre ſtudeas evidenter; & aliud ſub pœnis Interdicti & trium Marcarum facere non præſumpmas in præmiſſis. Datum.

Juxta quam partem eſt ſciendum:

163. Quod in talibus cauſis offenſam patiens quandoque agitur & criminaliter, & quandoque civiliter, & quandoque ad pœnam ſanguinis & aliquando ad pœnam pecuniariam; quando vero idem offenſam patiens primo modo agere voluerit, talis cauſa non ad Eccleſiaſticum, ſed ad forum pertinet ſeculare. Si autem ſecundo modo agere voluerit, tunc ipſa Cauſa non ad ſeculare *equm.* ſed ad forum pertinet Eccleſiaſticum, propter quod Judex Eccleſiaſticus prudens & doctus cum tale judicium ad præſentiam ſuam devenerit, antequam audiat partes, requirere debet Actorem, ſi ipſe adverſus reum, ſeu ad cauſam attractum criminaliter agere voluerit vel civiliter, & ſi idem Actor primo modo ſe agere velle dixerit, prænotatus Judex Eccleſiaſticus remittat Partes ad Judicem ſecularem. Si vero ſecundo modo agere ſe velle ſpoponderit, idem Judex Eccleſiaſticus cognoſcat de tali cauſa, & ipſam judicare debeat inter partes.

Item alia Forma super productione Teſtium.

164. Nos Magiſter I. titulus ut ſupra. Damus pro memoria, quod cum juxta continentiam priorum literarum noſtrarum ſeriem noſtri Judicii declarantium A. f. B. hoſpes de tali & E. ſoror ſua contra C. f. D. juvenem in talibus Octavis talis feſti coram nobis teſtes producere debuiſſet, adveniente ipſo termino prædictus A. f. B. & E. ſoror ſua præfatos teſtes ſuos, ut debebant produxerunt coram nobis adverſus C. ſupradictum. Qui quidem teſtes prius univerſaliter præſentibus dictis partibus tacto Codice S. Evangelii jurati, & demum ſingulariter remotis eisdem partibus per nos tamquam in confeſſione requiſiti, ea omnia, quæ ipſis nota exſtiterunt de violenta oppreſſione ejusdem E. puellæ juxta formam Eccleſiæ depoſuerunt, quorum dicta, & aſſertiones nos occulte & evidenter per Tabellionem noſtrum, ſeu Notarium fecimus regiſtrari, & dictum Regiſtrum capite Sigilli noſtri duximus pro tempore conſignandum, committentes nichilominus

nus noſtra judiciaria auctoritate, ut eædem partes ſi potuerint, & voluerint, infra tales Octavas talis feſti jam affuturas inter ſe concordandi liberam habeant facultatem. Si vero concordare nequirent, extunc nos in eisdem Octavis majores & hora eidem Regiſtro noſtro aperto, & dictis, ac aſſertionibus præfatorum teſtium in medio puplicatis, ſententiam diffinitivam proferemus in ſede noſtra judiciaria inter partes, ita tamen, quod annotatum C. juvenem infra dictas Octavas in ſidejuſſoſſoria cautione *noſtra* M. & F. Nobilium de tali eidem tali Domini ſui domum abire permiſimus literas ſuper eo honorabilis. Capituli dictæ Eccleſiæ recipientes. Datum.

Item Forma super eodem, quando fertur Sententia diffinitiva auctoritate judiciaria.

165. Nos Magiſter I. &c. Damus &c. Quod cum juxta continentiam priorum literarum noſtrarum ſeriem productionis quorumdam teſtium declarantium A. f. B. hoſpes de tali, & E. Soror ſua ut Actores ex una, & C. f. D. hoſpes de eadem tali ad cauſam attractus parte ab altera in talibus Octavis talis feſti vel ad concordiam recitand. vel ad audiend. Sententiam diffinitivam ſuper cauſis infra ſpecificatis ferendam coram nobis comparere debuiſſent; tandem dictis Octavis occurrentibus eædem partes noſtra in præſentia perſonaliter comparentes per nos requiſiti reſponderunt, quod ipſi in Actione anno tatæ E. puellæ nullo modo inter ſe potuiſſent concordare. Propter quod nos his auditis, præfato Regiſtro noſtro in ſede judiciaria aperto, & dictis, ac aſſertionibus teſtium nuperrime per eosdem Actores adverſus prætaxatum C. juvenem f. D. coram nobis productorum viſis, & diligenter examinatis & in medium puplicatis, quia nos ex relatione, & depoſitione prælibatorum teſtium, quod annotatus C. juvenis ipſam E. puellam tali die poſt tale feſtum jam præteritum tunc de fonte aquam domum ferentem cum quibusdam ſociis ſuis juvenibus rapuiſſet, & ad Ortum talis filii talis temeraria præſumptione inductus adduxiſſet, & eandem ibi ſtupraſſet, ac vi oppreſſiſſet, reperimus evidenter. Ideo nos, una cum Aſſeſſoribus noſtris, & quibuslibet aliis discretis Viris de Capitulo dictæ Eccleſiæ talis jurisperitos decrevimus diffinientes iſto modo, quod eandem oppreſſam puellam idem C pro ſua legitima adducere debeat pro uxore, imo exnunc eandem mulierem matrimoniali copula interveniente verbo de præſenti tradidimus C. juveni Tupradicto, ita tamen, quod de ſervatione vitæ prænominatæ mulieris annotatus D. pater ipſius C. item E. f. H. G. f. K. & I. f. L. proximi eorumdem ſidejuſſoriam præſtiterint cautionem tali modo, quod ſi prædictus C. juvenis eandem uxorem prædicta juridica Actione & requiſitione ſua palam vel occulte usque ad læſionem ſuam verberibus offenderet, vel in mortem ſuam, quod Deus aver-

Digitized by Google

tat, anhelaret, extunc iidem fidejussores sui communiter, vel singulariter quinquaginta Marcas nobis, & eidem A. f. B. fratri ipsius Dominæ ante litis ingressum solvere teneantur, ad quod se faciendum prænominati fidejussores coram honorabili Capitulo dictæ Ecclesiæ talis & mediantibus literis ipsorum spontanea obligaverunt voluntate. Datum.

Item: alia Forma super eadem quando partes pacificantur.

166. Nos Magister I. &c. Damus &c. quod cum juxta continentiam priorum literarum nostrarum prorogatoriarum A. f. B. de tali & E. Soror sua &c. ut supra. Adveniente ipso termino eædem partes hinc & coram nobis comparentes dixerunt, & puplice sunt confessi, quod ipsi propter pacis & concordiæ unionem, ac ob proximitatis dilectionem nuperrime domi ex nostra licentia judiciaria taliter inter se concordassent, imo ex nunc concordaverunt coram nobis prætaxatus C. f. D. juvenis consulens saluti animæ suæ in hac parte, eandem E. puellam coram facie Ecclesiæ juxta legem Romanam matrimoniali copula interveniente in suam legitimam recepisset uxorem, & coram nobis adduxit verbo de præsenti, nos autem velut Judicem dictus C. juvenis in toto complacere assumpsit pacis in judicio. Nos igitur his perceptis pictam concordiam acceptamus, & inter partes roboramus testimonio præsentium &c. In cujus rei memoriam præsentibus Sigillum nostrum duximus annectandum. Datum.

NB. In fine Custos apponitur: *Item alia forma ad membrum sequentis Ternionis.*

Desumtum ex Codd. MS. Bibl. Aug. C. V. Class. Theol. DCI. VIII. G. 25. — Latus E. A. B. C. V. — 1755. G. L. B. V. S. B.

Item: Alia forma ad membrum primum dictaminis de violenta oppressione mulierum e contrario sensu intellecta.

167. Nos Magister Jo. &c. Titulus ut supra. Damus &c. Quod A. f. B. hospes de tali in talibus Octavis talis festi coram nobis exurgen. contra C. f. D. juvenem de eadem tali &c. (Propositio Actoris, & Responsio Rei eadem est, ut supradicta fuit, tunc dicatur) Et quia prætaxatus A. f. B. dictam suam Propositionem per nos ternis vicibus requisitus nec testibus humanis comprobabat, neque etiam aliquibus literis Inquisitoriis declarabat; ideo nos una cum Assessoribus nostris admilimus inter loquentes, isto modo: Quod idem C. f. D. juvenis septimo se juvenibus sibi similibus vel utriusque sexus hominibus Dominico tunc collectam persolventibus ad-

Digitized by Google

verſus eundem A. f. B. & E. Sororem ſuam in talibus Octavis talis feſti jam venturis debeat deponere Sacramentum coram nobis ſuper eo, quod ipſe eandem E. puellam tali die, poſt tale feſtum jam præteritum hora veſperarum de fonte aquam domum ferentem cum ſociis ſuis juvenibus in platea non rapuiſſet, nec ipſam ad ortum talis filii talis adduxiſſent, nec etiam eam ibi vi oppreſſiſſet, vel defloraſſet. Datum. &c.

Item: alia forma ſuper depoſitione juramenti Expeditoria.

168. Nos Magiſter I. &c. Damus &c. Quod cum juxta continentiam priorum literarum noſtrarum, modum, & formam noſtræ Judiciariæ deliberationis declarantium C. f. D. juvenis ſeptima ſe juvenibus, vel utriusque ſexus hominis terra collectam perſolventibus contra A. f. B. hoſpitem de eadem tali & E. Sororem ejusdem in talibus Octavis talis feſti coram nobis Sacramentum deponere debuiſſet, adveniente ipſo termino idem C. fil. D. juvenis cum dictis conjuratoribus ſuis, videlicet ſeptimo ſe utriusque ſexus hominibus adverſus dictos Actores juravit coram nobis ſuper eo, quod ipſe tali die, poſt tale feſtum jam præteritum dictam puellam, hora veſperarum quam &c. (ut ſupra) ymo ipſe in omnibus præmiſſis Actionibus ejusdem puellæ penitus innoxius eſſet, & immunis, & prælibatus A. f. B. tam pro ſe quam pro eadem E. Sorore ſua coram nobis perſonaliter comparendo ipſum juramentum vidit, & audivit. Nos igitur his viſis & perceptis memoratum C. f. D. juvenem in temporalibus ſed non in ſpiritualibus utpote in cauſa ſuperius præmiſſa coram nobis ventillata reddimus expeditum pariter & quietum teſtimonio præſentium &c. Annotatis A. f. B. & E. Sorori ſuæ a modo & deinceps perpetuum ſilentium imponend. inſuper autem &c. ut ſupra. Datum vel ſic: Adveniente ipſo Termino prætaxati A. f. B. & E. ſoror ſua perſonaliter comparuerunt coram nobis ſed dictus C. f. D. Juvenis neque venit neque miſit, nec etiam ſuos conjuratores adduxit ad expurgandum coram nobis, quem quidem C. f. D. Juvenem Nos in totali requiſitione ipſius Actricis puellæ decernimus fore convictum niſi ſe forte ſuper neglectione adductionis ſuorum conjuratorum rationabiliter reddiderit excuſatum. Datum Agriæ in craſtino die ejusdem juramentalis depoſitionis. Vel ſic: Adveniente ipſo Termino prætaxatus C. f. D. Juvenis cum ſuis conjuratoribus ut debebat comparuit coram nobis & licet ipſe præfatum juramentum ſuo modo deponere præſto fuiſſet, & paratus, tamen eædem partes propter bonum pacis, & Concordiæ Unionem ac ob proximitatis dilectionem interveniente etiam &c. ſpecialiterque pro eo ne dictus Juvenis ſuper tam manifeſta cauſa vitium perjurii incurrere debuiſſet, taliter inter ſe concorda-

Digitized by Google

verunt coram nobis, quod Annotatus C. Juvenis eandem E. puellam in ſuam legitimam &c. ut ſupra. Nos itaque &c. Datum.

169. *Item alia forma ſuper eodem quando rea pars in talibus cauſis modo quo ſupra negligit jurare.* Nos Magiſter I. M. &c. discretis Viris P. de tali & L. de tali Eccleſiarum Sacerdotibus dilectionisque Chriſto legitimis mutuam in Domino Charitatem Amicitia cum ſincera. Noveritis, quod licet C. f. D. Juvenis hoſpes de tali contra A. f. B. hoſpitem de eadem tali, & G. ſororem ſuam in talibus Octavis talis feſti jam præteriti juxta adjudicatoriarum & aliarum Literarum noſtrarum continentiam in eo, quod ipſe tali die poſt tale feſtum jam præteritum ſimiliter prædictam G. puellam hora veſperarum Aquam domum ferentem cum Sociis juvenibus in platea ejusdem villæ non rapuiſſet &c. ut ſupra. Coram nobis Sacramentum deponere debuiſſet, tamen quia idem C. f. D. dictis Octavis occurrentibus neque venit, neque miſit, nec etiam dictos ſuos conjuratores ad præmiſſa perficienda adducere non curavit, ideo nos eundem C. in tali requiſitione prænotatæ puellæ decrevimus fore convictum, niſi ſe forte rationabiliter reddiderit excuſatum. Et cum nos ſuper eo quamobrem prætaxatus C. f. D. in prælibatis Octavis ſic jurare non curavit, prout noſtro incumbit officio ad agnitionem veritatis Deo permittente intendimus devenire, ideo volumus & veſtræ Discretioni firmisſimo damus in præcepto, quatenus mox viſis præſentibus eatis perſonaliter ad villam talem ſupradictam, ubi Magiſtrum L. f. M. Nobilem de eadem verbo ipſius Domini Noſtri Epiſcopi & modo diligenter admonentis, & compellatis ut ipſe prænotatum C. f. D. Jobagionem ſuum & etiam eundem D. Sabatho proximo ante Dominicam Palmarum jam venturam peremptorie & ſine craſtinatione coram Nobis ſtatuere teneatur rationem ſuper neglectionis ipſius juramenti coram Nobis reddituros, qui ſi per vos admoniti hoc fecerint, bene quidem, alioquin vos eundem Magiſtrum L. f. M. & univerſos Jobagiones ſuos a Divinis prohibeatis, & ipſis Eccleſiaſticum Interdictum firmiter obſervari faciatis tamdiu quousque per Nos ſuper hoc aliud receperitis in Mandatis nec ſecus facere præſumptmatis in hac parte ſub pœnis trium Marcarum, & Interdicti. Datum.

170. *Item alia forma interlocutoria ſuper occulta traductione uxoris, & poſtmodum litigio exinde.* Nos Magiſter Jo. &c. titulus ut ſupra. Damus &c. quod quædam paupercula Mulier A. vocata, ut dicebat Uxor P. filii Q. famuli Magiſtri talis, filii Nobilis talis de tali die poſt tale feſtum de medio aliorum cunctorum coram nobis litigantium exurgendo contra eundem P. f. Q. legitime ad cauſam attractum noſtra judiciariaria in figura egit proponendo: quod licet

Digitized by Google

dictus P. f. Q. ſibi fidem de contractione matrimoniali in oculto dando cum ipſa per quinque continuos Annos ut legitimus cum legitima cohabitaſſet, & ex ipsa quatuor pueros Deo volente procreaſſet, tamen nunc idem P. filius Q. timore Dei poſtpoſito hominumque verecundia retrojecta uſus etiam ſiniſtro Conſilio quorundam proximorum ſuorum ipſam relinquere, & cum tali filia talis de tali Virgine vel Puella vel Muliere coram facie Eccleſiæ Matrimonium contrahere niteretur, ymo idem P. Maritus ſuus, ut ipſa id ex certa percepiſſet relatione cum Patre & proximis ipſius puellæ vel Virginis etiam Nuptialia peregiſſet in liberorum ſuorum & ſuum præjudicium non mediocre & Deroganem, propter quod ipſa ſi phas eſſet. Et jura permitterent dictum P. Maritum ex una, & annotatos proximos Virginis adducendæ parte ab altera prohiberet ab hujuscemodi indebita contractione, quo audito prætaxatus P. filius Q. reſpondit ex adverſo, quod quamvis ipſe prænotatus tot Annis cum eadem Actrice Muliere ut præmittitur cohabitaſſet, & ex ea pueros generaſſet, tamen non ut cum legitima uxore ſed concubina hactenus *tenuiſſet*, & quia ipſe per talem cohabitationem timens ulterius Animæ ſuæ præjudicium *continuari* expaveſcendo etiam illud dictum Moyſaicum: Qui ſine lege eſt, ſine lege peribit, ob hoc ipſe a modo & deinceps intenderet legitimare, & quia prætaxata Actrix Mulier talem ocultam contractionem per nos requiſita teſtibus humanis le non poſſe comprobare aſſerebat, ideo nos cum Aſſeſſoribus noſtris admiſimus interloquentes iſto modo: quod prænominatus P. filius Q. duodecimo ſe utriusque ſexus hominibus Domino terræ collectam ſeu Cenſum perſolventibus, quorum ſex Perſonæ de eadem Villa tali quinque vero unde fieri poſſet *vel* (*valeant*) adduci contra annotatam mulierem in Octavis talibus talis feſti jam venturis coram Nobis Sacramentum deponere teneatur ſuper eo, quod ipſe prælibatam Actricem Mulierem fide ſua ſibi data in uxorem non adduxiſſet nec cum eadem hactenus ut legitimus cum legitima cohabitaſſet, ſed ipſam pro concubina ſua ſervaſſet &c.

171. *Item alia ſuper eodem quando fit expeditoria perjuramentalem Depoſitionem.* Nos Magiſter I. &c. titulus ut ſupra. Damus &c. quod cum juxta continentiam priorum Literarum noſtrarum ſeriem noſtri Judicii ſignantium P. f. Q. de tali duodecimo ſe Juvenibus vel utriusque ſexus hominibus Domino terræ collectam perſolventibus contra quandam pauperculam Mulierem A. vocatam in talibus Octavis talis feſti coram Nobis Sacramentum deponere debuiſſet. Adveniente ipſo Termino idem P. f. Q. cum dictis Conjuratoribus ſuis *vel* (*videlicet*) duodecimo ſe utriusque ſexus hominibus adverſus eandem Actricem Mulierem juravit coram Nobis ſuper eo, quod quam-

Digitized by Google

vis ipſe cum Annotata Muliere annis ſupranominatis cohabitaſſet &c. & dicta Domina Actrix ſimiliter perſonaliter coram Nobis comparendo ipſum Juramentum cum magno Ejulato vidit, & audivit. Nos igitur Depoſitione dicti Juramenti viſo & recepto Annotatum P. filium Q. a vinculo thori ipſius Mulieris abſolventes liberam eidem & ſecuram cum alia cum qua voluerit, conceſſimus contrahendi facultatem teſtimonio præſentium Literarum noſtrarum, & noſtra judiciaria auctoritate mediant dictæ Actrici Mulieri a modo & deinceps ſuper talem requiſitionem ſuam perpetuum Silentium imponentes, inſuper autem &c. ut ſupra. Datum. Vel sic: Adveniente ipſo Termino idem P. f. Q. cum dictis Conjuratoribus videlicet duodecimo ſe utriusque ſexus hominibus comparuit coram Nobis. Et cum ipſe & dicti Conjuratores ſui ad locum ipſius juramenti deveniſſent, iidemque Conjuratores ipſam Actricem Mulierem Amariſime flere conſpexiſſent, nullus exceptis ex ipſis Patre & duobus fratribus ejusdem pro ipſo voluerunt jurare inopiæ & forte juſtitiæ ejusdem Actricis Dominæ compatientes; quo viſo nos eundem P. filium Q. detineri fecimus, & tanquam reum vinculari, ubi tamen in craſtino ipſius juramentalis Depoſitionis prædictus P. f. Q. cum memoratis Parentibus & proximis ſuis aliquamdiu inter ſe tractantes eandem Actricem Mulierem confeſſus exſtitit ſuam & fuiſſe legitimam Uxorem, ipſamque coram Nobis in facie Eccleſiæ extunc adduxit in ſuam legimam vero de præſenti. Nos igitur seriem talis concordanti pro rato habentes atque grato, in teſtimonium talis contractus Matrimonialis præſentibus noſtrum ſigillum duximus annectendum. De conſervatione autem vitæ prædictæ Actricis Mulieris Annotatus P. f. Q. per Nos judiciaria Auctoritate compulſus in quinquaginta Marcis mediantibus Literis Capituli talis Loci ſufficientes nobis propoſuit ſidejuſſores tali modo: quod ſi ipſe eandem Mulierem pro tali Actione ſua &c. ut ſupra. Vel ſic: Adveniente ipſo Termino prædictus. P. filius Q. neque venit, neque miſit ad deponendum juramentum ſuum ſupradictum per eandem Actricem ut ſupra. Datum.

172. *Item alia forma Mandatum continens ſuper Evocatione talis contumacis poteſt ad Sacerdotem deſtinari ſicut in præcedenti forma continetur, juxta quam partem quæritur.* Si aliquis Juvenis vel vir data fide contractione Matrimoniali alicui Virgini vel Mulieri in loco occulto vel privato poteſt eam relinquere & cum alia in facie Eccleſiæ de verbo præſenti contrahere, nec ne? Ad quod reſpondetur, quod fides ubique una, fides, enim nihil aliud eſt, quam fundamentum Chriſtianitatis, Chriſtianis vero a Chriſto per ſermologiam nuncupatur, ille autem, qui fidem non habet, non eſt Chriſtianus, & ſi fidem alicui præſtat, & eam operibus non adimplet, adhuc non eſt

Chriſtianus, quòd S. Jacobus Apoſtolus dixit, fides absque Operibus mortua eſt, & ideo Contractio matrimonialis in fide conſtat, nec talis Contractio reſringi poteſt aliquo modo.

173. Circa iſtam partem quæritur: ſi aliquis in fide errans prima Uxore ſua, cum qua in loco privato contraxerat, derelicta coram facie Eccleſiæ verbo de præſenti contraxiſſet, ſi talis Matrimonialis Contractio ad Notitiam Epiſcopi vel ſui Vicarii Generalis deventa fuerit, reſtringi poteſt, nec ne? quæ quæſtio aborenda eſt inter Canoniſtas, in qua quæſtione audita quadam Vice-Dominus Gulhelmus condam Vicarius talis Cardinalis de latere tunc Bononiæ commorantis quemdam Juvenem taliter errantem oribiliter deturpando repulit a facie ſua dicens: quod niſi Deus ſecum Miſericordiam faceret, filius Diaboli haberetur. Et ideo ad iſtam quæſtionem reſponderetur, quod quandocunque talis Cauſa ad Judicem ſuum Ordinarium devenerit, primo Judex in occulto extra Judicium amonere deberet errantem redire ad primam ſuam uxorem, quam in loco privato data fide conduxit, ſed poſtmodum in Puplico, & in figura Judiciaria eundem errantem dictus Judex amonere deberet ſtare ſeu permanere cum Secunda uxore ſua, cum qua Matrimonium contraxit in facie Eccleſiæ, & verbo de præſenti, & ſic etiam Confeſſor talis errantis eundem errantem tempore ſuæ Confeſſionis debet amonere, quid tamen ad ultimum talis errans facere debet ſi ſalutem animæ ſuæ vult adipiſci iſta ſecunda uxore ſua coram facie Eccleſiæ adducta derelicta revertatur ad primam, & cum ea ſi in priſtino loco non præſumpmit habitare fugiat, & relinquat patriam ſuam cum ipſa habitare debeat usque ad mortem in patria aliena.

174. *Item alia forma interlocutoria de perditione & interfectione Mulierum.* Nos Magiſter I. &c. Damus &c. quod Comes I. filius T. de Honna in talibus Octavis talis feſti coram Nobis perſonaliter exurgendo contra B. f. E. legitime ad cauſam attractus noſtra judiciaria in figura propoſuit iſto modo: quod licet idem condam Gener ſuus cum Nobili Domina filia ſua E. vocata, quam ipſe magnis, & honeſtis nuptiis celebratis cum magna rerum opulentia eidem P. copulaverat, tribus continuis Annis honorifice & pacifice permanſiſſet, tamen poſtmodum annotatus P. f. E. ex inſtinctu Diabolico & perſuaſione D. & D. majorum fratrum ſuorum Notoriorum ſcilicet æmulorum ſuorum eandem Nobilem Dominam videlicet filiam ſuam nullis ſuis culpis ſuis exigentibus morte turpiſima condempnaſſet & ſine miſericordia ipſam interfeciſſet in ſuum & totius generationis ſuæ dedecus & opprobrium ſempiternum, poſt cujus quidem Dominæ mortem una filia ipſius Dominæ in tenera ætate conſtituta remanſiſſet, quam quidem Comes Jo. ſibi reddi poſtulabat, adjecit etiam annotatus Comes Jo.

Digitized by Google

quod præfatus P. eandem Nobilem Dominam ſic interfectam corpus ſuum in Cimiterium cujusdam Parochialis Eccleſiæ utpote in Loco non convenienti ſubterraſſet, ſimiliter in præjudicium generationis ipſorum, quo audito prælibatus P. filius T. reſpondit ex adverſo, quod ipſe dictam mulierem Conjugem ſuam non interfeciſſet, ſed quidem æmuli ſui tali die poſt tale feſtum jam præteritum nocturno tempore ad domum ſuam armatis manibus irruentes prætaxatam Dominam lethalibus vulneribus fauciaſſent, ipſeque ſolus ſimiliter lethaliter vulneratus vix manus eorundem æmulorum evaſiſſet, & tandem annotata Conſors ſua mortua fuiſſet per gravia vulnera ſupradicta, cujus corpus proximi ſui ipſo ægrotante in Cimiterium talis Eccleſiæ parochialis terræ commendaſſent, & quia prænotatus I. filius T. de tali dictam Actionem ſuam per Nos requiſitus benivole Literis Inquiſitoriis, & teſtibus humaniſſe adverſus eundem P. comprobare velle præelegit, ob hoc una cum Aſſeſſoribus noſtris & aliis quam pluribus idoneis perſonis tunc in ſede noſtra judiciaria Nobiscum adhærentibus admiſimus judicantes iſto modo: quod ſæpedictus Comes I. præmiſſam Actionem ſuam ſicut aſſumpſit videlicet Inquiſitoriis Literis, & teſtibus humanis contradictum P. ad cauſam Attractum in Octavis talibus talis feſti jam venturis teneatur coram nobis comprobare, teſtes vero quos ipſe ſimpliciter adducere nequiret, per formam noſtram judiciariam citando adducere teneatur, admiſimus etiam cum eisdem Aſſeſſoribus noſtris, quod facta ipſa teſtimoniali productione eadem die & loco decernemus ſuper reſtitutione pueri ſupradicti. Datum.

175. *Item alia forma quando teſtes producuntur, & in illo teſtimonialis ſit concordia.* Nos Magiſter Joannes titulus ut ſupra. Damus &c. quod cum juxta continentiam priorum Literarum noſtrarum ſeriem Noſtri Judicii ſignificantium Comes Jo. Limech adverſus P. filium C. de tali in talibus Octavis talis feſti in eo quod prædictus P. Nobilem Dominam Conſortem ſuam taliter vocatam & filiam ſuam ejusdem Comitis I. ex inſtinctu Diabolico & perſuaſione D. & D. majorum fratrum ſuorum interfeciſſet, & ſub Eccleſia parochiali ſcilicet in Loco inconvenienti in præjudicium totius generationis ſuæ ſubterrari feciſſet, coram Nobis teſtes producere debuiſſet adveniente ipſo Termino licet prælibatus Comes P. ſuos teſtes produxit coram Nobis ut debebat, tamen eædem partes ante aſſertionem dictorum teſtium propter bonum pacis & concordiæ unionem interveniente etiam ordinatione, & amicabili compoſitione proborum Virorum taliter inter ſe concordaſſent, imo adobtenta noſtra licentia judiciaria concordaverunt coram Nobis, quod prælibatus P. f. E. in expeditione mortis annotatæ Dominæ Nobilis & etiam dotis, & rerum paraphernalium ſuarum

ſuarum aſſumpſit dare & ſolvere Annotato Comiti Joanni & filiis ſuis centum Marcas puri argenti in Terminis infraſcriptis coram Honorabili Capitulo dictæ Eccleſiæ Agrienſis absque Decima & Nona pecorum Nobis velud Judici exinde provenientium videlicet triginta duas Marcas ſolvet idem P. in Octavis feſti Beati Michaëlis Archangeli jam venturis, item triginta duas in Octavis feſti Epiphaniarum Domini, & reſiduas triginta ſex Marcas in Octavis diei Cinerum ſubſequentibus ſemper duplum incurſurus, ſi aliquem dictorum trium terminorum obmitteret in ſolvendo, ita tamen, quod prælibatus P. f. E. in primo termino dictæ pecuniariæ ſolutionis corpus ejusdem Nobilis Dominæ de dicto Cimiterio parochialis Eccleſiæ exhumare, & in curru ad Monaſterium fratrum Minorum de Agria cum magno honore & bona Comitiva de dicta Poſſeſſione Honna deferre, & longe extra Cimiterium Monaſterii de eadem Honna deponi facere, depoſitumque & ad feretrum ordinatum unam partem dicti feretri cum aliis hominibus levare & in dictum Cimiterium, ac Monaſterium diſcalceatis pedibus & reſolutis Cingulis portare, & divinis peractis ſolus dictum corpus ad monimentum ordinare, & in eodem Monaſterio cum ſuis & dicti Comitis Jo. proximis ſepelire tenetur; quo ſepulto cum eisdem proximis ſuis evaginato gladio in manu ferentes ad domum dicti Comitis I. accedere, & ſibi ac aliis filiis ſuis ſe culpabilem reddere, & humotenus ſupplicare debet, & tenetur vitam ſuam ab eisdem ſibi protelari poſtulando, peracto autem die ipſius termini ultimæ ſolutionis idem P. cum prænominatis D. & D. fratribus ſuis, ac aliis quinque perſonis Nobilium in Caſtro Gumor utpote Sede Judiciaria Comitatus Gumorienſis tribus diebus continuis & noctibus in carcere jacere debeant ſolummodo panem comedendo & aquam bibendo, his tunc omnibus peractis præallegati D. & D. in Octavis diei medii quadrageſimæ ſimiliter ſubſequentibus Octo ſe Nobilibus in præſentia dicti Honorabilis Eccleſiæ Agrienſis ſuper eo, quod prænominatus P. f. E. de Conſilio & perſuaſione ipſorum annotatam Mulierem Dominam Conſortem ſuam non interfeciſſet, Sacramentum deponere teneatur, hoc prætermiſſo, quod idem P. filiam ſuam infantulam ex eadem interfecta Domina progenitam ulterius aput ſe non debeat conſervare, ſed eandem ad educandum ac conſervandum usque ad tempus nuptiis ſuis tradere debeat D. fratri ſuo ſupradicto, & cum prædicta Domicella ſenſum humanæ Capacitatis Deo permittente attingere valeat, ipſaque eorundem *Avum Amitulas* viſitare intenderet, ſæpedictus P. Pater ſuus vel Magiſter D. prænominatus totiens quotiens eidem Domicellæ oportunum fieret ſeu neceſſarium, ſemper cum decenti Comitiva in Curru ac Equis honeſtis conducere, & reducere teneatur. Præterea cum eadem Domicella ad tempus nubendi quo ſupra deveniret, matrimonialique copula in-

terveniente ad aliquem Domicellum ſuæ Nobilitati æquipollentem tradi deberet die & tempore ſuarum nuptiarum præmemorati P. Pater & D. & D. patrueles ſui ipſam honorifice dotare, & Veſtibus Nuptialibus, ac Equis, aliis Clenodiis ſufficienter Marito tradere deberent, & tenentur. Si vero prænotata Ancilla ſuperna gratia favente Sanctam Religionem intrare voluerit, ſimiliter cum decenti Comitiva & amplis reditibus conduci facere teneantur, ubi poſtmodum in victu & veſtitu usque ad vitam ſuam ſibi debent providere. Ad quæ præmiſſa, & præmiſſorum ſingula P. f. E. D. & D. fratres ſui ſpontanea coram nobis obligaverunt voluntate. Datum &c. Et ſic de formis Sententiarum interlocutoriarum dicta ſufficiant.

176. *Secuntur formæ Sententiarum diſinitivarum, quæ dicuntur Collectivæ.* Nos Magiſter Jo. &c. ſignificamus &c. quod A. f. B. Jobagio C. Nobilis de tali in talibus Octavis talis feſti coram nobis exſurgendo contra Dominam relictam E. f. F. taliter vocatam in villa tali commorantem ſocrum videlicet P. f. P. condam patruelis ſui jam defuncti legitime in cauſam attractam noſtram judiciariam in figuram propoſuit iſto modo: quod dictus I. f. P. patruelis ſunt in Eulogio ultimæ voluntatis ſuæ de ſuis Bonis coram probis Viris ſpecialiterque Domino P. Sacerdote Rectore Eccleſiæ de tali ſuo Confeſſore exiſtente teſtamentariam feciſſet Ordinationem inter cætera ſuæ Ordinationis Vineam ſuam in Territorio talis Villæ ut dicitur exiſtentem, item quatuor boves, duas Vaccas cum vitulis, duodecim Oves, ſex Capras, viginti ſcroffas, & alia utenſilia Domus ſuæ Dominæ E. uxori ſuæ, & N. filio ſuo ut dicebat adhuc infantulo legaviſſet poſſidendas tali conditione mediante, quod ſi ipſum T. mori contigerit, dicta Vinea item pecora & pecudes, nec non Domus ſuæ Utenſilia per eosdem filium, & uxorem ſuos poſſideri debent, contradictione quorumlibet non obſtante: ſi vero eandem uxorem ſuam ante tempus juventutis dicti filii ſui decedere contingeret, extunc præfatus filius ſuus infantulus tamdiu quo ipſe usque adultam ætatem attingere poſſet, cum prælibatis rebus & Vinea tutelæ & cuſtodiæ ſuæ tradi debet ad conſervandum, & ſi adhuc filium ſuum infantulum in tempore paupertatis migrare contingeret, extunc præmiſſa Bona ipſius I. non alicui alteri niſi in ſuum Jus devolventur poſſidenda, tenenda, & habenda. Nunc autem quia & dictus (I.) filius P. Patruelis ſuus & Domina uxor ſua divina ſic diſponente gratia debitum univerſæ carnis perſolviſſent, annotataque Domina relicta E. filia P. Avia eundem infantulum cum omnibus rebus prænotatis ad ſe recepiſſet, & miſiſſet absque conſenſu, & permiſſione ſua erga ſe conſervaret dictam Vineam in majori parte deſertam relinquens quo audito prædicta Domina ad cauſam attracta reſpondit ex adverſo, quod

Digitized by Google

prætaxatus I. f. P. Gener ſuus eo tempore, quo ipſe de ſuis Bonis teſtamentariam feciſſet Ordinationem, eundem filium ſuum infantulum non dicto A. filio B. ſed ſibi reliquiſſet cum rebus prænotatis; & quia utraque pars ſua allegabant teſtibus humanis contra ſeſe per nos requiſitæ comprobare velle præelegerunt, ob hoc nos una cum Aſſeſſoribus noſtris admiſimus judicantes iſto modo: quod præallegatæ partes cum teſtibus quibus evidentius poterunt & ſolempnius & quos ipſe per ſortem manum judiciariam citando adduceret in Octavis talibus talis feſti jam venturis prædicta ſua allegata contra ſeſe coram nobis teneantur comprobare. Datum &c.

177. *Item alia forma colleteralis super eodem.* Nos Magiſter I. &c. Damus &c., quod cum juxta continentiam priorum Literarum noſtrarum ſeriem noſtri Judicii ſignificantium A. f. B. hoſpes de tali contra Dominam relictam E. f. F. ad cauſam attractam hoc quia cum I. filius P. condam hoſpes de tali jam de ſuis Bonis teſtamentum ordinaſſet tempore ſuæ Ordinationis L. filium ſuum infantulum cum Vinea & rebus ſuis in dictis prioribus Literis noſtris ſpecificatis, & numeratis non Dominæ Aviæ ejusdem infantuli ſed ſibi ad conſervandum legaviſſet, ex adverſo vero prædicta Domina ad cauſam attracta contra eundem A. f. B. Actorem hoc quod prænotatus P. filius I. Gener ſuus memoratum L. filium ſuum infantulum non eidem A. f. B. tempore dictæ teſtamentariæ Ordinationis ſed ſibi ſub conditione ſimul cum prædictis rebus Literis noſtris inſerta ad tuendum & educandum dimiſiſſet in talibus Octavis talis feſti coram nobis teſtes producere debuiſſet adveniente ipſo termino ambæ partes ſuos teſtes ut aſſumpſerunt contra ſeſe produxerant ut debebant, quos nos unanimiter jurari facientes & demum eosdem teſtes remotis præfatis partibus tanquam in confeſione de præmiſſis litigioſis negotiis quid ſcirent vel ſentirent ſingulariter ſtudioſe requirentes quia teſtes per eandem Dominam adducti plus veriori modo, & certiori de ipſa teſtamentaria ordinatione & ipſius infantuli diſpoſitione pro parte ejusdem Dominæ, quam teſtes ipſum A. f. B. adducti coram nobis deponebant, idcirco nos una cum Aſſeſſoribus noſtris ſuper præmiſſis litigioſis negotiis talem Sententiam diſinitivam tulimus inter partes prænotatas: quod prælibatus L. f. I. infantulus tamdiu quo ipſe ſenſum humanæ capacitatis attingeret, & de ſuis poſſeſſionibus ac rebus ſolus diſponere poſſet, per eandem Dominam Aviam ſuam ſervari, educari, & res ſuæ tueri deberent, ſive defenſari. Ita tamen quod ſi ipſum Infantulum ante ætatem adultam mori contingeret, extunc omnia Bona ſua quocunque nomine vocitata in Jus & proprietatem ſæpedicti A. f. B. proximi ſui devolvi deberent, & redundari contradictione quorumlibet non obſtante: Et quia prænominatus A. f. B. eandem Do-

Digitized by Google

minam ſine cauſa aut ratione fecit laborare, ob hoc nos ipſum A. f. B. pro nobis in tribus Marcis Judiciariis & prædicta Domina expenſis ſuis in hac Lite conſumptis decrevimus condempnari ita videlicet, quod quidquid ipſa Domina tali die poſt tale feſtum jam venturum in eadem villa B. coram Domino B. Sacerdote Vice-Archidiacono noſtro de ſuperiori Borſod ſuo juramento mediante pro dictis ſuis expenſis & dampnis exinde contingentibus recipere præſumpſerit, hoc totum idem A. f. B. ſibi reddere teneatur in præſentia hominis noſtri ſupradicti pœnam quam idem homo noſter tunc impoſuerit, incurſurus, ſi aliud facere attemptaverit in reſtitutione talium expenſarum. Datum.

178. *Item alia forma interloeutoria, quæ ſimpliciter de teſtamento tractat.* Nos Magiſter I. &c. Damus &c. quod Dominus N. Plebanus Eccleſiæ S. Jacobi Apoſtoli de Agria in talibus Octavis talis feſti jam præteriti coram nobis exſurgendo contra A. f. B. de tali legitime ad cauſam attractum noſtra judiciaria in figura propoſuit iſto modo: quod dum nuperrime quædam paupercula Domina filia talis de tali taliter vocata in Elogio ultimæ voluntatis ſuæ teſtamentariam feciſſet Ordinationem, ipſeque eidem mulieri Eccleſiaſtica amminiſtraſſet Sacramenta, tandem dicta muliere coram ipſo ſuo confeſſore exiſtente, & aliis multis teſtibus ſcilicet utriusque ſexus hominibus tunc inibi exiſtentibus portiones ſuas Vinearias de Vineis annotati talis mariti ſui debito jure & ratione thori conjugalis ſibi provenientes prætaxatæ Eccleſiæ S. Jacobi Apoſtoli & Miniſtris ſuis jugiter Deo in eadem famulantibus pro animæ ſuæ refrigerio legaviſſet, propter quod ipſe easdem portiones Vinearias rehabere vult & coram Nobis repetivit ab A. f. B. prænotato, quo audito dictus A. reſpondit ex adverſo, quod licet memoratus talis Pater ſuus Matre ſua defuncta cum annotata Muliere taliter vocata matrimoniali copula interveniente in facie Eccleſiæ verbo de præſenti contraxiſſet, & cum eadem aliquamdiu habitaſſet, tamen idem B. Pater ſuus nunquam ipſam carnaliter cognoſcere valuiſſet, quia eadem Mulier natura ſua debitum thori ſolvere inhabilis exſtitiſſet, ſuper quo etiam cauſa Litis materia coram Nobis ventilata fuiſſet inter Patrem & Novercam ſuos ſupradictos; ad quæ idem N. Plebanus reſpondebat replicando: quod quamvis inter partes ſuper hac re coram Nobis quo ſupra Litigium ortum fuiſſet eademque mulier in membris ſuis ſtricta fuiſſe accuſata exſtitiſſet, tamen poſtmodum eædem partes per ordinationem proborum Virorum ſimul in uno hoſpitio pluribus diebus pacifice & quiete cohabitaſſent & ſe carnaliter cognoviſſent, ideoque ipſa mulier præmiſſa legare potuiſſet de jure & de facto. Et quia rea parte hoc negante dictus Actor per nos requiſitus ipſam replicationem ſuam teſtibus humanis ſe velle

Digitized by Google

comprobare ſponte præelegit, ob hoc nos una cum Aſſeſſoribus noſtris admiſimus interloquentes eo modo, quod præattactus N. Plebanus id quod in ſua replicatione ad corroborationem ſuæ propoſitionis dicebat cum teſtibus quibus evidentius & ſolempnius poterit, & quos ipſe per formam judiciariam citando adduceret in tali die poſt tales Octavas talis feſti jam venturas juxta propriam ſuam aſſumptionem teneatur coram nobis comprobare contra A. filium B, ſupradictum. Datum.

179. *Juxta quam partem eſt requirendum:* ſi talis Mulier quæ ſuis membris ſtricta eſt, & Debitum thori reddere non poteſt, utrum dotem ſuam de Bonis Mariti ſui habere poſſit nec ne? Ad quod eſt reſpondendum cum Phyloſopho: deficiente Cauſa deficit & effectus; cum enim matrimonium propter multiplicationem Sæculi filiorum quod generationi per ſolum Creatorem noſtrum ab exordio Mundi ſit conſtitutum, ſtrictaque Mulier propter neglectionem reſtitutionis Debiti thori ad talem cauſam finalem non poteſt advenire, ideo de ſine ad primum dos ſua denegari valet de Bonis Mariti ſui ſupradicti, nec etiam recipere poteſt quoquomodo, imo ipſa mulier propter talem defectum probatione præhabita repellitur a ſuo Viro; & ſic etiam intelligendum eſt de Viro ex adverſo; dicit enim Philoſophus: qui bene diſinit, contrarium ſignat. Secundo eſt quærendum: ſi mulieres de poſſeſſionibus maritorum in ſpecie poſſint rehabere ſuas portiones, filios vel filias non habentes; ad quod eſt reſpondendum, quod inter Nobiles Mulieres & Villanas juxta Conſuetudinem illius Civitatis, vel Villæ, in quibus habitant, dictas portiones ſuas poſſint rehabere de poſſeſſionibus & Bonis Maritorum ſuorum prædictorum, bonum enim conſuetudo vel *injuſte* velut convertitur in Jus. Tertio eſt notandum, quod in Civitatibus Oppidis & Villis Mulieres ratione dignitatis thori de poſſeſſionibus & Bonis Maritorum defunctorum eisdem Maritis ſic ſicut iidem Mariti defunctis ſuis uxoribus de portionibus & Bonis uxorum ſuarum portiones poſſunt rehabere; & quia de ſimilibus ſimile eſt Judicium, ideo prætacta quæ portiones ſuas Eccleſiæ dicitur legaſſe, & de qua præſens eſt Intentio ſi abilis ad reddendum Debitum thori per aſſertiones teſtium reperta fuerit, procul dubio de poſſeſſionibus & Bonis Mariti ſui portiones habere & easdem quocunque voluerit, legare poterit.

180. *Item alia forma super productione Teſtium.* Nos Magiſter &c. Damus &c. quod cum juxta continentiam priorum Literarum noſtrarum modum & formam noſtræ judiciariæ Deliberationis ſignificantium Dominus N. Plebanus de tali contra A. f. B. de tali tali die poſt tale feſtum jam præteritum in eo, quod quædam mulier

Digitized by Google

uxor præfati B. qui nunc propter ſuam malitiam in partibus alienis latere dicitur, & circuire tanquam vagabundus & filia S. taliter vocata cum eodem marito ſuo poſt litigium nuperrime in noſtri præſentia ſuper quodam impedimento Debito thori reſtitutionis intra ipſos ventilatum in uno hoſpitio pluribus diebus pacifice & quiete cohabitaſſent, ac ſe invicem carnaliter cognoviſſent, coram Nobis teſtes producere, & per Ream partem negata cum ipſis teſtibus probare debuiſſent; tandem die & termino ejusdem teſtimonialis productionis occurrentibus prætaxatus N. Plebanus adverſus dictum ad cauſam attractum ſuos teſtes coram Nobis produxit, ut debebat, quorum A. filius B. tacto Codice S. Evangelii juratus & per nos requiſitus reſpondit iſto modo: quod iidem T. & M. uxor ſua in Domo P. hoſpitis de contracta ejusdem Eccleſiæ S. Jacobi Apoſtoli in Agria ipſo ſciente & vidente pluribus diebus ſimul cohabitaſſent, & pacifice permanſiſſent neutra partium de inhabilitate thori reſtitutionis alteram partem inculpante audiviſſet etiam ab hoſpite & de hoſpitaſſa, quod eædem partes in loco ipſorum lætanter & ſemper pacifice dormiviſſent, item C. f. D. ſicut primus &c. Nos itaque dictis, & Aſſertionibus eorundem teſtium per formam juris ſic receptis ne in danda Sententia diſſinitiva memoratis partibus feſtivi fore videremur, apertionem Regiſtri & Aſſertiones dictorum Teſtium continentes & puplicationem ipſorum Teſtium ad 9vum diem reverſionis ejusdem Domini noſtri Epiſcopi de Buda Civitate huc in Agriam fiendæ duximus prorogandam: Ob hoc ut idem Dominus Noſter Epiſcopus Nobis ipſum Regiſtrum aperire, & dicta teſtium puplicare & ad ſententiam diſſinitivam cauſa in præſente procedere debeat moderamine obſervato. Datum.

181. *Item alia forma interlocutoria quando quarta repetitur ſtilialis, & dicitur interlocutoria*; quia Actor & rea pars coram Judice inter ſe locuntur; Actor enim proponit, & rea pars vel ad cauſam attracta quandoque negat id, quod Actor proponit, quandoque affirmat, & ideo vocatur interlocutoria, tunc dicatur: Nos Magiſter Jo. damus &c. quod A. f. B. de tali Maritus & Procurator Nobilis Dominæ filiæ E. de tali taliter vocata cum Literis Procuratoriis talis Præpoſiti & Conventus in talibus Octavis talis feſti de medio aliorum *causarum* coram nobis litigantium exſurgendo contra C. & F. filios G. de tali legitime ad cauſam attractos vice & Nomine ejusdem Nobilis Dominæ Uxoris ſuæ noſtra judiciaria in figura egit proponendo in hunc modum: quod iidem C. & F. f. G. ac fratres uterini ipſius Actricis Dominæ de univerſis poſſeſſionibus & portionibus ipſorum poſſeſſionariis ubi liceat exiſtentibus, & quocunque Nomine vocitatis debito jure naturæ, & de hujus Regni conſuetudine quarta filiali te-

Digitized by Google

neantur Dominæ prænotatæ, quam ipſa Domina rehabere vellet, ymo prætactus Maritus & Procurator ſuus repetivit coram Nobis ab eisdem; quo audito præallegati C. & F. filii G. reſponderunt ex adverſo, quod licet ipſi annotatam filialem quartam Dominæ prænotatæ ut præmiſſum eſt ſolvere de ipſorum poſſeſſionibus debuiſſent, tamen ipſa Nobilis Domina nuperrime coram dictis Præpoſito & Conventui talis Loci perſonaliter comparendo, & tot marcas ab eisdem recipiendo ipſos & eorum hæredes ſuper eadem quarta filiali, & tota requiſitione ſua mediantibus Literis eorundem Præpoſiti & Conventus expeditos relinquiſſet pariter & quietos; ad quarum quidem Literarum expeditoriarum exhibitionem prætaxati C. & F. f. G. per nos ulteriorem terminum aſſignari debere poſtulaverunt; Nos itaque legitimis & congruis poſtulationibus eorundem filiorum G. ac juſtitiæ annuentes ad exhibendum ipſas Literas expeditorias Octavas tales talis feſti jam venturas prænotatis filiis G. duximus aſſignandas. Data &c.

182. *Item alia forma super eandem quæ dependens nuncupatur.* Nos Magiſter I. &c. damus &c. Quod cum juxta continentiam priorum Literarum noſtrarum ſeriem noſtri Judicii declarantium G. & F. f. B. Nobiles de tali quasdam Literas expeditorias talis Loci ſub Anno Domini M. CCCC. &c. confectas nobis præſentaverunt inter cætera continentes, quod Nobilis Domina filia G. de tali D. vocata uxor A. f. B. de tali ex una, ab altera vero parte E. & F. filii ejusdem G. nuperrime utpote in feſto Exaltationis S. Crucis cujus jam tertia præceſſiſſet revolutio annualis coram dictis Præpoſito, & Conventui perſonaliter comparentibus per eandem Dominam D. vocatam vivæ vocis miniſterio ibi propoſitum exſtitit, & relatum: quod quia prætaxati C. & F. f. G. fratres ſui ſibi ipſæ ope & favore complacere negotiaque ſua tempore & Loco ad id oportunis cum ſumpmæ fidelitatis cultu ac etiam amore fraternali ſubportare ſtuduiſſent; igitur ipſa tum pro his & horum ſimilibus tum etiam receptis tot Marcas groſſorum ab eisdem præallegatos fratres ſuos & eorum hæredes ſuper quarta ſua puellari, quam ipſa de univerſis poſſeſſionibus & portionibus poſſeſſionariis eorundem fratrum ſuorum ubilibet exiſtentibus, & quocunque Nomine vocitatis jure naturæ & de hujus Regni conſuetudine requirere potuiſſet & rehabere ab eisdem reddidiſſet & relinquiſſet prorſus & per omnia expeditos, pariter & quietos, inſuper obligaſſet ſe dicta Domina Nobilis & hæredes ſuos memoratos fratres ſuos & eorundem poſteritates ab omnibus prætextu dictæ quartæ ſuæ filialis tempore progreſſivo impetere volentibus ſemper & ubique defendere, & expedire laboribus ſuis & expenſis, cumque nos viſis & perlectis dictarum Literarum tenoribus prædictum A. f. B. Procura-

Digitized by Google

torem qui cum Literis Procuratoriis Honorabilis Capituli Ecclesiæ talis pro eadem Actrice comparuit coram Nobis, quid ad hæc dicere vellet, seu respondere, requisitum habuissemus, idem A. f. B. quasi perterritus afferebat in persona uxoris suæ prænotatæ, quod ipsæ Literæ expeditoriæ subrapti (subreptitiæ) essent, nec eædem in Confessione præscriptæ Actricis Dominæ uxoris suæ fuissent confectæ, & emanatæ, ex eo quia annotata uxor sua nec in dicto Conventu personaliter comparuisset, nec etiam ipsa eosdem fratres suos expeditos relinquisset, super quarta sua filiali prænotata; quo dicto idem A. f. B. aput nos reimpedivit Literas prænotatas asserendo, quod si rigor Juris admitteret, nosque sibi licentiam præberemus, præsto esset probare & paratus ipsas Literas falsæ fuisse impetratas, aliamque mulierem tunc in persona ejusdem uxoris suæ fraudulenter statutam extitisse, & quia secundum juris scripti Ordinem negativa non aliter probari possunt nisi cum determinatione Loci & partis (temporis). Ideo nos una cum Assessoribus nostris admisimus judicantes isto modo: quod præmemorata Actrix Domina juxta benivolam dicti Procuratoris sui assumptionem hoc quod ipsa in eodem tali festo coram eisdem Præposito & Conventui personaliter non comparuisset ut dictæ Literæ expeditoriæ declarant, nec ipsa quartam suam filialem præfatam dictis fratribus suis relaxaverit, nec etiam eosdem fratres suos expeditos relinquisset, cum testibus quibus evidentius poterit & solempnius & quos ipse juxta formam nostram judiciariam citando adduceret contra prælibatos fratres suos uterinos, & verius contra dictas Literas expeditorias reimpeditas in talibus Octavis talis festi jam venturis teneatur coram nobis comprobare, & quod etiam iidem C. & F. filii G. dictas Literas suas expeditorias humanis testibus pro tollenda suspicione juvare assumpmebant, ob hoc nos etiam annuimus ut ipsi cum testibus in quantum poterunt juvent suas Literas supradictas imo hoc probent coram Nobis, quod eadem Actrix Domina in præfato festo Exaltationis S. Crucis &c. coram dictis Præposito & Conventui comprobando ipsos expeditos relinquisset super Debito prænotato. Datum.

183. *Juxta quam partem est notandum* quod super hujuscemodi probationibus utpote Literarum alicujus Loci testimonialis vel Judicis Ordinarii falsificationibus secus est in foro Ecclesiastico in foro sæculari & coram Judice Ecclesiastico & sæculari & maxime hic in Regno Hungariæ & Curia Regia, ac coram majoribus Regni Justitiariis, in foro autem Ecclesiastico sicut in præsenti forma est declaratum bene admittitur vivorum testium probatio ad tales Literas furtivas vel subretitias falsificandas, sed in foro sæculari nullo modo admittitur talium vivorum testium probatio ad eas falsificandas, quia coram Judicibus

Digitized by Google

dicibus fæcularibus & maxime in Curia Regia pro nihilo reputantur dicta virorum teſtium ſed ſuper Literis fides adhibetur, excepto eo, quod aliquo modo Literæ falſæ & fraudulenter impetratæ quaſſantur etiam in foro fæculari ſed non per vivos teſtes.

184. *Item alia forma de eadem materia super productione teſtium.* Nos Magiſter I. &c. damus &c. quod cum juxta continentiam priorum noſtrarum modum & formam noſtræ judiciariæ Deliberationis exprimentium Nobilis Domina Uxor A. f. B. & filia B. D. vocata contra C. & F. ejusdem G. fratres ſuos in talibus Octavis talis feſti in eo quod ipſa in feſto Exaltationis S. Crucis cujus jam tertia præteriiſſet revolutio annualis ad conventum talis Loci perſonaliter non acceſſiſſet, nec ipſam quartam filialem dictis fratribus ſuis relaxaſſet, nec etiam fratres ſuos expeditos reliquiſſet ſuper Debita ſua prænotata teſtes producere e converſo vero iidem C. & F. f. G. quasdam Literas ſuas expeditorias aput Præpoſitum, & Conventum talis impetratas & ſuper expeditione dictæ quartæ puellaris confectas, & nunc aput Nos prohibitas eadem die & Loco teſtibus humanis jurare contra ſe ſe coram Nobis debuiſſent, tandem dictis Octavis talibus talis feſti occurrentibus annotatæ partes videlicet per eandem Dominam dictus A. f. B. Maritus ſuus præfatos teſtes ſuos ut debebant, adduxerunt coram Nobis, & quia Actoris teſtes prius ſunt recipiendi quam reæ partis, ob hoc nos teſtes ipſius Actricis Dominæ coram Partibus ipſisque audientibus ad S. Dei Evangelia de dicenda veritate jurari facientes & poſthac eisdem partibus de fede noſtra judiciaria abire facientes eosdem teſtes diviſim in ſecreto tanquam in Confeſſione ſuper præmiſſis inquirentes plures ex eisdem in dictis ſuis concordantes referebant, quod annotata Domina in præfato feſto Exaltationis S. Crucis cujus tertia &c. in dicto Conventu non fuiſſet, & cum nos tales, qui hoc dicebant, per quem modum vel qualiter iſta ſcirent cum determinatione temporis & Loci & ſuper ſpecificationes requiſitos habuiſſemus H. filius I. referebat, quod ipſe in dicta die hora majoris miſſæ in villam taliter vocatam in qua eadem Domina perſonalem faceret reſidentiam, ad quemdam Compatrem ſuum pro exequendis quibusdam negotiis ſuis transiviſſet, & eandem Dominam in Parochiali Eccleſia de ipſa Villa Dei in Miſſa ſtare vidiſſet cum aliis Dominabus; item K. f. L. de tali reſpondebat, quod ipſe per eundem A. f. B. cognatum in ipſa die ad prandium fuiſſet invitatus & cum eisdem A. f. B. & Domina uxore ſua fere usque meridiem in Domo eorum comediſſent & bibiſſent lætabunde, item M. f. N. juratus dicebat, quod ipſe poſt meridiem per eandem Villam taliter vocatam equitando ipſam Dominam in Chorea cum aliis Dominabus ſuis *commeis* (ſors commetaneis) vidiſſet coriſantem; item O. f. P. ſimiliter juratus

Digitized by Google

reſpondebat, quod ipſe in dicto feſto pro exequendis Cauſis ſuis ab hora prima usque ad exitum dictorum Præpoſiti & ſui Conventus talis Loci de monaſterio eorundem coram ipſis aſtitiſſet, ſed tamen ipſe eandem Dominam tunc inibi fuiſſe non vidiſſet. Et ſic de aliis teſtibus; cum enim de ſimilibus fileat Judicium, ideo prudens Notarius ſenſum ſuum cum neceſſe fuerit ad plura poterit applicare; demum nos eodem die & Loco teſtes per eosdem filios B. productos ſimiliter ad Sancta Dei Evangelia de dicenda veritate jurari facientes Q. f. R. de tali dicebat juratus, quod ipſe dicto feſto Exaltationis &c. coram dicto Præpoſito & Conventui talis Loci pro exequendis quibusdam negotiis ſuis propriis aſtitiſſet, & filios G. cum dicta Domina Sorore ipſorum præmiſſam Expeditionem conficientem ibi vidiſſet comparuiſſe. Et cum Nos cum Cautela eundem Q. f. R. examinantes ſuper eo quod ſi dicta Domina intus vel extra Monaſterium, aut in Sacriſtia ipſius vel in Domo dicti Præpoſiti & qua hora utrum primæ vel majoris Miſſæ aut hora Veſperarum præmiſſam feciſſet faſtionem vel etiam plures Nobiles ſive Cauſatores homines tunc ibi affuiſſent, nec ne? vultum ſuum intuentes requiſitum habuiſſemus, idem Q. f. R. dicebat hora primæ in Sacriſtia coram dicto Domino Præpoſito ſola Miſſæ feciſſe faſtionem, & nullum alium Nobilem præter ipſum tunc inibi exſtitiſſe; item G. f. T. de tali juratus reſpondit, quod ipſe in dicto feſto cum eisdem filiis G. & Domina Sorore ipſorum ob favorem proximitatis, ſpecialiterque cauſa peregrinationis ad dictum Conventum transiviſſet, & facto prandio ad ipſum Præpoſitum perſonaliter accedentes ſuper præſenti negotio per bonam horam tractaſſent, tandem hora veſperarum in Choro dicti Monaſterii præfata Domina præmiſſam feciſſet faſtionem, dicebat tamen, quod ibi plures Nobiles exſtitiſſent; item V. f. X. dicebat, quod ipſe in dicto feſto cum Mercimoniis ſuis ad dictam Villam talem transiviſſet, & cum eisdem filiis G. in uno hoſpitio manſiſſent, & tandem ipſe cum eisdem filiis G. ad dictum Monaſterium iviſſet hora veſperarum ubi præfata Domina coram Conventu præmiſſam feciſſet faſtionem, Præpoſitus autem illius Loci tunc in Curia Regia affuiſſet, nec etiam dicti Q. f. R. & S. f. T. tunc inibi exſtitiſſent. Et ſic de aliis ut ſupra. Nos igitur Aſſertionibus dictorum teſtium ſic auditis, & receptis, ac eorum dictis plenarie regiſtratis regiſtrumque concludentes, & figillantes eisdem partibus licentiam noſtram judiciariam concesſimus ut ipſi infra Octavas tales talis feſti jam venturas per ordinationem proborum Virorum inter ſe potuerint concordare, bene quidem, alioquin nos ipſis Octavis occurrentibus dicto Regiſtro noſtro aperto in fede noſtro judiciaria Aſſertionibus eorundem teſtium puplicatis in præſenti Cauſa ad ſententiam diſinitivam procedemus inter easdem partes Deo permittente. Dat. Agriæ &c. Et quia Cauſæ propter bonum

Digitized by Google

pacis, & concordiæ unionem ſæpe in Arbitris ſolent compromitti, ideo in iſta parte incidentaliter videndum eſt de formis Arbitris.

185. *Nos Magiſter Jo.* damus &c. quod cum juxta continentiam priorum Literarum noſtrarum prorogatoriarum Nobilis Domina uxor f. B. & filia G. de tali D. vocata ut Actrix ex una parte vero ab altera E. & F. filii ejusdem G. ficuti in cauſam attracti in talibus Octavis talis feſti jam venturis vel ad concordiam recitandam vel ad audiendam puplicationem teſtium nuperrime per ipſas partes contra ſe ſe productorum coram Nobis comparere debuiſſent, adveniente ipſo termino dictæ partes hinc & inde ut debebant comparuerunt coram Nobis, & licet Nos una cum Aſſeſſoribus noſtris in ſede noſtra judiciaria conſedentes Regiſtrum noſtrum, dicta & Aſſertiones eorundem teſtium continens, aperire & eadem dicta teſtium puplicare ac inter easdem partes in negotio principali ad Sententiam difinitivam procedere voluiſſemus, tamen quia præſcriptis partibus placuit, ut ſe in hac cauſa propter bonum pacis & concordiæ unionem in Arbitros compromitterent, ob hoc nos voto & petitioni prætactarum partium annuendo totum Proceſſum præſentis Cauſæ in tot Arbitros, quorum quatuor una, & quatuor partium altera in Termino infraſcripto ad id eligere & adducere aſſumpſerunt, duximus committendum iſto modo: quod quidquid prætaxati probi Viri Arbitri tali die poſt tale feſtum jam venturum in tali Loco coram homine Noſtro per nos tunc ipſis partibus pro cautela ad id deputato auditis partium propoſitionibus viſis in ſecreto ſeriebus Regiſtri noſtri per ipſum hominem noſtrum abſentibus dictis partibus tunc inibi exhibendi Deum, & ejus Juſtitiam præ oculis ſuis habentes diſponentes arbitrarentur ſeu ordinarent, hoc totum ambæ partes acceptare, acceptumque inter ſe tolerare deberent & tenerentur tali pæna interjecta, quod ſi qua partium in dicto Termino ſuos Arbitros inibi ducere, Ordinationemque ſive Arbitrium dictorum octo proborum Virorum acceptare, & acceptum tolerare non voluerit, extunc talis pars contra partem præmiſſa adimplentem, & per omnia tolerantem in tot Marcis ſine portione Judicis vel ſimul cum portione Judicis ante Litis ingreſſum deponendis convincerentur eo facto; Ad quod ſe faciendum eædem partes coram nobis ſpontanea obligaverunt voluntate, commiſimus etiam, ut feriem dictæ arbitrariæ Diſpoſitionis ad hoc, ut nos inter ipſas partes in Cauſis ſuis debitum finem imponere valeamus, dictus homo noſter ad nos redeundo ſtudioſe nobis teneatur recitare. Datum.

186. *Item alia forma ſuper ſimili materia, quæ communis eſt, & ſæpius contingit fieri.* Nos Magiſter Jo. vel Nos Capitulum talis Loci, vel Nos talis Judex damus &c. quod A. f. B. de tali & C. f. D. de tali ex una, & F. f. G. parte ab altera coram Nobis perſonaliter con-

Digitized by Google

ſtituti dixerunt, & puplice ſunt confeſſi, quod in Caufa, quam ilidem A. f. B. & C. f. D. prætextu quartæ filialis Nobilis Dominæ uxoris ejusdem A. & filiæ talis de tali taliter vocata vel ratione mortis P. f. G. per eosdem C. & E. filios talis ut dicitur cauſaliter interempti contra dictos C. & E. judiciario Ordine moviſſet usque modo vel movere potuiſſet impoſterum, propter bonum pacis, & concordiæ unionem Arbitrio proborum virorum ſe ſubmiſiſſent & ſubmiſerunt coram Nobis iſto modo: quod quidquid quatuor probi Viri, quorum duos una, & alios duos partium altera ad id eligerent in Octavis talibus talis feſti jam venturis coram tali Capitulo vel tali Præpoſito vel in tali Loco, ubi tunc congruerit, auditis partium propoſitionibus viſisque tenoribus Literarum per easdem partes tunc inibi exhibendarum Deum & ejus juſtitiam præ oculis ſuis habentes viderent, diſponerent, ſeu arbitrarentur, hoc totum ambæ partes acceptare & inter ſe tolerare tenerentur, hujuscemodi vinculo obligationis interpoſito, quod ſi qua partium in dicto Termino ſuos Arbitros ad præfatum Locum non adduceret, ipſos finaliter arbitrari non faceret, ſeu dictorum quatuor Virorum Arbitrationi non aſſupinaretur, extunc talis pars contra præmiſſa facientem, vel adimplentem in tot Marcis &c. ut ſupra Idem in ſuccubitu facti Duelli potentialis vel in pæna Calumpniæ convinceretur eo facto ita tamen, quod præſcripti Arbitri non prius donec prædictum Arbitrium perficerent, fugere & recedere debeant de loco Arbitrii prænotato, atque ſe facienda &c. Seriem autem ipſius arbitrariæ Diſpoſitionis in Literis ejusdem Capituli vel eorundem Præpoſiti, & Conventus talis Loci vel talis Judicis ad tales Octavas ſubſequentes commiſimus nobis reportari. Datum &c.

137. *Item alia forma super requisitione rerum, Dotalitiorum, & Paraphernalium.* Nos Magiſter Jo. &c. damus &c. quod A. f. B. de tali de medio aliorum Caufatorum in talibus Octavis talis feſti jam præteriti coram Nobis exſurgendo contra C. f. D. de tali noſtra judiciaria in figura egit proponendo in hunc modum: quod idem C. f. D. condam Gener ſuus de poſſeſſionibus & portionibus ſuis poſſeſſionariis, in quas ipſe Nobilem Dominam filiam ſuam jam defunctam taliter vocatam tempore ſuæ Virginitatis *dictarumque* ſuarum nuptiarum adduxiſſet de conſuetudine hujus Regni dote & rebus paraphernalibus eidem Domniæ filiæ ſuæ teneretur, propoſuit etiam Actor prænotatus, quod E. filia ſua prænotata Deo lic volente Debitum carnis univerſæ perſolviſſet, ideo ipſe Lectiſternia, & alia Clenodia, quæ ipſe tempore nuptiarum cum eadem filia ſua tradidiſſet, ſimul cum præfatis rebus dotalitiis & paraphernalibus ab eodem Genero ſuo rehabere vellet, & repetivit coram Nobis, quo audito P. f. I. de tali procurator & famulus ejusdem

Digitized by Google

C. f. D. ad Cauſam attracti cum Literis Procuratoriis talis Loci vel talis Judicis pro eodem Domino ſuo reſpondit ex adverſo, quod memoratus Dominus ſuus cum dictis Dote, & rebus paraphernalibus prout iſtius Regni depoſcit conſuetudo, teneri dinoſceretur, eademque dicto Actori Socero ſuo reddere præſto eſſet, & paratus, ſed de reſtitutione veſtium Lectiſterniorum, ac Clenodiorum annotatum Dominum ſuum dubietatis detineretur, quia idem Dominus ſuus & per conſequens ipſe nondum in hoc Regno audiviſſet, quod tales res mortua nobili Domina Parentibus ejusdem fuiſſent reſtitutæ, prælibatus enim A. f. B. per nos de qualitate veſtium rehabendarum requiſitus reſpondebat, quod prænotata filia ſua defuncta palia & tot tunicas muliebres variis circumdatæ & bisſis ſubductæ ac ſericeis adornatæ, item ornamenta Capitis tot Marcas valentia, & tot annuli aurei & argentei, item tot Ciphi ſimiliter argentei, & unus baltheus, ac Lectiſternia cum tot Marcis per ipſum comparata, nec non unus Equus tot Marcas valens aput ipſum C. f. D. remanſiſſent, retulit etiam Procurator ipſius Actricis, quod ſæpedicta Nobilis Domina ſolummodo duobus annis vixiſſet apud maritum ſuum ſupradictum. Nos igitur his auditis una cum Aſſeſſoribus noſtris admiſimus judicantes iſto modo: quod eædem Partes hominibus noſtris receptis & quatuor probis viris Nobilibus examinatoribus communiter ſecum adductis in talibus Octavis talis feſti jam venturis ad faciem poſſeſſionum, portionumque poſſeſſionariarum ejusdem C. f. D. ipſum ſolum contingentium accedere, & easdem Vicinis & commetaneis ſuis legitime convocatis per ſuas veras metas & antiquas reambulare, regalique menſura ſi menſurari poterunt, menſurare vel ſaltem viſu conſiderare, reambulatas & menſuratas conſideratis qualitatibus & quantitatibus earundem Deum & ejus Juſtitiam præ oculis ſuis habentes ſcrupuloque cujuslibet falſitatis procul moto æſtimare deberent, ſi per quempiam vel per quospiam non fieret contradictum, contradictores vero ſi qui apparerent in hac parte iidem homines noſtri vel alter ipſorum contra annotatum A. f. B. ad noſtram evocentur præſentiam rationem ſuæ contradictionis peremptorie reddituros coram Nobis, & poſthac præſcripti homines noſtri cum eisdem partibus in quindenis dicti feſti ad nos redire, & feriem ipſius æſtimationis diem & Locum Citationis, & Nomina citatorum ſi qui fuerint cum termino aſſignato Nobis referre teneantur evidenter; in quo etiam termino reportationis feriem præmiſſorum Nos cum eodem Domino noſtro Epiſcopo, & aliis providis decernemus, & moderamine juris obſervato plenarie deliberabimus, quod erit faciendum de reſtitutione veſtium Lectiſterniorum & Clenodiorum ſupradictorum. Dat. Agriæ die tali Anno Domini &c.

Digitized by Google

183. *Juxta quam partem eſt notandum* quod hujuscemodi res dotalitiæ non de rebus depoſitis vel Theſauris reæ partis ſed ſolummodo de poſſeſſionibus vel portionibus poſſeſſionariis ad quas Dominæ tempore nuptiarum ſuarum traduntur, & ducuntur, recipi poſſint & rehabere, notatur enim, quod vir vel talis homo, a quo dos repetitur mille marcas haberet, & parentes uxoris ſuæ mortuæ vel uxor vivens mortuo marito ſuo non plus de rebus ſuis niſi de valore ſuarum poſſeſſionum rehabere poſſit ſuam Dotem. Secundo eſt notandum; quod Nobiles Dominæ tempore virginitatis ſuæ maritis traditæ, ſi eædem communibus Nobilibus & non Baronibus traditæ exiſtunt datis de hujus Regni conſuetudine L. Marcas Conſortes vero Baronum C. Marcas rehabere poſſunt a ſucceſſoribus maritorum ſuorum, ita tamen quod ſi valor portionum maritorum ultra ipſum Debitum ſe extenderit, ſic tenet regula prænotata, ſi vero poſſeſſiones maritorum minoris valoris fuerint, quam ipſa Debita ſe extenderint, extunc ipſæ Dominæ ſolummodo pro talibus ſuis Debitis inde habere poſſunt in quantum valor se extenderit poſſeſſionum ſupradictarum; Tertio eſt notandum, quod poſſeſſiones pro dote & rebus paraphernalibus juxta hujus Regni conſuetudinem aliter & quarta filiali ſimiliter aliter exiſtimantur, quia pro dat. terræ ad unum aratrum ſufficientes duntaxat pro tribus marcis æſtimantur, pro quartis vero filiabus poſſeſſiones in ſuo perfecto valore prout aliquæ res in foro Comitatus vendi vel emi poſſunt, ſolent æſtimari. Quarto eſt notandum, quod inter res cum Nobilibus puellis tempore nuptiarum traditas res ſimiliter tempore nuptiarum cum ſponſo datas, & donatas talis differentia eſſe videtur, quod res cum ſponſa traditæ marito ſuo mortuo vel ipſa ſponſa defuncta in Jus parentum ipſius ſponſæ debent reduci & rehaberi, quia tales vocantur donate vel donatæ quia in nuptiis donatæ ſunt ipſi ſponſo ex gratia ſpeciali & pro honore nuptiarum. Quinto eſt notandum, quod Nobiles Dominæ viduatæ in prima viduitate ſua juxta hujus Regni Conſuetudinem pro ſua dote non plus niſi viginti quinque Marcas, & ſi fieri contigerit ipſam ſecundario viduari dimidiam ipſarum viginti quinque Marcarum, & ſi tertio viduabitur, tunc ſimiliter dimidiam ipſarum XXXV. marcarum & mediæ Marcæ, & ſi quarto vel quinto viduabitur, extunc ſic deſcendendo ſua Nobilitas degradabitur, & Dos ſua diminuetur. Sexto eſt notandum, quod ſi Nobiles Dominæ viduabuntur, extunc univerſæ poſſeſſiones maritorum ſuorum pro dotibus ſuis tacite ipſis obligabuntur & non prius per quempiam depelli poſſint ex eisdem ſeu removeri donec Debita ipſarum perſolventur, & ſic etiam intelligendum eſt de virginibus puellis ſi eædem Orphanæ in Bonis paternis remanebunt, non prius depelli poſſunt ex poſſeſſionibus paternis donec per tales, ad quos dictæ poſſeſſiones & Bona devolventur, maritis

Digitized by Google

traderentur, ſecus tamen eſt Dominabus Civium & filiarum eorundem, quia relictæ & orphanæ Virgines Civium vel Villanorum ſuccedunt ad poſſeſſiones & Bona paterna juxta Conſuetudinem Civitatum, & Villarum, in quibus dinoſcuntur habitare. Et ſic formæ Sententiarum Interlocutoriarum Deo permittente terminantur &c.

189. *Secuntur Formæ Sententiarum difinitivarum reddendo ſingula ſingulis & primo ſimpliciter.* Nos Magiſter Johannes ſignificamus, vel damus &c. quod nos viſis Aſſertionibus Teſtium per dictum N. Plebanum talis Eccleſiæ de tali contra A. f. B. de tali nuperrime juxta continentiam aliarum Literarum noſtrarum exinde confectarum coram Nobis in eo quod quædam mulier D. vocata jam defuncta cum C. f. D. cum *patre* procuratore ſuo poſt quoddam Litigium ſuper in habilitate reſtitutionis Debiti thori ipſius mulieris coram nobis ventilatum in uno hoſpitio pluribus diebus pacifice & ovanter ſibi cohabitaſſent, & ſe carnaliter cognoviſſent productarum & *ea* etiam in ſede noſtra judiciaria puplicatis, & ſtudioſe examinatis, quia ex affirmatione & depoſitione eorundem teſtium hoc, ut dicta mulier cum eodem C. f. D. Procuratore ipſius A. ad cauſam attracti poſt dictum primum litigium ſuper ipſa accuſatione coram Nobis quos ſupra ventilatum in uno hoſpitio pluribus diebus ſibi pacifice & ovanter cohabitaſſent, & ſe carnaliter ut præmiſſum eſt cognoviſſent, fore reperimus evidenter, ideo nos una cum Aſſeſſoribus noſtris admiſimus difinientes iſto modo: quod teſtamentaria Ordinatio jam dictæ mulieris legitima eſſet & officioſa, quia uxor legitima prætaxati C. f. D. ſecundum Deum eſt reperta ac inventa, quamobrem Nos tertiam partem duarum Vinearum prælibati C. f. D. ipſam mulierem contingentem, & per eandem mulierem dictæ Eccleſiæ per conſequens & Rectori ſuo nunc & pro tempore in eadem Deo famulante adjudicavimus reſtituendam, & per ipſos poſſidendam, Annotato A. f. B. perpetuum ſilentium imponentes in hac judiciaria noſtra Auctoritate, in cujus rei teſtimonium præſentibus ſigillum noſtrum duximus annectendum, præſentes autem dum ad Honorabile Capitulum Eccleſiæ Agrienſis inportatæ fuerint Socios & Amicos noſtros de eadem pro majori cautela ipſorum Literis ſtabiliri teneri amicabiliter petimus roborari. Datum &c.

190. Nota quod merita earum partium Aſſertionibus panduntur Sententia hujus notabilis talis eſt, quod ſi quis Judex vel Arbiter inter Actorem & reum Judicium vel Arbitrium facere intendit, Allegata partium utpote Accuſatoris vel petentis propoſitionem & e converſo Accuſati reſponſionem audire debeat finaliter ascrutari, & ſic ascrutando poterit ad Sententiam difinitivam bono modo pervenire; ſecundo eſt notandum, quod quicunque ab iniqua Sententia & ab

Digitized by Google

præſentia ſuſpecti Judicis ad præſentiam ſui ſuperioris intendit appellare, talis caveat ne decem dies tranſeat a die, qua lata fuerit ſententia diſinitiva, quia poſtmodum non poteſt facere appellationem, transactis enim decem diebus ſecundum juris ſcripti ordinem ipſa Sententia diſinitiva tranſit in rem judicatam, & ſic nec Judex appellari nec ſententia Judicis poterit quoquo modo irritari.

191. *Item Alia forma super sententia diſinitiva quando repetitur quarta filialis.* Nos Magiſter I. &c. ſignificamus &c. vel damus &c. quod licet Nos cauſam inter Nobilem Dominam Uxorem A. f. B. & filiam G. taliter vocatam ut Actricem ex una, & E. ac F. filios ejusdem G. de tali veluti ad cauſam attractos parte ab altera ſuper repetione quartæ filialis ipſius Actricis Dominæ jam diutius coram Nobis ventilatam pluribus petitionibus quorundam proborum Virorum annuentes, & etiam dictis partibus volentibus pro eo, ut etiam fatigam noſtram propriam in hac parte vitare potuiſſemus, & etiam ipſæ partes ſua litigioſa negotia amicabili concordia potuiſſent terminare, in Arbitros commiſeramus tamen quia prætaxatæ partes nec aliquo alio modo hactenus inter ſe cauſa in præſenti voluerunt concordare, ideo nos in hac cauſa ad ſententiam diſinitivam procedere volentes Regiſtro noſtro in quibus dicta & Aſſertiones teſtium per ipſas partes alternatim contra ſe ſe productorum continebantur, in ſede noſtra Judiciaria percipientes Aſſertionesque ipſorum teſtium ſingillatim dictis partibus opponentes quia nos ex affirmatione ſeu depoſitione teſtium in ipſam Actricem Dominam quo ſupra hoc quod eadem Domina in dicto feſto Exaltationis S. Crucis cujus jam tertia præteriiſſet revolutio annualis ad Conventum de tali perſonaliter non accesiſſet, nec eosdem C. & F. filios G. fratres ſuos ſuper quarta ſua filiali in præſentia Præpoſiti & dicti Conventus expeditos relinquiſſet, e contra vero ex dictis & Aſſertionibus Teſtium per prælibatos filios adverſus dictam Actricem Dominam productorum, omnes vacilla. & confuſion. *quæ* quia quidam ex ipſis dicebant nigrum, quidam vero album, & ſic omnino in ſuis dictis falſum dixiſſe cognoſcebantur, & ibi ſuos productores ſublevare nitebantur, & ibi eosdem plus deprimebant moderamine juris obſervato ipſos teſtes puplicantes fore reperimus evidenter una cum Aſſeſſoribus noſtris & aliis probis Vivis tunc in ipſa ſede judiciaria Nobiscum adhærentibus admiſimus decernentes iſto modo: quod Literæ expeditoriæ dictorum Præpoſiti & conventus ſuper ipſa quarta filiali confectæ & per eosdem filios G. nuperrime coram Nobis præſentatæ inanes ſint, & viribus penitus carituræ, pro eo quia dictæ Literæ ut ex affirmatione, teſtium per ipſam Dominam, ut præmiſſum eſt, productorum reperimus, quod furtive & ſubreptice exſtiterint impetratæ, commiſimus etiam de licentia noſtra

Digitized by Google

ſtræ judiciariæ poteſtatis, ut ipſa Actrix Domina quartam ſuam filialem quam requirebat, de poſſeſſionibus & Bonis paternis integraliter valeat rehabere, annotatos autem filios G. qui ex affirmationibus ſuorum teſtium proprietorum corrupti fuerunt, & confuſi in ritio colloſorio & falſorum teſtium pre[illegible]oris auctoritate noſtra judiciaria decrevimus fore condempnandos. Dalma.

192. *Juxta quam* partem eſt notandum, quod falſidicus teſtis tribus & obnoxius, primo Deo quem ob jurando negavit, ſecundo Judici quem fallere procuravit, tertio illi, quem decipere eſt conatus, & ideo Judex Ordinarius in Cauſa, pro qua teſtes recipiuntur tales falſidicos teſtes, poteſt merito punire in corpore & in rebus, & hoc in loco ſæculari; in foro autem conſcientiæ tales teſtes ſunt excommunicati, & niſi referata *reserta* confeſſione ſuper hoc debitam pœnitentiam per confeſſorem ipſorum eis injunctam peregerint, nullo modo poterunt ſalvari.

193. *Item alia forma ſuper eadem materia, quando partes concordant in procuratione Arbitrorum.* Nos Magiſter I. &c. ſignificamus &c. vel damus &c. quod Magiſter N. literatus Noſter familiaris qui per nos nuperrime in quibusdam Regiſtris noſtris Nomina & aſſertiones teſtium P. A. f. B. Maritum & Procuratorem Nobilis Dominæ filiæ G. de tali taliter vocatæ in perſona ejusdem uxoris ſuæ ex una, & G. & F. filios dicti G. parte ab altera in talibus Octavis talis feſti jam præteritis juxta continentias aliarum Literarum noſtrarum exinde confectarum coram Nobis contra ſe ſe productarum exprimentibus ad videndum, & audiendum feriem cujusdam Arbitrii Diſpoſitionis inter easdem partes ſub requiſitione quartæ filialis præſcriptæ Nobilis Dominæ & falſificationis quarundam Literarum Præpoſiti & Conventus de tali per octo probos Viros fiendæ & terminandæ pro homine noſtro deputatus fuerat, una cum eisdem probis Viris, & dictis Partibus ſupradictis ad nos reverſus nobis retulit iſto modo: quod præallegati Octo probi viri ut Arbitri viſis & intellectis tenoribus dictorum Regiſtrorum noſtrorum ac & earundem partium Allegationibus auditis Deum & ejus juſtitiam præ oculis ſuis habentes ſuper dictis litigioſis negotiis taliter exſtitiſſent arbitrati inter Partes ſupradictas, quod quia prætaxata Actrix Domina per eosdem E. & F. filios G. fratres ſuos annotatos A. f. B. tanquam Advenæ homini & populari matrimoniali copula interveniente pro uxore tradita exſtitiſſet, ideo præſcripto filio A. tertiam partem cujusdam terræ ipſorum ſeu poſſeſſionis ipſorum taliter vocatæ, ut dicitur in tali Loco adjacentem cum univerſis utilitatibus & pertinentiis ejusdem tertiæ partis utpote Locis ſesſionalibus, terris arabilibus, pratis ſeu fœnetis, Sylvis, Nemoribus, fluviis, locis molendinorum, piſcinis, & portione Patronatus Eccleſiæ in eadem

Digitized by Google

fundatæ dare & assignare debeant in Jus & proprietatem ejusdem Nobilis Dominæ & suorum hæredum perpetuo possidendas, ex adverso vero memorata Nobilis Domina eosdem fratres suos & eorum posteritates super omnibus Requisitionibus suis specialiterque in causa qua supra impetrationis dictarum Literarum Præpositi & conventus talis & falsificationis earundem suborta fuerat inter easdem Partes coram Nobis prorsus & per omnia relinquere deberet expeditos, nos autem velut Judicem dictæ Partis comm uniter placare teneantur pacis in Judicio, & quia nec ipsi Arbitri nec etiam dictæ Partes relationi hominis nostri in nullo contradicebant, ob hoc relatione hominis nostri sic audita seriemque Arbitrariæ dispositionis pro bono habentes atque grato subscriptam tertiam partem ipsius terræ seu possessionis Naggruba vocatæ sæpedictæ Nobili Dominæ quo supra datam & concessam cum suis utilitatibus quibuslibet & pertinentiis prænotatis sine præjudicio juris alieni eidem Nobili Dominæ & suis hæredibus confirmamus & perhempnaliter ac irrevocabiliter valere *communicamus* de plenitudine Nostræ judiciariæ potestatis, ac etiam testimonio præsentium Literarum nostrarum & auctoritate. In quorum testimonium præsentibus sigillum nostrum duximus annectendum. Præsentes autem. Datum &c.

194. *Item alia forma difinitiva quæ est super restitutione rerum dotalitiarum.* Nos Magister I. &c. significamus vel damus &c. quod cum juxta continentiam priorum Literarum nostrarum seriem nostri Judicii significantium Magistrum N. clericum nostrum familiarem in Octavis talibus talis festi jam præteriti ad videndum & audiendum reambulationem mensurationem & æstimationem Possessionum & Portionum possessionariarum C. f. D. de tali intra limites Diœcesis dictæ Ecclesiæ Agriensis ubilibet existentium, & quocunque nomine vocitatarum ex quibus A. f. B. Nobilis de tali dotem & res paraphernales cujusdam Nobilis Dominæ tunc Confortis ejusdem C. f. D. & filiæ suæ propriæ jam defunctæ judiciario ordine coram eodem Domino nostro Episcopo & Nobis procedendo requisivit, & repetivit pro homine nostro destinassemus, tandem idem Magister N. Clericus noster una cum Procuratoribus dictarum Partium in quindenis ejusdem festi talis ad nos reversus nobis retulit isto modo: quod ipse una cum quatuor viris Nobilibus æstimatoribus quorum duos annotatus A. f. B. & alios duos prænotatus C. f. D. tunc inibi pro suis æstimatoribus adduxisset in præfatis Octavis talis festi jam præteritis accessissent ad facies portionum possessionariarum prætaxati C. f. D. in possessionibus talibus & talibus ut refertur habitarum quas ipsi Vicinis & commetaneis inibi convocatis facta legitima reambulatione visa qualitate & quantitate ipsarum

Digitized by Google

Deum & ejus juſtitiam præ oculis ſuis habentes una cum aliis probis Viris in toto ad quindecim Aratra ſufficere debere conſpexiſſent, propter quod ipſi easdem portiones poſſeſſionarias ſimul cum portione Patronatus Eccleſiæ ſancti talis in eadem Villa fundata, & Loco ejusdem unius Molendini pro LX. Marcis Computi Caſſenſis æſtimaſſent nemine contradictore apparente. Nos igitur relatione ejusdem hominis noſtri ſic audita, factumque dictæ æſtimationis pro rato habentes atque grato una cum Aſſeſſoribus noſtris in ſede noſtra præſentibus & audientibus dictis Procuratoribus Partium admiſimus iſto modo: quod prætaxatus C. f. D. easdem LX. Marcas Computi Caſſenſis partim in prompta pecunia, partim vero in æſtimatione condigna excluſa cauſa veſtium Sarticarum Armorum.

NB. *In fine hujus Ternionis ſequitur Cuſtos: Sarticarum, armorum ſequentis Ternionis, qui deſideratur.*

*) quindenas diei ſuæ reverſionis de Wienna ad Wiſegrad faciendas Deo propitio duximus prorogand. ſtatu & forma priorum literarum noſtrarum permanente. Datum &c.

Item: alia formæ, quando propoſita deliberatio ſuper aliquam Cauſam fit per D. Regem, & ſuos Barones.

195. Nos Comes P. &c. Damus pro memoria, quod cum juxta continentiam priorum literarum noſtrarum prorogatoriarum Magiſter L. f. D. de tali a Domino A. Divina providentia & Apoſtolicæ ſedis gratia Epiſcopus Tranſylvanus, ac filii P. & filii D. condam Bani de tali parte ab altera in Quindenis reverſionis dicti Domini noſtri Regis de Wienna ad Wiſſegrad Deo permittente fiend. in ſpeciali præſentia ipſius D. noſtri Regis ad videndum & audiendum finalem discuſſionem ſolutionis ducentarum Marcarum comparere debuiſſent, adveniente ipſo termino eædem partes hinc & inde coram eodem D. noſtro Rege & nobis perſonaliter comparuerunt, qui videlicet D. noſter Rex cum ſuis Prælatis & Baronibus, tunc in Curia ſua adhærentibus pro tribunali ſuo confedendo, & merita cauſarum partium earumdem per nos ſibi explicari faciendo cum dictis ſuis Prælatis & Baronibus, per conſequensque nobiscum ſuper præmiſſa ambigua re, ſeu litigioſo negotio partium decrevit fieri iſto modo: Quod quia prænominati D. Epiſcopus, & filii P. ac filii D. condam Boni fratres ſui ab eodem Magiſtro L. f. D. condam de tali Poſſeſſionem P. vocatam in forma cujusdam compoſitionis coram nobis nuperrime inter ipſos habitam ſe redimituros fore aſſumpſerunt, dictusque Magiſter L. f. D. eandem Poſ-

*) Præcedens Ternio deſideratur.

Digitized by Google

sesionem P. in forma dictæ compositionis annotatis D. Episcopo, & filiis P. ac filiis D. pacifice resignavit, ideo ipsum dicti D. Episcopus, & filii P. ac filii D. non cum aliqua possessionaria assignatione a dicto debito se expedire nec ipsum debitum ducentarum marcarum juxta earumdem priorum literarum nostrarum continentiam persolvere deberent Magistro L. supradicto. Cujus quidem D. nostri Regis deliberationa et discussione nos audita admisimus judiciaria auctoritate, quod prælibatus D. A. Episcopus & filii P. ac filii D. ipsas quinquaginta Marcas, quas nuperrime in talibus Octavis talis festi jam præterii dicto Magistro L. supradicta cautela requisito solvere dissimulaverat, in Octavis talibus talis festi, simul cum aliis quinquaginta Marcis, videlicet in toto centum Marcas cum uno Judicio Regali ante ipsam solutionem deponendo coram nobis solvere teneantur Magistro L. supradicto. Datum &c.

Item: alia quando fit solutio aliqualis & simplex.

196. Nos Comes P. &c. Damus &c. Quod cum juxta continentiam priorum literarum nostrarum compositionalium & obligatoriarum Dominus A. divina providentia, & Apostolicæ sedis gratia Episcopus Transylvanus, item talis, & tales filii P. & tales filii D. Magistro L. f. D. de tali in talibus Octavis talis festi quinquaginta Marcas coram nobis solvere debuissent, adveniente ipso termino tales, & I. famuli, & legitimi Procuratores eorumdem taliun præallegatam quantitatem pecuniæ tot marcarum partim in Denariis, partim vero in æstimatione condignatin_persona, seu rectius in personis eorumdem Dominorum suorum persolverunt coram nobis dicto Magistro L. f. D. personaliter recipienti ut debebant; super quibus reddentes eosdem expeditos præsentium testimonio & auctoritate. Datum &c.

197. Et sic ista Forma ad quaslibet solutiones coram Judicibus secularibus, vel in locis Testimonialibus fiendas poterunt applicari juxta industriam Notariorum.

Item: Forma Regalis ad Capitulum, vel Judicis Curiæ D. Regis directa, quæ vocatur statutoria, ut supra aliqualiter dictum est de talibus Formis.

198. Amicis suis Reverendis Capitulo Ecclesiæ talis loci, vel: Præposito & Conventui talis loci amicitiam paratam cum honore. Cum Venerabilis in Christo Pater A. Dei, & Apostolicæ sedis gratia Episcopus talis loci, Item: N. f. P. de tali Magister Pincernarum ejusdem D. nostri Regis, & alii fratres eorumdem in Dominium cujusdam Possessionis ipsorum P. vocatæ, in tali Comitatu, ut dicitur,

Digitized by Google

exiſten. qua per Magiſtrum L. f. D. de tali nuperrime in forma cujusdam compoſitionis coram nobis ipſis exſtitit reſignata, juxta Regni conſuetudinem ab antiquo approbatam, velint introire; ideo veſtram Amicitiam petimus diligenter, quatinus veſtrum mittatis hominem pro teſtimonio fidedignum, quo præſente talis f. talis Aulæ Regiæ Juvenis per nos nunc ſpecialiter ad id transmiſſus ad faciem dictæ Poſſeſſionis P. Vicinis & Commetaneis ſuis legitime convocatis & præſentibus accedendo reambulet eandem per ſuas veras, & antiquas metas, nova juxta veteres, ubi neceſſe fuerit, erigendo, reambulatamque, & ab aliorum Poſſeſſionibus per erectiones metarum diſtinctam & ſeparatam cum ſuis utilitatibus quarumlibet & pertinentiis ſtatuat eandem annotatis V. Epiſcopo talis loci & fratribus ſuis perpetuo poſſidendam contradictione quorumlibet non obſtante, eo, quod in longa ventilatione tunc nemo contradictor apparuerit ſuperfacto Poſſeſſionis prænotatæ. Et poſt hoc feriem ipſius poſſeſſionariæ reambulationis & ſtatutionis ſimul cum curſibus metarum in literis veſtris dicto D. noſtro Regi fideliter reſcribatis. Datum &c.

Item: Relatio ſuper eodem Capituli.

199. Excellentiſſimo &c. Capitulum &c. vel: Præpoſitus & Conventus talis loci &c. Orationes in Domino &c. Literas Magnifici Viri, Comitis P. Judicis Curiæ Veſtræ per eundem nobis directas recepimus hunc tenorem continentes: Amicis ſuis &c. Scribatur per totum; tunc reſpondeatur: Nos igitur legitimis & congruis poſtulationibus &c. Qui quidem &c. Tandem &c. Quod ipſe una cum eodem Teſtimonio noſtro tali die, poſt tale feſtum jam præteritum accesſiſſet ad faciem Poſſeſſionis P. ſupradictæ & eandem, vicinorum & Commetaneorum ipſius univerſorum legitimis convocationibus factis & eisdem præſentibus, ſpecialiterque præſente Magiſtro L. f. D. per ſuas veras metas, & antiquas, novas juxta veteres infra declarandas, ubi neceſſe fuiſſet, erigendo reambulaſſet, reambulatamque, & ab aliorum Poſſeſſionibus diſtinctam, & ſeparatam eo jure, quo ad ipſos D. A. Epiſcopum & fratres ſuos pertineret, & pertinuiſſet, ſtatuiſſet perpetuo poſſidendam nemine contradictore apparente. Et præfatus homo &c. Curſus autem metarum, quibus dicta Poſſeſſio a vicinorum Poſſeſſionibus diſtinguitur & ſeparatur, prout idem noſter, & veſter homines nobis expreſſerunt tali ordine protenditur. Prima enim meta incipit a plaga tali in tali loco, ubi est una meta lapidea, & abinde procedit ad plagam talem. Datum.

200. Et ſic Formæ literarum Evocatoriarum cum ſuis continentiis Formis terminantur.

Digitized by Google

201. Juxta quam partem eſt notandum, quod prudens Notarius, & ſagax ſtudens reſpectu harum Formarum jam ſcriptarum, ſi eas, ut in Prologo eſt dictum, continue percurrerit, & ſæpe folia vertendo ſtudioſe perlegerint, procul dubio mentem ſuam aptare poterit ad plures alias formas in locis Conventualibus, in Civitatibus, & coram Comitibus ac Judlium emergendas, ſed quia omnis Scientia, & præcipue iſta Rethoricalis in ymaginatione & frequentatione eſſe dignoſcitur, ideo omnis Notarius & omnis ſtudens præcipue a duobus realibus & vicibus (vitiis) utpote gula, & luxuria debet ſe præcavere ex eo, quia guloſi inebrioſi ſunt, & nullo modo poſſunt ymaginari, luxurioſi autem diſcoli ſunt, & quia loca plurima in laſcivando ſolent diſturbare, ſcientiam vero non poſſunt frequentare. Sciendum etiam eſt, ſicut Philoſophus dicit primo *meteor.* Omnis homo naturaliter ſcire deſiderat, ſed ea, quæ ad ſcientiam requiruntur non omnis ſtudens vult tollerare vel ſupportare, quia ad ſcientiam requiruntur vigiliæ nocturnæ, Item paupertates & diverſi labores quicunque enim vinum bibere, & placentas comedere gliſcit, vineas plantare, & in eis laborare, ac agros colere, & frumentum purgare non pigritetur. Et ſic terminantur, & tunc ſecuntur aliæ Formæ ſcilicet Procuratoriæ.

Hys viſis videndum eſt de Formis Procuratoriis.

202. Juxta quam partem eſt notandum, quod Literarum Procuratoriarum quædam ſunt ſimplices, quædam compoſitæ. Simplices ſunt, quæ ex nominibus & Pronominibus & verbis ac conſtructionibus duntaxat componuntur, quædam vero ex omnibus octo Partibus & maxime ex adverbiis propriis & gerundiis conſiciuntur. Item literarum Procuratoriarum aliæ vocantur cauſales, aliæ Judiciaria. Cauſales ſunt, quæ juxta Regni Conſuetudinem ſufficiunt Procuratoribus, utpote Actoribus & Reis. Judiciaria autem ſunt, quæ non neceſſaria ſunt in Cauſis ad forum Eccleſiaſticum ſpectantibus & judiciarium, & tales literæ Procuratoriæ ſæpe debent ſcribi vel ad Curiam Romanam vel ad præſentiam Judicum forum Eccleſiaſticum diſcernentium & judicantium, de quibus in loco ſuo, videlicet in *continuato* hujus Libri lucide declarabitur Deo permittente.

203. Præterea notandum eſt, quod literæ Procuratoriæ, quæ juxta Regni Conſuetudinem ſunt, quæ ſemper uno modo debent ſcribi vel fieri, ſed tamen ſcriptores & Notarii per figurativas locutiones dictas octo partes, vel aliquas ex ipſis transponunt, hoc ſemper ſubtilantes.

204. Ultimo eſt notandum: Quod quamvis Scriptoribus & Notariis Formæ literarum Procuratoriarum facilius, ſeu levius ſcribi vi-

Digitized by Google

deantur, tamen perfectus Notarius & fidelis ipſas literas Procuratorias magis, quam alias intentionaliter ſcribat, vel ſcribi faciat ex eo, quia ſi in literis Procuratoriis aliquis defectus aſſumitur, Cauſator non ſolum cauſas ſuas perdet, ſed in emenda condempnabitur, & forte in ſua perſona periclitabitur. Si vero in aliis literis defectus fuerit exceptis literis Privilegialibus patentibus, ex tunc Cauſator vel modicam, vel nullam emendam incurret. In dictis autem Patentibus literis & Privilegialibus non debet fieri raſura, vel Cancellatio, & maxime in nominibus propriis Caſtrorum, villarum & Oppidorum, quia in talibus partibus nimis eſſet nociva in literis Privilegialibus & Patentibus ſupradictis.

Hys Visis accedendum eſt ad Formas; & primo ſimplex.

205. Nos Capitulum talis loci ſignificamus univerſis quorum intereſt præſentium pertenorem memoriæ commendantes, Quod N. f. P. de tali, Aulæ Regiæ miles & Magiſter Pincernarum ejusdem D. noſtri Regis ad noſtram perſonaliter accedendo præſentiam propoſuit viva voce, quod Cauſas ſuas adverſus quospiam in præſentia dicti D. noſtri Regis, vel Judicis Curiæ ſuæ, vel coram tali Judice in talibus Octavis, vel in talibus Quindenis jam motas vel movendas, tam in agendo, quam in defendendo & reſpondendo commiſit & coram nobis commiſit comiti N. f. D. Officiali ſuo de tali Præſentium exhibitoribus vel exhibitori finaliter, & in ſolidum procurendas & exequendas, ratum, gratum atque firmum ſe promittens habiturum, quidquid in ipſis cauſis ſuis per eosdem Officiales & famulos ſuos, vel per quempiam ipſorum in quocunque debito termino ſuarum cauſarum actum, geſtum fuerit, vel ordinatum. Datum in tali loco &c.

206. Talis enim litera Procuratoria poteſt eſſe clauſa & etiam aperta, prout Cauſator eam ſcribere facit per Notarium, quia iſta forma ſimplicior eſt, & ſtrictior aliis formis ſubſequentibus, dicitur enim ſtrictior, quia ad unam Octavam, vel Quindenam conficitur ſeu emanatur. &c.

Item: alia Forma, quæ generalis eſt, & plus communis.

Nos Capitulum talis loci, vel Præpoſitus & Conventus talis loci vel: Nos Lodovicus Dei gratia. Vel Elizabeth Dei gratia &c. Nos Comes &c. vel: Nos N. Regni Hung. Palatinus &c. vel: Nos Magiſter N. de tali fil. T. Comes de tali vel: Judlium de eodem &c. ut ſupra. vel P. f. G. Judex Civitatis de tali, Item Jurati, & univerſi Cives de eadem ſignificamus univerſis quorum intereſt, vel ſic: ſignificamus quibus expedit, univerſis tenore præſentium memoriæ

Digitized by Google

commendan. vel fic: memoriæ commendantes declaramus univerſis, quibus expedit præſentium per tenorem. Vel fic: Memoriæ commendamus, quod talis filius talis, & talis filius talis Nobilis de tali ad noſtram perſonaliter accedentes præſentiam propoſuerunt viva voce, quod in cauſis ſuis univerſis & articulis earumdem per ipſos quoscunque, vel per alios quoscunque contra ipsos in quibuscunque Octavis, Quindenis & terminis a dato præſentium per anni circulum in præſentia D. Regis, vel Judicis Curiæ ejusdem, aut coram Regni Palatino, & generaliter coram quovis Judice, Eccleſiaſtico videlicet, & ſeculari motis vel movendis, tam in agendo, quam in defendendo & reſpondendo feciſſent, & conſtituiſſent coram nobis fecerunt, ordinaverunt & conſtituerunt Magiſtrum I. f. K. de tali, M. f. D. de tali proximos ſuos, item: talem filium T. & T. f. T. famulos ſuos præſentium exhibitores ſeu exhibitorem, ipſos ſimul, & quemlibet eorum per ſe & ſingillatim ſuos veros, & legitimos in ſolidum Procuratores ac Nuncios ſpeciales, ratum, gratum atque firmum ſe promittentes habituros, quidquid &c. ut ſupra. Datum.

207. Ubi eſt advertendum, quod quando literæ Procuratoriæ ſuper confeſſionibus Canſarum in locis Teſtimonialibus conficiuntur, tunc iſto modo ſcribi debent, ſi vero coram Regni Principibus, Ducibus, & aliis Judicibus prænotatis in alicujus confeſſione literæ Procuratoriæ concipiuntur, & in ſcribendo ad illum punctum: *a data præſentium* &c. devenitur, tunc dicatur: in præſentia noſtri, vel Judicis Curiæ noſtræ, aut coram Palatino ſimiliter Regni noſtri & generaliter &c. Et ſic de omnibus ſimile erit Judicium, ut infra declarabitur.

208. Item: Sciendum etiam eſt, quod in una Procuratoria quinque, vel ſex perſonæ, aut ſeptem, prout placebit, incluſive autem melius, ſed non bene excluſive.

Item: alia Forma, quando fratres, vel aliquæ aliæ partes se se mutuo, & etiam alios in una litera conſtituunt Procuratores.

209. Nos Capitulum talis loci &c. quod T. f. T. de T. ad noſtram accedentes præſentiam propoſuerit viva voce: Quod in cauſis ſuis univerſis, & articulis earumdem communiter vel ſingillatim per ipſos contra quoscunque, vel per alios quospiam contra ipsos in quibuscunque &c. ut ſupra, usque ad illum punctum: ordinaverunt, & conſtituerunt ſe mutuo, vel unum ex ipſis, vel ſic ſe ſe mutuo, vel alterum ipſorum. Et hoc ſi duo fuerint, qui faciunt ſe Procuratores. Item: C. f. D. N. f. E. & A. f. N. de tali proximos ſuos; Item I. f. D. & F. f. N. famulos ipſorum, præſentium exhibitores, ſeu Exhibitorem, ut ſupra, usque ad finem.

Item:

Digitized by Google

Item: Forma ſuper eodem alia, quando ex pluribus partibus Orationum conficitur, ſequitur.

210. Nos Capitulum &c. Memoriæ commendamus, quod N. f. P. de T. Magiſter Pincernarum D. noſtri Regis Lodovici cum N. & I. fratribus ſuis uterinis ad noſtram perſonaliter accedentes præſentiam propoſuerunt viva voce, quod in omnibus cauſis ſuis, & earum articulis tam per ipſos contra alios, quam per alios quospiam contra ipſos in quibuscunque Octavis, Quindenis, & terminis a data præſentium per Anni Circulum in præſentia D. noſtri Regis &c. ut ſupra usque ad illum punctum: & coram nobis fecerunt, ordinaverunt & conſtituerunt Magiſtrum N. f. D. de T. avunculum ipſorum. Item: N. f. P. G. f. K. famulos, & Caſtellanos ſuos, vel ubi, & quando neceſſe fuerit, per eosdem ſubſtituendos præſentium exhibitorem, ſeu exhibitores ipſos ſimul, & quemlibet eorum per ſe & fingillatim ſuos veros, & legitimos & in ſolidum Procuratores & Nuncios ſpeciales; dantes eisdem conjunctim & diviſim proponendi & reſpondendi, dilationes in cauſis ipſorum petendi & recipiendi, replicandi in animas ipſorum, ſi appoſitum fuerit, jurandi, in facto Poſſeſſionum ſuarum & aliarum Cauſarum poſcendi comparendi, ac omnia, quæ veri, & legitimi Procuratores facere conſueverunt, faciendi plenam poteſtatem teſtimonio præſentium literarum noſtrarum & auctoritate. Ratum, gratum atque firmum ſe promittentes habituros, quidquid in ipſis cauſis per eosdem, vel per quempiam ipſorum actum, geſtum fuerit, vel ordinatum. Datum &c.

211. Ubi eſt notandum, quod cum hac Clauſula ſubſtitutionis, ubi dicitur: vel ubi, et quando neceſſe fuerit &c. & cum vigore dictarum literarum Procuratoriarum, ſi talibus Procuratoribus proficuerit & placuerit, Procuratorem alium in locis Teſtimonialibus, vel coram Judicibus Ordinariis poterunt alios Procuratores per literas ordinare. &c.

Item: Forma super eodem, quando aliquis infirmitate præpeditus ad præsentiam alicujus Capituli, vel Judicis ordinarii ad præficiendum Procuratorem solus accedere non poteſt, sed petit sibi deſtinari hominem, coram quo ordinaret Procuratorem.

212. Nos Capitulum &c. ſignificamus, Quod cum nos ad inſtantem petitionem T. f. T. de T. qui nunc Deo ſic volente in lecto ægritudinis, ut dicitur, nimium laboraret, discretum Virum Magiſtrum P. Socium, & Concanonicum noſtrum ad videndum hoc, quem, vel quos idem T. ad proſecutionem cauſarum ſuarum faceret, & ordinaret Procuratores, pro teſtimonio deſtinaſſemus, tandem prætaxatus Magiſter P. homo noſter ad nos rediens, nobis retulit iſto modo:

Digitized by Google

quod prædictus T. f. T. in lecto ægritudinis, ut prædictum eſt, laboraus, coram ipſo, & aliis compluribus Nobilibus & Ignobilibus, vicinis ſcilicet & Commetaneis ſuis, ſpecialiterque coram Domino B. Sacerdote, Rectore Eccleſiæ de tali per ipſum tunc inibi vocatis & rogatis propoſuiſſent viva voce; quod ipſe in omnibus cauſis ſuis & earum Articulis tam per ipſum contra alios, quam per alios quospiam contra ipſum coram quovis Judice, & Juſtitiario Regni, Eccleſiaſtico videlicet & ſeculari, in quibuslibet terminis a data præſentium per anni circulum motis, vel movendis T. & T. de T. feciſſet, conſtituiſſet, & ordinaſſet ſuos veros, & legitimos Procuratores, ratum & firmum ſe promittens habiturum quidquid per prædictos ſuos Procuratores, aut eorum alterum conjunctim vel diviſim, exhibitorem videlicet, ſeu Exhibitores præſentium actum factum, & procuratum fuerit, in cauſis ſuis univerſis absque Poſſeſſionum ſuarum perpetuatione, ſeu alienatione aliquali. Datum &c.

213. Juxta quam partem eſt advertendum, quod licet tempore neceſſitatis tales literæ Procuratoriæ conſtituantur, tamen ipſæ literæ non ſunt ita vigoroſæ ſicut propria Confeſſio hominis coram Capitulo, vel Judicibus ordinariis confectæ, quia dicunt Juriſtæ & Legiſtæ: quod non eſt efficacior confeſſio, quam propria Confeſſio hominis.

214. Ubi etiam eſt notandum: quod quando tales Literæ Procuratoriæ ſcribi petuntur a Notario, prudens Notarius perſonam ſcribere facientem de omnibus Conditionibus ac Procuratores ſpectantibus, ſpecialiterque, ſi ipſa perſona Procuratorem conſtituens factum Poſſeſſionum ſuarum ad literas inſeri faciat, an ne, requiri debeat evidenter, quia alioquin multi decipi poſſunt per ſuos Procuratores; Procuratores enim fraudulofi ſimplices perſonas, per quos ad procurandum conſtituuntur, in ſuis juribus poſſunt defraudare, quæ cauſæ fieri ſæpe contigerunt. &c.

Item: alia Forma super eodem, quando Capitalum per suas literas ad causas proprias ordinant Procuratores.

215. Nos Capitulum &c. ſignificamus &c. Quod nos in Cauſis noſtris univerſis, & articulis earumdem per nos contra quoscunque, vel per alios quospiam contra nos in quibuscunque Octavis, tam in agendo, quam in defendendo & reſpondendo, matura deliberatione inter nos habita, *vel sic:* pari, & de voluntate unanimi fecimus, ordinavimus & conſtituimus discretos Viros Magiſtros P. & M. Socios, & Concanonicos noſtros. Item T. & T. præſentium exhibitores noſtros veros, & legitimos Procuratores in ſolidum, aut Nuncios ſpeciales &c. Ratum, gratum atque firmum nos promitten-

Digitized by Google

tes habituros, quidquid in ipſis cauſis noſtris per eosdem, vel per quempiam ipſorum in quocunque debito termino cauſarum noſtrarum &c. Datum.

216. Ubi eſt advertendum, quod quælibet loca Teſtimonialia, & quilibet etiam Judex Ordinarius, ſpecialiter Epiſcopi, exceptis tamen Comitibus, Vice-Comitibus & Judlium, in ipſorum propriis negotiis per ſuas literas proprias ad proſecutiones cauſarum ſuarum poſſunt ordinare Procuratores, ſed dicti Comites, Vice-Comites & Judlium in propriis negotiis per ſuas literas hoc facere non poſſunt, niſi per literas Capitulorum vel Conventuum, ac Judicum ſuperiorum.

Item: alia Forma propter remotionem dubii, quando Episcopi per suas literas præficiunt Procuratores.

217. Nos N. Dei & Apoſtolicæ ſedis gratiæ Epiſcopus Eccleſiæ T. notificamus univerſis, quibus expedit, tenore præſentium memoriæ commendantes, quod nos in Cauſis noſtris univerſis & earumdem articulis, per nos contra quoscunque, vel per alios quospiam contra nos, in quibuscunque terminis &c. ut ſupra. Datum.

Item: alia forma super eodem, & eſt mixta, quando aliquis committit alteri Possessionem suam protegere, & cum hoc etiam committit causas super eadem Possessione emergendas procurare.

218. Nos Capitulum &c. Memoriæ commendamus, quod diſcretus vir Dominus L. Sacerdos Magiſter altaris T. Sancti de Eadem Eccleſia noſtra ad noſtram perſonaliter acceden. præſentiam propoſuit viva voce: quod quia Poſſeſſio ſua T. vocata, titulo emptionis ad ipſum devoluta in T. Comitatu, ut dicitur, habita, propter ſui abſentiam, propter inſultum quorumdam vicinorum & Commetaneorum ſuorum officium vaſtitatis incurriſſent, ipſeque propter nimiam localem diſtantiam eandem protegere non valeret & procurare; ideo ipſe mature ſecum ſuper hoc deliberan. prædictam Poſſeſſionem ſuam T. vocatam commisit & ex nunc coram nobis commiſit P. f. A. de T. proximo ſuo exhibitori præſentium protegere, procurare, & populorum multitudine decorare juxta ſuum poſſe; retulit etiam coram nobis Dominus L. ſupradictus, quod quandocunque, & quotiescunque ſuperfacto dictæ Poſſeſſionis ſuæ in præſentia Judicum ordinariorum, delegatorum, vel ſubdelegatorum, Eccleſiaſticorum videlicet & ſecularium aliqua materia litis vel quæſtionis per quempiam, vel per quospiam ſuſcitaretur, idem T. f. T. in perſona ſua prætextu dictæ Poſſeſſionis plenum, & perfectum officium Procuratoris obtinendo, coram eisdem Judicibus agere, reſpondere, & alia omnia, quæ veri & legitimi Procuratores juxta Regni conſuetudinem facere poſſunt,

Digitized by Google

facere debeat & valeat in ſolidum, & finaliter teſtimonio præſentium literarum noſtrarum & auctoritate. Ratum, gratum atque firmum ſe promittens habiturum, quidquid ſuper facto dictæ poſſeſſionis, & utilitatum ejusdem perceptionis per eundem T. vel ſubſtitutum actum geſtum fuerit, & ordinatum prævia ratione, absque tamen alienatione Poſſeſſionis ſupradictæ. Datum.

Item: Alia Forma super eodem, quando aliquis literas Procuratoris reciperit.

219. Lodovicus Dei gratia Rex Hungariæ memoriæ commendantes ſignificamus tenore præſentium quibus expedit univerſis, quod N. f. P. de T. una cum fratribus ſuis TT. ad noſtram venien. præſentiam propoſuerit viva voce: quod ipſi in cauſis eorum univerſis, & eorumdem articulis per ipſos communiter, vel ſingulariter, contra quoscunque &c. Niſi mutabitur, & dicetur: in præſentia noſtra Majeſtatis Regiæ, vel Judicis Curiæ noſtræ, aut ejusdem Regni noſtri Palatino, & generaliter coram quibuslibet Juſtitiario ipſius Regni noſtri, Eccleſiaſtico videlicet & ſeculari motis, vel movendis, tam in agendo, &c. feciſſet, & coram nobis &c. ſe ſe mutuo, vel unum ex ipſis. Item tales & tales proximos ſuos, & TT. famulos ſuos.

220. Et ſic ſcribatur reſpectu Formarum præcedentium usque ad finem. Et ſimilis erit Forma D. Reginæ Matris, vel Conthoralis ipſius D. Regis usque ad illum punctum: a data præſentium per anni curriculum in præſentia D. Regis filii noſtri karisſimi, vel Conſortis noſtri per eandem, vel Judicis Curiæ ſuæ aut coram Regni ſui Palatino, & generaliter coram quovis Judice eccleſiaſtico videlicet & ſeculari motis vel movendis. Et ſcribatur usque ad finem.

Item: Procuratoriæ Judicis Curiæ D. Regis.

221. Nos Comes P. Judex Curiæ D. Regis T. memoriæ commendamus, quod T. f. T. perſonaliter &c. Quod in cauſis ſuis univerſis &c. a data præſentium per anni circulum in præſentia ejusdem D. Regis, vel noſtri, aut coram Regni Palatino & generaliter coram quovis &c. Et ſcribatur per totum usque ad finem. Datum &c.

222. Et ſic etiam literæ Procuratoriæ D. Palatini & aliorum Judicum ſcribi poſſunt, duntaxat Notarius ſtudeat vigilare in variationibus Formarum Regalium & aliorum locorum teſtimonialium, ac Judicum ſupradictorum. Et ſic de formis literarum Procuratoriarum dicta ſufficiunt.

Digitized by Google

Secuntur Formæ literarum Proclamatoriarum.

223. Sed quia nulla ædificia absque firmis fundamentis fundari poſſunt bono modo & ſtabiliri ac præparari, ideo antequam ad cognitionem earumdem literarum Proclamatoriarum accedatur, prius ponantur quædam Præambula neceſſaria ad earum cognitionem:

Item: Forma, quando ſiqui citati comparere non curabunt.

224. Nos N. Regni Hungariæ Palatinus damus pro memoria, quod cum juxta continentiam literarum Citatoriarum Honorabilis Capituli Eccleſiæ T. loci N. I. &c. filius aud Nobiles de Naprad contra P. & I. filios de eadem in talibus Octavis talis feſti coram nobis comparere & ad actionem eorumdem filiorum D. Actorum legitime, & peremptorie reſpondere debuiſſent, adveniente ipſo termino prædicti filii Said neque neque venerunt, neque miſerunt pro ſe aliquos Reſponſales per eosdem filios D. Actores legitime coram nobis exſpectati, quos nos in judicio novem marcarum adverſus eosdem Actores decrevimus fore convictos, niſi ſe forte rationabiliter reddiderint excuſatos. Datum die T. &c.

Item: Alia Forma, quando ex parte Palatini ſuper eodem ſcribitur ad Capitulum.

225. Amicis ſuis Reverendis Capitulo Eccleſiæ T. N. Regni Hungariæ Palatinus amicitiam paratam cum honore. Noveritis, quod N. & B. filii Saud Nobiles de Naprad in TT. Octavis T. feſti contra I. P. L. filios D. Nobiles de eadem coram nobis comparere, & ad actionem eorumdem filiorum peremptorie reſpondere debuiſſent, adveniente ipſo termino, quia iidem filii Saud nec venerunt, nec mittere curaverunt, ideo nos eosdem in judicio novem Marcarum juxta continentiam aliarum literarum noſtrarum exinde confectarum adverſus dictos Actores decrevimus fore convictos, & cum nos mandante D. noſtro Rege, & etiam D. Chanadienſi Epiſcopo nos amicabiliter petente, annotatis f. D. & nobilibus Dominabus matri, & Sororibus eorum, quæ nunc de domibus ſuis per eosdem f. Saud, ut dicitur, excluſæ eſſent potenter, juſtitiæ complementum facere intendamus Deo permittendo, Ideo veſtram Amicitiam petimus diligenter, quatenus veſtrum mittatis hominem pro Teſtimonio fide dignum, quo præſente P. f. T. de T. vel N. f. G. de T. altero abſente homo noſter prætaxatos filios Saud in eadem Poſſeſſione Naprad in portionem ipſorum contra eos filios D. & Nobiles Dominas matrem, & ſorores ipſorum ad noſtram evocet præſentiam ad terminum competentem, rationem ſupradictæ potentialis excluſionis earumdem nobilium Dominarum coram nobis redditu ros. Committat etiam dictus homo no-

Digitized by Google

ſter filiis Saud ſupradictis, ut ipſi termino, & die reſponſionis ipſorum ſupradictis de Judiciis novem marcarum, in duabus partibus nobis, velut Judici, & in tertia parte partibus adverſis ante reſponſionem ipſorum ſatisfactionem impendere teneantur. Et poſt hoc ſeriem ipſius Evocationis & nomina Evocatorum cum termino aſſignato, ut fuerit expediens nobis amicabiliter reſcribatis &c.

Item: *Relatio Capituli Domino Palatino.*

226. Magnifico Viro &c. Literas Veſtræ Magnitudinis &c. & ſcribatur per totum. Tunc reſpondeatur: Nos igitur legitimis & congruis poſtulationibus &c. Ad nos reverſi, nobis concorditer retulerunt iſto modo: quod idem homo noſter die T. poſt T. vel ante T. feſtum prænotatos N. L. & G. filios Saud abſentes in eadem Poſſeſſione Naprad in portione ipſorum contra memoratos f. D. & nobiles Dominas matrem & Sorores ipſarum, præſente, & audiente dicto teſtimonio noſtro ad Veſtram evocaſſet præſentiam, Octavas tales, talis feſti jam venturi eisdem pro termino peremptorie coram vobis comparendi, & ſuper præmiſſis factis potentialibus factis rationem quo ſupra reddendi aſſignando. Retulit etiam nobis homo noſter prænotatus, quod ipſe vicinis & commetaneis eorumdem filiorum Saud hoc notificando commiſiſſet, ut ipſi in die reſponſionis ipſorum ſupradictis, de judiciis novem marcarum vobis & adverſis partibus ſatisfactionem impendere debeat modo prænotato. Et poſt &c.

Item: *alia D. Palatini ſuper eodem.*

227. Nos Nicolaus Regni Hungariæ Palatinus damus pro memoria, quod cum juxta continentiam literarum hominis Capituli Eccleſiæ T. Evocatoriarum L. N. &c. f. Saud de Naprad in Octavis talibus talis feſti contra I. G. P. filios D. de eadem coram nobis comparere, & ſuper quibusdam potentialibus factis rationem reddere ac ſuper Judiciis novem marcarum, in duabus partibus nobis, & in tertia parte dictis filiis D. Actoribus ante reſponſionem ipſorum ſatisfactionem impendere debuiſſent. Tandem prænotatis Octavis talis feſti occurrentibus dictæ partes hinc & inde perſonaliter comparuerunt coram nobis, ubi prælibati filii D. de medio aliorum Cauſatorum exſurgentes tria paria literarum Inquiſitoriarum, videlicet unam annotati Capituli Eccleſiæ T. & aliam Religioſi Conventus & Præpoſiti de T. tertiam vero Vice-Comitis & Judlium Comitatus T. inter cetera continentes: quod feria tali, ante feſtum T. videlicet poſt obitum memorati Comitis D. patris eorumdem Actorum, iidem N. L. & C. timore Dei poſtpoſito, verecundiaque humana retrojecta manibus armatis cum eorum complicibus ad domum dictorum Actorum

Digitized by Google

venientes, & portas Curiæ, & hoſtia domorum auſu temerario confringentes univerſa bona eorum mobilia & immobilia inibi arripientes aſportari feciſſent, Jobagiones eorumdem ſpoliaſſent, & nobiles Dominas, matrem videlicet, & Sorores prætaxatorum Actorum verberaſſent, ſanguinaſſent, & de habitationibus ipſorum excluſiſſent propria eorum auctoritate, ipſam Dominam concubinam prædicti Domini fuiſſe, & liberos ſuos eſſe ſputros & fatulos voce publica in illa provincia acclamantes adverſus ejusdem filios Saud coram nobis exhibere procuraverunt. Quarum quidem literarum Inquiſitoriarum tenoribus iidem filii Saud perceptis & intellectis, per nos ipſis ad hoc reſpondere debere aliquem competentem terminum & judicium aſſignare poſtulaverunt; & licet nos nullum terminum ulteriorem conſuetudine Regni exigente prædictis Reis, ſeu in cauſam attractis aſſignare debuiſſemus, tamen nos victi præcibus eorumdem, & etiam ad inſtantem petitionem quam plurimorum Regni Procerum tunc in ſede judiciaria noſtra nobiscum adhærentibus, præſentis cauſæ negotium ad tales Octavas talis feſti jam venturi duximus prorogandum tali modo: quod ſi medio tempore eædem partes in cauſis ſupra ſpecificatis inter ſe poterunt concordare, liberam ex noſtra licentia hoc faciendi habebunt facultatem, duntaxat nos ipſæ partes ſecundum qualitatem & exigentiam cauſarum ſuarum pacis in judicio complacere teneantur. Si vero concordari nequirent, extunc in dictis Octavis coram nobis comparebunt, ſtatu, & forma priorum literarum permanente. Dicimus etiam, quod nos ſolutionem præfatorum Judiciorum novem marcarum ad petionem Magiſtri N. dicti taliter Comitis Poſonienſis proximi noſtri absque gravamine & onere aliquali ad easdem Octavas tales ſimiliter duximus prorogandam.

Item: alia Forma Judicialis.

298. Nos N. Regni Hungariæ Palatinus damus &c. quod cum juxta continentiam priorum literarum noſtrarum prorogatoriarum L. N. G. fil. talis in talibus Octavis talis feſti contra I. & P. f. D. de T. coram nobis comparere & ad continentias trium literarum Inquiſitoriarum capite Sigilli noſtri conſignatarum nuperrime videlicet per eosdem D. Actores in ſede noſtra Judiciaria adverſus eosdem filios Saud exhibitarum peremptorie reſpondere, ac ſuper judiciis novem Marcarum nobis velud Judici in duabus partibus, in tertia vero parte prætaxatis Actoribus ſatisfactionem impendere debuiſſent, adveniente ipſo termino iidem filii D. Actores præſentibus ex una, pro prænotatis vero filiis Saud ad cauſam attractorum T. f. T. de T. cum literis Procuratoriis Præpoſiti & Conventus talis loci parte ab altera comparuerunt coram nobis. Et cum nos easdem tres literas Inquiſitorias per Notarium noſtrum aperire, & noſtris Aſſeſſoribus in lingua materna

Digitized by Google

exponere fecimus, tandem dictus Procurator perceptis & intellectis tenoribus earumdem literarum tamdiu, quousque nos cum aliis causatoribus modicum tractatum perfecimus, a facie noſtra judiciaria clandeſtine recesſit & furtive, & quia idem T. Procurator, (&c) per hominem noſtrum ipſo die per totam Civitatem proclamatus, ſentiens eosdem filios Saud in tam ardua cauſa aggravari rurſus coram nobis non curavit comparere, ideo nos ſæpedictos filios Saud in tota requiſitione eorumdem filiorum D. & in potentiali facto adverſus eosdem filios D. & nobiles Dominas matrem & Sorores ipſorum filiorum D. una cum Aſſeſſoribus noſtris duximus condempnandos. Datum &c.

Item: alia Forma Palatini ad Capitulum, quando fit forensis Proclamatio.

229. Amicis ſuis Reverendis Capitulo Eccleſiæ T. vel Præpoſito & Conventui talis loci N. Regni Hungariæ Palatini ſinceræ reverentiæ & honoris continuum incrementum. Veſtræ Amicitiæ ſerie præſentium declaramus, quod cum nuperrime, videlicet in Octavis talibus talis feſti jam præteritis L. N. & G. filii Saud de Naprad per hominem noſtrum ſub teſtimonio veſtri hominis tali die poſt tale feſtum in eadem Poſſeſſione Naprad in portione ipſorum legitime evocati contra I. & P. filios D. coram nobis comparere, & ad continentiam trium literarum Inquiſitoriarum &c. Capite Sigilli noſtri conſignatarum & peremptorie reſpondere, ac ſuper Judiciis novem Marcarum nobis velud Judici & partibus adverſis ſatisfactionem impendere debuiſſent; tandem dictis Octavis talibus occurrentibus idem f. D. Actores perſonaliter ex una, pro annotatis vero filiis Saud ad Cauſam attractorum talis f. T. famulus & Procurator eorumdem cum literis Procuratoriis Præpoſiti & Conventus de Zaz parte ab altera comparuerunt coram nobis. Et cum nos tenorem dictarum trium literarum Inquiſitoriarum per Notarium noſtrum partibus, & Aſſeſſoribus noſtris in materna lingua exponere feciſſemus, nosque tamdiu, quousque cum dictis Aſſeſſoribus noſtris ſuper negotiis aliorum Cauſatorum, tunc coram nobis litigantium modicum tractatum habuiſſemus, dictus Procurator eosdem Dominos ſuos cauſa in præſenti aggravari debere ſentiendo a facie noſtra clandeſtine recesſit fugitive. Qui quidem Procurator ipſo die per homines noſtros requiſitus & proclamatus in Wiſegrad nequit reperiri, propter quod nos eosdem filios Saud adverſus dictos I. & P. filios D. item nobiles Dominas matrem, & Sorores ipſorum in facto potentiali, & in tota requiſitione eorumdem duximus condempnandos. Et licet noſtra Auctoritas Judiciaria in præſenti cauſa jam finem debitum imponere debuiſſemus, tamen, quia ſecundum Regni Conſuetudinem ab antiquo

Digitized by Google

antiquo approbatam Citationes, Evocationes, & Jnquiſitiones, ac alias Sententias & Interlocutorias circa contumaces de jure negligentes forenſium ſequi debeat proclamatio, ideo V. A. requiſimus diligenter, quatinus veſtrum mittatis hominem pro teſtimonio fide dignum, quo præſente, aliis abſentibus homo noſter de Curia noſtra ad id ſpecialer deſtinatus annotatos filios Saud reos, & contumaces in tribus foris provincialibus puplice faciat proclamari, committendo eisdem, ut ipſi in Octavis talibus talis feſti dilatione & occaſione quibuslibet relegatis coram nobis comparere, & ad objecta prælibatorum Actorum, ac ad continentias dictarum trium literarum Inquiſitoriarum, quamvis tamen ex ſuperhabundanti peremptorie reſpondere, & ſuper judicio novem marcarum ac duplis eorumdem nobis ſicut Judici & partibus adverſis ſatisfactionem impendere, ſpecialiterque ſuper eo, quam ob rem nuperrime P. f. T. Procurator eorumdem legitimus a facie noſtra Judiciaria fugitive recesſit, rationem aſſignare debeant efficacem, qui, ſi hoc fecerint, pro bono reputabimus, alioquin nos contra eosdem tamquam protervos & contumaces auctoritate Judiciaria procedemus, & juris de rigore cauſa in præſenti debitum finem imponemus Deo permittente; & poſthoc dies & loca ipſarum proclamationum, nomine proclamatorum, & terminum aſſignatum cum ſerie totius facti nobis amicabiliter reſcribatis. Datum tali die, &c. poſt tale feſtum.

Item: *Relatoria ex parte Capituli ad Palatinum.*

230. Magnifico Viro &c. Literas Veſtræ Magnitudinis &c. Et ſic ſcribatur per totum ſi placuerit, ſi vero Notarius collective facere voluerit, & materiam breviorem, extunc: literas Veſtræ Magnitudinis recepimus inter cetera continentes, quod mitteremus hominem noſtrum pro teſtimonio fidedignum, quo præſente L. f. Z. de T. homo Veſter L. N. & G. fil. Saud de T. qui de facie veſtra judiciaria tamquam contumaces, ut dicitur, ſe abſentaſſent, & pluribus judiciis jam coram vobis aggravati exſtitiſſent in tribus Foris provincialibus juxta antiquam Regni conſuetudinem puplice faceret proclamari, committendo eisdem, ut ipſi in Octavis talibus, talis feſti nunc venturi, dilatione & occaſione quibuslibet relegatis coram vobis comparere, & ad objecta I. & P. filiorum D. de eadem Naprad Actorum, & ad continentias trium literarum Inquiſitoriarum, per dictos Actores nuperrime veſtra judiciaria in figura exhibitorum peremptorie reſpondere, & ſuper judiciis novem Marcarum ac duplis earumdem, vobis, & partibus adverſis ſatisfactionem impendere debeant, prout hæc, & alia in literis veſtris prænotatis clarius & limpidius exprimuntur. Et poſthac nos dies & loca prætaxatarum proclamationum, nomina Proclamatorum & terminum aſſignatum, cum ſerie totius facti Veſtræ

Digitized by Google

Magnitudini ſtudioſe reſcriberemus. Nos igitur legitimis & congruis poſtulationibus veſtris, ac juſtitiæ annuentes, cum T. homine veſtro, hominem noſtrum virum idoneum &c. transmiſimus ad præmiſſa exequenda. Qui tandem ad nos reverſi nobis uniformiter retulerunt iſto modo: quod dictus homo veſter, una cum dicto teſtimonio noſtro primo accesſiſſent in villam G. vocatam, & ibi feria ſexta die fori; item Sabbatho ſequenti in villa Nempti vocata, ſimiliter die fori, & feria quarta prædictas immediate ſequenti in villa T. ſimiliter die fori, præallegatos N. L. & G. de Naprad puplice feciſſet proclamari, committen. eisdem, ut ipſi in Octavis talibus talis feſti jam venturi coram vobis comparere, & ad objecta eorumdem filiorum D. Actorum & ad continentias trium literarum Inquiſitoriarum peremptorie reſpondere, & ſuper judiciis tot marcarum ac duplis earumdem vobis, & partibus adverſis ante reſponſionem ipſorum ſatisfactionem impendere, ſpecialiterque ſuper eo, quare P. f. T. Procurator eorum nuperrime a facie veſtra judiciaria clandeſtine receſſerit fugitive efficacem rationem reddere deberent & tenerentur. Datum.

Item: super eodem, quando Judex adversus contumaces fert Sententiam diffinitivam.

231. Nos N. Regni Hungariæ Palatinus &c. Damus pro memoria ſignificari &c. Quod cum juxta continentiam literarum honorabilis Capituli talis loci, vel Religiosi Conventus & Præpoſiti talis loci Proclamatoriarum L. N. & G. filii Saud de T. contra I. & P. filios D. de eadem, in talibus Octavis talis feſti in tribus foris Provincialibus de conſuetudine Regni legitime proclamati coram nobis comparere, & ad actionem eorumdem filiorum D. Actorum, ac ad continentias trium literarum Inquiſitoriarum per eosdem Actores nuperrime noſtri in præſentia in ſede judiciaria adverſus dictos proclamatos exhibitarum peremptorie reſpondere, & ſuper Judiciis tot marcarum ac duplis earumdem, nobis, & partibus adverſis ſatisfactionem impendere, ſpecialiterque ſuper eo, quamobrem T. f. T. Procurator eorumdem legitimus nuperrime a facie judiciaria noſtra clandeſtine receſſiſſet fugitive efficacem rationem prætendere debuiſſet. Tandem prædictis Octavis occurrentibus annotati filii D. Actores perſonaliter comparuerunt coram nobis, comparentesque fedecim diebus continuis exſpectaverunt filios Saud ſupradictos; qui quidem filii Saud ſe in omnibus præmiſſis & præmiſſorum ſingulis culpabiles fore agnoſcentes, ſicut in præcedentibus terminis, ſic & nunc venire, neque mittere curaverunt. Et quia nos ex officio noſtri Palatinatus debite unicuique coram nobis litiganti ac juſtitiam petenti ipſius juſtitiæ complementum impendere aſtringimur, ideo nos, una cum Prælatis & Regni Baronibus, ac aliis Aſſeſſoribus noſtris in ſede judicia-

Digitized by Google

ria nobiscum consedentibus Curias, domos, & portiones possessionarias prædictorum filiorum D. Actorum, ex quibus ipsi, & nobiles Dominæ mater & Sorores ipsorum per dictos filios Saud potentialiter exclusi fuerant & ejecti, restituimus eisdem tamquam sua, præallegatos filios Saud in Capitali Sententia, & in amissione omnium Possessionum suarum ubilibet existentium, & quocunque nomine vocitatarum, ac in amissione bonorum suorum temporalium condempnantes ex causis præmissis, & nostra judiciaria auctoritate, committentes exnunc testimonio præsentium literarum nostrarum, & Auctoritate, ut ubicunque, & in quorumcunque tenutis iidem filii Saud per eosdem filios D. Actores reprehenderentur & captivarentur, sententia capituli, quo supra puniri debeant, absque strepitu cujuslibet Judicii & condempnari. Datum &c.

Item: super eodem, quando Palatinus sub Testimonio alicujus Capituli, vel Conventus facit jam occupare Portiones & Bona Sententiatorum.

232. Amicis suis Reverendis &c. N. Regni Hungariæ Palatinus V. A. præsentium serie declaramus, quod quia N. & G. filii Saud de T. juxta hujus Regni Consuetudinem ab antiquo approbatam citati, evocati, & legitime in tribus Foris comprovincialibus proclamati contra I. & P. filios D. adversus filios Saud nuperrime in figura Judiciaria exhibitarum rationem reddere, ac super Judiciis novem Marcarum, nec non duplis earumdem nobis, & eisdem Actoribus satisfactionem impendere minime curaverunt, idcirco (vel ideo) nostra judiciaria auctoritas eosdem filios Saud in Capitali Sententia, & in amissione ejus portionum & rerum suarum ubilibet existentium, & quocunque nomine vocitatarum eluxit condempnandos juris de rigore. Et quia dictæ Possessiones & bona ipsorum in duabus partibus nobis velud Judici, & in tertia parte eisdem filiis D. Actoribus de lege Regni occupari debeant, & per modum infra scriptum applicari; Igitur V. A. petimus diligenter, quatinus vestrum mittatis hominem pro testimonio fide dignum, coram quo L. f. I. de T. homo noster abhinc de Curia nostra per nos ad id destinatus ad facies Possessionum & portionum possessionariarum eorumdem filiorum Saud, vicinis & Commetaneis ipsorum legitime convocatis & præsentibus accedendo, ipsas in duabus partibus pro nobis, quo supra, & in tertia parte pro dictis Actoribus occupare debeat & applicare tamdiu, donec eædem partes, quorum redemptioni magis convenire dinoscitur, a nobis, & a dictis Actoribus redimi possint in valore earumdem sine præjudicio juris alieni, nichilominus promulgando ibidem, ut quicunque ex ipsis, vel cognationibus eorumdem filiorum Saud, aut vicinis & commetaneis dictarum Possessionum, seu

Digitized by Google

Portionum poſſeſſionariarum, ipſas a nobis, & dictis Actoribus redimere voluerint, in termino per eundem hominem noſtrum inibi aſſignando, coram nobis comparere debeat, easdem redempturus. Commiſimus etiam, ut idem homo noſter univerſas res mobiles & immobiles præfatorum filiorum Saud, ubicunque reperiri poterunt, ſimiliter in duabus partibus pro nobis, & in tertia pro dictis Actoribus occupare, & aſſignare debeant, ſi per quempiam non fuerit contradictum in hac parte, contradictores vero, ſi qui fuerint in hac parte prælibatus homo noſter ad noſtram evocet præſentiam ad terminum competentem, rationem ſuæ contradictionis reddituros. Et poſthæc ſeriem totius facti, ſeu proceſſus, ſi neceſſe fuerit, diem, & locum evocationis, nomina Evocatorum, & terminum aſſignatum ac numero & quantitate rerum ablatarum nobis veſtris in literis amicabiliter reſcribatis.

Item: Relatio Capituli ſuper eodem.

233. Magnifico Viro &c. Literas Veſtræ Nobilitatis recepimus, in quibus Veſtra. Et ſcribatur per totum. Vel ſic: Literas veſtræ Magnitudinis recepimus, inter cetera continentes, quod mitteremus hominem noſtrum fide dignum, in cujus præſentia T. filiis de T. homo veſter ad facies univerſarum Poſſeſſionum, & portionum poſſeſſionariarum Portionum N. L. & G. filiorum Saud de T. qui in Sententia Capitali & in amisſione omnium Poſſeſſionum & bonorum ſuorum coram vobis convicti fore agnoſcuntur, vicinis & Commetaneis omnium Poſſeſſionum legitime convocatis accedendo, in duabus partibus pro vobis, in tertia parte pro I. & filiorum D. de eadem T. Actoribus occupare ſine præjudicio juris alieni, promulgando ibidem, quod quicunque proximis & cognationibus eorumdem filiorum Saud, vel vicinis, & Commetaneis ſuis easdem a vobis, & partibus adverſis juxta Regni Conſuetudinem redimere vellent, & quorum redemptioni eædem Poſſeſſiones, ſeu Portiones poſſeſſionariæ magis convenienter in termino prædicto per hominem veſtrum tunc inibi aſſignando coram vobis deberent comparere easdem redempturi. Qui quidem etiam homo veſter univerſas res mobiles & immobiles eorumdem filiorum Saud ubicunque, & aput quoscunque reperiri poſſent, auferre deberet, & in duabus partibus vobis, quo ſupra, in tertia autem parte dictis Actoribus ſtatueret modo prænotato, ſi per quempiam, vel per quospiam non fuerit contradictum; Contradictores vero, ſi qui fuerint in hac parte, idem homo veſter, præſente teſtimonio noſtro prælibato ad veſtram evocaret præſentiam, rationem ſuæ contradictionis reddituros. Et poſthac nos ſeriem totius facti, ſeu proceſſus cum die, & loco evocationis, nominibus Evocatorum, & termino aſſignato ac numero rerum ablatarum in noſtris

Digitized by Google

literis Veſtræ Magnitudini reſcriberemus evidenter. Nos igitur legitimis & congruis poſtulationibus &c. Cum præfato &c. Noſtrum hominem Virum &c. Qui tandem ad nos reverſi, nobis concorditer retulerunt iſto modo: quod idem homo Veſter cum teſtimonio noſtro tali die, poſt tale feſtum jam præteritum, vel ante; primo ad faciem dictæ Poſſeſſionis Naprad, & cum eandem, ac alias duas Poſſeſſiones T. & T. vocatas prope ipſam Poſſeſſionem Naprad in Comitatu Gumurienſi, ut dicitur, exiſtentes per ſuas veras metas & antiquas reambulando, vicinis & Commetaneis Poſſeſſionum præallegatarum filiorum T. in duabus partibus pro vobis, & in tertia parte pro dictis filiis D. Actoribus occupare voluiſſent, tandem duæ nobiles Dominæ, uxores videlicet eorumdem filiorum Saud cum tribus filiabus ſuis; Item G. & P. filii ipſius N. perſonaliter inibi comparentes prætaxatæ nobiles Dominæ pro ſe ipſis dotem, & res paraphernales, pro annotatis vero filiabus ſuis quartam puellarem jure naturæ, & de Regni conſuetudine ex eisdem Poſſeſſionibus ipſis provenire deben. prænotati vero G. & P. filii N. portiones ſuas proprias, ſimiliter ex eisdem Poſſeſſionibus ſibi cedere debentes, ac portiones memoratorum L. N. & G. patris, ac patruelium ipſorum a dicta occupatione facienda prohibuiſſent, aſſerentes quod ipſi easdem portiones dictorum patris & patruelium ipſorum juxta Regni Conſuetudinem pro ſe redimere præſto eſſent, & parati; quo audito idem homo Veſter eisdem G. & P. filiis N. filii Saud ad redimendum præallegatas portiones poſſeſſionarias eorumdem patris, & patruelium ſuorum Octavas T. talis feſti jam venturas coram vobis comparendi aſſignaſſet, ſtatu, & forma dictarum literarum veſtrarum permanente. Dixit etiam homo veſter prænominatus, quod quia M. N. f. L. nobiles Dominæ de T. item G. & P. nobiles f. C. de T. aput quos ipſi res fugitivas & abſconditas eorumdem filiorum Saud reperiſſent, easdem res reddere recuſaſſent, ſimiliter ad easdem Octavas ad veſtram evocaſſent præſentiam, rationem ipſarum rerum detentionis redditurus. Numerus autem rerum ablatarum, quem, ac ſpecialiter idem homo veſter præſente dicto teſtimonio noſtro nobis recitavit, iſte eſt: quod ipſi in Curia ſæpefatorum N. L. & G. filiorum Saud duodecim boves, ſedecim equos, quadraginta Sues, & Scrophas, & alias minutas pecudes recepiſſent, & apud Jobagiones eorundem, qui fugere non voluiſſent, tredecim boves, etiam abſtuliſſent; quorum quidem pecudum ipſi duas partes pro vobis occupaſſent, & tertiam partem pro dictis Actoribus aſſignaſſent, ſalva decima parte earumdem pro nobis, & eodem homine noſtro remanente. Datum.

Digitized by Google

Item: alia Forma Judicis super eodem, quæ eſt de membro, seu latere Sententiæ diffinitivæ.

234. Nos N. Regni Hungariæ Palatinus damus, vel ſignificamus, quod juxta continentiam literarum T. Capituli, vel Conventus G. & P. f. N. f. G. de T. in talibus Octavis talis feſti coram nobis comparere, & ſuper portionibus poſſeſſionariis ejusdem N. & L. & G. patruelium ſuorum in eadem Poſſeſſione de Naprad & aliis duabus Poſſeſſionibus T. & T. vocatis in tali Comitatu, ut dicitur, exiſtentibus, & habitis, quas ipſi nuperrime coram T. f. T. de T. homine noſtro, & teſtimonio dicti Capituli T. Eccleſiæ in facie præfatarum Poſſeſſionum comparentes forte redimere afferuiſſent, juxta proborum virorum conſiderationem, & Regni Conſuetudinem nobiscum convenire debuiſſent, tandem prædictis Octavis T. feſti occurrentibus, annotati filii N. & Nobiles Dominæ uxores eorumdem N. & L. cum tribus filiabus ſuis comparuerunt perſonaliter coram nobis, comparentesque eædem nobiles Dominæ, ſicut in facie dictarum Poſſeſſionum, ſic & nunc in præſentia allegaverunt iſto modo: quod ipſæ ex eisdem Poſſeſſionibus juxta conſuetudinem, & modum Regni pro ſe ipſis dotem, & res paraphernales, præallegatis vero tribus filiabus ſuis Quartam puellarem habere poſſint, & debeant, prænominati vero P. & G. filii N. ſicut etiam tunc in facie dictarum Poſſeſſionum, ſic & nunc etiam coram nobis de portionibus ſuis ex eisdem Poſſeſſionibus ſibi cedentibus fecerunt mentionem. Et quia noſtris Aſſeſſoribus in fede noſtra Judiciaria tunc nobiscum adhærentibus, & aliis Regni Proceribus æquitate ſuadente viſum exſtitit, ut prædictis debitis prius deductis ſolummodo portiones eorumdem N. & L. & G. filiorum Saud in ſententia Capitali, & in amiſſione omnium bonorum ſuorum temporalium convictorum juxta dictam Regni conſuetudinem debeant æſtimari. Et quia, & quia (ſic) etiam tam ex relatione dicti hominis noſtri, quam etiam eorumdem nepotum Saud, & aliorum veridicorum hominum affirmatione, hoc, ut dictæ tres Poſſeſſiones in toto ſecundum ipſius Regni conſuetudinem duodecim aratra extendi ſe deberent, certo certius intelleximus; Ideo nos cum præallegatis Aſſeſſoribus noſtris admiſimus iſto modo adjudicantes, quod una pars ipſarum Poſſeſſionum, Portionibus dictorum P. & G. filiorum N. alia vero pars pro annotatis debitis, utpote dote & rebus paraffernalibus, ac quarta parte puellari eisdem Nepotibus Saud, & nobilibus Dominabus remaneret, æſtimatio autem tertiæ partis earumdem Poſſeſſionum, ſcilicet duodecim Marcæ computi Budenſis per dictos G. & P. filios N. nobis velud Judici, & I. ac P. f. D. de eadem Naprad Actoribus dare debeant, & perſolvi. A quarum quidem quantitatis pecuniæ ſolutione nec eisdem Nepotibus Saud Octavas tales, talis

Digitized by Google

festi jam venturas duximus præfigendas isto modo: quod idem G. & P. filii N. filii S. ipsas duodecim Marcas partim in prompta pecunia, partim vero in æstimatione condigna sub pœna duplici coram dicto Capitulo Agriensi solvere teneantur in Octavis prænotatis. Committimus tamen judiciaria nostra auctoritate, ut ipsi nepotes Saud & nobiles Dominæ in dictis duabus partibus earumdem Possessionum, tamquam in suis juribus, excepta dicta parte valeant stare commorari infra tempus pecuniariæ solutionis. Datum.

Item: alia Forma, quando fit prorogatio solutionis per literas Reginales.

235. Nos Capitulum &c. Damus &c. Quod cum juxta continentiam literarum Magnifici Viri T. Palatini, modum & formam Sententiæ suæ diffinitivæ exprimentium P. & G. f. N. S. de T. in talibus Octavis T. festi coram nobis eidem Palatino tot Marcas Grossorum solvere debuissent, adveniente ipso termino B. f. D. proximus eorumdem & Procurator eorumdem P. & G. filiorum N. præsentavit nobis duas literas, unam scilicet D. Elisabeth Dei gratia Regni Hungariæ Reginæ, & aliam ipsius D. Palatini, inter cetera exprimentes, ut nos factum dictæ pecuniariæ solutionis absque omni gravamine & pondere aliquali ad Octavas Beati Georgii Martyris jam ventur. prorogaremus statu priori permanente. Nos igitur mandatis ejusdem Dominæ Reginæ obtemperare cupientes, ut tenemur, solutionem ipsarum duodecim marcarum ex consensu prætaxati D. Palatini, quem nos in literis suis ad hoc datum fide vidimus occulata prædictas Octavas Beati Georgii Martyris prorogavimus statu priori permanente. Datum die T. &c.

Item: alia Forma super eodem, quando fit solutio aliqualis.

236. Nos Capitulum &c. Damus. Quod cum juxta continentiam priorum literarum prorogatoriarum, & etiam Literarum Magnifici Viri Comitis T. Palatini, formam sui Judicii exprimentium P. & G. f. S. de T. in talibus Octavis T. festi tot marcas Grossorum partim in prompta pecunia, partim vero in æstimatione condigna eidem D. Palatino in redemptionem portionum possessionariarum eisdem N. patris, L. & G. filiorum S. patruelium suorum in talibus Possessionibus, in Comitatu T. ut dicitur, existentibus habitarum coram nobis solvere debuissent, adveniente ipso termino prænotati P. & G. filii N. dictas tot marcas persolverunt coram nobis L. filio N. de T. famulo, & Procuratore ipsius D. Palatini, pro ipso Palatino plene, & integre recipienti. Qua quidem quantitate pecuniæ idem L. Procurator sic recepta annotatas portiones possessionarias eorumdem N. L. & G. filiorum S. in talibus Possessionibus, quo supra habitas cum eorum uti-

Digitized by Google

litatibus quibuslibet & pertinentiis reſignavit, & reſtituit coram nobis auctoritate procuratoria P. & G. filiis N. ſupradictis, nullum jus, nullumve Dominium amplius pro eodem D. Palatino in eisdem reſervando. Datum &c.

Ubi eſt notandum, quod dictæ literæ Procuratoriæ non ſolum per judicationem D. Palatini, ut præmiſſum eſt, verum etiam per literas, & examina Regis & Reginæ ac Judicis Curiæ ejusdem D. Regis fieri poſſunt modo prænotato, duntaxat per Notarium animadvertantur variationes ſupradictæ; Et ſic Formæ literarum Proclamatoriarum terminantur.

Nunc ſecuntur Formæ ſtatutoriæ.

237. Juxta quam partem eſt notandum, quod Formæ literarum ſtatutoriarum, aliæ ſunt ſimplices, & aliæ mixtæ. Item: aliæ per se ſtatutoriæ, & aliæ ſtatutoriæ ſimul cum Captivativatione ut infra declarabitur. Item quædam ſtatutoriæ ſiunt in Poſſeſſionibus aquiſitis, ſeu inventis, quædam vero in Poſſeſſionibus hereditariis. Item quædam ex eisdem finem ſortiuntur in judicio absque juramentali depoſitione, quædam vero cum juramentali depoſitione. Et hæc omnia intuenti lucidius declarabitur, quando Formæ ſcribi incipient per ſuos modos.

Item: Ferma Regalis ſtatutoriæ cum Captivatione ad Capitulum.

238. Lodovicus Dei gratia &c. Fidelibus ſuis &c. Capitulo Eccleſiæ &c. vel Præpolito, & Conventui talis loci Salutem, & gratiam. Dicit nobis N. f. P. de T. & Magiſter Pincernarum noſtrorum. Aquiſitionis titulo ad ſuos Prædeceſſores devoluta, in T. Comitatu, ut dicitur, exiſtens, recaptivatione ac metarum erectine plurimum indigeret. Super quo Veſtræ fidelitati firmiter injungimus per præſentes, quatinus Veſtrum mittatis hominem pro Teſtimonio fidedignum, quo præſente P. f. T. vel A. f. B. de T. altero absente homo noſter ad faciem dictæ Poſſeſſionis Datos, Vicinis & Commetaneis ſuis legitime convocatis accedendo, recapiat eandem, & per ſuas veras metas & antiquas reambulet, reambulatamque a vicinariis Poſſeſſionibus diſtinctam & ſeparatam ſtatuat eidem Magiſtro L. Aulæ noſtræ militi eo jure, quoad ipſum pertinere dinoſcitur peremptaliter poſſidendam, ſi per quempiam non fuerit contradictum, Contradictores vero, ſi qui fuerint contra eundem Magiſtrum L. ad noſtram evocat præſentiam ad terminum competentem. Et poſthac ſeriem ipſius poſſeſſionariæ recaptivationis & ſtatutionis, vel diem & locum Citationis, nomina Citatorum & terminum aſſignatum in veſtris literis nobis fideliter reſcribatis. Datum &c.

Item:

Digitized by Google

Item: ſuper eodem ex parte Capituli Relatoria ad Regem.

239. Excellentisſimo Domino ſuo &c. Literas Veſtræ Excellentiæ &c. Et ſic litera Regalis ſcribatur per totum, tunc dicatur: Nos igitur &c. Qui tandem ad nos reverſi nobis uniformiter retulerunt in hunc modum: quod præfatus homo veſter una cum dicto teſtimonio noſtro tali die poſt tale feſtum, vel ante, accesſiſſent ad faciem Poſſeſſionis Bagus prænominatæ, & eandem vicinorum & Commetaneorum ipſius univerſorum legitimis convocationibus factis recaptivaſſent, & per ſuas antiquas metas reambulaſſent, recaptivatamque & reambulatam cum ipſi eandem dicto Magiſtro N. f. P. de T. nomine ſui juris poſſidendam ſtatuere voluiſſent, tandem N. f. D. condam de T. nunc Comes de Walko ipſos non reambulationem ſed receptivationem & ſtatutionem prædictæ Poſſeſſionis Bagus, annotato Magiſtro N. quo ſupra facienda, vice, & nomine, ac etiam verbo annotati Magiſtri L. domini ſui prohibuiſſet. Quem quidem Magiſtrum N. f. D. ipſi eadem die & loco contra memoratum Magiſtrum N. ad veſtram citaſſent præſentiam, Octavas tales, talis feſti jam ventur. eidem pro termino coram nobis comparendi aſſignando. Datum.

Item: alia Forma ſuper eodem ex parte Judicis ad Capitulum.

240. Amicis ſuis Reverendis Capituli T. Comes P. Judex Curiæ Domini Regis ſinceri honoris continuum incrementum. V. A. præſentium ſerie declaramus, quod N. f. P. Magiſter Pincernarum ejusdem D. noſtri Regis in talibus octavis, talis feſti de medio aliorum Cauſatorum coram nobis exurgendo contra Magiſtrum L. f. D. de T. legitime Citatum judiciaria in figura propoſuit iſto modo: quod dum ipſe nuperrime, videlicet tali die poſt tale feſtum cum P. f. D. homine ejusdem D. noſtri Regis & discreto Viro Domino N. Sacerdote Magiſtri Altaris T. Sancti de eadem Eccleſia Veſtra cum teſtimonio Veſtro ad faciem ejusdem Poſſeſſionis ſuæ B. vocatæ, in tali Comitatu, ut dicitur, exiſtentis, accesſiſſent, & eandem vicinis ſuis legitime convocatis, facta legitima reambulatione, prædictum Regium hominem ſub ejusdem hominis veſtri teſtimonio recaptivari, & pro ſe ſtatui facere voluiſſet, tandem P. f. D. famulus, & Procurator præfati Magiſtri L. f. D. vice ac nomine & verbo ipſius Domini ſui annotatos Regium & Veſtrum homines non a reambulatione, ſed recaptivatione, & ſtatutione prætaxatæ Poſſeſſionis B. ſibi tunc faciendo prohibuiſſet. Cujus quidem prohibitionis ipſe rationem ſcire vellet a Magiſtro L. prænotato. Quo audito Magiſter M. literatus famulus & Procurator ejusdem L. f. D. cum literis Procuratoriis honorabilis Capituli N. in perſona ejusdem Magiſtri L. Domini ſui reſpondit ex adverſo, quod licet prædictus Magiſter L. f. D. mediantibus eisdem Regio homine

Digitized by Google

& teſtimonio ipſius Capituli T. in termino prænotato ad faciem ſuæ Poſſeſſionis B. pro ipſa ſtatutione facienda modo, quo ſupra acceſſiſſent, tamen, quia idem Magiſter L. tempore reambulationis præfatæ Poſſeſſionis B. quamdam Poſſeſſionem prænotati Domini ſui ſimiliter B. vocatam in vicinitate & commetaneitate ejusdem Poſſeſſionis ipſius Magiſtri N. adjacenti vineæ (vicinæ) ſuæ Poſſeſſionis ſimiliter cum eadem Poſſeſſione, & conjunctam recaptivare & pro ſe ſtatui facere voluiſſet, Ideo ſæpedictus Magiſter N. f. P. ad hujuscemodi recaptivationem & ſtatutionem faciendam per ipſum Dominum ſuum legitime prohibitus exſtitiſſet. Et quia prætaxatus Magiſter N. filius P. Actor per nos ſuper dicta Poſſeſſione ſua Bogus literas Privilegiales Domini N. condam Regis Hungariæ felicis memoriæ ſe habere aſſerebat, ob hoc nos, una cum Aſſeſſoribus noſtris, volente, & conſentiente dicto Procuratore ipſius Magiſtri N. f. D. ad cauſam attracta admiſimus judicantes iſto modo: quod ſæpedictus N. f. P. Actor, adductis ſecum Regio, & Veſtro hominibus, rurſus ad faciem dictæ Poſſeſſionis ſuæ B. accedere, & metas ipſius Poſſeſſionis juxta continentiam ejusdem Privilegii, & curſus metarum diſtinctam, & ſeparatam pro ſe ſtatui facere deberet, poſſet & teneretur nemine contradictore apparente. Quamobrem volumus, & Veſtræ discretionis Amicitiam petimus diligenter, quatinus duos homines veſtros fidedignos pro teſtimonio transmittatis, coram quibus A. f. B. de T. vel C. f. D. de T. pro parte ejusdem P. Actoris; item G. f. A. vel I. f. K. de T. ſeu L. f. N. de T. pro parte annotati Magiſtri L. f. D. ad cauſam attracti, aliis abſentibus homines ejusdem Domini noſtri Regis ſimul cum dictis partibus, vel eorum legitimis Procuratoribus in Octavis talibus, talis feſti jam venturis, vicinis & Commetaneis prænemoratarum Poſſeſſionum legitime convocatis & præſentibus accedendo, & dictus Magiſter L. Actor eandem Poſſeſſionem ſuam B. juxta continentiam præſcripti Privilegii Domini L. condam Regis in ſpecie per ipſum inibi exhibentibus (exhibendi) & curſum metarum in eodem inſertarum a primis usque ad finales reambulare, reambulatamque, & a dictis Poſſeſſionibus vicinorum & Commetaneorum ſuorum, ſpecialiter a Poſſeſſione ſæpedicti Magiſtri L. f. D. ſimiliter B. vocatam (vocata) verimodo ſeparare, & ſeparatam pro ſe ſtatui facere valeant, & debeant per eosdem homines Regios, contradictione quorumlibet non obſtante ex eo, quia tempore primariæ recaptivationis ejusdem Poſſeſſionis B. excepto annotato Magiſtro L. f. D. neminem alium reperimus fuiſſe Contradictorem. Et poſthæc ſeriem ipſius poſſeſſionariæ ſtatutionis cum curſibus metarum ad Octavas tales, talis feſti jam venturas dicto Domino Regi fideliter reſcribatis. Datum. &c.

Digitized by Google

Item: alia Forma ex parte Capituli ad Regem super facta ſtatutione.

241. Excellentiſſimo, Literas Magnifici viri Comitis P. Judicis Curiæ Veſtræ, per eundem nobis deſtinatas recepimus inter cetera continentes, quod mitteremus duos homines noſtros pro teſtimonio fidedignos, in quorum præſentia A. f. B. de T. vel C. f. D. de T. aut F. f. G. de T. pro parte Magiſtri N. f. P. Actoris, Aulæ Veſtræ militis, item G. f. H. de T. vel I. f. K. de T. pro parte Mag. L. f. D. condam de T. ad cauſam attracti, aliis abſentibus homines Veſtri in Octavis talibus talis feſti cum eisdem partibus, vel ipſarum legitimis Procuratoribus ad faciem quarumdam Poſſeſſionum earumdem Partium Bogus, & Bagus vocatarum, ut dicitur, in T. Comitatu exiſtentium, vicinis & commotaneis ſuis legitime convocatis & præſentibus accedentes, præallegatus Magiſter N. f. P. Actor vel ſuus Procurator eandem ſuam Poſſeſſionem Bagus, juxta continentiam Privilegii D. L. condam Regis Hungariæ per ipſum a primis metis usque ad finales reambulari, reambulatamque, & ab aliorum Poſſeſſionibus ſcilicet dictorum vicinorum & Commetaneorum ſuorum, ſpecialiterque a Poſſeſſione ipſius Magiſtri L. f. D. ſimiliter nuncupata B. verumodo ſeparari, & ſeparatam pro ſe ſtatui facere debeat per eosdem homines veſtros, contradictione quorumlibet non obſtante. Et poſthæc nos ſeriem ipſius poſſeſſionariæ ſtatutionis cum Curſibus metarum ad tales Octavas talis feſti jam venturas veſtræ fideliter referiremus Majeſtati. Nos igitur legitimis & congruis poſtulationibus ejusdem Comitis P. ac juſtitiæ annuentes cum præfatis A. f. B. & G f. H. hominibus veſtris noſtros homines, viros idoneos, videlicet Dominum D. Magiſtrum Altaris T. Sancti de eadem Eccleſia noſtra pro parte Magiſtri N. Actoris & Magiſtri N. clericum de Choro noſtro pro parte ipſius L. f. D. in cauſam attracti transmiſimus pro teſtimonio ad præmiſſa exequenda. Qui tandem ad nos reverſi nobis voce conſona retulerunt iſto modo: quod præfati homines veſtri cum dictis noſtris teſtimoniis in dictis Octavis talibus talis feſti jam præteritis cum præallegato Magiſtro L. in cauſam attracti & Petro literato famulo ac Procuratore prædicti Magiſtri N. f. P. Actoris, qui cum ſufficientibus literis Procuratoriis ipſius Comitis P. Judicis Curiæ Veſtræ pro eodem Domino ſuo inibi comparuiſſet, accesſiſſent ad faciem Poſſeſſionum ſupradictarum in eandem Poſſeſſionem dicti Magiſtri N. Actoris B. vicinorum, & Commetaneorum ipſius univerſorum legitimis convocationibus factis, in eisdem præſentibus juxta continentiam Privilegii Domini L. condam Regis Hungariæ per eundem P. Literatum, ipſius Magiſtri N. f. P. legitimum Procuratorem tunc in ſpecie inibi exhibiti, & curſum metarum, in eodem, quo ſupra inſertarum ſeu contentarum, a primis metis excipiendo usque ad

Digitized by Google

finales reambulaſſent, novas metas infra declarandas, juxta veteres, ubi neceſſe fuerit, erigendo, reambulatamque, & ad ceterum (a ceterorum) vicinorum, & commetanearum Poſſeſſionum, ſpecialiter a Poſſeſſione ipſius Magiſtri L. B. vocata verimodo undique diſtinctam & ſeparatam, cum ſuis utilitatibus quibuslibet & pertinentiis, ac eo jure, eaque plenitudine, qua ipſam ad dictum Magiſtrum N. ex vigore dicti Privilegii Domini L. condam Regis Hungariæ pertinere dinoſcitur, ſtatuiſſent eidem Magiſtro N. Actori, contradictione quorumlibet non obſtante; & præfata Teſtimonia noſtra ſimiliter ſimiliter (ſic) perſonaliter coram nobis comparentes, præmiſſa ſic, ſicut idem homines veſtri nobis communiter affirmaverunt. Curſus autem metarum, quibus ſæpedicta Poſſeſſio ipſius Magiſter N. B. vocata, juxta continentiam Privilegii ejusdem D. L. condam Regis Hungariæ, Prædeceſſoris Veſtri, ut præmiſſum eſt, a vicinariis Poſſeſſionibus diſtinguitur & ſeparatur, prout iidem veſtri, & noſtri homines nobis expreſſerunt, & prout etiam nos ex tenore ipſius Privilegii exſtitimus informati, hoc ordine proteuduntur: Prima enim meta incipit a tali plaga, in tali loco, ubi ſunt duæ metæ terreæ, & abinde procedendo & currendo vergit talem locum &c. & *ibi* terminatur. Datum.

242. Juxta quam partem eſt advertendum, quod quandocunque in Poſſeſſionibus ſit perfecta ſtatutio, & hoc per literas Capituli vel Conventus Domino Regi, ſeu Palatino, aut Judici Curiæ ipſius Domini Regis Relatorias manifeſtabitur evidenter, tunc tales ſtatutiones perfectum finem ſortitas idem Dominus Rex, vel Judex Curiæ ſuæ, vel Palatinus ipſorum literis vel patentibus, vel Privilegialibus ſolent confirmare. Sed quia noſtra intentio nunc ad præſens circa Formas ſtatutorias venſatur, ideo de confirmationibus athuc eſt remittendum, quam tamen Formam confirmationis, ſi neceſſum fuerit, terminatis Formis ſtatutoriis pro quietatione animorum audientium proſequimur Deo permittente.

Item: alia Forma ſtatutoriarum, quæ ſimpliciter ſit per Regium hominem & teſtimonium unius Capituli vel Conventus, ſed differt a priori ſtatutione.

243. Amicis ſuis Reverendis Capitulo Eccleſiæ T. vel Præpoſito & Conventui T. loci Comes P. Judex Curiæ D. Regis L. ſalutatio eſt ut ſupra. Discretioni veſtræ, vel Amicitiæ Veſtræ præſentium ſerie notificamus, quod discretus Vir, Magiſter I. f. S. de T. nunc Archidiaconus Neugradienſis Dioeceſis Decanus Eccleſiæ Strigonienſis. pro ſe, & cum literis Procuratoriis honorabilis Capituli ejusdem Eccleſiæ T. pro L. f. L. fratris ſui in Octavis talibus talis feſti, de medio alio-

Digitized by Google

rum cauſatorum coram nobis exurgendo contra Johannem filium Apa de T. legitimæ Citationis modum observando ad cauſam annotatum (attractum) ſuo, & dicti L. f. L. fratris nomine & auctoritate Procuratoria noſtra Judiciaria in figura egit proponendo: quod idem I. f. A. quasdam duas terras & ipſorum hereditarias taliter, & taliter vocatas, in Comitatu T. juxta fluvium Berebro, & in vicinitate & Commetaneitate Poſſeſſionis ejusdem f. G. f. A. taliter nuncupatæ ut dicituur, adjacentes accupaſſent, & occupatas a multis retroactis temporibus detinuiſſent, & nunc detinerent, fructusque & utilitates earumdem in ſuos uſus convertendo. Quarum quidem occupationis & detentionis ipſi rationem ſcire vellent a I. prænotato. Quo audito P. f. N. legitimus Procurator prædicti I. f. A. cum literis Procuratoriis Præpoſiti ſibi & Conventus S. Stephani Prothomartyris de Promontorio Waradienſi pro eodem Domino ſuo reſpondit ex adverſo: quod idem Dominus ſuus nullas ſylvas prænotatorum Magiſtri I. Archidiaconi, & L. f. L. non occupabat, nec occupatas detineret, ſed ſi idem Magiſter I. Archidiaconus, & L. f. L. aliquas ſilvas vel Poſſeſſiones per eundem Dominum ſuum putarent detineri, cum erga ipſum Dominum ſuum plures Poſſeſſiones & terræ arabiles talibus nominibus nuncupatæ poſſideri dinoſcerentur, ipſi easdem a dicto Domino ſuo reciperent juxta Regni conſuetudinem; tales enim recapere poſſunt, in quorum recaptivatione & ſtatutione in nullo contradicet Dominus ſuus ſupra dictus, tales vero recapere forte acceptaret, ſuper quibus prælibatus Dominus ſuus eisdem contradictionis velamine obviaret procul dubio. Unde cum juxta ſpontaneam adjudicationem Procuratoris ipſius ad Cauſam attracti ad recapiend. & ſtatuend. prædictarum terrarum Regius & noſter homines neceſſario ſint deſtinandi; Igitur Veſtras Amicitias petimus diligenter, quatinus veſtrum mittatis hominem pro teſtimonio fidedignum, quo præſente E. f. C. de T. vel A. f. N. de T. altero abſente homo ipſius Domini Regis noſtri in talibus Octavis, talis feſti jam venturis cum dictis partibus vel earumdem legitimis Procuratoribus, vicinis & Commetaneis ſuis legitime convocatis ad faciem dictarum terrarum per eosdem Actores recapiendarum accedendo, per demonſtrationem eorumdem Actorum, vel legitimum Procuratorem ipſorum recaptivat easdem per ſuas veras metas & antiquas, novas juxta veteres, ubi neceſſe fuerit, erigendo reambulet, reambulatas a vicinariis Poſſeſſionibus diſtinctas & ſeparatas ſtatuat prædictas Magiſtro I. Archidiacono & L. f. L. eo jure, quo ad ipſos dinoſcuntur pertineri perpetuo poſſidendas, ſi per quempiam, vel quospiam non fuerit contradictum. Contradictores vero ſi qui alii, excepto dicto I. f. Apa in reambulatione, captivatione & ſtatutione prænominatarum terrarum apparuerint contra memoratos Actores, ad Regiam præſentiam citare debeant dictus homo D. Re-

Digitized by Google

gis & Veſter ad diem reportationis ſeriei præmiſſorum. Annotatum I. f. Apa, ſi ipſi in præmiſſis, vel præmiſſorum contradictionis velamine obviaverit, citare non incumbit, quia ipſum juxta Commiſſionem noſtram absque citatione aliquali in prædicto termino coram nobis oportebit comparere rationem ſuæ contradictionis redditur. particulam autem, vel particulas per quempiam vel per quospiam prohibitam vel prohibitas ſignis pro metis poſitis conſignando & regali menſura, ſi menſurari poterunt, menſurando, vel ſaltem viſu conſiderando idem homo Regius cum aliis probis viris, tunc inibi exiſtentibus, Deum & ejus juſtitiam præ oculis habendo æſtiment Regni Conſuetudine exigente. Et poſthæc ſeriem omnium præmiſſorum cum æſtimatione particulæ terræ prohibitæ & curſibus metarum, vel nominibus Contradictorum, ſi neceſſe fuerit, dicto Domino noſtro Regi ad Octavas tales, talis feſti jam venturas in veſtris literis fideliter & ſiudioſe reſcribatis. Datum.

Item: *Responsio ad Regem super eadem.*

244. Excellentisſimo &c. Literas Magnifici Viri Comitis P. Judicis Curiæ Veſtræ per eundem nobis deſtinatas *recepimus inter cetera* continentes: quod mitteremus hominem noſtrum pro teſtimonio fidedignum T. præſente T. f. T. de T. vel A. f. D. de T. altero abſente homo veſter in talibus Octavis talis feſti cum diſcreto viro Magiſtro I. Archidiacono de T. & L. f. L. fratris ejusdem Magiſtri I. Actoris, ac Johanne filio Apa de T. ad Cauſam attracto, vel earumdem Partium Procuratoribus ad faciem quarumdam terrarum T. & T. nuncupatarum juxta fluvium Berebro in Comitatu T. in vicinitate & commetaneitate Poſſeſſionis ejusdem I. f. P. taliter vocatæ, ut dicitur, exiſten. vicinis & Commetaneis ſuis legitime convocatis accedendo, per ſuas veras metas & antiquas, juxta demonſtrationem eorumdem Actorum vel legitimi Procuratoris ipſorum reambularet, novas metas juxta veteres, ubi neceſſe fuerit erigendo, reambulatasque, & a vicinariis Poſſeſſionibus per erectiones dictarum metarum undique ſeparatas & diſtinctas ſtatuat easdem dicto Magiſtro L. Archidiacono & filio L. tamquam ipſorum jura perpetuo poſſidendas, ſi per quempiam, vel per quospiam non fieret contradictum, Contradictores vero, ſi qui alii in reambulatione & ſtatutione prælibatarum terrarum apparerent, excepto annotato I. f. Apa idem homo veſter contra memoratos Actores ad diem reportationis ſeriei præmiſſorum citare debeat in præſentiam veſtræ Majeſtatis, prædictum autem filium Apa, ſi ipſe ad præmiſſa contradictionis velamine obviaret, citare non incumberet, quia ipſe juxta commiſſionem dicti Comitis P. partium Judicis ordinarii in termino infraſcripto absque citatione aliquali coram nobis comparere oporteret, rationem ſuæ contradictio-

Digitized by Google

nis reddituros. Particulam autem, vel particulas, per quempiam, vel per quospiam prohibitam vel prohibitas lignis pro metis configuando, & regali menſura ſi menſurari poſſunt, menſurando, vel ſaltem viſu conſiderando prætaxatus homo veſter una cum aliis probis viris tunc inibi exiſtentibus, Deum, & ejus juſtitiam præ oculis habendo, & ſcrupulo cujuslibet falſitatis procul moto æſtimaret Regni conſuetudine exigente. Et poſt hoc ſeriem dictæ ſtatutionis cum curſibus metarum, vel æſtimatione particulæ terræ prohibitæ, & ſi neceſſe fieret, nominibus Contradictorum ad tales Octavas talis feſti jam venturas, veſtræ fideliter reſcriberemus Majeſtati. Nos igitur congruis & legitimis petitionibus &c. cum præfato T. de T. homine veſtro hominem noſtrum Virum idoneum videlicet Dominum N. Sacerdotem de Choro noſtro, & Magiſtrum Altaris Beatæ Virginis de Eccleſia T. de Promontorio Agrienſi transmiſimus pro teſtimonio ad præmiſſa exequenda, Qui tandem ad nos reverſi &c. Quod præfatus homo veſter, præſente dicto Teſtimonio noſtro, & A. f. P. famulo, & legitimo Procuratore memoratorum Actorum in prælibatis Octavis talis feſti jam præteritis acceſſiſſent ad faciem terrarum taliter, & taliter vocatarum juxta dictum fluvium Berebro exiſtentium ſupradictarum, & cum ipſi easdem vicinorum & commetaneorum ipſarum univerſorum legitimis convocationibus factis, & eisdem præſentibus, ſpecialiterque præſente dicto I. f. Apa ad cauſam attracto absque metarum ſuarum reambulatione cum earum utilitatibus quibuslibet, & pertinentiis prænotatis, Magiſtro I. Archidiacono, & L. ſ. L. Actoribus, ipſorumque in præſentia, dicto A. f. T. legitimo Procuratori, ac juxta dictarum literarum ſuarum continentiam ſtatuere voluiſſet, tandem prænotatus I. f. A. ipſos non a reambulatione, ſi hanc facere potuiſſent, ſed a ſtatutione earumdem terrarum T. & T. vocatorum ſæpedictis Actoribus, quo ſupra, facienda prohibuiſſet, nemine alio contradictore apparente. Retulit etiam nobis idem homo Veſter, præſente teſtimonio noſtro prænotato, quod licet ipſi dictas terras per ſuas metas veras & antiquas reambulare, & novas metas juxta veteres, ut præmiſſum eſt, in locis neceſſariis erigere, ac easdem regali menſura menſurando, ſi menſurari poſſint, vel ſaltem viſu conſiderando, cum aliis probis viris tunc inibi exiſtentibus, conſuetudine Regni exigente, æſtimare præſto fuiſſent, & parati, tamen quia tunc in illis partibus nimia aquarum inundatio prævaluiſſet, & ſuperficies earumdem terrarum in pluribus locis dicta aquarum inundatio operuiſſet, ideo ipſi ſic præpediti nichil in præmiſſis perficere potuiſſent in Octavis ſupradictis & præfatus &c. Datum.

Digitized by Google

Item: alia forma ex parte Judicis ad Capitum, quando super fit communis Inquifitio.

245. Amicis ſuis Reverendis Capitulo, vel Præpoſito & Conventui talis loci P. Judex Curiæ D. Regis L. Amicitiam paratam debito cum honore. Noverit Veſtra Amicitia, quod cum diſcretis Viris Magiſtro I. Archidiacono de T. & L. f. L. fratri ſui in Octavis talibus talis feſti coram nobis comparere, & factum ſtatutionis quarumdam terrarum ſuarum, taliter, & T. vocatarum in literis Veſtris nobis reportare debuiſſent, tandem prædictis Octavis talis feſti occurrentibus annotatus Magiſter I. Archidiaconus pro ſe perſonaliter, cum literis Procuratoriis Honorabilis Capituli Eccleſiæ T. & pro eodem L. f. L. fratre ſuo ex una, & P. f. T. famulus & Procurator f. Apa de T. cum literis Procuratoriis Honorabilis Capituli T. pro eodem Domino ſuo parte ab altera comparuerunt coram nobis, comparentesque prænominatus Magiſter I. Archidiaconus literas veſtras relatorias nobis curavit præſentare, in quibus nos recepimus (reperimus) inter cetera contineri, quod cum nuperrime, videlicet in Octavis talibus, talis feſti jam præteritis N. f. P. homo ejusdem Domini noſtri Regis, præſente Domino N. Sacerdote de Choro veſtro, & Magiſtro Altaris talis Sancti cum teſtimonio Veſtro ad faciem earumdem duarum terrarum T. & T. vocatarum vicinis & commetaneis legitime convocatis & præſentibus acceſſiſſent, & ipſas terras ſine aliquali reambulatione coram dictis vicinis & Commetaneis, ſpecialiterque præſente eodem L. f. Apa cum ipſarum utilitatibus & quibuslibet Pertinentiis eidem Magiſtro I. Archidiacono, & L. f. L. ut ſua jura ſtatuere voluiſſent, tandem præallegatus I. f. Apa in ſtatutione memoratarum terrarum eidem Regis homini velamine contradictionis obviaſſet. Reperimus etiam in dictis literis contineri, quod licet idem, Regius & Veſter homines prædictas terras ſic prohibitas per ſuas veras metas & antiquas vel viſu conſiderare, & poſtmodum Regni Conſuetudine exigente æſtimare præſto fuiſſent & parati, tamen quia in talibus partibus tunc nimia aquarum inundatio prævaluiſſet, & dictas terras dictæ æſtimationi ſubjiciendas aquarum multitudine reperiſſent, ideo ipſi nil in præmisſis perficere potuiſſent. Et cum nos dictum filium T. legitimum Procuratorem prædicti I. f. A. in ſede noſtra Judiciaria ſuper eo, quamobrem prædictus Dominus ſuus in ſtatutione prædictarum terrarum T. & T. nuncupatarum ſæpe dicto Magiſtro I. Archidiacono, & L. f. L. fieri debenda contradictor apparuiſſet, ternario numero requiſitum habuiſſemus, idem P. f. T. Procurator ejusdem in perſona I. f. A. Domini ſui reſponderat iſto modo: quod prænotatæ terræ litigioſæ non eorumdem Magiſtri I. Archidiaconi, & L. f. L. ſed ipſius I. f. A. Domini ſui, & ſuorum Prædeceſſorum eſſent, vel fuiſſent,

Digitized by Google

ſent, & deberent pertinere; ideo etiam eædem terræ intra metas Poſſeſſionis ipſius Domini ſui capitalis Apayliſe nuncuparentur. E converſo autem memoratus Magiſter I. Archidiaconus ſua & ejusdem L. f. L. fratris ſui in perſonis dicebat per modum replicationis, quod præallegatæ duæ terræ A. & B. vocatæ ipſorum eſſent, & ad ſuos Prædeceſſores a tempore, cujus memoria vix exſtaret, ſimiliter titulo juris hereditario pertinuiſſent, & nunc ad ipſos pertinere deberent, quas tamen terras tempore guerræ tunc in Regno Hungariæ vigentis T. & T. filii T. proximi, & prædeceſſores ejusdem P. f. A. propria ipſorum auctoritate occupaſſent, & per metarum erectiones ad dictam Poſſeſſionem Apalyſe applicaſſent. Et quia utræque partes dictas ſuas propoſitiones in facto earumdem terrarum aſſertionibus vicinorum, & Commetaneorum ſuorum, ac aliorum comprovincialium Nobilium ſponte compromiſerunt coram nobis, & tanto ad ipſam Inquiſitionem faciendam Regii homines & Veſtra teſtimonia neceſſario ſint deſtinanda; ideo præſentibus duos e vobis &c. Viros idoneos pro teſtimonio transmittatis, coram quibus A. f. L. vel C. f. D. aut P. f. F. de T. pro parte eorumdem Actorum, item G. f. H. I. f. K. de T. ſeu M. f. L. de T. pro parte annotati I. f. Apa ad cauſam attracti, aliis abſentibus homines Domini noſtri Regis in talibus Octavis talis feſti jam venturis cum dictis partibus, vel eorum legitimis Procuratoribus ad faciem ſæpedictarum litigioſarum terrarum, vicinis, & commetaneis ſuis legitime convocatis accedentes, & cum eisdem teſtimoniis Veſtris in facie prætaxatarum terrarum ſimul, ac invicem procedentes, ab eisdem vicinis & Commetaneis nec non ab aliis cujusvis ſtatus & conditionis hominibus palam & occulte diligenter inquirentes ſuper eo, ſi præfatæ terræ litigioſæ ipſorum Magiſtri I. Archidiaconi & L. f. L. fratris ſui, & ipſorum Prædeceſſorum eſſent, & fuiſſent, & hereditariæ, & ſi ipſas tempore dictæ guerræ, tunc in Regno Hungariæ, ut dicitur, vigentis L. & M. f. talis proximi & Prædeceſſores ipſorum ejusdem I. f. Apa propria ipſorum Auctoritate occupaverint, & per erectiones metarum ad dictam Poſſeſſionem eorumdem capitalem taliter vocatam applicaverint, vel ſi terræ litigioſæ non eorumdem, Magiſtri I. Archidiaconi, & L. f. L. Actoris & ſuorum Prædeceſſorum, ſed memorati I. f. Apa & ſuorum Prædeceſſorum eſſent, vel fuiſſent, ac ab antiquo titulo juris hereditario ad ipſos pertinuiſſent, nec ne, ſciant, & inquirant de præmiſſis omnimodam veritatem. Videant etiam iidem Regii & Veſtri Homines, & ſtudioſe circumſpicient, ſi dictæ duæ terræ litigioſæ olym extra metas dictæ Poſſeſſionis A. fuiſſent, & ipſæ terræ per ſe ab antiquis metis circumdatæ extitiſſent, vel eædem terræ ſub. veris antiquis metis ad eandem Poſſeſſionem A. pertinuiſſent modo prænotato. Quibus quidem Inquiſitionibus peractis prænotati Regii & veſtri homines

Digitized by Google

reambulent easdem terras per ſuas veras metas & antiquas, reambulatasque regali menſura, ſi menſurari poterunt, menſurando, vel ſaltem viſu conſiderando, una cum aliis probis Viris, Deum, & ejus juſtitiam præ oculis habentibus, ſcrupulo cujuslibet falſitatis procul moto, æſtiment easdem Regni Conſuetudine requirente, Contradictione quorumlibet non obſtante. Et poſthæc ſeriem Inquiſitionis cum nominibus teſtium, & æſtimatione earumdem terrarum in veſtris literis ad dictas Octavas talis feſti ſimiliter jam venturas dicto Domino noſtro Regi per easdem partes remittatis. Datum.

Item: Relatoria super eodem ad Regem.

246. Excellentisſimo &c. Literas Magnifici Viri Comitis P. Judicis Curiæ Veſtræ per eundem nobis deſtinatas recepimus inter cetera continentes, quod mitteremus pro Teſtimoniis homines noſtros fidedignos, in quorum præſentia P. f. B. &c. pro parte diſcreti Viri I. Archidiaconi de T. & f. L. fratris ſui Actorum. Item: G. f. H. de T. &c. pro parte I. f. A. ad cauſam attracti, aliis abſentibus homines Veſtri in Octavis talibus, talis feſti una cum eisdem partibus, vel ipſorum legitimis Procuratoribus ad facies dictarum terrarum litigioſarum T. & T. nuncupatarum, in tali Comitatu, juxta fluvium B. ut dicitur, exiſtentium, vicinis & commetaneis legitime convocatis & præſentibus accedentes, & cum eisdem teſtimoniis in facie earumdem terrarum litigioſarum ſimul ac invicem procedentes, ab eisdem vicinis & commetaneis nec non ab aliis cujusvis *) *Status & Conditionis.*

*) Eſt Cuſtos ſequentis Ternionis e Cod. MS. desiderati.

Digitized by Google

II.

THOMAE DE NYRKÁLLÓ STYLUS CANCELLARIAE MATHIAE I. REGIS HUNG.

SEQUUNTUR FORMAE CIRCA STYLUM CANCELLARIAE REGIAE MAJESTATIS ANNI 1476.

1. *Reſtitutio Jobagionum.*

MATHIAS Dei gratia Rex Hungariæ Bohemiæ &c. Fidelibus noſtris Comitibus, vel Vice-Comitibus & Judlium Comitatuum Zathmarienſ. & de Ugocha ſalutem & gratiam, expoſitum extitit noſtræ Majeſtati in perſonis fidelium noſtrorum Egregii Nicolai de Vethés nec non Mathei & Jacobi filiorum ejusdem gravi ſub querela, quomodo temporibus carnis privii & etiam quadrageſimæ proxime transact. Aegidius de Charnavada quosdam Jobagiones ipſorum Exponen. videlicet Nicolaum Troth cum ſuo filio Petrum Benech Gregorium Dalos & Relicta Ambroſii Végh de Bethér. Item Matheus Zolthán Thomam parvum & Georgium Boldy, nec non Nobilis Domina potentiana Relicta condam Gregorii de Gyakſalva Gregorium Dorman & Georgium Chevler D. dicta Bether præterea Georgius de eadem Gyakſalva Ambroſium Soldos de Gylur & Vethés poſſeſſionibus certos Jobbagiones ipſorum Exponentium contra legem & conſuetudinem dicti Regni noſtri non obtent. licentiis juſtis quoque Terragiis minime depoſitis ceterisque ſolitis eorum debitis non perſolutis ſimul cum univerſis eorum Rebus & Bonis mobilibus levari & ad eorum poſſeſſiones transduci feciſſent moratur. & conſervarent eosdem erga ſe indebite. Alii vero expoſi usque modo alios Jobbagiones eorundem modo ſimili indebite abduxiſſent, & nec ceſſarent abducere etiam ad præſens potentia eorum median. in maximum præjudicium ipſorum deſolationemque poſſeſſionum eorundem Exponentium manifeſtum. Quare ſupplicatum extitit in perſonis eorundem Exponentium noſtræ Majeſtati, ut ipſis juxta contenta decreti condam Domini Sigismundi Regis ſuper præmiſſis editi de condigno Juris remedio dignaremur

Digitized by Google

providere. Et cum nos præfatos Exponentes contra legem dicti Regni noſtri ſuis juſtis juribus & poſſeſſionibus modo præmiſſo deſolari & dampnificari non velimus. Idcirco committimus & mandamus harum ſerie fidelitati veſtræ firmiſime, ſecus habere nolentes, quatinus receptis præſentibus, habita prius ſuperinde ab omnibus vicinis & conmetaneis quibus opportunum fuerit diligenti inquiſitione & experta univerſos Jobagiones ipſorum Exponentium per Anteſatos Nobiles & etiam alios quoscunque ut præmiſſum eſt minus debite contra legem Regni abductos cum pœnis & Birſagiorum oneribus in prætacto decreto condam Domini Sigismundi Regis declaratis per ipſorum Jobagionum indebite abductores ſimul cum eorum Rebus & Bonis reddi remittique & reſtitui, atque priſtina eorum habitacula reduci facere, & tandem ipſos Exponen. in eorum Juribus & Bonis contra quoslibet illegitimos impetitores, & ſignanter prænominatos protegere & conſervare debeatis & teneamini occaſione ſine omni noſtræ Majeſtatis in perſona & Auctoritate præſentibus vobis in hac parte conceſſa median. & juſtitia. Et ſecus ob reſpectum communis juſtitiæ in præmiſſis facere nullomodo præſumatis præſentibus perlectis exhibenti reſtitutis. Datum Budæ in vigilia feſti ſacratiſſimi Corporis Chriſti. Anno domini Milleſimo quadringenteſimo Septuageſimo Sexto. Regnorum noſtror. Anno Hungariæ &c. decimo nono Coronat. tredecimo, Bohemiæ vero Octavo.

2. *Prorogatoria quando quis eſt in Servitiis Domini Regiis occupatus.*

Mathias Dei gratia Rex Hungariæ, Bohemiæ &c. fidelibus noſtris univerſis & ſingulis Judicibus Curiæ noſtræ Ordinariis Ceteriſque cunctis Regni noſtri Juſtitiariis Eccleſiaſticis videlicet & ſecularibus Ipſorumque Vices gerentibus præſentes viſuris Salutem & gratiam. Quia fidelis noſter Egregius Moyses Bwʀlay in ſervitiis noſtris Regiis extra Regnum noſtrum exiſtit occupatus. Debetque in eisdem per certa tempora occupari. Obhoc ipſe ac Thomas de Chew ejus familiaris fecum occupatus profecutioni Cauſarum ſuarum conmode attendere & vigilare non poterunt. Unde cujuslibet veſtrum fidelitati harum ſerie firmiſime mandamus & conmittimus taliter habere volentes quatinus receptis præſentibus univerſas & quaslibet Cauſas præfatorum Moyſi & Thomæ ejus familiaris tam per ipſos contra alios, quam per alios quospiam contra ipſos coram vobis ſeu veſtrum alterum motas vel movendas gravamine eorum ſine omni ſtatu in eodem in quo nunc exiſtunt, ad quintum decimum diem redditus ipſorum de hujusmodi noſtris ſervitiis in hanc urbem noſtram Buden. ſiendi differre & prorogare debeatis. Difficultate ſine omni. Secus non facturi. præſentibus per — Datum Bu-

Digitized by Google

dæ in &c. 1476. Regni noſtri Decimo Nono Coronationis vero Tredecimo.

3. *Statutoria Communis.*

Dicitur nobis in perſona &c. quomodo ipſi in Dominium cujusdam poſſeſſionariæ portionis T. de T. in Comitatu T. exiſten. habit. ipſum exponentem titulo pignoris concernen. legitime vellet introduci. Super quo fidelitati veſtræ &c. quatinus veſtrum mittatis &c. Quo præſente &c. aliis abſen. &c. ad faciem præfatæ poſſeſſionis T. Conſequenterque jam dictæ portiones poſſeſſionariæ ante fati. T. in eadem habitæ vicinis & conmetaneis ejusdem univerſis in ibi legitime convocatis & præſentibus acceden. introducat præfatum Exponentem in dominium ejusdem ſtatuatque eandem eidem præmiſſo titulo pignoris ſibi incumbenti poſſiden. Si non fuerit contradictum. Contradictores vero ſi qui fuerint, evocet eosdem contra antefatum Exponentem noſtram perſonalem in præſentiam ad terminum conpetentem rationem contradictionis eorundem redditurus, & poſthæc hujusmodi Introductionis & Statutionis ſeriem cum contradictorum & Evocatorum ſi qui fuerint Vicinorumque & Conmetaneorum &c.

4. *Inquisitoria.*

Mathias &c. fidelibus noſtris Capitulo Eccleſiæ Segnien. Dicitur nobis in perſonis T. & T. de T. quomodo circa feſtum T. proxime præteritum Gregorius & T. de T. transmisſis & deſtinatis Blaſi & Benedicto de T. Jobbagionibus ipſorum de poſſeſſione T. conmorantibus armatis & potentiariis manibus ad Territorium poſſeſſionis ipſorum Exponen. Horváth vocatæ in Comitatu Zaladien. habitæ, ibique quædam prata eorundem Exponentium Zélesréth & T. vocata & etiam alia prata ante ipſam poſſeſſionem habita ab eisdem, via Juris ſine omni, pro ſe occupari & falcari ac foena falcata aſportari feciſſent. Quasdam etiam Sylvas eorundem Exponentium inter veras metas ejusdem Poſſeſſionis habitas modo ſimili indebite pro ſe occupari & ſuccidi lignaque ſucciſa aſportari feciſſent, potentia median. In præjudicium & damnum ipſorum Exponentium valde magnum. Super quo fidelitati veſtræ firmiter præcipien. mandamus quatinus veſtrum mittatis hominem pro teſtimonio fide dignum quo præſente &c. aliis abſentibus homo noſter ab omnibus quibus incumbit meram de præmisſis experiatur certitudinis veritatem, quam tandem noſtræ perſonali præſentiæ fideliter reſcribatis Datum Budæ &c. Supraſcriptio hæc eſt: Fidelibus noſtris Capitulo Eccleſiæ T. pro N. de tali.

Digitized by Google

5. Præceptoria ut Causam terminent & adjudicent.

Mathias &c. Fidelibus noſtris Magnificis Sclavoniæ Banis, ac Comiti eorum Zagrabien. ipſorumque Vices gerentibus. Item Egregio Magiſtro Johanni de Korothna Palatinali, & ejusdem Regni noſtri Sclavoniæ Prothonotario ſuasque vices gerenti Salutem & gratiam. Dictum extitit noſtræ Majeſtati in perſonis fidelium noſtrorum Magiſtri Georgii Kardos dicti de Omydia & Nicolai de T. gravisſima ſub querela, quod quamvis jam fere LX. profluxi & transacti extiterint anni quod inter ipſos Georgium Exponentem ex una, ac Egregium Ladislaum de Zelenavár & ejus prædeceſſores in facto poſſeſſionar. quædam Cauſa ſuborta & usque modo hinc inde ventilata & ultimatim ad inſtrumentalem exhibitionem deventa fuerit, tamen quia antefatus Ladislaus T. & ejus Prædeceſſores ſe diverſis prorogationum Cautelis a facie Juris ſemper abſentaſſent & Bani dicti Regni noſtri Slavoniæ Cauſam, eam inter partes debito modo adjudicare & finali deciſione terminare nequaquam valuiſſent. Ex eoque iidem Exponentes in ejusdem Cauſæ proſecutione expenſas & fatigas maximas percepiſſent adeo ut jam ad debitum finem eam Cauſam perducere non valeant, niſi a noſtra Majeſtate remedium adhibeatur. Unde ſupplicatum extitit in perſonis eorundem noſtræ Majeſtati, ut non obſtantibus quarumlibet literarum prorogatoriarum exhibitionibus, aut alia quavis cautela ſub ſpe ſubterfugii & dilationis ulterioris per ipſum Ladislaum inventis ſeu obtinen. cauſam partium jam dictam adjudicari facere dignaremur, ne iidem ſuis juribus fraudati in dampno relinquantur. Et cum nos præfatos Exponentes per talismodi dilationem cautelas & occaſiones dolosas quæ in contrarium ipſorum ſupplicantium per ipſum Ladislaum fieri valerent ſuis Judicibus fraudari, & expenſis ulterioribus fatigari nequaquam velimus. Idcirco mandamus harum ſerie fidelitati veſtræ firmiſſime. Secus habere nullo modo volentes quatinus receptis non obſtantibus quibuslibet literis noſtris prorogator. vel præceptor. per ipſum Ladislaum Byczkele optent. vel de cetero promanandis. Et etiam aliis occaſionum cautelis ſequentibus in primis Octavis poſt harum emanationem celebrandis cauſam per partium jam dictam inter easdem debito modo adjudicare & finali deciſione terminare debeatis & tenéamini omnibus modis prout dictaverit ordo Juris. Et ſecus facere nulla tenus præſumatis præſentibus per &c. Datum Budæ &c.

6. Evocatoria ad continuandam Causam & depositionem Birsagiorum.

Mathias &c. Fidelibus noſtris Conventui &c. Salutem & gratiam Novet. quod cum ob contradictoriam Inhibitionem Statutionis

Digitized by Google

quarundam poſſeſſionum Devecher Thas & Ôr vocatarum in Comitatu T. exiſtentium Petrus filius Johannis de Kállo Legitimæ Evocationis modum obſervan. Stephanum Filium Jo. de T. in quem mortuo ipſo condam Johanne patre ejusdem præſens Cauſſa eſt condeſcenſa ac puellam T. filiam T. de T. & Paulum de T. ad Octavas feſti Beati Georgii Martyris in Anno Domini M. CCCC. LXXI. transacto præteriti contra ſe noſtram perſonalem in præſentiam in Cauſam attraxiſſet a quibusquidem Octavis feſti Beati T. Martyris Cauſa partium præſcripta partes inter easdem ſeriebus literarum noſtrarum prorogator. ventilan. ad Octavas feſti Beat Michaëlis Arch-Angeli in Anno Domini M. CCCC. Septuageſimo tertio prorogative deveniſſet, ipſis ſiquidem Octavis feſti beati Michaëlis Archangeli inſtantibus Anthonius Litteratus de T. pro annotato Petro Actore cum Procuratoriis literis Capituli Eccleſiæ T. in eandem noſtram perſonalem venien. præſentiam rationem præmiſſæ contradictoriæ Inhibitionis aſsignari poſtularat per in cauſſam attractos prænotatos coram nobis. Quo audito Gregorius de T. pro Annotatis Stephano filio Johannis de T. ac puella T. nec non T. & T. de T. Item Gallus de T. ac T. cum procuratoriis litteris dicti Capituli T. & Conventus de T. Eccleſiarum in eandem noſtram perſonalem exſurgen. præſentiam reſponderant ex adverſo. Quod in perſonis eorundem in cauſſam attractorum pro eo fuiſſet facta contradictio prænotata, quia dictæ poſſeſſiones Devechér & T. vocatæ ipſis in cauſam attractis certo Jure attinerent, & ſuper hoc ipſi literas haberent efficaces quas non ad nunc ſed in termino ulteriori per nos ipſis dando coram dicta noſtra perſonali præſentia exhibere prompti fuiſſent & parati. Unde nos his perceptis judican. commiſeramus eo modo ut annotati in Cauſam attracti univerſas litteras & quælibet literalia eorum Inſtrumenta ſi quas & quæ in facto dictarum poſſeſſionum Devechér & T. vocatarum pro ſe haberent confectas & emanata in Octavis feſti Epifaniarum domini nunc ventur. contra annotatum Petrum Actorem coram dicta noſtra perſonali præſentia producere & exhibere deberent & tenerentur. Quibus viſis judicium & juſtitiam facere valeret eadem noſtra perſonalis præſentia inter partes in præmiſſ. dictan. Iuris æquitate a quibus quidem Octavis feſti Epiphaniarum Domini. In Anno Domini M. CCCC. LXXIV. proterit. inſtrumentalis exhibitio prænominata, partes inter easdem ſeriebus litterarum noſtrarum prorogatoriar. hinc inde ventilata ultimatim ad præſentes Octavas feſti Beati Georgii Martyris dilative attigiſſet, ad quas quidem præſentes Octavas prælibati Stephanus filius Johannis de Rozgon, ac Nobilis puella filia Jacobi Czwdar de T. nec non T. de T. per Anthonium Litteratum de Seleud legitimum procuratorem antefati Petri filii Johannis de Kallo congruis diebus ipſarum Octavarum coram dicta perſonali noſtra

Digitized by Google

præſentia expectan. eandem noſtram perſonalem in præſentiam non venerunt neque miſerunt ſe median. aliis litteris noſtris Judicialibus exinde confectis in Jndiciis aggravare permitten. poſtulan. idem Procurator antefati Actoris in perſona ejusdem ex parte antefatorum in Cauſam attractorum per nos in præmiſſis Juris æquitatem elargiri. Et quia iidem in Cauſam attracti ad hoc ad præmiſſa evocari debebant, pro eo fidelitati Veſtræ &c. quatinus veſtrum mittatis hominem &c. aliis abſen. &c. Memoratos Stephanum filium Johannis de Rozgon & alios prænominatos contra annotatum Actorem ad Octavas feſti T. nunc proxime ventur. præſcriptas Litteras, & litteralia eorum Inſtrumenta exhibitur. & de dictis Judiciis nobis & parti adverſæ fat's factur. noſtram perſonalem evocet in præſentiam. Et poſt hæc hujusmodi evocationis ſeriem ut fuerit expediens, Octavas ad easdem eidem noſtræ perſonali præſentiæ fideliter reſcribatis. Datum Budæ quinquageſimo Nono Die Octav. feſti Beati Georgii Martyris prædictarum Anno &c.

Supra Scriptio. Fidelibus noſtris Conventui Eccleſiæ T. pro T. filio T. de T. contra T. & T. de T. & alios introſcriptos ad Octavas feſti Beati T.

7. Sequitur donatio Nundinarum.

Nos Mathias &c. Memoriæ commendamus tenore præſentium ſignificantes quibus expedit univerſis, quod nos tum ad humilimæ ſupplicationis inſtantiam fidelis noſtri Magnifici T. de T. Janitorum noſtrorum Regalium Magiſtri per ipſum noſtræ propterea porrectæ Majeſtati, tum etenim pro commodo & utilitate dicti Regni noſtri, conſequenterque pro amplificatione Incolarum poſſeſſionis ejusdem T. appellatæ, in Comitatu T. adjacentis ad prædictam poſſeſſionem T. Nundinas liberas, ſeu fora annualia libera annis ſingulis in Dominica Lætare, atque in Feſtivitatibus Sanctiſſimæ Individuæque Trinitatis, nec non Beati Michaëlis Archangeli, aliisque diebus ipſam Dominicam lætare, & feſtivitates præcedentibus & ſequentibus ad id ſcilicet neceſſario ſufficientibus omni anno. Item forum Ebdomadale ſimiliter liberum, in qualibet ebdomada ſingulis feriis Quint. occurrentibus omnino ſub eisdem Libertatum prærogativis, quibus ceteræ Nundinæ ſeu fora annualia ſed & Ebdomadalia liberarum Civitatum Oppidorumque, ſeu villarum noſtrarum Regalium, ceterorumque ſubditorum quorumlibet Regni celebratur. ſeu celebrari ſolitar. A modo deinceps perpetue celebrari duximus annuen. & conceden. imo annuimus & concedimus præſentium per vigorem, absque tamen præjudicio nundinarum ſeu fororum annualium liberorum, ſed & ebdomadarum quarumque. Quocirca univerſos & ſingulos Mercatores Inſtitores,

Digitized by Google

ſtitores, Pannicidas, ceterosque negotiatores forenſes homines atque viatores quoscunque præſentium notitiam habitur. harum ſerie affidamus, aſſecuramus, & ratificamus, atque indubios & ſecuros exiſtere volumus, quatinus ad prædictas Nundinas, ſeu fora Annualia ſed & ebdomadalia libera per nos in prætacta poſſeſſione T. perpetue celebrari inſtitutas & conceſſa cum omnibus rebus & bonis veſtris venalibus emptitiis ſcilicet & aliis quibusvis libere ſecure & absque omni formidine perſonarum & rerum veſtrarum quarumlibet venire accedere & properare, peractisque in ibi cunctis veſtris negociationibus & rebus neceſſariis ad propria vel alia quæ maluit. Loca ſalvis perſonis rebusque veſtris & bonis quibuslibet remanentibus redire valeatis, ſub noſtra protectione & tutela ſpeciali. Et hæc volumus per fora, & alia loca publica ubi neceſſe fuerit palam & manifeſte facere proclamari præſentibus quibus Sigillum noſtrum eſt appenſum perlectis exhibenti reſtitutis. Datum Budæ in pallatio Cujusdam Alberti Samboky Civis Civitatis Budenſis 1476.

8. *Sequitur Procuratorium.*

Nos Mathias Dei gratia &c. memoriæ commendamus per præſentes. Quod T. de T. coram nobis perſonaliter conſtitutus in omnibus cauſis ſuis, & earum Artículis tam per ipſum contra alios, quam per alios quospiam contra ipſum in quibuslibet terminis coram quovis Judice & Juſtitiario Regni noſtri Eccleſiaſtico videlicet & ſeculari a data præſentium per anni circulum mat. vel moven. T. & T. de T. fecit conſtituit ſuos veros & legitimos procuratores ratum atque firmum ſe promitten. habitur. quitquid per prædictos ſuos procuratores ſimul vel diviſim exhibitores videlicet ſeu exhibitorem præſentium actum factum ſeu procuratum fuerit in Cauſis ſuis prænotatis. Datum.

9. *Sequitur Expeditor. super universis Causis.*

Mathias Dei gratia Rex Hungariæ, Bohemiæ &c. memoriæ commendamus. Quod T. de T. onera & quælibet gravamina univerſorum fratrum filiorum & proximorum ſuorum quos infraſcriptum tangeret negotium ſuper ſe aſſumen. ab una, parte vero ab altera T. de T. conſimiliter onera & gravamina T. de T. filiorum ſuorum modo ſimili ad infra ſcripta obſervan. ſuper ſe recipien. coram nobis perſonaliter conſtituti ſunt confeſſi in hunc modum: quomodo ipſi ſe ſe mutuo & alternatim ſuper univerſis cauſis dampnis & Nocumentis, Injuriis, dampnorum illationibus & litium protractionibus, ſub quacunque forma & ordine inter ipſos usque ad hæc tempora qualitercunque ſuſcitat. exort. & mot. reddidiſſent, conmiſiſſent expeditos quittos & modis omnibus abſolutos univerſas etiam & quaslibet Cauſas ac earundem

Digitized by Google

protractiones inter ipſos tam per modum proclamatæ congregationis generalis, quam aliis Evocationibus mediantibus inchovatas & ſuſcitatas penitus & per omnia condeſcendi ſopiri & ſedari feciſſent, Litteras etiam per modum proclamatæ congregationis ac Evocationis brevis, vel Longarum in alterutrum extractas & emanari procuratas caſſas, vanas, frivolas & viribus earundem nocituras easdem intra Judicium exhiberent relinquen. vigore & teſtimonio præſentium median. Datum Budæ 1476. Tertio die feſti Beatiſimæ Virginis Mariæ hora quinta meridiei.

10. *Sequitur Gratia super Nota furti.*

Mathias &c. Memoriæ commendamus per præſentes: Quod nos Benignitate noſtra Regia qua delinquentibus veniam, & Lapſis ſublevamen ſolemus impertiri, Jurisque rigorem interdum Lenitate miſericordiæ conſuevimus temperare T. de T. nobili Comitatus de T. Capitique & hereditatibus poſſeſſionariis, nec non rebus & bonis univerſis ſuper nota ſeu labe proſcriptionis, quam ipſe in congregatione noſtra generali nuper univerſitati nobilium dicti Comitatus hominum ex noſtræ Majeſtatis mandato ſpeciali per fidelem noſtrum T. de T. celebrata nomine Hoſpitis furium & Latronum vel furti & Latrocinii incurriſſe perhibetur, gratiam & miſericordiam duximus facien. ſpeciales, imo facimus præſentium per vigorem. Ita tamen a die datarum præſentium infra vigeſimum quintum diem huc ad T. venire & accedere noſtræque Majeſtati incomitiva noſtrorum Comitum T. ad ſtipendium noſtræ Majeſtatis ſervire debeat & teneatur. Seque de cætero a talismodi labe ſeu nociturnitatis vitio immunem ſtudeat conſervare, alioquin præſens noſtra gratia ſibi minime videatur ſuffragari. Quocirca vobis fidelibus noſtris Palatino & Judici Curiæ veſtrisque in Judicatu vices gerentibus, & præſertim Comiti vel Vice-Comiti & Judlium Comitatus T. cunctis etiam aliis præſentibus & futuris præſentium Notitiam habituris, & Regni noſtri Judicibus ac Juſtitiariis Eccleſiaſticis videlicet & Secularibus firmo noſtro Regio damus ſub edicto, quatinus præfatum T. ratione & prætextu præmiſſorum in perſona, poſſeſſionibus, nec non Rebus & bonis ſuis univerſis ad quorumvis inſtantiam intra & extra Judicium impedire moleſtare & inquietare aut quovismodo dampnificare nullatenus præſumatis nec ſitis auſi modo aliquali. Aliud contra formam præmiſſæ noſtræ gratiæ ſibi factæ facere non auſur. præſentibus perlectis &c. Datum.

11. *Sequitur Diviſionalis.*

Mathias Dei &c. fidelibus noſtris Capitulo Eccleſiæ T. Salutem & Gratiam. Dicitur nobis in perſonis fidelium noſtrorum T. & T.

Digitized by Google

quomodo ipſi cum T. in poſſeſſione T. in Comitatu T. exiſten. habita, ipſos conmuniter & æquali Jure concernen. diviſionem vellent habere congruentem, lege Regni noſtri requirente. Super quo fidelitati veſtræ mandamus, quatinus veſtrum mittatis hominem pro teſtimonio fidedignum. Quo præſente &c. aliis absen. &c. Ad præfatum T. acceden. amoneat eundem, dicatque, & committat eidem verbo noſtro Regio ut ipſe prædict. T. & T. in dicta Poſſeſſione T. ipſos T. ut præfertur conmuniter concernen. rectam & æqualem diviſionem dare debeant & teneantur. Qui ſi fecerint bene quidem, alioquin evocet eundem T. contra præfatos T. de T. noſtram perſonalem in præſentiam ad terminum competentem rationem de præmiſſis redditurj. Et poſt hoc hujusmodi diviſionis ſeriem cum Nomine Evocati ſi neceſſe fuerit eidem noſtræ perſonali præſentiæ fideliter reſcribatis. Datum &c.

12. *Civilis.*

Nos &c. fatemur præſentibus hunc &c. noſtrum fore Concivem, qui de perſonis & rebus ſecum deferendis nullum tributum ſolvere tenetur de gratia & libertate olim per felicis. Jam vero per ſereniſſimum Principem & Dominum Mathiam Reges noſtros Hungariæ nobis gratioſe conceſſa præſentibus perlectis &c.

13. *Præceptoria ut Causa de Novo adjudicetur &c.*

Mathias Deí gratia Rex Hungariæ Bohemiæ &c. fidelibus noſtris honorabili Capitulo Eccleſiæ Alben. Salutem & gratiam. Dicitur nobis in perſona honeſtæ dominæ Elenæ, Conſort. Emerici Parvi Civis noſtri de Alba regali. Quod cum pridem ipſa Domina contra Valentinum & Johannem veſtros Cives Jure median. quandam Cauſam exequi habuiſſet. Tunc Judex & Jurati veſtri de eadem in ipſa cauſa Judicium inconſuetum & indebitum feciſſent, & per hoc juſtitiam & Cauſam ipſius dominæ occultare & opprimere niterentur calumnioſe. Ipſa vero Domina exinde non contenta Cauſam ipſam in veſtri præſentiam apellando transmitti poſtulaſſet, ex eo ut non obſtante Judicio ſibi contra Legem Regni facto vos Cauſam partium juxta Legem Regni adjudicare deberetis, ne juſtitia ejus exinde occultaretur. Igitur fidelitati veſtræ harum ſerie mandamus firmiſime quatinus receptis præſentibus partibus eisdem ad unum certum & brevem terminum veſtri in præſentiam convocatis & ex auditis partium allegationibus, non obſtante judicio inter partes quomodolibet facto Cauſſam eam ex Novo inter easdem partes examinare & juxta legem Regni non curata calumpnia inſerta inter partes debito modo adjudicare, & ex parte præfatorum Jobagionum veſtrorum eidem Dominæ ſatisfactionem condignam impendere debeatis; Ne de cetero ipſa Domina ratione præmiſſa noſtræ conpellatur ſupplicare Majeſtati. Et ſe-

Digitized by Google

cus pro nostra gratia facere non præsumatis præsentibus perlect. &c. Datum Budæ &c.

14. *Præceptoria.*

Mathias &c. Fidelibus nostris Capitulo Ecclesiæ Budensis Salutem & gratiam. Dicitur nobis in personis fidelium nostrorum Egregiorum Benedicti & Georgii ac Ladislai filii ejusdem Georgii de T. Quomodo mediantibus nostro & vestro hominibus se in dominium totalium possessionum T. & T. vocatarum ac prædiis N. & N. apellatarum omnino in Comitatu de Zabolch adjacentium statui fecissent. Tunc quamvis per eosdem nostrum & vestrum homines coram vobis superinde Literas vestras Relatorias legitima fassio facta extiterit; tamen quia iidem Exponentes propter insultus Polonorum aliisque eorum rebus occupati superinde literas vestras Relatorias pro sui parte debito tempore extrahere nequiviſſent, vos usque modo eisdem tandem sæpius excipere volentibus easdem concedere recusassetis. Et quia iidem Exponentes ad præsens eisdem Literis Relatoriis pro sui Juris defensione summe indigeant. Igitur nos eosdem suis Juribus nolentes destitui. Fidelitati igitur vestræ harum serie firmisime mandamus, quatinus receptis præsentibus & præmissis taliter se habentibus, Antefatas literas vestras super prædicta Statutione Relatorias, juxta fassionem præscriptorum nostri & vestri hominum in forma dicta eisdem Exponentibus extradare debeatis difficultate absque omni. Caven. tamen ne fraus aut dolus exinde oriatur aliqualis. Secus non facturi. Datum.

15. *Sequitur Prorogator. Bona.*

Mathias Dei gratia Rex Hungariæ Bohemiæ &c. fidelibus nostris Ladislao Præposito Ecclesiæ Buden. Protho-Notario Apostolico, & Personalis Præsentiæ nostræ Cancellario, suisque in Judicatu vices gerentibus Salutem & Gratiam. quia nos illam Causam, quæ inter fideles nostros Egregios Thobiam Lorantfi, & Michaëlem fratrem ejusdem Actores ex una, ac Magnificum Blasium Magyar & Clementem Fratrem ejusdem, nec non Egregium Paulum de Keniis, & Johannem Erchy in causam attractos, partibus ab altera in facto possessionis Somogy vocat. in Comitatu Abaujvarienſi existen. brevi Evocatione mediante motam, tum ad humillimæ supplicationis instantiam fidelium nostrorum Egregiorum Stephani ac Benedicti & Johannis Filiorum condam Sylvestri de Thorna; tum vero quia ipsi tanquam Expeditores Causam ipsam inchovatam fore usque modo minime sciviſſe dicuntur & ex eo Jura eorum exhibere Antefatosque Blasium & Clementem Magyar & alios prædicttæ Possessionis Somogy Jure mediante protegere non valeant. De gratia nostra speciali ad Octavas festi

Digitized by Google

Beati Michaëlis Archangeli duximus prorogan. imo prorogamus per præſentes. Igitur fidelitati veſtræ harum ſerie firmiſſime mandamus, quatinus receptis præſentibus cauſam prætactam per præfatos Thobiam & Michaëlem contra annotatos Blaſium & Clementem Magyar, aliosque prædictos motam adjudicare non audeatis. Sed eandem ſtatu in eodem in quo nunc exiſtit ad dictas Octavas feſti Beati Michaelis Archangeli, in quibus & ipſi Stephanus, Benedictus & Johannes de Thorna eorum Jura exhibere valeant, differre & prorogare debeatis. Auctoritate noſtra præſentibus vobis in hac parte conceſſa & juſtitia mediante. ſecus non facturi, præſentibus perlectis &c. Datum &c.

16. *Sequitur Judicialis.*

Mathias &c. Damus pro memoria. Quod T. de T. P. N. de T. cum procuratoriis Litteris Conventus T. vel noſtris contra N. filium T. quintodecimo die reditus noſtri in Civitatem noſtram Budenſem facti tribus diebus continuis legitime ſtetit in termino coram noſtra perſonali præſentia. Qui juxta continentiam Litterarum noſtrarum adjudicatoriar. & Conventus Monaſterii Sancti Martini ſacrimontis Pannoniæ Relator. ſuper factis in eisdem content. discuſſion. reportatæ ſeriei cujusdam juramentalis depoſitionis recepimus noſtram perſonalem in præſentiam non venit neque miſit. Unde ipſum N. in Judiciis noſtris conmiſimus fore convictum. *Vel ſic*: Qui juxta continentiam Litterarum noſtrarum prorogator. ſuper factis in Litteris noſtris Adjudicator. & Capituli Eccleſiæ T. Relatoriis contentis discuſſionem reportar. ſeriei cujusdam Juramentalis depoſitionis recepimus eandem noſtram perſonalem in præſentiam non venit neque miſit &c.

17. *Judicialis.*

Mathias &c. Damus pro memoria. Quod T. de T. contra T. de T. feria ſexta proxima ante feſtum Beati T. ſex diebus continuis legitime ſtetit in termino coram nobis noſtra perſonali præſentia, qui juxta continentiam litterarum noſtrarum Inquiſitor. Evocator. & Inſinuator. ſuper factis in eisdem contentis legitime evocati, eandem noſtram perſonalem in præſentiam non venerunt, neque miſerunt. Unde nos ipſos in Judicio conmiſimus fore convictos, ſi ſe rationabiliter non poterint excuſare &c.

18. *Judicialis.*

Mathias &c. Damus pro memoria: Quod N. filius N. & N. filius T. de T. perſonaliter contra Religioſas Dominas Sanctimoniales de Inſula leporum ab Octavo die feſti T. tribus diebus continuis legitime ſteterunt in termino coram noſtra Perſonali præſentia quæ juxta continentiam Litterarum Capituli Eccleſiæ T. Inquiſitor. Ammonitor. Evoca-

Digitized by Google

tor. & Infinuator. ſuper factis in eisdem contentis legitime Evocatæ eandem noſtram perſonalem in præſentiam non venerunt, neque miſerunt, & neque ſex Jobagiones ipſorum ipſis ſtatuere commiſſos ſtatuerunt. Unde nos ipſos pro eorum non venientia in Judicio conſueto & pro non ſtatutione dictorum ſex Jobagionum ipſorum in ſingulis Marcis denariorum conmiſimus fore convictos, ſi ſe rationabiliter non poterint excuſare. Datum.

19. *Judicialis.*

Mathias &c. Damus pro memoria: Quod T. de T. cum procuratoriis Litteris Capituli Eccleſiæ T. Conventus T. de T. a Tricesimo ſecundo die Evocationis tribus diebus continuis legitime ſtetit in termino coram noſtra perſonali præſentia. Qui juxta continentiam litterarum noſtrarum, Inquiſitor. Amonitor. Evocator. & Infinuator. ſuper factis in eisdem contentis legitime evocati, eandem noſtram perſonalem in præſentiam non venerunt, neque miſerunt. Unde nos ipſos in Judicio conmiſimus fore convictos &c.

20. *Judicialis.*

Mathias &c. Damus pro memoria. Quod T. de T. pro ſe perſonaliter ac pro fratre ſuo cum procuratoriis literis Comiti T. contra T. a quintodecimo die Octavarum feſti Epiphaniarum domini Triginta quatuor diebus continuis legitime ſtetit in termino coram nobis, qui juxta continentiam litterarum Judic. & Juratorum civium Civitatis noſtræ T. vocatæ transmiſſionalium ſuper factis in eisdem contentis peremptor. reſponſur. noſtram in præſentiam non venerunt neque miſerunt. Unde nos ipſos in Judicio conmiſimus fore convictos. Si ſe &c.

21. *Citatio Personalis.*

Mathias &c. Damus pro memoria. Quod nobis feria quinta proxima poſt feſtum Beati T. hic Budæ exiſtens. T. de T. noſtram veniens in præſentiam coram nobis facie ad faciem repertum contra ſe diem ad eandem noſtram perſonaliter citavit in præſentiam. Datum &c.

22. *Citatoria.*

Mathias &c. Damus pro memoria. Quod Ladislaus filius T. de T. Petrum filium T. de T. feria ſecunda proxima poſt feſtum T. hic Budæ coram nobis facie ad faciem repertum diem ad eandem curiam perſonaliter citavit in præſentiam. Datum.

Digitized by Google

23. *Prohibitor. Personalis.*

Mathias &c. Damus pro memoria, vel: memoriæ commendamus per præſentes. Quod N. filius T. de T. ad noſtræ Majeſtatis perſonaliter adiens præſentiam, vel conſpectum Egregium T. de T. coram nobis facie ad faciem repertum ab ulteriori detentione occupatione ac ſibi appropriatione portionum ſuarum poſſeſſionariarum in poſſeſſionibus T. videlicet in Comitatu T. exiſten. habit. ac ſe ipſum in dominium earundem intromiſſione, vel easdem ſibi ipſi ſtatui procuratione vel uſurpatione, uſuumque & fructuum ac quarumlibet utilitatum earundem perceptione, vel percipifactione jam factis vel fiendis prohibuit contradicen. & contradixit inhiben. publice & manifeſte coram nobis teſtimonio præſentium median. Datum &c.

24. *Prorogatoria per modum Arbitri.*

Nos &c. Damus pro memoria. Quod N. de T. perſonaliter onera & quælibet gravamina filiorum, filiarum, ac aliorum univerſorum fratrum ſuorum quos infraſcriptum tangeret negotium ſuper ſe aſſumen. ab una, parte vero ab altera Johannes de T. pro Thoma de T. cum procuratoriis litteris noſtris coram nobis conſtituti ſunt confeſſi in hunc modum: Quomodo ipſi univerſas & quaslibet Cauſas ſuorum dominorum hac vice qualitercunque inchovatas & ſuſceptas arbitrio & diſpoſitioni octo proborum virorum quinto die feſti T. nunc ventur. ſubmiſiſſent, imo ſubmiſerunt eo modo coram nobis, ut quitquid iidem Octo probi & Nobiles viri inter eosdem in factis eorum præmiſſis in loco per ipſos deputato diſponerent & arbitrarentur id ambæ partes acceptare & pro rato habere debeant, & teneantur. Sic autem eædem partes ex diſpoſitione dictorum Octo proborum virorum concordare non poſſent, ex tunc elapſo octavo die feſti Beati T. quilibet partium Cauſam ſuam inchovare aut inchovandam in vigore exequi valeat atque poſſit teſtimonio præſentium median. Datum.

25. *Reambulatoria Metarum.*

Mathias &c. Fidelibus noſtris Capitulo Eccleſiæ T. Salutem & gratiam. Dicitur nobis in perſona fidelis noſtri T. de T. quomodo quædam portio ſua poſſeſſionaria in Poſſeſſione T. vocata, in Comitatu T. exiſten. aput manus ſuas pacifice habita legitima reambulatione & metarum erectione plurimum indigeret. Super quo &c. veſtrum mittatis hominem pro teſtimonio &c. Quo præſente &c. Aliis abſentibus. &c. ad facies dictæ portionis poſſeſſionariæ, in dicta poſſeſſione habitæ, vicinis & commetaneis ejusdem univerſis inibi legitime convocatis, & præſentibus acceden. reambulet eandem per ſuas veras metas, & antiquas, novas, juxta

Digitized by Google

veteres in locis neceſſariis erigen. reambulatamque & ab aliorum Juribus poſſeſſionariis metaliter ſeparatam & diſtinctam relinquat, eadem præfato T. Jure ſibi incumbenti perpetuo poſſiden. ſi non fuerit contradictum. Contradictores vero ſi qui fuerint evocet eosdem contra annotatum T. noſtram perſonalem in præſentiam ad terminum competentem, rationem contradictionis eorum redditur. Et poſt hæc hujusmodi portionis poſſeſſionariæ Reambulationis & metarum erectionis ſeriem cum curſibus metarum inibi erigendarum Contradictorumque & Evocatorum ſi qui fuerint, vicinorumque & Commetaneorum, qui præmiſſæ reambulationi, & metarum erectioni intererunt nominibus terminoque aſſignato, eidem noſtræ perſonali præſentiæ fideliter reſcribatis. Datum &c.

26. *Recaptivatoria Poſſeſſionis.*

Mathias &c. fidelibus noſtris Capitulo Eccleſiæ T. Salutem & gratiam. Dicitur nobis in perſona fidelis noſtri T. de T. quomodo quædam poſſeſſio ſua T. vocata, in Comitatu T. exiſtens legitima recaptivatione, & ſibi ipſi ſtatui factione plurimum indigeret. Super quo fidelitati veſtræ firmiter &c. quatinus veſtrum mittatis hominem &c. aliis abſentibus, homo noſter ad facies præſcriptæ poſſeſſionis T. vicinis & Commetaneis ejusdem univerſis inibi legitime convocatis, & præſentibus acceden. recaptivet eandem nomine Juris dicti T. recaptivatamque, & ab aliorum Juribus poſſeſſionariis metaliter diſtinctam & ſeparatam ſtatuat eandem eidem Jure ſibi incumbenti perpetuo poſſiden. ſi non fuerit contradictum. Contradictores vero, ſi qui fuerint evocet eosdem contra annotatum T. noſtram perſonalem in præſentiam ad terminum competentem, rationem Contradictionis eorum redditur. Et poſt hæc hujusmodi recaptivationis, & ſtatutionis ſeriem cum Contradictorum & Evocatorum ſi qui fuerunt vicinorumque & commetaneorum, qui præmiſſæ ſtatutioni intererunt nominibus terminoque aſſignato, eidem noſtræ perſonali præſentiæ fideliter reſcribatis. Datum.

27. *Introductoria Causæ in facto poſſeſſionis.*

Mathias Dei gratia &c. fidelibus noſtris Comiti vel Vice-Comiti & Judlium Comitatus Simigien. Salutem & Gratiam. Exponitur.

28. *Permodum Arbitri Compositionalis.*

Nos Mathias &c. H. B. Memoriæ commendamus quod Gregor. de T. pro religioſis Dominabus Sanctimonialibus Clauſtri glorioſæ Virginis Mariæ de Veteri Buda, cum Procuratoriis Litteris earundem dominarum ex una, parte denique ab altera Egregius N. de T. coram nobis perſonaliter conſtituti per ipsos libere & manifeſte confeſſum

Digitized by Google

ſum extitit in hunc modum: Quomodo ipſi univerſas & quaslibet Cauſas, quæ hactenus ratione & prætextu quarumcunque litterarum inter poſſeſſiones ipſarum partium Chegléd, & Apáthi vocatas ubilibet adjacentium quovis nomine appellatarum, vigore quarumcunque Evocatoriarum motas finali adjudicationi & determinationi Egregiorum Magiſtrorum Andreæ de Thorda Perſonalis præſentiæ noſtræ ac Stephani de Haſſag Judicis Curiæ noſtræ Prothonotarii & aliorum ſex proborum nobiliumque virorum, quos eædem partes penes ipſos Magiſtros acceptare voluerint, communi voto & deliberato, tractatu ſubmiſiſſent prout ſubmiſerunt coram nobis tali modo; quod eædem partes una cum præfatis Magiſtris Prothonotariis, & ſex probis electis die dominico proximo poſt feſtum T. proxime venturum & aliis diebus, ad id aptis & ſufficientibus ad facies præſcriptarum terrarum ipſarum partium accedere, ac univerſis ſuis & litteris terras ipſas concernentibus manibus ipſorum Magiſtrorum datis & aſſignatis partium quælibet juxta demonſtrationes litterarum metalium Terras ſuas contentioſas univerſas ipſis præſentibus reambulare & demonſtrare teneatur debito modo. Tandemque quicquid iidem Magiſtri Prothonotarii & ſex probi electi juxta Contenta dictorum Jurium ac litterarum dictarum partium inibi exhibitarum, demonſtrationesque ipſarum, per viam juris inter partes fecerint, adjudicaverintque, & determinaverint, id partes jam dictæ contradictione ſine omni pro firmo acceptare, & in eisdem finaliter permanere teneantur. Tali tamen conditione & vinculo per ipſas partes in ſe aſſumpto mediante. Quod ſi qua partium prædictarum terminum ad prædictum venire aut ſuos electos ſtatuere Juraque ſua neceſſaria & litteras producere, & demonſtrationes facere, ipſamque adjudicationem, & determinationem ipſorum Magiſtrorum & ſex proborum in toto, vel in aliqua ſui parte acceptare in eademque perſiſtere recuſaverit, ex tunc talis pars contra partem alteram præmiſſa per omnia ſuo ordine exequentem & obſervantem in ducent. flor. auri puri ante litis acceſſum perſolvendis, dempta Judiciaria portione convinci debeat, & convincatur, ipſoque, & inſuper eædem partes in Octavis primum celebrandis cauſſas ſuas ratione prævia motos contra ſeſe in ſuis vigoribus exequi valeant, atque poſſint, & inſuper noſtra perſonalis præſentia, ex parte partis convictæ, de prædict. ducent. flor. auri parti præmiſſa obſervanti juxta legem Regni Satisfactionem condignam impendere valeat, & teneatur contradictione partis convictæ non obſtan. Ad quæ præmiſſa partes jam dictæ ſe ſe modo prædicto ſponte obligarunt coram nobis teſtimonio præſentium mediante. Datum Budæ feria tertia proxima poſt feſtum Exaltationis ſanctæ Crucis 1476. Regni noſtri &c.

Digitized by Google

29. *Formæ Patibularis.*

Nos Mathias &c. Memoriæ commendamus tenore præſentium ſignificantes quibus expedit univerſis, Quod nos tum attentis & conſiderantis fidelitatibus, & fidelium ſervitiorum gratuit. meritis fidelis noſtri T. per ipſum uti didicimus primum Sacræ dicti Regni noſtri Hungariæ Coronæ, ac tandem noſtræ Majeſtati, ſub locorum & temporum varietate cum omni fidelitatis conſtantia exhibitis & impenſis. Tum etenim ſicuti Regiæ intereſt ſublimitati providere ut in terris, ſeu Principatui ſubjectis pax & ſecuritas euntibus præbeatur male factorumque & nocivorum hominum perverſitas & iniquitas deleatur. Iuſtique & innocentes victuum ſuorum neceſſaria acquiſitione fruantur, ſub protectione Principis gratioſi, eidem T. ſuisque heredibus & poſteritatibus univerſis de plenitudine noſtræ Regiæ poteſtatis duximus annuen. & conceden. plenamque facultatem dan. & arbitran. ut ipſe in territorio univerſarum poſſeſſionum ſuarum, in quibuscunque Comitatibus exiſten. habitarum. Patibulum, Rotas, palos, & aliorum tormentorum genera, univerſosque fures, Latrones, viſpiliones, domorum incenſores, Intoxicatores, Incantatores, homicidas, alioſque quoscunque malefactores ubicunque in territorio poſſeſſionum ſuarum prædictarum publice & manifeſte locis ſceleratis & maleficiis deprehenſos in perſona detinere, & detentos prout juri videbitur expediri, loquen. ſuſpendere, rotare, decolare, ac incremare, & juxta eorum exceſſus ac demerita, aliis condiguis pœnis, feriri, & necari, omniaque alia & ſingula, quæ in præmisſis Regni noſtri Hungariæ conſuetudinem fieri conſueverunt facienda, facere & expedire valeat, atque poſſit. Ex præſenti noſtra concesſione & gratia ſpeciali harum noſtrarum. Quibus ſecretum noſtrum figillum, quo, ut Rex Hungariæ utimur eſt appenſum, vigore & teſtimonio litterarum median. Datum Budæ. tempore Vindemii. Anno Domini 1476.

30. *Introductoria Adjudicata.*

&c. Quomodo vos ipſum in quadam Cauſa inter ipſum ab una ac T. de T. partibus ab altera ratione cujusdam facti coram vobis verten. in facto calumniæ contra eundem T. condemnaſſetis & condemnatis adjudicaſſetis, de quo quidem judicio ipſe T. minime contentus cauſam ipſam in Curiam noſtram Regiam provocaſſet, vosque conmuni juſtitia abnegata, Cauſſam hujusmodi in Curiam noſtram Regiam transmittere recuſaſetis. Quapropter vobis conmittendo mandamus, quatinus Cauſſam præmiſſam, absque omni difficultate cum tota ſerie veſtræ adjudicationis in curiam noſtram Regiam, noſtram ſcilicet perſonalem in præſentiam noſtræque deliberationi & examini transmittere debeatis. Secus non facturi. Datum.

Digitized by Google

31. *Præceptoria super reductione Jobagionum.*

Mathias &c. Fidelibus noſtris Comitibus vel Vice-Comitibus & Judlium Comitatus T. Salutem & gratiam. Exponit nobis fidelis noſter T. de T. querulose: Quomodo his præteritis temporibus T. de T. neſcitur qua de Cauſa quendam Jobagionem ſuum T. dictum in poſſeſſione ſua T. vocata conmoran. non habita licentia, nec juſto terragio depoſito. Contra hujus Regni noſtri conſuetudinem, ad quandam poſſeſſionem ſuam T. vocatam, ſimul cum omnibus Rebus & bonis ſuis transduxiſſet moratur. potentia mediante, in grande præjudicium ejusdem Exponentis, & dampnum valde magnum. Super quo fidelitati veſtræ firmiter præcipien. mandamus quatinus ſtatim & in continenti viſis præſentibus ſcita prius præmiſſorum mera veritate dictum T. per præfatum T. præmiſſo modo abductum ſimul cum omnibus Rebus & Bonis ſuis iterum ad priſtina ſua habitacula cum Birſagiis in talibus habere ſolitis reducere modis omnibus debeatis, Auctoritate noſtra præſentibus vobis in hac parte attributa & juſtitia median. Secus non facturi præſentibus perlect. &c. Datum &c.

32. *Gratia super facto potentiæ & Sententia Capitali &c.*

Nos Mathias &c. Memoriæ conmendamus per præſentes: quod nos de benignitate noſtra Regia, qua delinquentibus veniam, & lapſis ſublevamen ſolemus impertiri, Juriſque vigore interdum lenitate miſericordiæ conſuevimus temperare N. de T. Capitique poſſeſſionibus ac Rebus & Bonis ſuis univerſis ſuper facto potentiæ, & Sententia Capitali in quibus idem in Curia noſtra Regia coram Judice Curiæ noſtræ in Octavis feſti T. proxime præteriti contra T. de T. convictus fore perhibetur gratiam & miſericordiam duximus facien. Speciales, imo facimus præſentium per vigorem. Ita tamen quod ipſe T. de T. pœnam propterea non ſubeat Capitalem, ſed cum præfato T. parte ſcilicet adverſa juxta Regni noſtri conſuetudinem infra revolutionem unius integri anni a data præſentium inclusive conputando prout poterit ſuperinde concordare debeat & teneatur: alioquin præſens noſtra gratia ſibi minime videatur ſuffragari. Quocirca vobis fidelibus noſtris Magnific. Palatino & Judici Curiæ noſtræ veſtrasque in Judicatu vices geren. cunctis etiam aliis Regni noſtri Judicibus & Juſtitiariis præſentium notitiam habituris firmiter præcipien. mandamus, quatinus præfatum T. ratione præmiſſorum ad quorumvis inſtantiam in perſona, poſſeſſionibus, portionibusque, & Juribus poſſeſſionariis Rebusque & Bonis ſuis quibusvis contra formam præmiſſæ noſtræ gratiæ intra vel extra judicium impedire, moleſtare, & dampnificare nusquam præſumatis

Digitized by Google

nec ſitis auſi modo aliquali gratiæ noſtræ ſub obtentu. Præſentibus perlectis exhiben. &c.

33. *Gratia ſuper facto Homicidii.*

Nos &c. memoriæ commendamus per præſentes: quod nos de benignitate &c.

34. *Relaxatio Birsagii.*

Nos Mathias &c. memoriæ commendamus tenore præſenium ſignificantes quibus expedit univerſis. Quod nos tum ad nonnullorum fidelium noſtrorum humillimæ ſupplicationis inſtantiam noſtræ propterea porrectæ Majeſtati, tum etiam ex gratia ſpeciali univerſa Birſagia & quævis Judiciorum gravamina in quibus fidelis noſter T. de T. ac Prædeceſſores ſui contra quoscunque in præſentia quorumcunque Judicum & Juſtitiariorum Regni noſtri quomodocunque & in quibuscunque terminis hucusque ordine Judiciario convicti eſſent & aggravati eidem T. ad portionem Judiciar. noſtræ Majeſtati provenire deben. duntaxat prorſus & per omnia gratioſe duximus remitten. & relaxan. imo remittimus & relaxamus præſentium per vigorem. Quo circa vobis fidelibus noſtris Magnificis Palatino & Judici Curiæ veſtrasque in judicatu vices geren. Item Comitibus vel Vice-Comitibus Parochialibus, & Judlium quorumcunque Comitatuum, aliis etiam cunctis Regni noſtri Judicibus & Juſtitiariis. Item univerſis Birſagiorum Exactoribus, tam noſtris, quam aliorum quorumcunque præſentibus & futuris præſentium notitiam habituris firmiſſime præcipimus, & mandamus, quatinus a modo deinceps occaſione & prætextu præmiſſorum Birſagiorum, per nos eidem modo quo ſupra gratioſe relaxatorum, ad quorumvis inſtantiam intra, vel extra judicium in perſona, poſſeſſionibus, Rebusque & Bonis ſuis quibuslibet impedire & dampnificare non audeatis gratiæ noſtræ ſubobtentu, præſentibus perlectis &c. Datum Budæ.

35. *Salvus Conductus.*

Mathias &c. Rex Hungariæ Bohemiæ &c. Fidelibus noſtris univerſis & ſingulis Prælatis Baronibus, Comitibus, Caſtellanis Nobilibus ipſorumque Officialibus, Item Civitatibus Oppidis & villis, eorumque Rectoribus Judicibus utputa & villicis, nec non Tributorum & Theloniorum Exactoribus, eorumque vices gerentibus præſentes viſuris Salutem & Gratiam. Quia nos declaratis nobis fideli noſtro Magnifico N. de T. Janitorum noſtrorum Magiſtro intelleximus: quomodo oppidum ſuum T. appellatum Caſu incendii per incendium ignis fere omnia concrematum extitit his diebus & ædificiis cunctis deſolatum. Igitur cujuslibet veſtrum fidelitati harum ſe-

Digitized by Google

rie firmisſime mandamus; quatinus receptis præſentibus, dum & quotienscunque Incolæ & Inhabitatores dicti Oppidi præfati Exponentis T. pro conducendis lignis cujuscunque generis ad eorum ædificia & uſum neceſſariis ad veſtra dominia, honores veſtrique in medium, nec non Tributorum veſtrorum loca pervenerint, ex tunc eosdem tam in terris, quam etiam &c.

36. Sequitur Præceptoria.

Mathias Dei gratia Rex Hungariæ Bohemiæ &c. fidelibus noſtris univerſis & ſingulis Nobilibus & alterius cujusvis ſtatus poſſeſſionatis hominibus Comitatus Simigien. Salutem & gratiam. Expoſitum nobis extitit in perſona fidelis noſtri Egregii Ladislai Buzlay de Gergerlaka gravi ſub querela; quomodo nonnulli eſſent ex Jobagionibus veſtris, qui obtenta licentia juſtoque Terragio depoſito, aliisque ſolitis eorum debitis perſolutis de veſtris poſſeſſionibus ad poſſeſſiones & Bona præfati Exponentis cum eorum Rebus & Bonis ſe transferre vellent moratur. vos vero eosdem pacifice abire non permitteretis contra legem Regni eosdem reſervan. in ejusdem Exponentis Juris præjudicium, atque dampnum. Supplicatum itaque extitit in perſona ejusdem noſtræ Majeſtati ſibi ſuperinde provideri opportune. Unde cum antiqua conſuetudine dicti Regni noſtri in talibus obſervari ſolita requirente quævis Jobagionalis conditionis homines, qui ut dictum eſt obtentis licentiis juſtisque Terragiis ſuis depoſitis & debitis perſolutis ad aliorum Bona ſe transferre voluerint moratur. liberam recedendi habeant facultatem. Idcirco nos ipſam legem Regni noſtri volentes ab omnibus obſervari. Cujuslibet veſtrum fidelitati harum ſerie firmisſime committimus & mandamus ſecus habere nullo modo volentes, quatinus receptis præſentibus omnes tales veſtros Jobagiones. Qui ut præmiſſum eſt obtentis licentiis Juſtisque depoſitis Terragiis ac eorum ſolitis debitis perſolutis, ad poſſeſſiones præfati Ladislai Buzlay abire voluerint moraturi libere & pacifice absque omni impedimento eosdem recedere & abire permittatis & permitti facere debeatis occaſione & difficultate fine omni. Alioquin committimus ſtrictius Comiti & Judlium dicti Comitatus ut ipſi habita ſuperinde diligenti inquiſitione & experta vos & quemlibet veſtrum ad præmiſſa noſtra mandata obſervanda per gravamina & remedia opportuna in talibus ab antiquo obſervata in Decreto condam Domini Sigismundi Regis expreſſata conpellere teneantur. Auctoritate noſtra præſentibus ipſis in hac parte conceſſa & juſtitia mediante. Secus igitur prout veſtra dampna cupitis evitare, in præmisſis facere nullo modo præſumpmatis. Datum Budæ in vigilia feſti Sanctisſimæ Trinitatis Anno Domini &c. Regnorum noſtrorum Anno Hungariæ &c. Decimo Nono, Coronationis Tredecimo, Bohemiæ vero Octavo.

Digitized by Google

37. *Sequitur Introductoria.*

Mathias &c. Fidelibus noſtris Comitibus & Caſtellanis Caſtri noſtri Komaromien. ipſorumque Vices gerentibus nec non Circumſpectis Thomæ Lely & Emerico Beke Juratis Civibus Civitatis noſtræ Komaromien. Salutem & gratiam. Dicitur nobis in perſonis fidelis noſtri Circumſpecti Johannis Pachko Civis dictæ Civitatis noſtræ: quod cum pridem idem Exponens ex parte Circumſpectorum Nicolai Polgár de Szent Andreas & Michaelis Meſzáros Juratorum concivium dictæ Civitatis ratione oblationis duorum boum ejusdem Exponentis a Judice dictæ Civitatis & quibusdam ſuis Juratis ſibi ſuperinde juſtitiam præberi poſtulaſſet. Tamen idem Judex eidem Exponenti Judicium & Juſtitiam exinde facere minime velle dixiſſet, & tandem ira vehementi conmotus & concitatus ipſum Exponentem coram omnibus aſtantibus in Sede Judiciaria percutere voluiſſet, & inſuper alta voce ad omnium audientiam eundem morte minatus fuiſſet culpa ſua ſine omni potentia mediante, præfatus denique Exponens his auditis cupiens mortem evadere recesſiſſet, ſupplicans per noſtram Majeſtatem ſuperinde provideri, & ex parte dictorum Judicis, & quorundam Juratorum ſuorum, ſibi juſtitiam facere adminiſtrari. Nos itaque volen. talismodi periculi viam præcludere fidelitati veſtræ mandamus harum ſerie firmisſime, quatinus receptis præſentibus præfatum Exponentem ab impetitione antefati Judicis protegere, & pacifice conſervare, & inſuper convocatis partibus ipſis ad unum certum & brevem terminum veſtri in præſentiam, propoſitionibusque earundem exauditis teſtibusque partium conſcientioſe admisſis & receptis inter ipſas partes una cum certis probis & Civibus dictæ Civitatis in præmisſis juſtitiam condignam exhibere & adminiſtrare debeatis. Si vero idem Exponens de hujusmodi juſtitiæ impenſione contentari recuſaverit, ex tunc cauſam ipſarum ſimul cum tota ſerie dictæ adminiſtrationis veſtræ in Curiam noſtram Regiam noſtræ Majeſtatis perſonalem utputa in præſentiam transmittere debeatis discutiendam & finaliter terminandam, partibus coram dicta noſtra perſonali præſentia conparen. terminum brevisſimum veſtris in litteris præſigen. Et ſecus pro noſtra gratia facere non præſumatis. Præſentibus perlectis Exhib. &c.

38. *Præceptoria super obmissionali.*

Mathias &c. Fidelibus noſtris Comiti vel Vice-Comiti & Judlium Comitatus Alben. Sedis Solth Salutem & gratiam. Dicitur nobis in perſona fidelis noſtri Dominici Zeel de Naghartha: quod cum pridem in quibusdam cauſis inter ipſum Exponentem, ex una ac Nicolaum Mod de Naghartha partibus ab altera motas coram

Digitized by Google

vobis eidem Nicolao contra præfatum Exponentem quædam Juramenta in certo termino per ipſum Nicolaum deponi debenda adjudicaſſetis. Tunc quamvis ipſo termino adveniente; idem Nicolaus Mod ſua Juramenta ut debuiſſet coram vobis, minime depoſuerit; tamen vos Litteras veſtras obmiſſionales ſuper hujusmodi Juramentorum non depoſitione eidem Exponenti ut debuiſſetis ad ſua requiſita extradare non curaſſetis, ſibi in hac parte communem juſtitiam abnegan. in ſui Juris detrimentum non modicum. Unde ſupplicatum extitit exinde per nos eidem provideri. Et quia nos ipſum Exponentem ſuis Juribus deſtitui nolumus. Idcirco mandamus harum ſerie fidelitati veſtræ firmiſime, quatinus receptis præſentibus, ſi res præmiſſæ taliter ſe habuerint extunc litteras ſuper præmiſſis obmiſſionales eidem Exponenti in forma debita extradare debeatis, ſui Juris ad cautelam. Cavenˆtes tamen ne fraus aut dolus exinde oriatur aliqualis. Secus igitur facere non audeatis. Datum Budæ. Secundo Die feſti &c. Anno Domini M. CCCC. LXXVI. Regni noſtri Anno Hungariæ 19. Coronationis vero 13.

39. Novum Judicium cum revocatione Summæ.

Mathias &c. Hungariæ Bohemiæ Fidelibus noſtris Capitulo Eccleſiæ Varadien. Salutem & Gratiam. Noveritis quod Nobilis Domina Margaretha Relicta quondam Jacobi Italici de Kavalkanthy noſtræ Majeſtatis accedens in præſentiam proponit nobis multum queruloſe in hunc modum: Quod quamvis totales portiones ſuæ poſſeſſionariæ in poſſeſſione Fanchyka: ac prædiis Szent János, & Lothoháza vocatis in Comitatu Bihorien. exiſten. habitæ, a temporibus diu transactis erga manus Johannis de Zthar extiterit, portio autem poſſeſſionaria ejusdem Dominæ in poſſeſſione Bodogfalva ac domus ſua hereditaria in Oppido Debreczen habitæ erga Illuſtrem Dominam Genitricem noſtram haberentur. Sicque ipſa Domina totali Dominio totius Juris poſſeſſionarii privata fuerit. Unde juxta Legem Regni in Curiam noſtram ipſam potuiſſet evocari; tamen idem Johannes de Zthár excogitata contra eandem Dominam quadam via doloſa, Neſcitur unde & pro quibus rebus, pridem ipſam Dominam in Curiam noſtram vigore brevis Evocationis eadem omnino inſcia, indebite evocari feciſſet, & contra eandem procedendo coram noſtra perſonali præſentia quandam pro ſui parte Sententiam reportaſſet, cujusque vigore præſcripta Jura poſſeſſionaria dictæ Dominæ pro ſe uſurpare, cetera vero ſua bona ſibi occupare niteretur, vel de facto jam occupaſſet minus debite; in maximum præjudicium Juris ejusdem Dominæ atque dampnum manifeſtum, cum tamen ſi de talismodi Evocatione eidem Dominæ conſtare tempeſtive potuiſſet, ſe ab impetitione ejusdem Johannis facillime

Digitized by Google

valuiſſet præcavere prout ſperaret deffendere poſſe etiam ad præſens. Unde ſupplicari curavit eadem Domina noſtræ Majeſtati humillime, ut nos de gratia noſtra ſpeciali rationibus ex prævviis præſcriptam contra ipſam latam Sententiam caſſare annihilare, & revocare atque ad haben. in præmisſis pro indebita Evocatione, ex parte dicti Johannis Novum Judicium in certo & brevi termino annuere & gratioſe admittere dignaremur. Unde cum talismodi contra legem dicti Regni noſtri emanati procurat. ſimiliter cum ſuis procesſibus revocari debeant & caſſari. Igitur nos prævviis inducti rationibus ſupplicatione præmiſſa jam fatæ Dominæ exaudita & admiſſa præſcriptam contra ipſam Dominam per annotatum Johannem de Zthár reportatam Sententiam & cunctos ejusdem proceſſus de gratia noſtra ſpeciali, & poteſtatis noſtræ plenitudine revocantes & caſſantes anullamus & invalidamus eidemque Dominæ pro præmiſſa indebita Evocatione in præmisſis novum Judicium admiſimus & conceſimus, ut non obſtante jam dicta contra ipſam Dominam lata Sententia eadem Domina, ipſum Johannem ad brevem terminum contra ſe evocari facere atque ex parte ejusdem in præmisſis Judicium Novum debito modo recipere valeat atque poſſit, prout concedimus & admittimus præſentium per vigorem. Quo circa fidelitati veſtræ firmiter præcipien. mandamus, quatinus veſtrum mittatis hominem pro teſtimonio fide dignum; quo præſente &c. aliis abſentibus homo &c. Memoratum Johannem de Zthár præſcriptam Sententiam, & ſingulos ejusdem proceſſus exhibiturum, atque in præmisſis ratione indebitæ Evocationis novum judicium receptur. contra antefatam Dominam modo ſimili rationes ſuas obligaturam & daturam, Ad tricesimum ſecundum diem evocationis exinde noſtram ſiendæ, noſtram perſonalem evocaret in præſentiam litis pendentia ſi qua foret inter ipſos non obſtante inſinuat. ibidem eidem, ut ſive ipſe termino in prædicto coram dicta noſtra perſonali præſentia conpareat, ſive non eadem ad partis conparentis juſtiam id faciet in præmisſis quod dictaverit ordo Juris. Et poſt hac hujusmodi Evocationis & Inſinuationis ſeriem cum nomine Evocati terminum ad prædictum eidem noſtræ perſonali præſentiæ fideliter reſcribatis. Datum Budæ in Vigilia &c. Anno Domini &c. Regni noſtri Anno Hungariæ 19. Coronat. 13. &c. Fidelibus noſtris Capitulo Eccleſiæ &c. pro nobili Domina &c. contra Johannem de Zthar ad Triceſimum Secundum diem Evocationis introſcriptæ Evocator. & Inſinuator.

40. Amicis ſuis Reverendjs Capitulo Eccleſiæ Varadien. Comes Stephanus de Báthor Judex Curiæ &c. Reg. H. B. D. Noveritis quod feria tertia proxima poſt feſtum Pentechoſtes in Anno Domini M. CCCC. LXXIV. præteritum transacta una cum Dominis Prælatis Baronibus

ronibus & Regni Nobilibus hic Budæ penes præfatum Dominum noſtrum Regem conſtitutis & exiſtentibus Nobilis Domina N. Relicta condam T. in noſtram perſonaliter veniens præſentiam Johannem de Zthar coram nobis ſimiliter perſonaliter ac facie ad faciem repertum eundem ab ulteriori detentione, & conſervatione totalium portionum poſſeſſionariarum ipſius Dominæ N. in poſſeſſione N. ac Prædiis N. & N. vocatis omnino in Comitatu T. exiſten. habitarum ad eandem Dominam N. per mortem dicti condam N. Domini & Mariti ſui Jure hereditario legitime devolutarum uſuque fructuum & quarumlibet utilitatum perceptione ſeu percipi factione prohibuerat & contradixerat publice & manifeſte coram nobis. Quo audito præfatus Johannes de Zthár perſonaliter ut præmittitur, in eandem noſtram exurgen. præſentiam nolens hujusmodi perſonalem prohibitionem contra ſe acreſcere permittere reſponderat ex adverſo: quomodo præſcriptæ portiones poſſeſſionariæ poſſeſſione ac prædiis in prædictis habit. ſibi vigore inſtrumentali attinerent, ſuper eisdem Litteras & Litteralia Inſtrumenta pro ſui parte haberet confectas, & emanata, quas & quæ non ad præſens, ſed in termino ulteriori per nos eidem dando exhibere promptus eſſet & paratus, pro eo nos his perceptis Judican. commiſeramus eo modo ut ipſe Johannes de Zthar univerſas Litteras, & Litteralia inſtrumenta ſi quas, & quæ in facto earundem portionum poſſeſſionariatar. pro ſui parte.

41. *Præceptoria ſuper Requiſitione Litterarum.*

Mathias &c. Hungariæ Bohemiæ &c. Fidelibus noſtris Conventui Eccleſiæ Pechvaradien. Salutem & Gratiam dicitur nobis in &c. quomodo ipſe pridem ratione indebitæ occupationis directæ & æqualis mediet. poſſeſſionum N. & N. vocatarum & ſuarum pertinentiarum in Comitatu de Baranya exiſten. Ladislaum de Kws ac Franciſcum Præpoſitum Eccleſiæ Orodien. & Nicolaum Filios dicti Ladislai in præſentiam fidelis noſtri Magnifici Comitis Stephani de Báthor Judicis Curiæ noſtræ ad certas Octavas evocari feciſſet, literasque veſtras ſuper ipſa evocatione Relatorias caſu accidente in præſentibus Octavis feſti Beati Georgii Martyris ejusdem Procuratores amiſiſſent. Quarum ſcilicet litterarum veſtrarum Litteræ Originales in veſtra Secraſtia ſolitæ more repoſitæ haberentur. Quibus idem Exponen. ad præſens pro ſui Juris defenſione ſumme foret neceſſarius. Unde ſupplicatum eſt ſibi remedium exinde adhiberi opportunum. Et quia talismodi Litteræ Originales juxta conſuetudinem Regni noſtri pro cautela cauſantium locorum ubique reſervari ſolent. Ob hoc nos ipſum Exponentem ex tali Caſu ſuis nolentes Juribus fraudari, mandamus harum ſerie fidelitati veſtræ firmiſſime, ſic per omnia habere volentes, quatinus ſtatim viſis præſentibus annotatas

literas ſuper dicta Evocatione Originales in veſtra Secraſtia requiri faciatis. Et tandem juxta earundem continentiam in forma priori defectu ſine omni ex eisdem literas veſtras Relatorias juxta executionem ejusdem ex novo conficere & eidem Exponenti extradare debeatis ſui Juris ad cautelam. Caventes tamen ne fraus aut dolus exinde oriatur aliqualis. Et ſecus facere nullo modo præſumatis. Datum Budæ feria &c. Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo LXXVI. Regni noſtri Anno Hungariæ &c. Decimo Nono. Coronationis vero 13.

42. *Præceptoria super Teſtamento.*

Mathias Dei gratia &c. fidelibus noſtris Circumſpectis Mathiæ Chabay & Stephano Kerekes Civibus Civitatis noſtræ Albaregal. Salutem & gratiam. Dictum extitit noſtræ Majeſtati in perſonis fidelium noſtrorum providorum Benedicti & N. Incolarum dictæ Civitatis noſtræ: quod quamvis univerſa Bona mobilia & immobilia quondam Stephani T. fratris ipſorum Exponen. indiviſi, ac honeſtæ Dominæ Agathæ conſortis ejusdem ipſis pridem e ſæculo decedentibus in ipſos Exponentes veluti Propinquiores dicti condam Stephani T. devoluta fuerint pleno jure & condeſcenſa. Tamen vos pridem eisdem Exponentibus abſentibus cum præfata Domina Agatha in extremis agente, contra ſuum velle quoddam feciſſetis fieri teſtamentum minus debitum; cujus vigore vos nonnullas Res & Bona mobilia, nec non Argenterjam & promptam pecuniam ipſos Exponentes concernentes de domo ſua recepiſſetis, vosque Teſtamentarios ejusdem Dominæ per ipſam deputatos fore allegantes, ipſum Benedictum T. pro Rebus ſuis captivari feciſſetis, & exinde minus juſte, ac contra juſtitiam ipſum aggravare niteremini in eorum Juris præjudicium manifeſtum atque dampnum. Cum tamen debitoribus ipſorum Exponen. & condam Stephani T. quibus in ſimul ipſi obligarentur, & qui etiam ipſos Exponentes pro ipſis jam infeſtarent omnino nullam facere velletis ſolutionem de Rebus præmisſis per vos ablatis. Unde ſupplicatum eſt ipſis ſuperinde per noſtram provideri Majeſtatem; & cum nos ſuper eo utrum præfata Domina Agatha in extremis ſana mente intentioneque deliberata legitimum teſtamentum coram vobis fecerit, & etiam utrum in præjudicium ipſorum Exponentium de rebus in diviſis ſine exolutione debitorum ipſum teſtamentum juſtomodo facere voluerit, vel non certius edoceri volumus & experiri mandamus igitur harum ſerie firmisſime & conmittimus fidelitati veſtræ quatinus receptis præſentibus Octavo die datarum præſentium vos perſonaliter ſimul cum omnibus Juribus & Litteris ceteriſque conprobationibus condignis ſuper hujusmodi teſtamento con-

Digitized by Google

fectis hic Budæ coram noſtra perſonali præſentia conparere, & de præmiſſis omnibus contra antefatos Exponentes reſpondere debeatis. Volumus etiam ut præfatus Exponens tempore medio in perſonis vel Rebus, intra, vel extra Judicium quovismodo perturbare & impedire nullo modo præſumatis, alioquin certificamus vos, quod ipſa noſtra perſonalis præſentia, id faciet in præmiſſis, quod de Jure videbitur faciendum, abſentia veſtra non obſtante. Secus igitur facere non audeatis præſentibus per. &c. Datum &c.

43. *Præceptoria.*

Mathias &c. fidelibus &c. Capitulo Poſonien. Dicitur nobis in perſonis fidelium noſtrorum &c. quomodo ipſi quasdam haberent Litteras ſub veſtro Sigillo Capitulari emanatas, quæ propter earund. vetuſtatem ineptamque conſervationem in pergameno & papyro abolitæ forent, & corruptæ haberentur, renovationeque plurimum indigerent. Super quo fidelitati &c. quatinus ſtatim receptis præſentibus, ſi hujusmodi Litteras præfatorum Exponentium cum præſentibus vobis exhibendas in ſilo forma impreſſione & circumferentia, ſub veſtro ſigillo Capitulari legitime emanatas fore conpereritis extunc easdem in transſumpto literarum veſtrarum renovare & eisdem Exponentibus concedere debeatis Juris eorum ad cautelam. Caventes tamen ne fraus vel dolus exinde eveniat aliqualis. Datum Budæ &c. Anno &c.

44. *Brevis cum Amonitione.*

Inſinuan. ibidem eisdem ut ſive ipſi termino in prædicto coram dicta noſtra perſonali præſentia conpareant, ſive non, eadem ad partis conparentis inſtan. id faciet in præmiſſis; quod dictaverit Ordo Juris. Et poſt hæc hujusmodi Inquiſitionis Amotionis Evocationis, & Inſinuationis ſeriem cum Evocatorum Nominibus terminum ad prædictum eidem noſtræ perſonali præſentiæ fideliter reſcribatis. Datum Budæ in palatio quodam.

45. *Super eo ut non intret aliquis Exercitum.*

Mathias &c. fidelibus noſtris univerſis, & ſingulis Capitaneis Belliductoribus, ſolicitatoribus & lenatoribus quorumlibet exercituum noſtrorum, nec non Magiſtris Rottarum gentium noſtrarum, ipſorumque vices gerentibus. Item Comitibus, vel Vice Comitibus, & Judlium quorumlibet Comitatuum præſentibus & futuris, quibus præſentes oſtenduntur Salutem & Gratiam. Quia nos tum pro illis ſervitiorum fidelium dignis meritis, quæ fidelis noſter Egregius Ladislaus Buzlay, de Gergerlaka primum Sacræ Coronæ dicti Regni noſtri Hungariæ, tandemque noſtræ Majeſtati in cunctis rebus in eum con-

Digitized by Google

fiis exhibuit; tum vero quia idem viribus corporeis deſtitutus ad tollerandos labores belli omnino imbecilis haberetur, eundem ab ingreſſu quorumcunque noſtrorum exercituum vita durante exemptum, & omnino ſupportatum fore & eſſe volumus, prout eximimus & exemptum haberi committimus per præſentes, fidelitati igitur cujuslibet veſtrum harum ſerie mandamus firmiſſime & committimus, taliter per omnia habere decernentes, quatinus a modo deinceps memoratum Ladislaum Buzlay ad ingrediendum aliquem noſtrum exercitum, artare, aut conpellere, & cogere, atque eundem ratione non ingreſſionis ejusdem in perſona vel poſſeſſionibus Rebusque & Bonis ſuis quibuscunque perturbare, moleſtare impedireque aut dampnificare contra formam præmiſſæ noſtræ gratioſæ exemptionis nullo modo præſumatis, & nec ſitis auſi modo aliquali præſentibus perlectis Exhibenti reſtitutis. Datum Budæ in vigilia feſti Sanctiſſimæ Trinitatis, Anno Domini M. CCCC. LXXVI. Regnorum noſtrorum Anno Hungariæ &c. 19. Coronationis 13. Bohemiæ vero 8. &c.

46. *Sequitur Proteſtatoria.*

Nos Mathias Dei gratia Rex Hungariæ Bohemiæ &c. Memoriæ commendamus quod fidelis noſter Egregius Nicolaus de Vethés perſonaliter noſtræ Majeſtatis perſonalem veniens in præſentiam in ſua ac Mathei & Jacobi filiorum ſuorum perſonis per modum proteſtationis & revocationis nobis exponere curavit in hunc modum; quod cum ipſe circa feſtum Beati Valentini Martyris proxime præteritum quendam Nicolaum Bathari Thot dictum in ſuum legitimum procuratorem conſtituendo una cum nonnullis ſuis litteris cauſalibus, & etiam litteralibus inſtrumentis ad octavas feſti Epiphaniarum Domini proxime præteritas ſub ſpe celebrandæ easdem pro cauſis ſuis contra Aegidium de Charnavoda, & etiam alios cauſantes dirigendis in Curiam noſtram Regiam transmiſiſſet; tunc idem Nicolaus Bathári obmiſſa fidelitate obſervari debenda, ante fato Aegidio de Charnavoda adhæſiſſet ſerviturus, & univerſis litteris cauſalibus, & etiam Litteralibus inſtrumentis eidem Aegidio datis & traditis vigore Litteræ procuratoriæ in perſonis ipſorum proteſtantium quandam ſub obligatione ſingulorum ducentorum florenorum auri feciſſet faſſiones, & ad præfatum Aegidium receſſiſſet moraturus & cum eodem habitatet etiam ad præſens præſcriptas ſibi datas litteras Cauſales & etiam litteralia inſtrumenta eorundem proteſtantium ad manus ejusdem Aegidii tradendo aſſignaſſet, præfatus vero Aegidius ipſum Procuratorem eorundem proteſtantium, ſimulcum præſcriptis litteris, & litteralibus Inſtrumentis erga ſe conſervaret etiam de præſenti potentia mediante, in eorundem proteſtantium Juris detrimentum manifeſium. Unde facta hujusmodi proteſtatione, idem Nicolaus de Vethés in ſua & di-

Digitized by Google

ctorum ſuorum filiorum perſonis, univerſas Faſſiones per præfatum Nicolaum Bathári virtute jam dictæ Litteræ procuratoriæ in perſonis ipſorum Proteſtantium cum præfato Aegidio aut ſuo Procuratore iniique factas, & procurandas vel de cetero quovismodo fiendas tanquam ſine eorum ſcitu, & annuentia factas & inique procurandas revocaſſet, annullaſſet, & omnino invalidaſſet; imo revocavit, caſſavit, & invalidavit coram nobis teſtimonio præſentium median. Datum Budæ. Secunda die feſti Sanctiſſimæ Trinitatis. Anno &c. LXX. ſexto.

47. *Evocatoria.*

Mathias &c. fidelibus &c. Capitulo &c. Dicitur nobis &c. Quomodo temporibus carnisprivii & quadrageſimæ proxime transact. Aegidius de Charnavada ex inductione voluntateque & conſilio Nobilis Dominæ conſortis ac Alexii Nicolai Anthonii miſſis & deſtinatis Valentino Lörinczy ac Andrea Szabo ſuis in poſſeſſione ſua Kewkenyesd conmorantibus armatis & potentiariis manibus ad poſſeſſionem præfati Exponentis Báthor vocatam, conſequenterque propriam & Curiam ejusdem in Báthor habitas & abinde quinque Jobagiones præfati Exponentis ſimul cum univerſis Rebus & Bonis ſuis domo in eadem tunc repertis contra conſuetudinem Regni noſtri levari & ad dictam poſſeſſionem ſuam Kekenyesd asportari feciſſet moraturos & conſervaret indebite etiam de præſenti. Præterea tempore in prædicto Georgius & Jacobus de Gyakfalva, ac Nobilis Domina potentiana relicta condam Gregorii de eadem Gyakfalva tres Jobagiones, Item Matheus Zoltan de Chepel alios tres Jobagiones ejusdem Exponentis modo ſimili contra legem Regni & Conſuetudinem ejusdem Exponentis de prædicta Poſſeſſione ſua Báthor ſimul cum univerſis eorum Rebus & Bonis abduxiſſet moraturos & conſervaret etiam de præſenti potentia mediante præterea in ieme proxime transacta Barthos de Gewdewháza Dyonifius Pázmán de Zyrma Nicolaus Roman de Sarwár, Emericus Farkas de Farkasfalva quasdam ſylvas dolabroſas dicti Exponentis inter fluvios Báthor & Ezthegew vocatos nec non Potk ad præfatam poſſeſſionem dicti Exponentis Báthor ab antiquo ſpectantes & poſſeſſas in maxima ſui parte ſuccidi & ligna univerſa indebite ſucciſa pro ſe aſportari feciſſent, & nec ceſſarent ſuccidere etiam de præſenti. Demum Petrus Paulus filii Johannis de prædicta Vethés inieme proxime transacta, quasdam ſylvas dicti Exponentis Farkasgyakra & Abon vocatas ad poſſeſſionem ſuam Vethés prædictam vocatam, pertinentes indebite pro ſe ſuccidi feciſſent. Terras vero ejusdem arabiles Böythoshath Kenderhel vocatas indebite pro ſe parari ac quædam fœnilia ejusdem Kysdarwastho & Naghdarvastho vocata ad dictam Poſſeſſionem Vethés ſpectantia pro ſe falcari feciſſent potentia mediante. Poſtremo &c.

Digitized by Google

48. *Requisitorii.*

Mathias &c. Fidelibus noſtris Capitulo Eccleſiæ T. &c. Salutem & gratiam. Dicitur nobis in perſona fidelis noſtri T. de T. quomodo ipſe quasdam Literas veſtras faſſionales pariter & diviſionales ſuper facto poſſeſſionis T. in Comitatu T. habitæ ſub Sigillo veſtro Capitulari pro ſui parte confectas haberet, quæ nunc propter earundem vetuſtatem, & ineptam conſervationem in cera, carta, & pargamino abolitæ forent, & corruptæ renovationeque per vos facien. plurimum indigerent. Super quo fidelitati veſtræ firmiter præcipien. mandamus, quatinus acceptis præſentibus, ſi præfatas litteras veſtras cum præſentibus vobis exhibendas in Stylo debito formaque impreſſione & circumferentia ſub veſtro ſigillo emanatas fore agnoveritis extunc easdem intranſumpto aliarum litterarum veſtrarum ut fuerit expedien. eidem Exponenti &c.

49. *Libertatis Forma.*

Quod nos Prædeceſſorum noſtrorum Divorum Regum Hungariæ & etiam Genitoris & Fratris noſtrorum Johannis ſcilicet Gubernatoris ejusdem Regni noſtri Hungariæ & Ladislai Comitum felicium Biſtricien. qui Eccleſias Dei pio favore proſecuti fore dinoſcuntur & Salutaribus exemplis inhærere eorundem Salutifera & laude digna bonorum operum veſtigia ſequi cupientes prædium T. vocatum in Comitatu T. habitum quod ex benigna largitione & clementi dotatione præfatorum Regum noſtrorum ſcilicet prædeceſſorum ad hoſpitale beatæ T. in T. fundatum pertinet. Quodque vel ex incuria Rectorum ejusdem hoſpitalis vel ex alia inordinata moleſtia adeo in populis & Inhabitatoribus derelictum eſſe fertur ut nullus in eo niſi miſerrimus quidam Molendinator nunc refideat ab omni Taxa contributione & quavis alia collecta nobis & Fiſco noſtro Regio a populis in id confluentibus & in eo refiden. provenien. eo potiſſimum reſpectu ut idem prædium pro utilitate ejusdem hoſpitalis populorum multitudine decorari poſſit, infra duodecim annos integros a data præſentium poſt ſe ſe ſequentes ex oneran. duximus & ſupportandum imo exoneramus & ſupportamus præſentium per vigorem. Quo circa vobis fidelibus noſtris univerſis & ſingulis dicatoribus & exactoribus prætactarum taxæ contributionis & cujusvis alterius collectæ nunc conſtitutis & in futurum conſtituen. præſentium notitiam habituris harum ſerie firmiſſime præcipien. mandamus, quatinus antefatos populos in dictum prædium T. confluentes & in eo reſidentes infra dictos XII. annos integros a data præſentium computan. ad ſolutionem ipſius Taxæ contributionis vel Collectæ cujuspiam artare & conpellere aut eas ab eis-

Digitized by Google

dem petere, vel exigere, ſeu exigi facere eosque hac ratione impedire moleſtare, aut quovismodo dampnificare vel perturbare nullatenus præſumatis, neque ſitis auſi modo aliquali præſentibus perlectis &c. Datum.

50. *Salvus Conductus.*

Mathias &c. fidelibus noſtris univerſis & ſingulis Prælatis Baronibus Comitibus Caſtellanis nobilibus ipſorumque Officialibus. Item Civitatibus, Oppidis, villis ipſarumque Rectoribus Judicibus utputa & Villicis nec non Tricesimatoribus, Tributariis & Theloniatoribus noſtris & aliorum quorumcunque ab hinc usque ad Maramarosium ubilibet conſtitut. & exiſten. præſentes viſuris Salutem & gratiam. Quia Religioſi fratres Heremitæ Ordinis Beati Auguſtini confeſſor. de Clauſtro Glorioſæ Virginis Mariæ in Lewew fundata conſtituti illam ſalium quantitatem in ſubſidium & reformationem prætacti Clauſtri virginis dignisſimæ Matris ob cujus ſingularem devotionem nos ipſos ſales fratribus eisdem contulimus conduci facere habebunt ſub noſtra protectione ſpeciali. Id circo nos de gratia ſpeciali eosdem Sales ſolutione Tributaria & exactione ſine omni conduci facere volentes fidelitati cujuslibet veſtrum harum ſerie committimus, & mandamus firmisſime, quatinus dum & quando, ac quotienscunque iidem fratres aut homines ipſorum ſcilicet præſentium oſtenſores in terris vel ſuper aquis ad veſtra Dominia vel honores ac veſtri medium nec non Tricesimarum, vel Tributorum loca pervenerint extunc eosdem ſuosque homines & etiam Salium hujusmodi conductores tam in eundo, quam in redeundo locorum ubique cum eorum Rebus & Bonis pacifice & libere atque ſine omni ſolutionis exactione permittatis & permitti facere debeatis. Et ſecus pro noſtra gratia facere non præſumatis. Præſentibus per. &c. Datum Budæ &c. Regni noſtri &c.

51. *Sequitur Inquisitoria.*

Dicitur nobis &c. quod cum in anno cujus nondum ſecunda præteriiſſet revolutio ipſe Exponens de domo propria in loco T. habitam ad aliam domum ſuam propriam in poſſeſſione N. appellata habitam accesſiſſet, in eademque veluti propria pernoctare volens, ſe quieti tradidiſſet tunc Emericus de T. de Commisſione & Inductione præfati patris ſui aſſumptis ſecum nonnullis ſuis familiaribus & conplicibus de prædicta domo patris ſui hoſtili inſultu ad præfatam domum ejusdem Exponentis in dicto T. in Comitatu T. irruendo univerſas res ſuas mobiles nec non equos, arma, & pecuniam dicti Exponentis inibi ſecum repertas, & inventa prædonico more abſtuliſſet, & niſi ipſe Exponens ſe fuga mediante evadere valuiſſet

Digitized by Google

ipſum nece miſerabili interimere voluiſſet. In quibus præmiſſis eidem Exponenti plusquam CC. flor. Auri dampna irrogaſſet potentia mediante in præjudicium ejusdem Exponentis manifeſtum ac dampnum valde magnum. Quare ſupplicatum extitit noſtræ Majeſtati &c.

52. Præceptoria.

Capitulo Pechváradien. Dicitur nobis in perſona T. &c. quomodo alias, utputa adhuc vivente condam Reverendo in Chriſto Patre Domino Johanne Epiſcopo Eccleſiæ Quinque Eccleſien. inter ipſum Exponentem ex una ac præfatum condam Dominum Epiſcopum partibus ab altera in facto quarundam poſſeſſionum ejusdem Exponentis T. & T. ac medietatis poſſeſſionis T. & promontorii N. in de Baranya Item Sarkay Thapolez & Rixo vocatarum cum earundem pertinentiis Simigien. Comitatibus exiſten. per ipſum Exponentem a præfato quondam Domino Epiſcopo redemptarum, ad faſſionem ejusdem Domini Epiſcopi coram vobis factam, quædam Litteræ faſſionales, Expeditoriæ ſub veſtro Sigillo emanatæ & eidem Exponenti datæ fuiſſent. Tandem quia ipſe Exponens de ſuo caſuello minus debite excluſus, ipſas litteras Expeditorias ex caſu amiſiſſet, paribus ipſarum litterarum in veſtra ſecraſtia repoſitarum pro ſuorum Jurium defenſione non parum neceſſarius haberetur; quæ vos eidem concedere ad ſuas requiſitiones neglexiſſetis. Unde ſupplicatum extitit in perſona ejusdem per noſtram Majeſtatem exinde ſibi provideri; & cum idem Exponens tam de facili ſuis non debeat deſtitui Juribus, igitur mandan. harum ſerie fidelitati veſtræ firmiſime quatinus receptis præſentibus, ſi præmiſſa faſſio Expeditoria coram vobis ſuo modo facta fuerit, extunc paria earundem in ipſa veſtra ſecraſtia in ſpecie vel in Regiſtro debito repoſita requiri, & reinveniri faciatis, & tandem reinventorum tenores in transſumpto Litterarum veſtrarum in forma debita eidem Exponenti concedere debeatis ſui Juris ad cautelam. Caven. tamen ne fraus &c. Et ſecus facere nullo modo præſumatis. Datum Budæ &c. Regni noſtri &c.

53. Sequitur Donatio Sepulturæ.

Mathias &c. Hungariæ, Bohemiæ &c. memoriæ conmen. ſignificantes præſentium tenore quibus incumbit univerſis: quod nos attentis ac in memoriam reductis, multifariis obſequiorum fidelium meritorum condignis Egregii fidelis noſtri Ladislai Buzlay de Gergerlaka, tum ex eo, tum vero ad humilimam ſupplicationem & ſingularem interceſſionem fidelis noſtri Moyſi filij præfati Ladislai Buzlay, qui in ſpecialibus ſervitiis noſtris Regiis extra Regnum noſtrum hoc ad præſens occupatur de noſtro mandato ſpeciali ex liberalitate noſtra Regia, ac gratia ſpeciali, poteſtatisque noſtræ plenitudine, eidem

Digitized by Google

dem Ladislao Buzlay id annuimus concesſimusve, ut ipſe in Monaſterio glorioſæ Virginis Mariæ in Civitate noſtra Albaregali fundato, pro ſe, ac Nobili Dominæ ejus conſorti & liberis eorum unum locum congruum utputa in introitu magni oſtii dicti Monaſterii, quod eſt ad occidentem, retro idem oſtium ad dextram ante Altare quod alias per Præpoſitum Eccleſiæ de T. fundatum fore dicitur, pro ſepultura perpetua eligere, ac juxta ſuam devotionem, quam ipſe Ladislaus Buzlay ad præfatam Genitricem Dei gerit modo & ordine quibus optat ornare, & conſtrui facere valeat, atque poſſit, prout concedimus & annuimus præſentium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus noſtris Venerabili Domino Præpoſito, ceterisque cunctis futuris Præpoſitis, ac Capitulo ejusdem Eccleſiæ harum ſerie mandamus firmisſime & committimus, ſicque per omnia habere volentes; quatinus receptis præſentibus dum & quandoque præfatus Ladislaus Buzlay voluerit, locum jam declaratum in prædicto Monaſterio ad ſepulturam, modo prædicto faciendam, eidem Ladislao annuere & concedere, ipſumque ac Dominam ejus Conſortem, & ipſorum liberos loco in prætacto ſepellire permittatis, & permitti facere debeatis, contradictione & difficultate absque omni, & ſecus contra præmiſſam noſtram annuentiam gratioſam facere non præſumatis, præſentes poſt lecturam reddi jubemus exhibenti. Datum Budæ &c. Regnorum &c.

54. *Indultum.*

Nos Mathias &c. memoriæ commendamus; quod cum temporibus ſuperioribus transactis Magnifico fidele noſtro Nicolao Cswpor de Monozlo, alias Vajvoda noſtro Transſilvano Divino disponente judicio absque heredibus de hac vita emigrante, univerſa ſua bona, Juraque poſſeſſionaria de ſolita & antiqua dicti Regni noſtri Lege conſuetudineque ad ſacram ejusdem Regni noſtri Coronam, & tandem noſtram Majeſtatem legitime condeſcenſa extitiſſent & devoluta. Nos vero inter ceteras ſalubres & pias diſpoſitiones, quas pro ſalute ejusdem Nicolai Chwpor cunctis de ejusdem Bonis fieri gratioſe indulſimus quasdam Poſſeſſiones ejusdem condam Nicolai Chwpor Bermen & N. vocatas, nec non prædia N. & N. appellata omnino in Comitatu de Baranya exiſtentes, & habita in noſtram Majeſtatem devolutas & redacta. Simulcum cunctis earundem poſſeſſionum & prædiorum prædictorum pertinentiis & utilitatibus ad easdem & eadem legitime ſpectare debentibus; ex certa ſcientia noſtra Regia animoque deliberato Prælatorum etiam & Baronum noſtrorum conſilio requiſito & aſſumpto præmaturo, de manibus noſtris Regiis fidelibus noſtris honorabili Capitulo N. in perpetuum contuliſſemus. Tunc quia Litteræ & Litteralia Inſtrumenta quibus mediantibus idem Nicolaus Chupor, talismodi poſſeſſiones & prædia tenuiſſet, in manus noſtras

Digitized by Google

Regias nondum deveniſſent. Nos quoque præfato Capitulo easdem, & eadem aſſignare nequiviſſemus. Nonnulli forent nunc Nobiles & Vicini ipſius Capituli, qui in prætactis poſſeſſionibus & prædiis ipſum Capitulum non parum moleſtare & perturbare niterentur atque dampnificare, in detrimentum Juris ipſorum, atque dampnum præjudiciumque Collationis noſtræ Regiæ manifeſtum. Unde ſupplicatum eſt ſuperinde per noſtram eisdem providere opportune Majeſtatem. Nos vero exaudita præmiſſa ſupplicatione, in perſona ipſius Capituli noſtræ Majeſtati prævia occaſione porrecta, tum ex eo præſertim vero quia nos nedum in prætactis poſſeſſionibus & prædiis per noſtram Majeſtatem eidem Capitulo collatis, verum etiam in aliis ſuis Juribus & Bonis contra quoslibet indebite turbare volentes ipſum Capitulum protegere & deffenſare intendimus præfato Capitulo Eccleſiæ N. de gratia noſtra ſpeciali ac plenitudine poteſtatis noſtræ Regiæ auctoritate, id indulſimus, annuimusque & concesſimus, ut ipſum Capitulum ratione prætactarum poſſeſſionum & prædiorum nemo omnino Regnicolarum noſtrorum a die datarum præſentium, infra unius anni integri revolutionem in præſentiam quorumlibet Judicum Ordinariorum Regni noſtri in Cauſſam attrahere, & ipſum vexare & moleſtare præſumat prout concedimus indulgemusque gratioſe & concedimus præſentium per vigorem. Quo circa fidelibus noſtris univerſis & ſingulis Judicibus Ordinariis Curiæ noſtræ, ceterisque cunctis Juſtitiariis dicti Regni noſtri Eccleſiaſticis ſcilicet & Sæcularibus ipſorumque vices gerentibus præſentes viſuris, harum ſerie firmisſime conmittimus & mandamus, aliud habere nullo modo volentes, quatinus receptis præſentibus memoratum Capitulum Eccleſiæ N. infra ſpatium præſcripti unius integri anni ad quorumvis inſtantiam adjudicare, aut veſtro judicio aſtare, cogere, & compellere, ipſumque ratione non conparitionis Juri & Judicio veſtro aggravare aut in ſuis Juribus Poſſeſſionariis & Rebus dampnificare nequaquam præſumatis. Quin immo univerſas & quaslibet Cauſſas in facto duntaxat præſcriptarum poſſeſſionum ac prædiorum, tam per ipſum Capitulum contra alios, quam per alios quospiam contra ipſum coram vobis, ſeu veſtrum altero motas aut movendas ad præſcriptam anni integram revolutionem gravamine ejusdem Capituli abs omni differre & prorogare debeatis & teneamini omnibus modis, ut ipſum Capitulum tempore medio Litteras, ac Inſtrumenta Litteralia ſuper præſcriptis poſſeſſionibus & prædiis amiſſas, & alienata per modum Juridicum, vel alium quem poterunt ab alienis manibus valeat recuperare. Et ſecus facere non præſumatis, præſentes poſt lecturam reddi jubemus præſentanti. Datum Regnorum.

Digitized by Google

55. Particula quædam.

Scita prius præmiſſorum mera veritate. Memoratum T. contra annotatum T. juxta annuentiam noſtram gratioſam ſuper hujusmodi actibus potentiariis Regno noſtro Sclavoniæ pridie facta ad triceſimum ſecundum diem Evocationis exinde fien. ejusdem Regni noſtri Bani evocet in præſentiam rationem de præmisſis &c.

56. Particula quædam.

Scita prius præmiſſorum mera veritate ad præfatos T. & T. acceden. amoneat eosdem dicatque & committat eisdem verbo noſtro Regio ut ipſi præſcriptas poſſeſſiones T. & T. ac portionem poſſeſſionariam ejusdem exponentis modo præmiſſo occupatas, infra triginta duorum dierum ſpatia a die amonitionis conputan. eisdem Exponentibus remittere & de dampnis illatis ſatis facere debeant & teneantur, alioquin memoratos T. & T. contra annotatos Exponentes juxta continentiam dicti ſtatuti generalis ad quintum decimum diem dicti triceſimi ſecundi diei noſtram perſonalem evocet in præſentiam.

57. Brevis.

Supplicatum itaque extitit noſtræ Majeſtati pro parte eorundem Exponentium ut circa præmiſſa de condigno Juris remedio providere. Unde cum juxta dispoſitionis Prælatorum Baronum Regnique noſtri Nobilium univerſorum pridem in Conventione eorum generali hic Budæ celebrata factas, & tandem per eosdem roboratas, ſtatutum eſt ut talismodi actus potentiarii poſt receſſum noſtrum, ex hinc verſus partes Sleſiæ factum, per quempiam noſtrorum Regnicolarum conmiſſi in brevi duntaxat termino extra Octavas habita ſuperinde legitima Evocatione per noſiram perſonalem præſentiam adjudicari poſſint. Igitur fidelitati veſtræ firmiter præcipien. mandamus; quatinus veſtrum mittatis hominem pro teſtimonio fide dignum. Quo præſente &c. aliis abſentibus homo noſter. Scita prius præmiſſorum mera veritate. memoratum T. contra annotatum Exponentem ad triceſimum ſecundum Diem Evocationis ex inde fien. noſtram perſonalem evocet in præſentiam, rationem de præmisſis redditur. Litis pendentia &c. inſinuan. ibidem eidem ut ſive ipſe termino in prædicto coram &c.

58. Donatio Abbatiæ.

Mathias &c. fidelibus Noſtris N. de T. nec non T. Salutem & gratiam. Quia nos viſis & conſideratis vita moribus ceterisque virtutum condignis meritis fidelis noſtri N. de T. Notarii Cancellar. noſtræ Abbatiam Eccleſiæ de T. nunc per mortem condam Reli-

Digitized by Google

gioſi Fratris Auguſtini, veri, legitimi & ultimi poſſeſſoris ejusdem de jure & de facto vacante auctoritate Jurispatronatus noſtri Regni per litteras noſtras Donationales ex inde pro ſui parte conceſſas contulimus, in verum & legitimum Abbatem dictæ Eccleſiæ eligendo & præficien. Idcirco volumus ac ſerie præſentium veſtræ fidelitati firmiſſime mandamus, aliud habere nolen. quatinus receptis præſentibus ipſum Magiſtrum N. in dominium prætactæ Abbatiæ pacifice intromittere & in eodem, & ſuis Jurisdictionibus contra præfatam noſtram Collationem in perſona poſſeſſionibus rebusque & bonis ſuis quibusvis impedire & perturbare nullatenus audeatis, immo potius dum opus fuerit in ſui Juris & perſonæ defenſionem contra quoslibet illegitimos turbatores veſtro auxilio eidem aſſiſtere debeatis. Et ſecus pro noſtra gratia facere non præſumatis præſentibus per. &c. Datum &c. Regnorum &c.

59. *Præceptoria.*

Mathias &c. fidelibus noſtris &c. exponitur Majeſtati noſtræ in perſonis honeſtæ Dominæ T. conſortis, ac T. & filiorum Circumſpecti T. de T. concivis veſtri, quomodo alios quidam teſtes fidedigni ipſorum Exponentium puta T. & T. concives veſtri ſuper facto Domus Laurentii Tóth in dicta Civitate noſtra habitæ ac ſolutionis pretii ejusdem domus coram Circumſpetis Magno ac Johanne & Stephano Literat. Juratis concivibus veſtris, pro parte ipſorum Exponentium certam feciſſent faſsionem, quam ſcilicet faſsionem ipſi Exponentes, ad Litteras veſtras Sententionales, pariter & Transmiſsionales in Cauſſa inter Petrum T. Inhabitatorem dictæ Civitatis noſtræ ab una, ac ipſos Exponentes ex alia partibus prætextu dictæ domus per vos Judicata conficiendas & emanandas inſcribi & imponi debere, vel ſuper eadem faſsione alias Litteras veſtras a vobis pro ſe ipſis habere vellent Juſtitia requirente. Et quia ea, quæ Juris ſunt & juſtitiæ non debent cuipiam denegari. Ideo fidelitati veſtræ firmiter præcipien. mandamus quatinus receptis præſentibus ampliori noſtro mandato ſuperinde non expectato imo omni indebita occaſione poſtpoſita prædictam faſsionem dictorum Teſtium, antefatorum Exponentium, aut ad dictas Litteras veſtras Sententionales pariter & Transmiſsionales inſcribi, vel imponi facere, vel ſuper ipſa faſsione ad relationem dictorum Juratorum concivium veſtrorum, quam ſcilicet relationem per eosdem ſuper eadem faſsione coram vobis facere juben. alias Litteras dict. Exponen. neceſſarias eisdem dare & emanari facere debeatis. Secus non facturi præſentibus perlectis &c. Datum &c. Anno Domini M. CCCC. Octogeſimo tertio.

Digitized by Google

60. *Libertas.*

Nos &c. memoriæ commendamus quod nos volen. prædium noſtrum T. vocatum populorum multitudine decorare & ampliare omnibus Jobbagionalis conditionis hominibus qui ad idem morandi cauſa advenerint, inibique pro ſe ædificia habitabilia fecerint duodecim annorum integrorum libertates duximus dan. & conceden. immo damus & concedimus per præſentes, ipſos interim ab omnibus Taxis & collectis eximen. & ſupportan. Quo circa vobis Nobili T. Comiti noſtro de T. ac Vice-Comitibus veſtris harum ſerie firmiſſime committimus & mandamus quatinus receptis præſentibus præfatos Jobagiones noſtros, qui ut præmittitur cum ſuis Rebus & bonis ad præfatum prædium noſtrum moraturi advenerint infra ſpatia præſcriptorum annorum in prædicta libertate pacifice illæſos tenere & conſervare debeatis. Secus facere non auſuri in præmiſſis.

61. *Præceptoria.*

Mathias Dei Gratia Rex Hungariæ Bohemiæ &c. Fidelibus noſtris Judicibus fori Nundinalis & Juratis Civibus Civitatis noſtræ Peſthien. Salutem & gratiam. Expoſitum extitit Majeſtati noſtræ in perſona honeſtæ Dominæ Eliſabeth vocatæ conſortis Anthonii Kalmar Cohabitatoris veſtri cum querela, qualiter alias D. Eliſabeth Pauli Kelemfeldi & Barabara Galli Wáczi moderni Judicis veſtri conſortes præteritis temporibus dictam Dominam Exponen. nullis ſuis culpis & demeritis exigentibus captivari feciſſent. Quam licet vos ad ſidejuſſoriam cautionem certarum trium perſonarum de hujusmodi vinculis ſuis liberam emiſeritis, ea lege ut ea, quæ adverſus eam per partem adverſam proponerentur, tanquam iniqua & injuſta certorum proborum teſtimonio reprobaret & confutaret, tamen præfatæ Dominæ Barbaræ Galli Vaczy & Elizabeth Pauli Kelemſewldi conſortes, non expectato termino purgationis ipſius Dominæ Exponentis in annualibus Nundinis Feſti Beati Nicolai Epiſcopi in quibus juxta veterem morem & conſuetudinem hujus Regni noſtri univerſis Regnicolis noſtris ad easdem Nundinas confluentibus pax & ſecuritas præbetur præfatam Dominam Exponentem minus juſte & indebite ac præter libertatem hujus Regni noſtri captivari, captamque quadraginta Octo diebus in domo Conſiſtoriali dictæ Civitatis noſtræ conſervari feciſſent, ac tandem ex quo ipſa Domina juxta Judiciariam & Sententiariam Conmiſionem veſtram in aliquo crimine dampnari non potuerunt liberam emiſiſſent; quæ etiam ipſa Domina Exponens pro ducentis florenis auri ultra injuriam & in famiam ſibi irrogatam pati noluiſſent, nolletque etiam de præſenti. Unde ſupplicatum extitit Majeſtati noſtræ in perſona dictæ Dominæ Exponen. per nos ſibi circa

Digitized by Google

præmiſſa de remedio provideri opportuno. Quia vero detentio dictæ Dominæ Exponen. & injuria ac infamia, nec non in eam facta præter libertatem & conſuetudinem hujus Regni noſtri, & præſertim libertatem nundinarum Annualium facta eſſe dicitur. Ob hoc volumus, & fidelitati veſtræ mandamus, quatinus ſtatim viſis præſentibus vocatis veſtri in præſentiam, utrisque partibus, vel earum legitimis procuratoribus, auditisque earum propoſitionibus & reſponſis, admisſis etiam probabilibus & evidentibus documentis partes inter præſcriptas ratione præſtrictæ detentionis præfatæ Dominæ Exponenti rectum & juſtum judicium & facilem concluſionem facere & adminiſtrare debeatis facientes, id quod judicavi decreveritis per partes firmiter obſervari. Præſentibus perlectis exhibenti reſtitutis. Datum Budæ feria quinta proxima poſt feſtum Kathedræ beati Petri Apoſtoli. Anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo Octogeſimo Sexto. Regnorum noſtrorum Hungariæ &c. Anno Vigeſimo Nono. Bohemiæ vero Decimo Septimo.

62. *Super non ſolutione Theloneorum.*

Mathias Dei gratia Rex Hungariæ Bohemiæ &c. fidelibus noſtris univerſis & ſingulis Tributariis & Teloniatoribus, tam noſtris quam Reginalibus & aliorum quorumlibet ab hinc usque oppidum Zond vocatam, tam in terris quam ſuper aquis ubilibet conſtitutis præſentibus & futuris præſentes viſuris Salutem & Gratiam. Quia Religioſæ Dominæ Sanctimoniales in clauſtro Beatæ Mariæ Virginis Veteri Budæ Deo famulan. de dicto Oppido ipſorum. Zond certas fruges vina piſces porcos, ac nonnullas alias res pro uſu earum neceſſarias usque veterem Budam prædictam tam in Navibus ſuper fluvium Danubii, quam in Curribus annuatim conduci & deferri facere habent, & cum de antiqua lege & conſuetudine prædicti Regni noſtri ſicuti alii Nobiles ſic etiam præfatæ Dominæ Sanctimoniales de Rebus & Bonis earum nullum tributum ſolvere tenentur: ideo fidelitati veſtræ firmiter præcipien. mandamus, quatinus a modo deinceps quotienscunque homines & familiares ipſarum Dominarum Sanctimonialium præſentium oſtenſores tam Curribus ac Navibus, quibuscunque Rebus earum oneratis nec non portis ad loca tributorum nec non Theloniorum veſtrorum pervenerint extunc easdem ſimul cum prædictis Curribus, Navibus rebusque prædictis pacifice & absque ulla tributaria ſolutione ire ac redire permittatis & permitti faciatis; alioquin committimus fidelibus noſtris Comitibus vel Vice-Comitibus & Judlium illorum Comitatuum in quibus forſan hujusmodi mandata noſtra non obſervarentur, ut ipſi habita ſuperinde veritatis mera certitudine vos & quemlibet veſtrum ad præmiſſa mandata noſtra obſervan. per gravamina ſolita Arctius conpellant & aſtringant, auctoritate noſtra

Digitized by Google

Regia præſentibus ipſis in hac parte attributa, Juſtitiaque mediante. Secus non facturi. Præſentibus perlectis Exhibenti reſtitutis. Datum Budæ feria tertia proxima poſt feſtum beatarum Undecim Millium Virginum. Anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo Octageſimo primo.

63. *Procuratorium.*

In Nomine Domini Amen. Per hoc præſens inſtrumentum publicum cunctis pateat evidenter, & ſit notum: quod Anno a Nativitate Domini ejusdem 1493. Indictione undecima, die vero decima Menſis Marty, hora meridiei, vel quaſi Budæ Veſeprimien. Dyœc. in hoſpitio ſolitæ reſidentiæ Reverendi in Chriſto Patris Domini Thomæ Epiſcopi Jaurien. ac electi Agrien. Eccleſiarum Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Alexandri Divina providentia Papæ Sexti, Anno primo in mei Notary publici ſubſcripti & teſtium infra ſcriptorum ad id ſpecialiter vocatorum & rogatorum præſentia perſonaliter conſtitutus Veneralibus T. Præpoſitus Eccleſiæ Buden. dictæ Dyoceſien. omnibus melioribus modo, via, jure forma & Cauſa, quibus melius & efficacius potuit & debuit citra tamen quorumcunque Procuratorum ſuorum hactenus per ipſum conſtitutorum revocationem fecit conſtituit curavit nominavit & ſolemniter ordinavit ſuos veros certos legitimos ac indubitatos Procuratores Actores, factores & negotiorum ſuorum infra ſcriptorum geſtores ac nuncios ſpeciales & generales, ita quod ſpecialitas generalitati non deroget nec e contra videlicet, Reverendum in Chriſto Patrem Dominum Michaëlem Epiſcopum Neapolitanum ac honorabiles & Circumſpectos Matheum Parvum, Jacobum de Bodogazzonffalwa, Andream de Czegled Canonicos dictæ Eccleſiæ Buden. Brictium de Pathona Michaëlem de Villa Beatæ Mariæ Virginis in ſuburbio Benden. ſita Presbyteros Johannem de Vaczia Benedictum de Somoghvár alterum Benedictum de Alfoſzigeth, atque Magiſtrum Anthonium de Mylethyncz Literatos abſentes tanquam præſentes & quemlibet eorum in ſolidum, ita quod non ſit melior conditio occupantis primitus nec deterior ſubſequentis, ſed quod unus eorum incepit, id alter eorum proſequi valeat mediare & finire in omnibus & ſingulis ſuis Cauſis litibus & queſtionibus tam per ipſum Dominum conſtituentem quam contra ſe in Curia Romana & extra coram quibuscunque Dominis Judicibus Ordinariis extraordinariis legatis, delegatis Commiſſariis datis vel dam. ad nomen ipſius Domini conſtituentis & pro ipſo comparen. agen. & defenden. libellum ſeu libellos & quascunque petitiones ſummarias verbo aut in ſcriptis dan. & offeren. ac dari & offerri peten. litem, ſeu lites conteſtan. & conteſtari viden. de calumnia vitanda & veritate dicenda jurandum

Digitized by Google

& quodlibet aliud licitum & honeſtum juramentum in animam ipſius Domini Conſtituentis præſtan. ponen. articulan. ponique & articulari viden. ac eis reſponden. & ſuis reſponderi peten. excipien. replican. duplican. triplican. & cum ſolemnitate Juris quadruplican. Teſtes Litteras, inſtrumena, & alia quæcunque probationum genera producen. & produci viden. ac contra ex adverſo producta dicen. & opponen. Judices & Notarios recuſan. ac in eos conſentien. reſcripta apoſtolica impugnan. & contra ea excipien. ac cujuscunque Judicis forum declinan. in Cauſa & Cauſis concluden. & concludi ac Sententiam, ſeu Sententias, tam diffinitivas quam interlocutorias ferri peten. abeaque, ſeu ab eis & alio quocunque gravamine illato vel inferen. appellan. & provocan. Apoſtolos ſemel aut pluries ac totiens quotiens opus fuerit peten. beneficium abſolutionis a quibuscunque pœnis & cenſuris Eccleſiaſticis latis vel ferendis. & reſtitutionis in integrum peten. & obtinen. Unum quoque, vel plures Procuratorem vel Procuratores loco ſui cum ſimili, vel limitata poteſtate ſubſtituen. eumque aut eos revocan. ac omnes Procuratores hujusmodi in ſe reaſſumen. totiens, quotiens opus fuerit, eisque vel eorum alteri vifum fuerit expedire præſenti procuratorio nichilominus in ſuo robore duraturo. Et generaliter omnia alia & ſingula facien. dicen. geren. procuran. & exercen. quæ ipſemet Dominus conſtituens faceret, vel facere poſſet, ſi præmiſſis omnibus perſonaliter intereſſet; etiam ſi talia forent, quæ mandatum exigent magis promittens. Idem Dominus conſtituens ſe ratum gratum atque firmum habitur. totum id, & quitquid per dictos ſuos Procuratores, aut ab eis, ſeu altero eorum ſubſtituen. vel ſubſtituendos actum factum, & procuratum fuerit in præmiſſis ſeu aliquo præmiſſorum ſub Ipotheca & obligatione omnium bonorum ſuorum præſentium & futurorum. Acta ſunt hæc & facta Anno Jud. Menſe Diei hora &c. Præſentibus ibid. &c.

64. *Clausula.*

Nobis prosperrime cernebatur. Quorum conſilio ſuperinde ſuffulti præmaturo — ab antiquo obſervata conſuetudine requiren. eisdem T. & T. ipſorumque heredibus & poſteritatibus univerſis Jure perhennali & in ſempiternum tenen. poſſiden. pariter & haben. duximus readjudican. & relinquen. præfatis quoque T. & T. ſuperinde perpetuum ſilentium imponen. auctoritate noſtra Judiciaria & juſtitia median. Datum.

65. Quarum quidem Litterarum coram nobis productionibus factis eædem per nos in præmiſſis Judicium & juſtitiam finalemque deciſionem & deliberationem ſibi ipſis impertiri poſtularunt.

66. *Clau-*

Digitized by Google

66. *Clausula.*

In expenſis & redemptionibus litterarum tam noſtrarum quam aliorum per præfatum T. ſuſcept. conſuetudine ſedis noſtræ in talibus obſervari ſolita requiren. duximus fore condempnan.

67. *Libertas.*

Nos &c. univerſis & ſingulis cujusvis ſtatus & conditionis hominibus præſentium notitiam habituris ſalutem & dilectionis augmentum. Quia nos optan. oppidum noſtrum T. vocatum populorum multitudine ampliare & inhabitatorum pluralitate decorare, hanc infra ſcriptam libertatem omnibus & quibuslibet hominibus intra Regni ambitum ubilibet conſtitut. & reſiden. cujuscunque lingvagii exiſtant, qui videlicet ad præfatum Oppidum noſtrum T. moraturi venient gratioſe duximus conceden. &c. Primo videlicet ut quicunque homines ad domos deſertas ubi ædificia domorum haberentur, talibus trium Annorum. Item aliis, qui ad loca Campeſtria moraturi venerint, ibique domos conſtruxerint & reſiden. fecerint ſeptem, annorum libertates juxta antiquam conſuetudinem prætacti Oppidi noſtri damus & concedimus promitten. hujusmodi libertates per nos eisdem datas & conceſſas fide noſtra median. firmisſime obſervare. Harum noſtrarum &c.

68. *Donatio.*

Nos Ladislaus Dei gratia Rex Hungariæ Bohemiæ Dalmatiæ Croatiæ &c. ac Auſtriæ & Stiriæ Dux nec non Marchio Moraviæ &c. memoriæ commendamus tenore præſentium ſignifican. quibus expedit univerſis: Quod nos conſideratis fidelitatibus & fidelium obſequiorum laude dignis meritis fidelium noſtrorum venerabilium & Egregiorum Domini Nicolai Barnis decretorum Doctoris Præpoſiti f. Barius. Eccleſiæ Agrien. Vice-Cancellarii noſtræ Majeſtatis ac Stephani de Kisvárda ſimiliter decretorum Doctoris Præpoſiti Eccleſiæ Alben. Transſylvaniæ, nec non Alberti de Vethés utriusque Juris Doctoris Archidiaconi in eadem Eccleſia Transſylvana per eos nobis præſertim ab eo tempore quo a manibus & educatione Domini Friderici Romanorum Imperatoris Patrui noſtri Liberati Regnisque & Dominiis noſtris reſtituti ſumus in diverſarum noſtrarum & eorundem Regnorum ac Dominiorum noſtrorum arduisſimorum eorum expedition. ſæpe ſæpius laudabiliter procedendo pro commodo & utilitate noſtris & ipſorum Regnorum noſtrorum fideliter & conſtanter exhibitis & impenſis, intuitu quorum volentes eisdem Regio occurere cum favore Poſſeſſionem Zentkirály vocatam in Comitatu Chongradien. exiſten. quæ quondam Johannis filii Pauli Kakas de Gyal præfuiſſe, ſed poſt

Digitized by Google

defectum ſeminis ejusdem juxta antiquam & approbatam præfati Regni noſtri Hungariæ conſuetudinem ad Sacram Coronam ejusdem Regni noſtri, conſequenterque noſtram Majeſtatem rite & legitime devoluta exiſtere perhibetur. Simul cum omni Jure noſtro Regio, ſi quod in eadem qualitercunque haberemus & noſtram ex quibuscunque Cauſis modis & rationibus concerneret Majeſtatem, nec non cum eunctis ejusdem utilitatibus & pertinentiis quibuslibet terris ſcilicet Arabilibus cultis & incultis Agris pratis paſcuis Campis fœnetis, ſylvis, rubetis, virgultis, nemoribus Aquis fluviis piscaturis aquarumque decurſibus & generaliter quarumlibet utilitatum & pertinentiarum ejusdem integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis ſub ſuis veris metis & antiquis limitibus, præmiſſis ſicut prætur ſtantibus præfatis Nicolao Barnis Vice-Cancellario, & per eum Ladislao de Banfalva fratri ſuo Carnali quo ad unam, nec non Stephano de Kisvárda & per eum Aladarico Carnali ac Nicolao filio Nicolai de eadem Kisvárda patrueli fratribus ſuis quo ad aliam. Item Alberto de Vethés & per eum Nicolao filio Jacobi de eadem fratri ſuo carnali quo ad tertiam. Aequales ſcilicet partes ejusdem Poſſeſſionis. Ipſorumque Ladislai Aladarii, & utriusque Nicolai heredibus & poſteritatibus univerſis dedimus donamus & contulimus; imo damus, donamus, & conferimus jure perpetuo & irrevocabiliter tenen. poſſiden. pariter & haben. Salvo Jure alieno, harum noſtrarum vigore & teſtimonio litterarum median. quas in formam noſtri Privilegii redigi faciemus dum nobis in ſpecie fuerint reportatæ. Datum Pragæ in feſto Beati Martini Epiſcopi & Confeſſoris. Anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo quinquageſimo quarto Regnorum autem noſtrorum Anno Hungariæ &c. quindecimo. Bohemiæ vero ſecundo.

69. *Præceptoria Wywdwary.*

Mathias Dei gratia Rex Hungariæ Bohemiæ &c. Fidelibus noſtris circumſpectis Judici Juratis cæterisque Civibus Civitatis noſtræ Peſthien. Salutem & gratiam: Expoſitum eſt Majeſtati noſtræ per fidelem noſtrum Circumſpectum Michaelem Udvari concivem veſtrum: quod quamvis ipſe in quadam Cauſa inter ipſum ab una ac honeſtam Dominam Katherinam conſortem Johannis Magni de Peſt ab alia partibus, prætextu cujusdam particulæ terræ alias per ipſam Dominam Katherinam dicto Exponenti pretio venditæ coram vobis mota & per vos adjudicata idem Exponens Judicio veſtro minime contentus apellationem de more interpoſuerit & ipſam Cauſam judicio & deliberationi Magiſtri Thavernicorum noſtrorum transmitti poſtulaverit vos tamen hujusmodi appellationi non detuliſſetis Cauſamque ipſam in præſentiam dicti Magiſtri Thavernicorum noſtrorum transmitti minime curaſſetis, in præjudicium dicti Exponentis, & dampnum. Et

Digitized by Google

quia cauſæ univerſæ de antiquo more liberarum Civitatum noſtrarum per partes non contentas Judicio & finali deliberationi dicti Magiſtri Thavernicorum noſtrorum adduci conſueverunt. Mandamus igitur fidelitati Veſtræ harum ſerie firmiſime quatinus receptis præſentibus cauſam prænotatam cum totali ſerie ipſius veſtræ adjudicationis absque variatione nec non gravamine dicti Exponentis in præſentiam dicti Magiſtri Thavernicorum noſtrorum transmittere debeatis diſcutien. partibus prædictis coram eadem comparen. terminum veſtris in litteris præfigen. congruentem. Secus ergo non facturi. Præſentibus perlectis Exhibenti reſtitutis. Datum Budæ in feſto Beati Blaſii Martiris. Anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo Octuageſimo quarto. Regnorum noſtrorum Hungariæ &c. Anno vigeſimo ſexto. Bohemiæ vero Quinto decimo.

70. *Præceptoria.* Ad Relationem Valentini Tankházi Proviſoris Curiæ Budenſis.

Mathias Dei gratia Rex Hungariæ Bohemiæ &c. fidelibus noſtris univerſis & ſingulis Prælatis, Baronibus, Comitibus, Caſtellanis Nobilibus, ipſorumque Officialibus. Item Civitatibus Oppidis & villis, ipſorumque Rectoribus Judicibus & villicis ac alterius cujusvis ſtatus & conditionis hominibus quibus præſentes oſtenduntur Salutem & gratiam. Conqueſta eſt Majeſtati noſtræ provida Domina Lucia vocata Relicta condam Michaëlis de Baranya queruloſe; quod quamvis alias ipſa ob necem dicti condam Mariti ſui, ac aliarum injuriarum & dampnorum ſuper quosdam Blaſium Presbiterum & Ladislaum Parvum Biro dictum Civem Civitatis Varadien. coram fideli noſtro Reverendiſimo in Chriſto Patre Domino Johanne tunc Epiſcopo Váradienſi judicialiter Mille flor. auri obtinuerit ac Litteras & ſententias ejusdem Domini Johannis tunc Epiſcopi ſuperinde reportaverit. Tamen cum tandem vigore hujusmodi ſententiæ ac etiam noſtrarum Litterarum ſuperinde præceptoriarum eadem Domina ſuum aliter habere nequiens certas Res & Bona nonnullorum Civium dictæ Civitatis Varadienſis in loco communi areſtare feciſſet, dictæque Res & Bona in hujusmodi areſto haberentur. Tunc quidam Thomas Suas, Franciſcus Racz, Iohannes Zethi, Nicolaus ſimiliter Zethi, Andreas Mercator, Petrus Zrana Johannes Litteratus parvus, Lucas mercator, Andreas Savol, Lucas Sartor, Emericus Mercator & Georgius Suas Cives dictæ Civitatis Varadienſis ad ipſum locum communem venien. hujusmodi Res & Bona areſtatas reddi ſupplicaſſent ubi eadem nonnullorum precibus intervenien. ad fidejuſſoriam cautionem eorundem Civium libere emiſiſſet, hac lege ut ſi præfati conviticti ipſos mille florenos auri non perſolverent. ipſi tanquam fidejuſſores onus Solutionis ſubirent. Quibus ſic habitis tandem præfatam Dominam Ex-

Digitized by Google

ponentem ipſi ſidejuſſores ad haben. ſeu percipien. ſatisfactionem in Civitatem Varadienſem vocaſſent, ubi fraudem vel ipſi ſidejuſſores, vel adverſarii ſui excogitando ab eadem Domina nulla impenſa ſatisfactione dictas Litteras, tam ſcilicet annotati Domini Johannis tunc Epiſcopi Adjudicatorias, quam noſtras Præceptorias abſtuliſſent, & fraudulenter ab eadem alienaſſent, & deperdidiſſent, ſicque nec annotati Blaſius Presbyter & Ladislaus Parvus, nec ipſi ſidejuſſores ſæpe ſæpius requiſiti de & ſuper dictis mille florenis auri eidem Dominæ ſolutionem aliqualem aut ſatisfactionem impendere vellent, in præjudicium & dampnum ejusdem volde magnum. Supplicatum itaque extitit per noſtram Majeſtatem ſibi ſuperinde opportune provideri. Et cum nos rebus ſic ſtantibus velimus remedio areſti ipſi Dominæ exinde ſuccurrere prout ipſa Areſtatio Juris ſignanter vigore Decreti quondam Domini Sigismundi Regis, ſuper Rebus in judicio aptentis fieri poteſt ne ipſa viribus & expenſis penitus deſtituta, ſuis juſtis cauſis de facili ſuccumbere cogatur, ut vel hoc remedio ipſi adverſarii ejus & ſidejuſſores ſe fraudenter commiſiſſe pœniteant. Igitur fidelitati Univerſitatis Veſtræ, & cujuslibet veſtrum harum ſerie firmiter mandamus, quatinus dum & quando præfata Domina Res & Bona Civium Varadienſium, aut adverſariorum, vel ſidejuſſorum ſuorum veſtri in medio, aut in bonis veſtris tam ſcilicet temporibus nundinarum & fororum veſtrorum, quam alias reperire poterit, & vos aut alterum veſtrum cum præſentibus requiſitos habuerit areſtare & in areſto tam diu tenere debeatis, donec eidem ex parte præfatorum adverſariorum ac ſidejuſſorum ſuper præmiſſis ſatisfactum fuerit quoad plenum. Secus non facturi. Præſentibus perlectis Exhibenti reſtitutis. Datum Budæ in Dominica Reminiſcere Anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo Octuageſimo Quarto.

71. *Donatio Plebaniæ.*

Nos &c. memoriæ commendamus præſentium per tenorem ſignificantes univerſis: quod attentis & conſideratis vita moribus ſcientia & ceteris probitatibus ac virtutum meritis discreti T. de T. Dyoceſis T. quibus idem noſtri in conſpectu meruit conmendari. Eidem Plebaniam Parochialis Eccleſiæ noſtræ T. vocatæ in pertihentiis Oppidi noſtri T. exiſten. de jure nunc & de facto vacantem ſimul cum omni adminiſtratione ſpiritualium, nec non proventibus redditibus, & obventionibus quibuslibet ipſius Plebaniæ duximus gratioſe conferen. ac de eadem pleno jure proviſden. ipſum T. Plebanum in eadem ordinare auctoritate, accepto tamen primitus & ante omnia ab eodem juramento: Quod bona Eccleſiæ ſuæ non delapidabit, ſed dilapidata, & diſſipata, atque alienata pro poſſe recuperabit per Bireti

Digitized by Google

noſtro Capiti ſuo impoſitionem confirmavimus & confirmamus, harum noſtrarum vigore & teſtimonio litterarum median. Datum.

72. Transsumptum Litterarum Inſtrumentalium cum Citatione.

Nos &c. memoriæ conmendamus. Quod nos feria T. proxima poſt feſtum T. proxime præteritum una cum Dominis Prælatis, Baronibus, & Regni noſtri Nobilibus Budæ nobiscum ſeden. conſtitut. & exiſten. Magiſter Johannes de T. noſtram perſonaliter venien. in præſentiam & Laurentium de eadem T. fratrem ejusdem Patruelem coram nobis ſimiliter perſonaliter, ac facie ad faciem repertum ipſa die ad eandem contra ſe noſtram citavit in præſentiam & contra eundem propoſuit eo modo: Quomodo quædam Litteræ Sereniſſimi Principis condam Domini T. Regis, Prædeceſſoris ſcilicet noſtri Confirmationales factum poſſeſſionum T. & T. & ſuarum pertinentiarum tangentes. Ipſumque Johannem una cum dicto Laurentio æqualiter concernen. erga eundem Laurentium forent & haberentur, quas ab eodem pro defenſione ſuorum Jurium rehabere vellet Lege Regni noſtri requiren. quo audito idem Laurentius de T. perſonaliter ut præmittitur in eandem noſtram exurgen. præſentiam reſpondit tali modo: Quod hoc bene verum foret, ut præſcriptæ Litteræ dicti condam Domini T. Regis Confirmationales factum dictarum poſſeſſionum T. & T. erga ipſum haberentur, non tamen ipſe easdem prætacto Magiſtro Johanni fratri ſuo in ſpecie, eo quod eædem ipſi Laurentio propter majorem & provectiorem ætatem ejusdem, magis quam dicto Johanni ad conſervan. juxta Regni conſuetudinem competerent bene tamen paria earundem eidem in Transſumpto Litterarum noſtrarum dare promptus eſſet, & paratus. Et mox ibidem quasdam Litteras præfati condam Domini T. Regis ſuper prædictis poſſeſſionibus T. & T. ac ſuis pertinentiis confirmationales dupplici Sigillo ſuo impenden. privilegialiter conmunitas nobis præſentavit habentem hunc tenorem: Sigismundus Dei gratia &c. Quibus præſentatis quia eædem Litteræ dicti condam Domini T. Regis Confirmationales factum ipſarum poſſeſſionum T. & T. ac earundem pertinen. tangere ipſum Magiſtrum Laurentium una cum præfato Johanne fratre ſuo æqualiter concernere videbantur pro eo nos tenorem earundem de verbo ad verbum ſine diminutione & augmento aliquali præſentibus Litteris noſtris paten. inſeri & inſcribi facien. eidem Laurentio duximus conceden. conmuni juſtitia ſuadente Juris ſui ad cautelam. Datum Budæ tertio die termini prænotati Anno Domini &c.

73. Super Dicatione Floreni.

Mathias Dei gratia &c. fidelibus noſtris univerſis & ſingulis Nobilibus ac alterius cujusvis ſtatus & conditionis poſſeſſionatis homini-

Digitized by Google

bus Comitatus de T. Salutem &c. Non latet fidelitatibus veſtris quantos labores & expenſas pro defenſione Regni noſtri non parcen. perſonæ noſtræ propriæ, neque Rebus noſtris propriis contemptis omnibus fortunæ caſibus, his ſuperioribus diebus contra Alemannos fecimus, quos quidem labores & expenſas cum fideles noſtri Domini Prælati, & Barones Regni noſtri in Congregatione generali in Civitate noſtra Budenſi proxime facta diligentius revolviſſent communi conſilio Majeſtati noſtræ ex hoc Regno noſtro Hungariæ, inter alia ſubſidium unius aurei decreverant, quo ſubſidio Nos jam expedit. cum dictis Alemannis negotiis noſtris iterum alia negotia cum Imperatore Turcarum pro veſtra quiete & tutela, ac tranquila pace expedire intendimus, quæ ſine veſtro ſubſidio debito modo exequi non poſſint. Miſimus in medium veſtri hos fideles noſtros T. & T. ut ipſi ſecundum inſtituta & ordinationem dictorum Dominorum Prælatorum & Baronum noſtrorum ſubſidium medii Aurei etiam in bonis veſtris dicare, & dicata exigere debeant. Mandamus igitur fidelitati veſtræ firmiter, quatinus ſtatim receptis præſentibus hujusmodi ſubſidium in veſtris bonis & poſſeſſionibus eisdem T. & T. dicare & connumerare permittere dicatumque quam citiſſime extradari facere debeatis. Alioquin conmiſimus, & præſentibus ſtrictius committimus fidelibus noſtris Comiti vel Vice-Comiti & Judlium veſtris, ut ipſi vos ad ea facien. per omnia opportuna gravamina conpellere, & aſtringere debeant. Secus ergo non facturi. Præſentibus perlectis &c.

74. *Super Libertate.*

Nos &c. Memoriæ &c. Significan. &c. Quod nos tum ad nonnullorum Familiarium noſtrorum petitionis inſtantiam, per eos pro parte providi T. de T. Jobagionis noſtri propterea nobis porrectæ, tum vero conſideratis fidelibus ſervitiis ejusdem T. quibus nobis in dicta poſſeſſione noſtra T. vocata in Curia noſtra ſtuduit fideliter ſervire, ſtudebitque etiam in futurum, hanc libertatis noſtræ gratiam cum eodem duximus facien. ut ipſe T. quousque in humanis aget, ab omnibus Taxis ordinariis & extraordinariis Cenſibus Collectis, & aliis ſolutionibus quibus libet, quibus idem nobis & Eccleſiæ noſtræ teneretur, Salvis duntaxat decimis, nobis & menſæ noſtræ Epiſcopali provenire deben. exemptus ſit & ſupportatus, imo eximimus & ſupportamus præſentium per vigorem. Quo circa vobis Proviſori Curiæ noſtræ Officialibus factoribus & Collectoribus noſtris in dicta T. conſtitutis, & in futurum conſtituen. harum ſerie firmiter committimus; quatinus præfatum T. ratione præmiſſorum, Contra formam præmiſſæ noſtræ libertatis in nullo impedire, moleſtare, aut quovis modo dampnificare præſumatis, nec ſitis auſi.

Digitized by Google

In cujus rei memoriam præſentes litteras noſtras, quibus Sigillum noſtrum eſt appenſum eidem duximus conceden. Datum &c.

75. Clausula.

Quomodo ipſo Petro de T. domum redeunte in quadam Sylva &c. — Cum autem nos tam manifeſta latrocinia in tenutis veſtris per quempiam conmitti nolimus, & admirari ſatis non valemus quomodo vos tales latrones fovere ac tenere non pudeat.

76. Remissionalis.

Nos Thomas Præpoſitus Eccleſiæ Sancti Georgii Martyris de viridi Campo Strigonien. &c. nec non Illuſtriſſimi Principis & Reverendiſſimi in Chriſto Patris & Domini Domini Johannis de Aragonia miſeratione Divina Sacro Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Tituli Sanctæ Sabinæ Presbiteri Cardinalis Strigonien. &c. Vicarius in Spiritualibus & Cauſarum Auditor generalis memoriæ conmen. quod de Anno Domini infraſcripto, quarta decima die Menſis Auguſti nobis ad Jura redden. & cauſas audien. pro Tribunali ſeden. Citatione ejusque Executione legitimis proceden. ad noſtram Judiciariam acceden. præſentiam Circumſpectus Michael T. de T. pro honeſta Domina T. alias Relicta condam Laurentii Sartoris nunc vero conſorte T. de T. Agrien. Dyoceſ. Jurisdictionis vero Spiritualis Strigonien. cum Inſtrumento publico manu diſcreti Johannis Clementis de Magh Agrien. Dyœceſ. Notarii publici confecto contra & adverſus providum T. de T. alias Judicem Civitatis T. Veſzprimien. Dyoceſ. Jurisdictionis vero Spiritualis Strigon. ante dictæ pro quo Circumſpectus Stephanus Ledeczy de Ageb cum procuratoriis Litteris Judicis, & Juratorum ejusdem Civitatis T. affitit quasdam Litteras Prudentum & Circumſpectorum Judicis & Juratorum præfatæ Civitatis Peſthienſis clauſas & ſigillo eorum de Cera rubea conſignatas nobis præſentavit afferens actionem & propoſitionem præfatæ Dominæ T. Litteris contineri eisdem quarum tenor talis eſt:

Venerabili Domino Thomæ Præpoſito Eccleſiæ Beati Georgii Martyris de Viridi Campo Strigonien. nec non Illuſtriſſimi Principis & Reverendiſſimi in Chriſto Patris & Domini Domini Johannis de Aragonia Miſeratione Divina Sacro Sanctæ Romanæ Tituli Sanctæ Sabinæ Presbyteri Cardinalis Strigonien. Vicario in Spiritualibus & Cauſarum Auditori generali Domino ipſorum dignisſimo Judex Jurati ceterique Cives Civitatis T. Salutem & debitam Reverentiam. Veſtra noverit venerabilitas, quod cum nos feria quarta proxima poſt feſtum T. Martyris una cum Coaſſeſſoribus noſtris in ſede noſtra Judi-

Digitized by Google

ciaria &c. Quibus per nos receptis & apertis atque visis quia tunc prætactus Michael de T. procurator quo supra nomine plura se velle dicere & allegare quam in dictis Litteris continerentur dixerat. Idcirco nos præfatis ambobus Procuratoribus volen. eidem Michaeli procuratori quintum decimum diem tunc affuturum ad dicendum & allegandum sive contra præfatum Judicium antefatorum duorum Judicis & Juratorum Pesthienfium, sive alias quitquam dicere velit & allegare stat moran. & ad eundem terminum causam præsentem prorogan. Quo termino adveniente scilicet prætactus procurator aliqua ex parte Testamenti dicti condam Laurentii Sartoris alias Domini & Mariti præfatæ Dominæ T. allegabat, tamen ea in præfatis Litteris & Processibus dictorum Dominorum Judicis & Juratorum declarabantur; deinde autem per nos dict. Michaeli & Stephano Procuratoribus partium judicialiter pluries requisitis, si quæ plura dicere vel allegare velint, ipsis vero se nolle plura dicere vel allegare indicantibus, sed per nos super Judicio & determinatione & processibus prætactorum Dominorum Judicis & Juratorum Civitatis Pesthienfis pronunciari postulantibus. Nos itaque visis diligenter Actione dicti T. alias Judicis Civitatis T. præscriptæ ac responsione præfatæ Dominæ T. nec non probatione, ac processibus, atque deliberatione & Judicio dictorum dominorum Iudicis & Juratorum habitis eorum superinde, cum aliis Jurisperitis & Sapientibus viris tractatu diligenti & matura deliberatione, de quorum consilio die dati præsentium præfat. Michaeli Litterato, & Stephano Ledeczy, procuratoribus hinc inde instantibus & peten. præhabita conclusione deliberan. pronuncisvimus, & præsentibus pronunciamus prælibatos dominos Judicem, & Juratos dictæ Civitatis Pesthien. in præmisfis bonum feciffe Judicium & ab eisdem male appellatum extitiffe, Causamque ipsam cum eorum Judicio, ad eosdem Dominos Judicem & Juratos remittendam esse, & remittimus præmissum Judicium ipsorum Executionis demandan. præfatam Dominam T. in expensis in hac Causa coram nobis per dictum S. factis condemnan. a qua quidem nostra pronunciatione seu delibaratione dictus Michael Procurator ibidem ad Sanctam Sedem Apostolicam verbo appellavit. In quorum fidem & testimonium præsentes Litteras nostras fieri & sigilli nostri fecimus impressione conmuniri. Dat. &c.

77. Clausula.

Conclusive arbitrati sunt personaliter in medium vestri simul descendere, & ibi juxta cujuslibet eviden. documenta, & legitimas conprobationes negotium inter partes præscriptas ortum & protractum finaliter determinare. Quomodo autem in itinere constituti descenden. ab invicem divisi sint ipsis constat nos penitus ignoramus.

78. Clausula.

Digitized by Google

78. *Clausula.*

Emeramus unum equum valor. quinquaginta, Is Stephanus tunc fidem fecerat nobis, & magno jusjurando conprobaverat, quod equus ille nichil penitus neque infirmitatis neque alicujus morbi laboraret vitio &c.

79. Poſtquam voluimus ipſum in Cauſam convenire nunquam tamen ipſum potuimus domi reperire, qui etſi domi fuerit, nunquam tamen voluit ad lucem prodire, Teſtes ſiquidem coram quibus ipſa compromisſio fuit Jusjurand. factum fuit, haberemus, non ſunt tamen nunc in præſentia. Rogamus tamen Dominat. veſt. & enixisſime flagitamus &c. Et ſoli ipſi propter occupationes veſtras facere judicium ad præſens non poteſtis conmittatis tamen Circumſpecto N. vices veſtras, ut in hoc negotio hodie finem faciat, & hunc N. famulum meum illac transmiſimus qui cauſam meam agat. Nos vero rem totam reſcripſimus D. V. In qua ſi Dominat. Veſt. nobis conplanaverit conabimur & nos quoque omnibus quibus poterimus viribus quotienscunque opera noſtra Dom. Veſt. eguerint voluntati & deſiderio Dominationum veſtrarum morem gerere &c.

80. *Alia.*

Præmisſis itaque iſto modo in ſuſpenſo permanend. &c.

81. *Alia.*

Equum clave fixum in ungue &c.

82. *Alia.*

Ipſeque quaſi omnis ignota errans viam notitia nobis ſupplicat ad veſtras direximus notitias in quibus fiduciam gerens nil aliud facietis quod vinculum Amicitiæ affectat.

83. *Alia.*

Peten. ipſum T. ut in reviſione ſua de veſtra vita & ſanitate bonam michi Relationem, de qua ſua Relatione tam mundali quam ſpirituali pro veſtra vita & ſalute Numen altisſimum ſum exoraturus.

84. *Alia.*

Præfatam unam medietatem jam fatæ domus directam ſcilicet & æqualem ad præfatum T. ſpectare & pertinere ſibique dijudicand. eſſe & adjudicand. præfatum quoque T. ad remitten. hujusmodi medietatem dictæ domus eidem T. nec non expenſas litis & Cauſæ hujusmodi condempnand. eſſe & condempnamus &c.

Digitized by Google

85. *Alia super Decreto condam Domini B. Regis.*

Item quicumque ex eis poſſeſſiones emerit ſi per annum & diem nullus ipſum ſuper hoc impetierit, de cetero eas ſine conditione aliqua poſſideat pacifice & quiete &c.

86. *Alia.*

Et quia præfatus Exponens ſæpe ſæpius dictam ſummam pecuniar. ac inter ſe proponenda ratione de dictis Rebus mercimonialibus requiſitum dictum Johannem Nagh habuiſſet &c.

87. *Alia.*

Quicumque autem huic noſtræ diſpoſitioni in aliquo contraire niteretur, ex tunc in extremo examine terribilis Judicii coram altiſſimo & ſua glorioſa Dei genitrice Maria redditur. exinde rationem.

88. *Alia.*

Magnifico Viro Domino N. de T. Thavernicorum &c. Domino ipſorum tanquam gratioſo Judex Juratique &c. parati ad mandata debitam ſubjectionem ſincero cum honore Magnifice Vir Domine Domine noſter tanquam gratioſe In Cauſa inter nos ab una & Magiſtros Carnifices Theutunicos noſtræ Civitatis occaſione extorſionis, & receptionis Cenſus Regii Ordinarii in præſentia ipſius Veſtræ Magnificentiæ jam verten. Jura noſtra exinde hodie produci debere conſpectui veſtræ Magnificentiæ; ut percepimus Relationibus Civium noſtrorum noviſſime ea ratione in ſedem ipſius Veſtræ Magnificentiæ transmiſſorum. Unde veſtra noverit Magnificentia quædam ſtabilita & ſtatuta per univerſitatem noſtræ Civitatis Hungarorum ſcilicet & Theutunicorum vigore Decreti Sereniſſimi & Invictiſſimi Domini Sigismundi Imperatoris Domini noſtri gratioſiſſimi facta, præſentibus ex libro noſtræ Civitatis ſuo modo reſcripta ipſi Veſtræ Magnificentiæ jam duximus transmittend. Cujus Proceſſus & ſeries ſunt hi:

Item nota, totum conſilium pro diſpoſitione bona & augmento Civitatis, ſimul congregatum unanimi & pari voluntate taliter concluſit: Quod quodlibet macellum carnificum in medio Civitatis ſituatum ad inſtar aliarum domorum lignearum annis ſingulis ad Collectan. ſeu Taxam Civitatis Beati Georgii Martiris Domino Regi ſolvend. flor. auri duos inremisſibiliter dare & ſolvere debeat & teneatur hæc ſcripta ſunt cognitioni veſtræ Magnificentiæ in feſto tali Anno &c.

89. *Clausula.*

Trinarie ut moris eſt requiſiti nulla plura Jura & Litteralia Inſtrumenta, & probabilia documenta præter præexhibita nec ad præ-

Digitized by Google

ſens, ſed nec in termino ulteriori facta in præmiſſo contra ſeſe producere & exhibere poſſe allegan. & tam præfati T. & T. ſibi & annotatis eorum ſociis præ ante fati Judex Jurati & cives ſimiliter ſibi ipſis & præfatis civibus & Incolis dictæ Civitatis T. eorum univerſis per nos in præmiſſis Juris medelam Juſtitiæque complementum poſtulârunt impartiri.

90. *Clausula parva.*

Una cum noſtris Coaſſeſſoribus nobiscum Tribunal Judiciale conſeden.

91. *Articuli Conclusionum Juriam Septemliberar. Civitatum quar. notitia & series satis liquet.*

Item primo. Quod Dominus Magiſter Thavernicorum in reddend. Juribus antiquam legem & conſuetudinem ſeptem liberarum Civitatum ab olim obſervatum teneat & obſervet tali ordine Statuto. Quod quandocunque idem Dominus Magiſter Thavernicorum tempore ſtatuto Budæ & non alibi conſtitutus Litteralia Jura per appellationis ſeriem ſuo & prætacto Septem Liberarum Civitatum examini deducta diſcutere voluerit, tunc omnes illos Civitatenſes modo infra declarato convocari facere teneatur.

Item. Quod Generale Judicium ipſarum ſeptem liberarum Civitatum tantummodo ſemel in anno hic Budæ juxta decretum & Concluſionem cum Domino Magiſtro Thavernicorum conſtituen. fieri debeat, in quo quidem termino ſic conſtituto prædicti Civitatenſes Judices, ſui Jurati ad id deputati Civitates huc Budam debeant convenire, quem terminum & diem Judiciarium, idem Dominus Magiſter Thavernicorum Litteris ſuis eisdem Civitatenſibus, ante unius Menſis ſpatium debeat notificare.

Item. Et ut harum ſeptem Liberarum Civitatum Jura antiqua quæ hactenus ſatis longævi temporis vetuſtate propter diſturbiorum continuata diſcrimina poſtergata & oblivioni data extiterunt ſuum priſtinum ſortiri valeant effectum. Ne itaque unquam temporis ſucceſſu a modo deinceps ſopita taciturnitate videatur aboliri, pro ſtatutum eſt ut unus liber Judicialis ordinet. ad quem Librum præſens Inſtitutio nec non & omnes ſententiæ in ipſa Sede Domini Magiſtri Thavernicorum prolatæ inſeri debeant. Et tandem omnibus Cauſis in eodem termino conſtituto terminatis liber ille ſub ſigillis prædictorum Dominorum Civitatenſium in Conſervatorio dictæ Civitatis Budenſis usque ad ſequentem diem ſive terminum debeat ſemper conſervari.

Digitized by Google

Item. Quod tempore hujusmodi Judicatus, & Sedis Judiciariæ nullus Nobilium aut aliorum hominum cujuscunque conditionis existen. extra Jurium prædictarum Liberarum Civitatum cum eis Judiciale Tribunal confedere valeat, nisi ipsi Civitaten. septem Liberarum Civitatum præfatarum; ne antiquæ libertates & consuetudines, Privilegiaque ipsarum Liberarum Civitatum, per Judicia Nobilium, aut aliarum extranearum personarum quomodo libet infringi, aut supplantari videantur. Et ut in tali Judicio nullus Caufidicorum per se vel per suum procuratorem, aut aliarum scripturarum exhibitionem quitquam allegare vel novas Actiones & Responsiones proferre valeat, sed solummodo juxta latæ sententiæ seriem litteris in eisdem expressam revisio debita & finalis decisio debeat pronunciari & partibus exhiberi; Nisi quisquam Litigantium aut Procuratorum eorundem per ipsum Dominum Magistrum Thaverntcorum, aut Civitaten. de super specialiter fuerit requisitus.

Item. Cum aliqua Causa in Sede Domini Magistri Thavernicorum diffinita; et deinde ulterius ad Regiam Serenitatem fuerit appellata, tunc eandem appellationem juxta adjudicationem factam atque contenta libri supra nominati; id Dominus Magister Thavernicorum Litteris suis clausis & non patentibus in conspectum Regiæ Majestatis transmittere debeat.

Item. Quandocunque duo Causan. in cujuscunque condition. existant pari voluntate ac propriis notibus Causam in præsentia Judicis harum liberarum Civitatum moverint. Idemque Judex eandem Causam partium de voluntate diffinierit, ipsaque causa alicui parti displicuerit; tunc talis pars ipsam Causam nullibi alias præterquam ad Sedem Domini Mag. Thaver. valeat appellare.

Item. Si quis Canfidicorum post Appellationem coram proprio Judice factam infra sex septimanarum spatium Litteras præceptorias Domini Magistri Thavernicorum non produxerit; ex tunc eadem lata Sententia in suo vigore permanere debeat demptis Buden. quibus tamen solum quindecim dies pro præceptoriis Litteris producen. sunt deputati, eo quod antiqua consuetudine idem Dominus Magister Thavernicorum aut vicegeren. ejusdem semper ibidem Budæ residentiam habere debeat.

Item. Quod omnes Litteræ Sententionales, quæ de quibuscunque Civitatibus adducuntur, illæ clausæ, & sigillatæ ad Judicium Domini Magistri Thavernicorum præsentari & intueri a nemine nisi per Judices tempore sedis conseden. debeant aperiri.

Digitized by Google

Item Tandem. Quod univerſæ Litteræ ſententionales in Judicio Domini Magiſtri Thavernicorum conſcriptæ ſigillari non debeant, quin prius coram Judicibus & Juratis Civibus dictarum Civitatum pro tunc Cauſas dijudicantibus latæ auditæ & interpretatæ, ac ex poſt per Notarium conſtitutum primitus ad Librum præfatum verbo tenus in præſentia duorum Juratorum ad id deputatorum integraliter fuerint intitulatæ. Nomina quoque Civitaten. Judicatui videlicet aſſiſtentium nominatim Litteris eisdem inſeri & inſcribi debeant, quas quidem Litteras Dominus Magiſter Thavernicorum Sigillis authenticis corroborari faciat.

Item. Quæcunque Cauſæ Teſtamentariæ ex parte hereditatum, vel aliarum Rerum mobilium quarumcunque in prædictis Liberis Civitatibus exiſten. in præſentia Judicum earundem Civitatum fuerint ſuſcitatæ. Idem Judices easdem juxta contenta privilegiorum ipſorum ſuperinde a Divis Regibus Hungariæ conceſſorum dempt. his, quæ pias Cauſas ſcilicet Elemoſinas pauperum & Eccleſias Dei concernunt valeant judicare quas ſimili modo non ad ſpirituale, ſed ſeculare Judicium Domini Magiſtri Thavernicorum valeant appellare.

Item. Quod nulla alia Cauſa præterquam hereditates tangentes, & debita ultra ſexaginta flor. auri, & non infra ſe extenden. ad Sedem Domini Magiſtri Thavernicorum poſſit appellari juxta privilegiatas libertates ipſarum Civitatum Conſuetudinemque ab antiquo obſervatam.

Item. Quod Dominus Magiſter Thavernicorum non in Caſtro Buden. aut extraneo loco, ſed in ipſa Budenſi Civitate in loco ſibi opportuno Judicium ſedere debeat liberum cum Civitatibus cujus extunc Vice-Magiſtri Thavernicorum conſtitutus ſub juramento eſſe debeat una cum Notario ad hoc deputato.

Item. Quandocumque aliqua Cauſa per Judices & Juratos Civitatum Liberarum deciſa fuerit & parte altera non contenta eandem Cauſam in Conſpectum Domini Magiſtri Thavernicorum appellaverit, quæ ibidem ſi ratificata æquali extunc modo fuerit diffinita, pars non contenta ſupra dicta, alteri in expedien. in ipſa Cauſa pro litteris duntaxat tam Civitaten. quam etiam Domini Magiſtri Thavernicorum factum convincatur.

Item. Quod quia ſæpius certis temporibus & diebus Judicialibus quibus Magiſtri Thavernicorum cum ſeptem liberis Civitatibus Judicium adminiſtrare habet, non omnes Civitates Liberæ ſimul comparere poſſunt, ſed aliquæ interdum propter maximas neceſsitates eis incumben. aut propter viarum diſcrimina ſe abſentare ſolent. Statu-

Digitized by Google

tum eſt, ut ipſe Magiſter Thavernicorum aut vicegerens ejusdem non cum paucioribus, quam cum quinque Liberis Civitatibus hic Budæ exiſten. Sententiam diffinitivam dare poſſit. Ne Sedes Magiſtri Thavernicorum per aliquos Cauſidicos aliqualiter verbis diffamari aut turbari ſoleat. &c.

92. *Expeditoria super Homicidio.*

Nos &c. memoriæ &c. per præſentes &c. quibus incumbit &c. Quod Circumſpecti T. de T. ipſius ac omnium proximorum ſuorum in perſonis ab una, parte vero ex altera Martinus Zabo ſimiliter ipſius & omnium fratrum, & Cognatorum ſuorum in perſonis coram nobis perſonaliter comparen. per eundem T. ſponte & oraculo vivæ vocis faſſum extitit, pariter & relatum in hunc modum: Quod quamvis Benedictus T. diabolo inimico humani generis inſtigante per eundem Martinum cafualiter interemptus exſtitiſſet, & pro eo inter partes & eorum proximos maximæ jurgiæ & mortales inimicitiæ exortæ fuiſſent ac diutius ventilatæ. Tamen ex poſt ipſi intervenien. nonnullorum proborum virorum præſcriptæ partes ad talem pacis, & concordiæ deveniſſent unionem: ut eidem T. idem T. quadraginta flor. auri perſolviſſet, & perſolvit coram nobis plene & integre. Super quibus idem T. tam ex ſui parte, quam etiam omnium proximorum ſuorum contentus extitit, præfatum quoque Martinum & ſuos proximos quittos & expeditos reddidiſſet, & modis omnibus abſolutos commiſiſſet, immo reddidit & commiſit noſtri in præſentia tali vinculo, ſeu conditione mediante. Quod ſi qua partium temporis in proceſſu hujusmodi pacis unionem infringeret, aut quoquomodo auſu temerario contrairet, extunc talis pars pacem infringens in Sententia Capitali convincatur eo facto. Ad quod ſe eædem partes perſonali eorum aſſan. coram nobis ſponte obligaverunt. Harum noſtrarum &c. Datum &c.

93. *Sequitur de modo Ceharum Magiſtrorum Pictorum, & Gemmfriſorum & alior. mechanicorum infra &c.*

Nos &c. memoriæ &c. Significantes quibus congruit &c. Quod Circum'pecti Magiſtri Pictores Cives & Inhabitatores noſtri, noſtram perſonaliter venien. in præſentiam, in eorum & omnium aliorum tam Pictorum, quam Gemmifriſorum, & Auricuſſorum, nec non omnium aliorum Magiſtrorum præſentium & futurorum nominibus & in perſonis nobis ſtuduerunt ſignificare. Ut cum ipſi hactenus in hujusmodi artificiis eorum ſine aliquo debito Regimine uſi fuiſſent, uterenturque & de præſenti, pro eo ipſi in ſimul confæderati a modo deinceps ſub una Confraternitatis Ceha in perpetuum ſtatuiſſent permanere, ut ſicuti & per quemadmodum omnes & ſinguli Artifices &

Digitized by Google

Mechanici cujuscunque artis Magiſterio ſuffulti ſub regula & regimine ac Magiſtratu Ceharum perſiſterent. Ita & ipſi ſub una Ceha, & Confraternitate uti frui, & gaudere vellent, ſic, ut nullus omnino hominum hujusmodi Artis Magiſterio ſubjectus extravagari præſumat, ſed ſimul cum eis in una confraternitate conmorari debeat ſub pœnis & gravaminibus in articulis infraſcriptis talibus infligendis. Quare inſtanti prece & humili devotione nobis ſiuduerunt ſupplicare, ut nos articulos infraſcriptos ſeriatim, & ſuo ordine declarandos ratos & acceptos haben. præſentibusque Litteris noſtris inſerifacien. ad perpetuam rei memoriam novæ noſtræ Donationis titulo, & ſub figillo prædictæ Civitatis noſtræ, ipſis Univerſis Magiſtris dare & concedere dignaremur.

Quorum Articulorum ſeries per omnia talis eſt:

Item primo & principaliter quod ipſi Magiſtri Pictores Gemmiſriſores & Auricuſſores ſingulis annis more aliorum Magiſtrorum mechanicorum Confraternitatem ſeu Ceham obſervan. ſemper circa feſtum Sanctisſimi Corporis Chriſti videlicet dominico die ſequenti novam Congregationem facere, & de eorum medio pari voluntate duos viros ſdoneos eligere & in novos Magiſtros Ceharum totius confraternitatis præficere, nec non eosdem electos in conſpectum totius conſilii ad prætorium Civitatis & præſtandum Juramentum debeant præſentare. Qui ſuper Sacro Evangelio Jeſu Chriſti juramento præſtito omnem conſtitutionem ipſorum per unius anni ſpatium debeat juſta proviſione & recto ordine gubernare.

Item. Quod quicunque Magiſtrorum hujusmodi Artium ad Confraternitatem eorum ſe conſerre voluerit, talis bonæ probitatis famæ & honeſtæ vitæ exiſtere debeat, quod ſi aliter repertus fuerit de conſortio eorum ſegregari & eici, & tam diu eorum conſortio careat labore ſuſpenſus, quousque ſe realiter emendare & voluntati Magiſtrorum ſuorum iterato ſe poterit quoquo modo conformare.

Item quicumque extraneorum aut intraneorum ſive ſociorum hujusmodi artium ipſarum inter ipſos Magiſtrari voluerit, talis primitus debeat ſore uxoratus, expertus, & idoneus, atque honeſtis parentibus legitime procreatus, nec non annos ſui ſtudii integre peregiſſe, & ea omnia litterali documento demonſtrare. Tandem a Conſulatu Jus Civile, juxta formam Jurium Civitat. debeat comparare, & ita ſe confraternitati eorum ut moris eſt aſſociare & confraternitatem duos florenos auri puri nec non poſt prandium convocatis omnibus Magiſtris cum cibariis decentibus convivium facere congruentem ad valorem duorum florenorum Auri.

Digitized by Google

Præterea ſi talis Magiſter eſt Pictor, debeat Magiſterium ſuum propria manu demonſtrare, ita quod fabricet unam tabulam latitudinis quatuor palmorum & debeat fore cum auro planato & deſuper præſignare ſeu pingere imaginem habens figuram hominis ſpecialis & hanc debet perficere quantocitius poteſt.

Item ſi fuerit Magiſter Gemmifriſorum tunc talis debet facere portiones formales ſcilicet ſilare imagien. cum ſerico & unam imaginem cum elevatura debito ordine facere prout pertinet ad gemmas ex hoc perficere teneatur quantocitius poteſt.

Item quicunque Auricuſor magiſtrari voluerit probet artem ſuam manu ſua propria cudendo & dilatando aurum & argentum ſub debita latitudine ab antiquo conſueta & auritilare cum auro & argento ſecundum verum & rectum modum approbare quanto prius poteſt.

Item ſi fuerit Sculptor imaginum, tunc idem ſculpere debet, ſeu fabricare propria manu unam imaginem ad Longitudinem unius ulnæ quantocitius poteſt.

Item quando vitriator vult aliquod opus facere de vitris quod eſt ſimplex opus vitri de Taler. debet ordinare unam portionem bonam in una ſeptimana, & illam teneatur Magiſtris oſtendere ad probandum ſi eſt opus bonum an non.

Item quilibet Magiſtrorum extraneus advenerit & ſe in ipſorum medium præſentare, aut Jus Civile a Conſilio obtinere nollet, ſed contra Jura Magiſtrorum ſuos labores exercere, vel ſi labores extraneos ſecum adducere & hic venditioni exponere niteretur, excepto tempore nundinarum, tunc Magiſtri Ceharum cum conſenſu Dominorum Judicis & Juratorum valeant hujusmodi Res ſeu labores auferre & Judici præſentare, & talem Magiſtrum a labore inhibere tam diu donec & quousque Civitati, & Confraternitati eorum ſe ſtuduerit vivendo conformare.

Item nullus Magiſtrorum præſumat alteri ſuos labores conventos quoquo modo ſurripere & alienare, quicunque in eo repertus fuerit, confraternitas valeat & habeat eum juxta exigentiam pie punire in aliquibus Marcis ceræ. Et ſi quis alteri ſuos labores diffamat, ac vilipendit injuſte, vel ſi alteri ſuos ſocios, ſive ſervos aut Juvenes alienare præſumpſerit, talis ſimili modo puniatur juxta exigentiam ſui delicti.

Item nullus Magiſtrorum audeat aliquem Socium tenere, qui annos ſui ſtudii non explevit, aut ſuo Magiſtro non ſatisfecit pro eisdem annis ſuis, ſi quis talem ſervaverit ſcienter, tunc talis debeat amoveri,

Digitized by Google

veri, qui ſi non dimiſerit debeat cum conſenſu Dominorum de Ceha excludi tam diu quousque gratiam merebitur invenire.

Item quandocunque Confraternitas Magiſtrorum congregata fuerit ex neceſſitate Cehæ, vel alia Cauſa emergen. & ſi quis protervitate ductus verbo vel opere contrariari voluerit, qui per Magiſtros ammonitus tacere & ceſſare noluerit, talis puniatur in una libra ceræ totiens, quotiens id præſumpſerit attemptare.

Item quicunque Magiſtrorum pecuniam, qua ad Ceham obligatur in Spatio unius anni perſolvere neglexerit, talis ſine ulla remiſſione puniatur in duabus libris Ceræ. Inſuper pecuniam ſolvere teneatur.

Item ſi quis Magiſtrorum ſtatuta Cehæ ipſorum obſervare, aut Confraternitati obedire nollet, ſi ammonitus non curaverit cum eis, ex tunc talis conſenſu & voluntate Dominorum Judicis & Juramentorum eici a Ceha, & tam diu labore fruſtrari debeat, quousque gratiam ſtuduerit impetrare.

Item quandocunque aliquis Magiſtrorum aliquem Juvenem parvulum ad Artis Magiſterium aſſummere voluerit, talis ad ſummat eundem coram Magiſtris Ceharum, vel etiam aliis Magiſtris ſi haberi poſſunt, & in præſentia eorundem faciat cum eo conventionem, & hujusmodi Conventio debeat conſcribi & in Ceha conſervari pro certitudine veritatis.

Nos igitur hujusmodi juſtis & legitimis ſupplicationibus prædictorum univerſorum Magiſtrorum nobis ſedule & ſagaciter factis, benivole inclinati matura ſuperinde inter nos deliberatione præhabita, ejusmodi Ceham & Confraternitatem more aliorum Magiſtrorum Mechanicorum obſervandam eisdem duximus conceden. taliter: quod ſicuti ceteri Artifices & Mechanici in noſtri medio reſiden. Confraternitatis titulo hucusque freti ſunt & gaviſi, ſic & ipſi univerſi Magiſtri Pictores Gemmifiſores, nec non Auricuſores conjunctim & in ſolidum a modo deinceps in perpetuum ſub uno Confraternitatis regimine uti frui debeant, & congaudere ſub Articulis & clauſulis, ac oneribus ſuperius per ordinem declaratis. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam præſentes noſtras litteras Sigilli noſtri munimine roboratas duximus conceden. beneplacito noſtro perduran. Quas tandem in formam privilegii redigi faciemus dum eædem nobis in ſpecie fuerint reportatæ. Datum &c.

94. *Præceptoria ad remittendam Cauſam.*

Mathias &c. fideli noſtro Venerabili T. ac Reverendi Domini Ladislai Epiſcopi Alben. Apoſtolicæ Sedis Legati, Auditori & Com-

Digitized by Google

miſſario generali Salutem & Gratiam. Exponitur Majeſtati noſtræ in perſona fidelis noſtri T. de T. Inhabitatoris Civitatis noſtræ T. Quomodo ipſum quidam Stephanus Molnár ratione & prætextu cujusdam domus in eadem Civitate noſtra T. habitæ ad inſtantiam tui attraxiſſet in Cauſam. In qua quidem Cauſa, quæ alioquin profana eſſet, & non ſpirituale, ſed ſæculare concerneret Judicium, ipſum aggravare nitereris. Unde ſupplicat per nos eidem ſuperinde opportune provideri; & quia nos volumus, ut unicuique ſua Jurisdictio obſervetur. Ideo mandamus fidelitati tuæ harum ſerie firmiter, quatinus ſtatim dictam Cauſam partium præſcriptarum tui in præſentia ut dicitur vertentem ſtatu in eodem in quo nunc exiſtit absque omni variatione, & gravamine dicti Exponentis aliquali ab eadem tua præſentia, in præſentiam Judicis & Juratorum Civium antefatæ Civitatis noſtræ T. prout libertas ipſius Civitatis noſtræ requirit, ac quemadmodum in præſenti Congregatione ſeu Diæta generali diffinitum & concluſum eſt transmittere debeas. Neque de cetero te in ipſa Cauſa in præjudicium libertatis ipſius Civitatis noſtræ T. nullatenus ingerere præſummas. Sed ſiquid Juris præfatus T. Molnár circa dictam domum ſe habere prætendit, quærat in præſentia præfatorum Judicis & Juratorum juridice, ibique ei nulla deerit juſtitia. Aliud non facturi. Præſentibus perlectis &c.

95. *Præceptoria.*

Mathias &c. fidelibus noſtris Circumſpectis Judici & Juratis Civibus Civitatis noſtræ Peſthienſis Salutem & gratiam. Exponitur Majeſtati noſtræ in perſona fidelis noſtri Michaelis de Pethke Aulæ noſtræ Regiæ familiar. admodum gravis querelæ quod cum ſuperioribus diebus aliqui familiares ſui condam Mathiam Huſſár dictum furem ac malefactorem publicum in quadam poſſeſſione ipſius Exponentis Aranyad vocata in Comitatu Bachien. habita Jure median. ſuſpendi feciſſent, quidam Horvath parvus aſſeren. ſe veſtri in præſentia ipſum Mathiam Huſzar indebite per familiares prætacti Exponentis ſuspenſum extitiſſe, duos familiares ejusdem Michaelis Pethkey per vos detineri & carceri mancipari feciſſetis. Et licet ſæpe fatus Exponens pro expurganda innocentia ſuorum familiarium per Litteras Comitis ac Vice-Comitis & Judlium prætacti Comitatus Bachien. ad noſtram Litteratoriam reſcriptas, prætactum condam Mathiam Huzor exigentibus ſuis delictis & excesſibus interemptum veſtri in Conſpectum conprobari paratus fuerit. Ex quo tamen litteræ hujusmodi vobis non ſonarent, & etiam prælibatus Horvat parvus Actor hoc intelligen. nec per ſe, neque per alium ex parte præfatorum Captivorum a vobis judicium petere & recipere hactenus curaviſſet, propterea vos nec ipſas litteras aperire, neque in cauſa ipſa

Digitized by Google

procedere velletis, ſed eosdem familiares antedicti Exponentis malitioſe in captivitate prædicta teneretis, in grave præjudicium præfati Exponentis manifeſtum. Quare fidelitati veſtræ harum ſerie firmiter præcipien. mandamus quatinus acceptis præſentibus, rebusque ſic ſe habentibus non obſtante eo quod litteræ nobilium Comitatus antedicti vobis non ſonant easdem eperire, & ſi ex continentiis earundem præfatum Mathiam Huzár juxta expoſitionem antedicti Exponentis merito ſuſpenſum fore conpereritis non obſtante etiam ablen. prædicti Horvath parvi, in Cauſa ipſa procedere & ipſis captivis juxta conſuetudinem veſtram merum Judicium & Juſtitiam facere debeatis. Aliud non facturi. Præſentibus perlect. Datum Budæ Sabbatho proximo, poſt feſtum Beati Georgii Martyris Anno 1482. Regnorum noſtrorum Hung. &c. Anno XXV. Bohemiæ vero XIII.

96. *Expeditoria.*

Nos &c. memoriæ &c. per præſentes &c. quod quia Nobilis T. de T. per Valentinum T. in Cauſam attractum in acquiſitione ejusdem ſe reddidit innocentem & immunem. Ideo nos ipſum ab impetitione dicti T. duximus abſolven. harum noſtrarum teſtimonio & vigore median. Datum.

97. *Portatile*

Johannes miſeratione Divina &c. Dilectis nobis in Chriſto Nobili N. de T. Caſtellano ac toti ejus familiæ domeſticæ in eodem Caſtro T. conſtitutæ Salutem in Domino. Ut Sacerdos idoneus in prædicto T. in veſtra & aliorum Chriſti fidelium præſentia ſacris adhibitis parament. horis temporibus & locis congruis atque honeſtis excommunicatis tamen & interdictis prorſus exinde excluſis Miſſas & alia Divina Officia ſuper viatico ſive altari portatili hinc per totum Annicirculum totiens quotiens fuerit opportunum celebrare poſſit. Vosque per eum celebrari facere poſſitis, dummodo tamen vos, vel ille cauſam non dederitis interdicti nec id vobis.

98. *Clauſula.*

Quamvis aliqui latenter & retrorſum obloquantur, & morſibus earum linguarum animas proprias faucient; tamen quia vita ſibi comite in ipſius præſentia nemo obloquentium aut mordentium Juridice aliquam Cauſam poſtulationis de ſuis rebus & bonis conparendo poſtulare audens. Quare eosdem reddendo ineptos frivolos ac vanos Actores contra præmiſſa legata fiendos reddit & committit immo reddendo commiſit & legavit.

Digitized by Google

99. Inſtrumentum ſeu Inſtrumenta. Quod & feci ut teneor ex ſuſcepti officio modo incumbente. Acta ſunt hæc & facta Anno &c.

100. *Præceptoria.*

Mathias Dei gratia Rex Hungariæ Bohemiæ &c. Fideli noſtro Reverendo in Chriſto Patri Domino Michaëli Epiſcopo Milkovien. ac in pontificalibus & ſpiritualibus Eccleſiæ Strigonien. Vicario Generali, Salutem & gratiam. Expoſitum eſt Majeſtati noſtræ in perſonis fidelium noſtrorum Circumſpectorum Judicis & Juratorum ceterorumque Civium Civitatis noſtræ Peſthien. quod quamvis antiquæ eorum Libertatum prærogativæ per Reges Hungariæ noſtros Prædeceſſores dignisſimos ipſis conceſſæ, atque laudabiles & approbatæ ipſorum conſuetudines usque ante hac cum ſumma ipſorum quietudine obſervatæ id requirant, ut nullus omnino eosdem Cives noſtros aut ipſorum quempiam de membro ipſius Civitatis noſtræ Peſthien. exiſten. ratione vinorum aut aliarum quarumvis rerum factum hereditarium tangen. earumque occaſione in præſentia aliquorum Judicum ſpiritualium & ſecularium poſſit convenire in Cauſam priusquam per eosdem Judicem & Cives de conſuetudine ipſius Civitatis noſtræ de facto hujusmodi domus vel alterius rei hereditariæ ſententionaliter cognoſcant. Tamen providus Stephanus Ledeczy de Buda non advertens hanc libertatem ipſius Civitatis noſtræ providum Andream Zabo concivem eorundem Exponen. ratione & prætextu medietatis cujusdam domus in eadem Civitate noſtra Peſthienſi habitæ; in cujus pacifico Dominio ipſe Andreas Zabo ultra legitimos terminos præſcriptos pene ſeptem annis, aut citra perſtitiſſet, veſtram in præſentiam ad vidend. & audien. quandam Sententiam diffinitivam in facto ipſius medietatis dictæ domus executioni demandari Litterasque executionales decerni, vel ſi aliqualem rationalem Cauſam habeat cur hoc fieri non debeat allegand. & alias a vobis Judicium & juſtitiam receptur. citari feciſſet. In præjudicium Libertat. dictæ Civitatis noſtræ & derogamen Jurium eorundem Civium noſtrorum manifeſtum. Quia vero nos libertatibus antiquis, & approbatis conſuetudinibus ipſius Civitatis noſtræ per neminem volumus contrariari. Idcirco fidelitati veſtræ inhiben. ſimiter præcipimus & mandamus, quatinus receptis præſentibus vos de cetero nullo modo de præſcripta Cauſa impediatis, neque in ea de cetero ad aliquos actus & terminos procedatis, ſed eam velut requirit privilegium & antiqua conſuetudo dictæ Civitatis noſtræ Peſthien. ſimpliciter & absque omni renitentia in præſentiam eorundem Judicis & Civium noſtrorum remittere debeatis, & teneamini. Si vero vel Stephanus ipſe Ledeczy vel dictus Andreas Szabo Judicio eorundem Civium noſtrorum contentari noluerit, poterit ſuam Cauſam quisque merito &

Digitized by Google

ſine præjudicio dictæ Civitatis noſtræ, in præſentiam & Sedem Magiſtri Thavernicorum noſtrorum, aut immediate præſentiam noſtram provocare de Jure & appellare, quibus campum Juris & juſtitiæ præclusum eſſe nolumus; attamen ut præmiſimus non volumus per cujusvis inſolentem petulantiam Juribus Civitatis noſtræ derogari. Secus ergo non facturi. Præſentibus perlectis Exhibenti reſtitutis. Datum Budæ Sabbatho proximo ante feſtum beatæ Katharinæ Virginis & Martyris Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo Octuageſimo primo. Regnor. noſtrorum Hungariæ &c. Anno viceſimo quarto, Bohemiæ vero Tredecimo.

Ad Relationem Thomæ de Erdewu Præpoſiti Titulien.

101. Mandatum Transmisſionale Cauſæ Civilis.

Mathias Dei gratia Rex Hungariæ Bohemiæ &c. Fidelibus noſtris Circumſpectis Judici & Juratis Cæterisque Civibus Civitatis noſtræ N. Salutem & gratiam. Expoſitum eſt Majeſtati noſtræ in perſona fidelis noſtri Circumſpecti T. Inhabitatoris ejusdem Civitatis noſtræ Peſth. Quomodo vos in quadam Cauſa inter ipſum Exponentem ut Actorem ab una, atque quendam Petrum T. modo ſimili cohabitatorem veſtrum veluti in Cauſam attractum ab alia partibus coram vobis ratione certorum debitorm mota & agitata eidem Exponenti & ſuis Juribus nocivum feciſſetis Judicium propter quod etiam ipſe Exponens cauſam ſuam hujusmodi a gravamine Sententiæ veſtræ ad Sedem Magiſtri Thavernicorum noſtrorum de Jure provocaſſet, & appellaſſet. Quapropter vacante nunc Sede ipſius Magiſtri Thavernicorum noſtrorum discuſſionem & ſententialem diffinitionem ipſius cauſæ ſed & Judicii veſtri in eadem ſubſecuti fideli noſtro Reverendo Domino T. Electo Confirmato Vaczien. Thezaurario noſtro duximus committen. & committimus per præſentes. Mandamus igitur fidelitati veſtræ harum ſerie firmiter, quatinus receptis præſentibus cauſam præſcriptam inter prædictas partes per vos ut præmittitur dijudicatam ſimul cum tota ſerie ipſius Judicii veſtri in præſentiam ejusdem Domini Electi & confirmati Vaczien. transmittere debeatis diſcutiendam ſententialiterque concludendam partibusque eisdem coram eodem Domino Electo & confirmato, terminum conparendi in litteris veſtris præfigatis congruentem. Secus non facturi. Præſentibus perlectis &c. Datum T. feria T. &c. Anno &c. LXXXI. Regnorum noſtrorum Anno Hungariæ &c. vigeſimo quarto. Bohemiæ vero tredecimo.

102. *Salvus Conductus ad Curiam Romanam.*

Univerſis & ſingulis Principibus Eccleſiaſticis & Sæcularibus Ducibus, Marchionibus, & Prælatis Baronibus Comitibus Purgravis Po-

Digitized by Google

teſtatibus Caſtellanis Nobilibus Officialibus Viceofficialibus. Item Civitatibus Oppidis & Villis, ipſarumque & quorumcunque Comitatuum & Locorum Rectoribus Judicibus & Villicis, nec non Tricesimatoribus Tributariis ſeu Theoloniatoribus, Bolletariis, & Gabellariis nec non pontium & paſſuum Cuſtodibus Fratribus Amicis & benivolis noſtris gratiam & omne bonum. Quia is Venerabilis Dominus T. de T. profectus eſt ad Urbem Romam. & hinc inde ad varia alia loca pro disponen. rebus ſuis nonnullis. Ideo nos eundem vobis & cuilibet veſtrum ſincero commendan. affectu, rogamus F. & D. veſtras. Subditis vero noſtris firmiſſimo noſtro regio damus ſub edicto, quatinus dum & quando præfatus Dominus &c. ad vos veſtrasque terras, tenutas, dominia, poſſeſſiones, honores officiolatus, & veſtri in medium ad hujusmodi Tricesimarum Tributorum & Theloneorum loca pervenerit eundem honorifice ſuſcipien. & tractan. ſimul cum omni ſua familia dummodo neceſſe fuerit conducere, & omnino veſtro auxilio eidem fieri velitis & debeatis. Datum &c.

103. *Protectionalis.*

Egregie nobis dilecte committimus vobis præſentibus *firmiter*, quatinus nobilem T. de T. in univerſis bonis & poſſeſſionibus ac portionibus ſuis poſſeſſionariis in Comitatu de Zabolcz habitis contra quoslibet illegitimos impetitores ac turbatores noſtra in perſona & auctoritate tueri, protegere, ac indempniter manutenere debeatis nec aliud facturi. Datum.

Interſtitium vulgo Zagytha.

104. *Clausula.*

Fuimus vero ad domum T. iniret &c.

ad latus ejusdem domus annexione.

105. *Clausula.*

Deinde nos per eundem T. requiſiti ſæpius aſſumptis nobiscum fidedignis Magiſtris Lapicidis & Carpentariis ab eisdemque receptis Juramentis ad faciem muri, quem idem T. in terra ſua *videlicet* (*vel sic*) ſui Altaris contra ſuas Inhibitiones per discretum T. erectum eſſe referebat, accesſimus ibique utrum ipſe murus in terra ſua. Vel ſic: Altaris ſui erectus aut non, conſpeximus & præfatos Magiſtros lapicidas & Carpentarios ad fidem eorum Deo debitam examinavimus & interogavimus, ut favore, odio amore poſſergatis dicerent meram veritatem quitquid ipſis videretur an murus erectus ſuper quo lis & controverſia inter partes prædictas vertitur ſit in terra ſua. Vel ſic: ſit Altar. qui tandem ultimate unanimi voto ambo concorditer retu-

Digitized by Google

lerunt ad fidem ipſorum Chriſtianam ut ipſi dicere neſcirent, an illa terra ubi murus contentioſus & litigioſus erectus eſt, ſit terra altaris vel terra Rectoratus Altar. &c. niſi quod una pars muri in ſpiſſitudine mediæ ulnæ ad viſum omnium eſſet in terra Altaris Sancti T. Et quia nos ex dictis præfatorum Magiſtrorum certitudinem meram habere nequivimus in cujus Rectoratus Altar. murus præfatus erectus eſt. Ideo ſentialiter juxta Litteras Regiæ Majeſtatis cauſam & negotium hujusmodi finire & determinare non valuimus, ſed inter nos matura deliberatione ſæpe numero præhabita pro tranquillitate ambarum partium & pacis unione ac etiam utilitate Rectoratum præfatorum Altarium ordinavimus & decrevimus ut Magiſter T. feneſtram in prædicto muro exiſtentem, quæ domui Rectoratus Altaris Sancti T. Servitutem præjudicialem præſtat recludere ac Caminum ſeu fumorium, quod ſimiliter fumoſitate ſua domui præjudicium non modicum generabat una cum muro altius & omnem ſervitutem & præjudicium removere debeat & teneatur propriis ſuis laboribus & expenſis. Ita quod ſæpedicto T. & Domui præfati Rectoratus Altaris Sancti T. in nullo noceat, quod quia murus utrique partium tam ipſi Magiſtro T. quam etiam præfato T. & eorum Succeſſoribus Altaris eis ſuper quibus idem T. noluit eſſe contentus, ſed cauſam, ſeu negotium hujusmodi provocavit ad Curiam dicti Domini noſtri Regis. Datum &c.

106. *Conſensus.*

Nos Mathias Dei gratia Rex Hungariæ Bohemiæ &c. Memoriæ conmendamus tenore præſentium ſignifican. quibus expedit univerſis quod fideles noſtri Circumſpecti Blaſius Zele Judex & Benedictus Balynthffi Juratus Civis poſſeſſionis noſtræ Paleleſe vocatæ noſtræ Majeſtati venien. in Conſpectum in ſuis & aliorum Jobagionum noſtrorum in eadem Poſſeſſione conmoran. nominibus & perſonis exhibuerunt & præſentaverunt nobis quasdam Litteras fidelis noſtri Magnifici condam Mathus de Maroth Bani Domini ſcilicet ipſorum in papiro patenter editas Sigilloque ſuo impreſſive conſignatas, quibus median. eosdem condam præfatus Mathyus modo & Ordine inferius in tenoribus earundem Litterarum content. adornaſſe dinoſcitur. Supplican. Majeſtati noſtræ humiliter, quatinus easdem Litteras ratas, gratas & acceptas habentes Litterisque noſtris privilegialibus de verbo ad verbum inſeri facien. præmiſſæ libertationi aliisque omnibus & ſingulis in tenoribus dictarum Litterarum expreſſis noſtrum Regium conſenſum præbere, ac eosdem in eisdem libertatibus conſervare, & conſervari facere dignaremur gratioſe. Quarum tenor talis eſt: Nos Mathyus de Maroth Banus Machovienſis, Memoriæ commendamus per præſentes: Quod nos Jobagionibus noſtris in Poſſeſſione

Digitized by Google

Paleleſe conmorantibus hanc libertatis gratiam duximus conferen. & conferimus præſentium per vigorem, ut non plures taxas, niſi ſingulis annis tempore ſcilicet vindemiarum nonas vinorum nobis dare debeant, & teneantur. Et hæc volumus per fora & alia loca publica palam proclamari facere. Quocirca univerſis & ſingulis officialibus in Symand & Paleleſe prædicta, ac Proviſori Curiæ in Gyula, cunctisque factoribus noſtris in præfatis Oppidis noſtris conſtitutis, & in futurum conſtituen. firmis damus in conmisſis; quatinus dictos noſtros Jobagiones contra noſtræ libertatis & annuentiæ formam in nullo impedire, aut impediri facere præſumatis quovis exquiſito colore. Datum in Athya. Sabbatho proximo ad feſtum Beati Michaëlis Archangeli Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo ſeptuageſimo ſecundo.

Nos igitur humilibus ſupplicationibus præfatorum Blaſy & Benedicti noſtræ modo quo ſupra porrectis Majeſtati, Regia benignitate exauditis clementer & admiſis præſcriptas Litteras dicti condam Mathyus Bani, non abraſas nec ſuſpectas præſentibus Litteris noſtris privilegialibus de verbo ad verbum ſine diminutione & augmento aliquali inſertas easdem quo ad omnes earum continen. clauſulas & Articulos eatenus quatenus eædem rite & legitime exiſtunt emanatæ ratas, gratas, & acceptas haben. præmiſſæ libertationi, aliisque omnibus & ſingulis in tenore dictarum Litterarum conten. noſtrum Regium conſenſum præbuimus & præbemus decernen. ipsos illa libertate futuris ſemper ſucceſſivis temporibus uti, frui, & gaudere. In cujus rei memoriam præſentes litteras noſtras penden. ſigilli noſtri munimine roboratas præfatæ poſſeſioni noſtræ, & ejus incolis duximus conceden. Datum Budæ feria quinta proxima poſt feſtum viſitationis Beatæ Mariæ Virginis. Anno Domini Milleſimo &c.

107. *Remissionalis.*

Mathias &c. Fidelibus noſtris Circumſpectis Judici &c. Salutem & gratiam. Noveritis quod Blaſio Litterato de T. pro Circumſpecto Ladislao de T. Actore cum procuratoriis Litteris noſtris ab una ac Michaëli Litterato de T. pro circumſpecto Martino Parvo ſimiliter cum Procuratoriis Litteris noſtris ab alia partibus Tricesimo ſecundo die feſti beati Bartholomæi Apoſtoli proxime præteriti coram noſtra perſonali præſentia conſtitut. Idem Blaſius Litteratus Procurator & nomine Procuratorio exhibuit & præſentavit coram eadem noſtra præſentia quasdam Litteras veſtras, Sigillo veſtro conſignatas & clauſas proceſſum cauſæ & cauſarum inter præfatos Ladislaum & Martinum coram vobis ſuſcitatar. ac ventilatarum, & veſtro Judicio ac

Sententia

Digitized by Google

Sententia diffinitiva veſtra finaliter determinatarum continen. & in noſtram perſonalem præſentiam per viam appellationis deductarum. Quem quidem proceſſum & Judicium, ac Sententiam nos una cum Magiſtris Prothonotariis noſtris aperien. & cum bona maturitate diſcutien. reperimus quod vos bonum & rectum Judicium partes inter præfatas feciſtis, ac juſtam & rationabilem Sententiam protuliſtis, ſicque pronunciavimus per vos bene sententiatum, & per alterum partem male appellatum. Ideo eandem Cauſam in veſtram rurſus remiſimus præſentiam, & remittimus per præſentes. Mandamus fidelitati veſtræ, quatinus eandem veſtram Sententiam debitæ executioni demandare debeatis & teneamini. Secus non facturi. Præſentibus perlectis Exhibenti reſtitutis. Datum Budæ, quarto die termini prænotati. Anno &c.

Commissio propria Domini Regis.

108. *Cum Antiqua.*

Mathias Dei Gratia Hungariæ Bohemiæ &c. Rex. Duxque Auſtriæ. Fidelibus noſtris univerſis & ſingulis, Prælatis, Baronibus, Comitibus, Caſtellanis, Nobilibus eorumque officialibus. Item Civitatibus, Oppidis, & villis earumque Rectoribus, Judicibus, & Villicis quibus præſentes oſtenduntur Salutem & gratiam. Cum tam ex antiqua lege Regni noſtri, quam etiam contenta generalis novi Decreti Juſti pro injuſtis, & innoxii pro reorum exceſſibus non debeant aliquatenus impediri. Fidelitati igitur veſtræ harum ſerie firmiter mandamus, quatinus dum & quando, ac quotienscunque fidelis noſter Circumſpectus T. Civis Civitatis noſtræ T. aut homines ſeu familiares ejusdem præſentium Exhibitores pro victualium ſuorum neceſſaria acquiſitione diverſa Climata Regni noſtri perluſtran. cum Rebus & mercibus ejusdem ad veſtras terras, tenutas, poſſeſſiones, honores, & officiolatus, ac veſtri in medium pervenerint, extunc eundem, ejusdemque homines & familiares prætactos, ad quorumvis inſtantiam in perſonis judicare, vel veſtro aſtare judicatui, Resque & quævis bona mercimonialia ejusdem T. areſtare, ſeu prohiberi facere nequaquam præſumatis, nec ſitis auſi modo aliquali. Signanter vero pro debitis, delictis, ſeu excesſibus aliorum. Si qui enim quitquam Actionis, vel quæſtionis contra annotatum T. hominesque & familiares ejusdem prænotatos habent, vel habuerint, hi id in præſentia Judicis & Juratorum Civium dictæ Civitatis noſtræ T. legitime proſequantur ex parte cujus ipſi omni contra eum querulanti meri Juris & juſtitiæ ac debitæ Satisfactionis conplementum exhibebunt, prout dictabit Ordo Juris. Ubi autem quipiam ex vobis ſecus in præmiſſis facere attemptaverit, extunc ſerie præſentium committimus fidelibus noſtris Comitibus, vel Vice-Comitibus & Judlium illorum Comitatuum in quibus forſitan

Digitized by Google

hujusmodi mandata noſtra non obſervarentur, ut ipſi ſcita prius præmiſſorum mera veritate vos & quemlibet veſtrum ad præmiſſa facien. & obſervan. non ſine veſtris dampnis & gravaminibus in talibus fieri ſolitis arcius conpellant & aſtringant auctoritate noſtra Regia præſentibus ipſis in hac parte attributa & juſſitia median. Secus ergo non facturi. Præſentes autem poſt earum lecturam ubique reddi jubemus præſentanti. Datum Budæ feria quinta proxima in profeſto exaltationis Sanctæ Crucis. Anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo Octuageſimo Septimo.

109. Nos Capitulum &c. Quod T. de T. in ſua, nec non Nobilis T. de T. ac T. & T. Filii Dominæ T. Filiæ T. Conſortis ſcilicet ipſius T. & Laurentii Filii ejusdem ex ipſa Domina T. procreati perſonis per modum proteſtationis coram nobis ſignificarunt &c. Quomodo præfatus T. una cum T. & T. filiis condam T. de T. quandam diſpoſitionem, nec non Contractum feciſſet median. quibus totales portiones ſuas poſſeſſionarias in dicta poſſeſſione T. nec non T. in Pilifien. ac T. in Tholnen. Comitatibus, nec non oppido Vaſarhel & diſtrictu ejusdem habitas eisdem faſſus extitiſſet, & ab eisdem proteſtan. alienare niteretur. In præjudicium &c. Unde &c. Prohibuit præfatum T. a talismodi faſſione facta vel fien. Antefatos autem T. & T. ab occupatione &c. Datum &c. 1477.

110. *Proteſtatoria cum Inhibitione.*

Nos &c. memoriæ &c. quod Stephanus de T. in perſonis T. & T. de T. noſtram veniens in præſentiam per modum proteſtationis nobis ſignificare curavit in hunc modum: quomodo Nicolaus & Johannes Filii condam Bani de Lindva poſſeſſiones ipſorum T. & T. vocatas in Comitatu de Zaránd exiſten. habitas a Serenisſimo Principe Domino Mathia Dei gratia Rege Hungariæ, Bohemiæ &c. Domino noſtro gratioſo ſub quibusdam titulis ſibi ipſis impetraſſent in præjudicium eorundem Jurisque derogamen, unde facta hujusmodi proteſtatione præfatus Stephanus nominibus & in perſonis quibus ſupra annotatum Dominum noſtrum Regem a Donatione & collatione prætactos autem T. & T. ac alios quoslibet ab impetratione occupationeque & detentione ſeque quovis quæſito colore in dominium earundem intromiſſione & ſibi ipſis ſtatui factione uſufructuum & quarumlibet utilitatum earundem percepcione ſeu percipi factione qualitercunque factis vel fiendis publice & manifeſte prohibuit coram nobis teſtimonio præſentium median. Datum feria quarta &c. Anno 1477.

Digitized by Google

111. *Protestatoria.*

Nos &c. memoriæ commendamus. Quod Valentinus de T. in fua nec non Georgii de eadem perſonis noſtram venien. in præſentiam per modum proteſtationis nobis ſignificare curavit in hunc modum: Quod licet ipſe & dictus Georgius de T. juxta continent. literarum Magnifici Domini Michaelis Orſzág de Guth Regni Hungariæ Palatini & Judicis Cumanorum faſſionalium & obligatoriarum inter ipſos proteſtan. ab una ac Ladislaum de T. & Blaſium de T. ab altera partibus in facto totalium poſſeſſionum Levely T. & T. vocatarum in Simigien. & aliarum poſſeſſionum in Alben. Comitatibus habitarum ac aliorum negotiorum in ipſis Litteris Palatinalibus ſpecificatorum emanatarum in feſto Beati Lucæ Evangeliſtæ proxime præterito Budæ coram Magiſtris Prothonotariis ac Probis & Nobilibus viris æqualiter eligen. univerſas Litteras, & Litteraria iposrum inſtrumenta factum dictarum poſſeſſionum tangen. & concernen. deponere & exhibere, ac alia omnia in ipſis Litteris Palatinalibus contenta facien. prompti fuiſſent & parati. Tamen iidem Ladislaus de T. & Blaſius de T. omnia in ipſis Litteris Palatinalibus contenta facere neglexiſſent, ſe in vinculis & obligaminibus litteris in eisdem contentis convinci & aggravari permitten. Qua proteſtatione facta idem Valentinus de T. præſentes Litteras noſtras ſibi dari debita cum inſtantia poſtulavit, quas eidem duximus conceden. communi juſtitia ſvaden. Datum tertia die Feſti Beati Lucæ Evangeliſtæ prædicto Anno 1476.

112. *Procuratoria valde pulcra.*

Nos &c. memoriæ commendamus quod honorabilis Dominus Michael de Herczeg Zántho ſocius & Concanonius noſter ac Canonicus Eccleſiæ Alben. Tranſylvanæ in medio noſtri perſonaliter conſtitutus in omnibus cauſis ſuis & earum articulis; & ſignanter ad acceptan. pro eo & ejus nomine quodlibet beneficium Eccleſiaſticum curatum & non curatum in dicta Eccleſia Alben. nec non fructus, redditus, proventus, Jura obventiones, & emolumenta quæcunque eorundem beneficiorum quomodolibet provenientium a quibuscunque debentibus peten. exigen. levan. & excipien. arendan. locan. & dislocan. ac de receptis quittan. & pactum de ſolut. ulterius non peten. facien. neceſſarium juramentum in animam ipſius Domini conſtituen. præſtan. & generaliter omnia alia & ſingula facien. geren. exercen. procuran. quæ in præmiſſis & circa ea neceſſaria fuerint quomodolibet ſeu opportunum, & quæ ipſemet Dominus conſtituens faceret ſeu facere poſſet, ſi in præmiſſis perſonaliter intereſſet; etiam ſi talia forent, quæ mandatum exigerent ſpeciale, quam præſentibus eſt expreſſum, tam per ipſum contra alios, quam per ipſum quospiam con-

Digitized by Google

tra ipſum in quibuslibet terminis coram quovis Judice motis, vel movendis Honorabiles & discretos Magiſtrum Andream de T. Canonicum dictæ Eccleſiæ Alben. Tranſylvanæ Stephanum de T. & Georgium de eadem Capellanos Valentinum & alterum Valentinum Litteratos de T. fecit, conſtituit & ordinavit ſuos veros & legitimos Procuratores Actores, factores, & N gociorum ſuorum geſtorum cum poteſtate ſubſtituen. unum vel plures Procuratorem, ſeu Procuratores, eundemque, vel eosdem revocan. & onus hujusmodi procurationis in ſe reaſſummen. totiens quotiens opus fuerit, & neceſſe ratum, gratum atque firmum ſe promitten. habitur. quitquid per dictos ſuos Procuratores ſive ſubſtitutum vel ſubſtitutos ab eis conjunctim vel diviſim exhibitor. videlicet ac Exhibitor. præſentium actum factum & procuratum fuerit in cauſis ſuis univerſis ſub obligamine & Ipotheca bonorum ſuorum mobilium & immobilium præſentium & futurorum. Datum in feſto T. &c. Anno 1477.

113. *Proteſtatoria.*

Nos &c. memoriæ conmen. Quod Nicolaus de T. in perſonis Ladislai & Michaëlis de T. Serenisſimum Principem Dominum Mathiam Dei gratia Regem Hungariæ, Bohemiæ &c. Dominum noſtrum Gratioſum a donatione & collatione poſſeſſionis T. nec non *possessionum* (portionum) poſſeſſionariarum in Poſſeſſionibus T. & T. vocatarum in Comitatu de Zabolch exiſten. habitarum. Gregorium vero de Thurocz & alios quoslibet ab impetratione, occupationeque & detentione, ſeque quovis quæſito colore in dominium earundem intromiſſione ſibi ipſis ſtatui factione uſufructuum & quarumlibet utilitatum perceptione ſeu percipi factione. Quoslibet etiam Conventus & Capitula ab extradatione Litterarum Statutoriarum ſuperinde emanandarum, ſeu emanatarum qualitercunque factis, vel fien. publice & manifeſte prohibuit coram nobis teſtimonio præſentium median. Datum.

114. *Resignatio Portionis Possessionariæ.*

Nos &c. memoriæ &c. Quod T. & T. de T. coram nobis perſonaliter conſtituti propoſuerunt & ſponte ſunt confeſſi in hunc modum: Quod quamvis ipſi hactenus totales Portiones poſſeſſionarias Nobilium Dominarum Elenæ Petri, & Margarethæ Michaëlis T. Conſortum, filiarum videlicet condam T. de eadem fratris eorundem T. & T. in eadem T. in Comitatu Alben. Sedis Solth exiſten. habitas de voluntate earundem Dominarum nomine Tutoris tenuiſſet, & conſervaſſet. Tamen quia nunc ipſæ Dominæ Elena & Margaretha easdem portiones ipſorum poſſeſſionarias ab eisdem rehabere voluiſſent, & repetiviſſent. Ideo ipſi easdem portiones poſſeſſionarias, totalem videlicet portionem annotati condam T. patris ipſorum ſimul cum cun-

Digitized by Google

ctis ipſarum utilitatibus & pertinentiis quibuslibet, terris ſcilicet arabilibus, cultis & incultis, agris pratis ſilvis, nemoribus, aquis, & generaliter quarumlibet utilitatum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, ad eandem de jure ſpectantibus, & pertinere debentibus eisdem Dominabus remiſiſſent, & reſignaſſent, manusque ipſorum & ſuorum quorumlibet de eadem excepiſſent, imo remiſerunt reſignaverunt & exceperunt coram nobis, harum noſtrarum teſtimonio litterarum median. Datum &c. 1477.

115. *Expeditoria.*

Nos &c. memoriæ conmen. Quod quia Spectabilis & Magnificus Dominus Emericus de Zapalya Comes Terræ Scepuſien. juxta teſtamentariam diſpotionem condam Emerici de Salánk huic Eccleſiæ noſtræ factam Mille & Centum florenos auri promptis cum pecuniis pro totali ſatisfactione nobis effective perſolvit. Ideo nos eundem Dominum Comitem ſuper hujusmodi ſolutione quittum conmiſimus, & expeditum reddidimus ac poſſeſſionem Ujfalu in Comitatu T. exiſtentem habitam, per ipſum in quadam certa ſumma flor. auri nobis & Eccleſiæ noſtræ impignoratam eidem remiſimus, & reſignavimus, manusque noſtras, & noſtrorum quorumlibet de eadem excepimus. Immo reddimus & conmittimus, ac reſignamus, manusque noſtras, & noſtrorum quorumlibet de eadem excipimus, harum noſtrarum teſtimonio litterarum median. Datum.

116. *Restatutoria.*

Serenisſimo Principi Domino Mathiæ Dei gratia Regi Hungariæ Bohemiæ &c. Domino ipſorum gratioſo. Capitulum Eccleſiæ Buden. Orationum ſuffragia devotarum veſtra noverit Serenitas nos Litteras veſtras adjudicatorias modum & formam veſtræ judiciariæ deliberationis ſuper quadam poſſeſſionaria reſtatutione per veſtrum, & noſtrum homines fien. pro parte Nicolai & Stephani de Sarosd & Nobili Dominæ T. vocatæ Relictæ condam T. de T. contra Demetrium de T. emanatos ſumpma cum reverentia recepiſſe, & juxta earundem continen. una cum Andrea de T. prædicto homine veſtro, de Curia veſtra Regia ad id ſpecialiter transmiſſo noſtrum hominem videlicet Honorabilem Magiſtrum T. de T. Socium & Concanonicum noſtrum ad præmiſſam Reſtatution. facien. noſtro pro teſtimonio fide dignum duximus deſtinan. Tandem iidem exinde ad nos reverſi nobis conformiter retulerunt: quod ipſi in feſto Beati Mathiæ Apoſtoli proxime præterito ad facies jurium portionumque poſſeſſionariarum prædictarum Stephanum & Nicolaum de T. in poſſeſſionibus prædict. nec non Zekel vocat. & prædio T. in Comitatu Zaldien. exiſten. habitis, vigore Sententiæ veſtræ per annotatum Demetrium de T. contra eos-

Digitized by Google

dem Actores reportatæ vobis & dicto Demetrio de T. in Cauſam attracto ſtatutar. vicinis & commetaneis earundem univerſis inibi legitime convocatis. Et præſertim Valentino de T. & Nicolao de eadem in perſona Magnifici Job de Gara, Petro de T. in perſona Egregii Georgii Swanpek, Georgio de T. in perſona Fratrum Heremitarum Clauſtri Mariæ Magdalenæ de T. præſentibus acceden. reſtatuiſſent easdem eisdem Stephano & Nicolao Actoribus, ſimul cum cunctis utilitatibus ipſarum & pertinentiis quibuslibet Jure priſtino eisdem incumbenti perpetue posſiden. tenen. & haben. Contradictione præfati Demetrii & aliorum quorumlibet ratione prævia non obſtan. Seriem itaque præmiſſorum uti nobis recitata extiter. Ad Triceſimum ſecundum diem diei Executionis factæ eidem veſtræ perſonali præſentiæ fideliter duximus reſcriben. Datum Sexto decimo die diei Reſtatutionis prænotatæ. Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo Septuageſimo Septimo.

117. *Prohibitoria.*

Nos &c. memoriæ commendamus, Quod T. de T. in perſona T. de T. noſtram veniens in præſentiam Thomam de T. ab occupatione, & ulteriori detentione terræ ſeu prædii T. vocatæ intra metas poſſeſſionis T. prædictæ in Comitatu Veſzpremien. exiſten. habitæ, ſeque quovis quæſito colore in dominium ejusdem intromiſſione, uſu fructuum, & quarumlibet utilitatum perceprione ſeu percipiſactione qualitercunque factis, vel fien. publice & manifeſte prohibuit coram nobis teſtimonio præſentium median.

118. *Proteſtatoria cum Inhibitione.*

Quod T. de T. in perſonis Egregiorum T. & T. de T. noſtram veniens in præſentiam per modum proteſtationis & prohibitionis nobis ſignificare curavit in hunc modum: quod quamvis pridem Sereniſſimus Princeps Dominus Mathias Dei gratia Rex Hungariæ Bohemiæ &c. Dominus noſter gratioſus, quasdem Poſſeſſionem T. nec non portiones poſſeſſionarias in poſſeſſionibus T. & T. vocatis in Comitatu de Bodrog exiſten. habitas, præfat. T. & T. pro fidelibus ſervitiis ipſorum dederit & contulerit. Tamen nunc prout ipſe percepiſſet Magnifici T. & T. de T. a præfato Domino noſtro Rege ſibi ipſis impetraſſent in præjudicium eorundem Jurisque derogamen. Unde facta hujusmodi proteſtatione præfatus T. nominibus & in perſonis, quibus ſupra præfatum Dominum noſtrum Regem a donatione & collatione, Antefatos autem T. & T. & alios quoslibet ab impetratione, occupationeque & detentione, ſeque quovis quæſito colore &c. &c. teſtimonio præſentium median. &c. Datum.

Digitized by Google

119. *Libertatio Vinearum.*

Nos &c. memoriæ &c. quod nos communi conſenſu quandam Vineam Circumſpecti T. de Superioribus calidis aquis Buden. in promontorio Vinearum Civitatis noſtræ Veteris buden. habitam per Spatia octo annorum poſt ſe ſe immediate ſequen. a ſolutione Chibrionum ſeu vinearum nobis provenien. eximimus & ſupportavimus, immo eximemus & ſupportamus harum noſtrarum teſtimonio litterarum median. Datum feria ſecunda &c. Anno &c. 1477.

120. *Impignoratoria.*

Quod Laurentius de T. coram nobis perſonaliter conſtitutus, ſponte confeſſus eſt in hunc modum: quomodo ipſe alias evitan. ſuis negotiis a Nobili T. filio T. de T. duos flor. auri mutuo, & ſub ſpe reſtitutionis recepiſſet, & habuiſſet, pro quibus quidem duobus flor. auri quandam ſilvam ſuam intra metas ejusdem Poſſeſſionis T. in loco T. habitam & unum Juger terre Zewlews nominatum in territorio ejusdem poſſeſſionis T. habitum eidem T. pignore obligaſſet, nunc-que cogente neceſsitate ſua ad eandem ſilvam & dictum Juger terræ Zewlews rurſus & iterum duos flor. auri recepiſſet & habuiſſet. Ob hoc ipſe eandem ſylvam & dictum Juger terræ tam pro præmiſſis priſtinis duobus flor. auri, quam pro eisdem modernis duobus flor. usque tempus redemptionis earundem pignori obligaſſet, immo obligavit coram nobis aſſummen. nihilominus præfatus T. antefatum T. filium T. usque præmiſſum tempus redemptionis in pacifico dominio earundem contra quoslibet impetitores meri protegere & confervare propriis ſuis laboribus & expenſis teſtimonio præſentium median. Datum &c. Anno &c.

121. *Donatio dotum & Rerum paraffernalium, ac Resignatio.*

Nos &c. memoriæ conmendamus tenore præſentium ſignifican. quibus expedit univerſis; quod Nobilis Domina Anna vocata Relicta condam Johannis de Magh coram nobis perſonaliter conſtituta propoſuit & ſponte confeſſa eſt in hunc modum: quod quia Demetrius de T. Zabach de descenſu ejusdem ab eo tempore quo ipſe nobilem Dominam Eliſabeth vocatam filiam ejusdem Ritu Romanæ Sanctæ Matris Eccleſiæ in conjugem ſuam recepiſſet, & tandem deſponſaſſet ipſam Dominam Annam ſemper pie & favorabiliter pertractaſſet, eidemque in cunctis ſuis neceſsitatibus filiali favore aſſuiſſet & ſubveniſſet. Ideo ipſa bona & matura deliberatione in ſe præhabita dotes ſuas & Res paraffernales de portionibus poſſeſſionariis prætacti condam Johannis de T. in poſſeſſionibus T. & T. vocatis in Comitatu Zolnok mediocri exiſtentibus juxta Regni conſuedinem eidem prove-

Digitized by Google

nire deben. simul cum cunctis juribus possessionariis suis in eisdem possessionibus T. & T. habitis præfato Demetrio sponso & Dominæ N. filiæ ejusdem dedisset donasset & ascripsisset, immo dedit donavit & ascripsit coram nobis. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam præsentes Litteras nostras privilegiales pendenti Sigillo nostro consignatas duximus conceden. Datum feria quinta proxima &c. Anno &c. LXXmo VIIo.

122. *Super Arbitrativa dispositione.*

Nos &c. Memoriæ commendamus tenore præsentium significan. &c. Quod nos Litteras Serenissimi Principis Domini Mathiæ Dei gratia Regis Hungariæ Bohemiæ &c. Domini Nostri Gratiosi, Nobilibus Paulo de Magh Thomæ de eadem, nec non altero Thomæ de Apagh Litteratis ac Lucæ de T. præceptorie loquen. Super quadam Arbitrativa dispositione & Compositione inter Circumspectos Petrum filium Ladisl. Johannem de Magh & alterum Petrum de T. Judices & Juratos Cives Oppidi Regalis Kevi ac totam communitatem Rasianorum ejusdem Oppidi Kevi ab una, ac Petrum Stephanum & Demetrium Képyro, nec non alterum Petrum Halaz & Paulum filium ejusdem in jam dicto Oppido Kevi residen. partibus ab altera per eosdem Nobiles factas sumpma cum reverentia recepimus in hæc verba: Mathias Dei &c.

Juxta quarum continen. Præfati Paulus & Thomas de Magh, alter Thomas de Apagh Litterati, ac Lucas de T. in festo Beati Georgii Martyris proxime præterito tertio scilicet die præfatarum Litterarum Regalium ipsis Nobilibus factæ in nostram acceden. Præsentiam ad fidem eorum Deo debitam, fidelitatemque præfato Domino Regi, & Sacro suo Regio Diademati observan. seriem præfatæ arbitrativæ dispositionis seu compositionis hoc modo factam fore retulissent. Quod cum partes inter prædictas ratione negotiatorum infrascriptorum nonnullæ differentiæ & discordiæ motæ & subortæ fuissent, ac eædem partes se fide ipsorum median. arbitrativæ conpositioni & dispositioni eorundem Nobilium submisissent. Tunc ipsi feria sexta proxima ante Dominicam Judica proxime præterita, hanc dispositionem partes inter easdem fecissent: Quod Carnifices in dicto Oppido Kevi conmoran. pro tempore existen. Macella ipsorum in terra communi constructa personis extraneis vendere minime possint, nisi prius Judicibus, aut communitati ejusdem Oppidi etiam ædificia duntaxat ipsorum Macellorum, & non terras seu loca eorundem præterea semper perpetuis futuris temporibus, si non in omnibus, saltem in uno Macello Carnes bovinas juxta limitationem præfatorum Judicum vendere teneantur, & deficere non permittant. Ceterum quando boves mactare

ctare voluerint, extunc per medium diem circa flatuam penes Danubium figend. conligatum tenere debeant, & sic tandem mactare posint. Et quod Oves, agnellos lactan. mactare non debeant, sed pingues, & bonas. Demum autem, quod etiam Carnifices extranei, seu forenses diebus Sabbatis in ipso oppido similiter juxta limitationem eorundem Judicum carnes vendere posint. Ita tamen quod ipsi Carnifices extranei hujusmodi carnes cum cutibus, seu pellibus nec non cornibus & auribus importare teneantur. Tandem quaslibet differentias, rixas & discordias partes inter easdem ratione prævia exortas sopiri & condescendi fecissent talimodo, quod ipsi Carnifices Sabbato die immediate sequen. antefatos Judices & totam Communitatem ejusdem Oppidi Kewy de & super Injuriis per ipsos Carnifices eisdem illatis complacare, ac tandem feria secunda proxima similiter immediate sequen. eisdem Judicibus & Cummunitati pro expensis in emanatione litterarum factis octo flor. Auri dare & solvere, & in eadem feria secunda ambæ partes coram personali præsentia Regiæ Majestatis super præmissa dispositione ipsorum mutuo fasiones facere teneantur. Ad quæ præmissa partes antedictæ se eorum ipsis fide ipsorum median. obligassent tali vinculo obligaminis median. quod si qua partium hujusmodi dispositionem ipsorum infringeret: extunc talis pars, contra partem alteram in quinquaginta Marcis gravis ponderis conveneatur, & side fragus habeatur. In cujus rei memoriam, firmitatemque perpetuam præsentes litteras nostras privilegiales pendenti sigillo nostro consignatas ad fasionem eorundem Nobilium duximus concedendum. Datum &c.

123. *Obligamen.*

Nos &c. memoriæ commen. Quod Egregius Michaël filius condam Francisci de Chák onera, & quælibet gravamina Francisci & Benedicti de Eadem Chák fratrum suorum super se recipien. coram nobis personaliter constitutus proposuit, & sponte confessus est in hunc modum: Quod quamvis pridem Serenissimus Princeps Dominus Rex Mathias, Dei gratia Rex Hungariæ, Bohemiæ &c. Dominus noster gratiosus, ad simplicem querelam in persona Honorabilis Capituli Ecclesiæ Varad. in negotio exactionis Tributi eorundem Francisci & Benedicti in Possesione ipsorum Barócz vocata exigi soliti contra eosdem Franciscum & Benedictum factam universa bona eorundem Francisci & Benedicti pro sua Serenitate occupari fecerit; tamen nunc idem Dominus noster Rex Regia benignitate & clementia ductus, præmissum negotium adjudicatione & finali decisioni Magistrorum Prothonotariorum tali modo commisisset, ut quitquid iidem Magistri Prothonotarii in præsentibus Octavis festi Beati Georgii Martyris absque prorogatione ulteriori ordine Juris facerent & adjudicarent, id iidem

Digitized by Google

Franciſcus & Benedictus acceptare & ſecundum Judiciariam Commiſſionem eorundem Magiſtrorum Prothonotariorum dicto Capitulo Várad. plenariam ſatisfactionem impendere deberent, & tenerentur: ideo ipſe ſuo ac eorundem Franciſci & Benedicti fratrum ſuorum perſonis id aſſumpſiſſet, prout aſſumpſit coram nobis, quod ſi antefati Franciſcus & Benedictus ad prædictas Octavas feſti Beati Georgii Martyris per ſe aut per ipſorum legitimos Procuratores non comparerent, aut adjudicationem eorundem Magiſtrorum Prothonotariorum acceptare, ac ſatisfactionem ipſi Capitulo juxta Judiciariam Commiſſionem eorundem Magiſtrorum Prothonotariorum facere nollent, non poſſent, aut non curarent; extunc idem Capitulum penes præmiſſam Judiciariam Commiſſionem antefatorum Magiſtrorum Prothonotariorum, Bona, ſeu poſſeſſiones & portiones poſſeſſionarias ejusdem Michaëlis occupare & tamdiu conſervare donec & quousque eidem Capitulo ex parte eorundem Franciſci & Benedicti ſatisfactum fuerit, habeat poteſtatis facultatem. Ad quæ ipſe Michaël ſe perſonali ſua Aſtan. ſponte obligavit harum noſtrarum teſtimonio litterarum median. Datum feria tertia proxima ante feſtum Aſcenſionis Domini. 1477.

124. *Donatio medietat. Sessionis.*

Nos Ladislaus Præpoſitus, & Canonicus Eccleſiæ &c. memoriæ commendamus tenore præſentium ſignifican. Quod nos ad beneficia illa, quæ nobis T. in eo, quod hereditates ſuas in Poſſeſſione T. in Comitatu T. exiſten. prope poſſeſſionem noſtram Beky vocatam habitas nobis & Eccleſiæ noſtræ contulit, debitum habentes reſpectum ne ſcilicet eum in alienis vagari contingat bonis medietatem unius Seſſionis Jobagionalis in poſſeſſione noſtra T. in platea T. Simul cum &c. eidem Thomæ de Chan in perpetuum dedimus & contulimus, immo damus & conferimus, aſſumimusque eundem Thomam & ejusdem heredes in pacifico dominio mediet. antedictæ Seſſionis conſervare, In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam præſentes litteras noſtras privilegiales pendenti Sigillo noſtro conſignatas duximus conceden. Datum &c.

125. *Revisio Aetatis.*

Nos &c. memoriæ commen. Quod Michaël de Peſtthyen noſtram veniens in præſentiam, adducens ſecum Gregorium Filium ſuum puerum in tenera ætate conſtitutum peten. nos debita cum Inſtan. ut reviſa ætate ipſius Gregorii Literas noſtras ſuperinde dare & concedere dignaremur. Qui quidem Gregorius uti viſu conſiderare & animo metiri poterat puer novem annorum eſſe & exiſtere

Digitized by Google

apparebat. In cujus teſtimonium præſentes litteras noſtras duximus conceden. Datum &c. 1477.

126. *Prohibitio.*

Nos &c. memoriæ commen. Quod Albertus T. de T. in ſua nec non Nobilis Dominæ. N. Relictæ condam Johannis de Naghpo noſtram veniens in præſentiam, Sereniſſimum Principem Dominum Mathiam &c. Dominum noſtrum gratioſum. a donatione & collatione directarum & æqualium medietatum poſſeſſionum Naghpo prædict. & Kyſpo vocatarum, ac prædiorum ad eosdem pertinen. in Comitatu Zolnok exteriori exiſten. habitarum ipſos Jure Succeſſorio concernen. Ladislaum vero Fychor de Chula & alios quoslibet ab impetratione occupatione & detentione, ſeque quovis quæſito colore in dominium earundem intromiſſione, & ſibi ipſis ſtatuifactione, uſufructuum & quarumlibet &c.

127. *Impignoratoria.*

Nos &c. Memoriæ commendamus. Quod Gregorius Balaſy de Mezewgyan, coram nobis perſonaliter conſtitutus ſponte &c. Quomodo ipſe pro quibusdam ſuis neceſſitatibus ipſum ad præſens urgentibus evitan. totales portiones ſuas poſſeſſionarias in poſſeſſionibus T. & T. vocat. omnino in Comitatu Bihorien. exiſten. habitas, eidem per certos Nobiles in quadraginta flor. auri puri Hungaricalibus inpignoratas, ſimul cum cunctis earundem utilitatibus & pertinentiis quibuslibet omni eo Jure quo apud ipſum exiſterent Demetrio ſimiliter Balaſi pro totidem quadraginta flor. auri usque tempus redemptionis earundem pignori obligaſſet. Immo obligavit coram nobis aſſumen. nichilominus præfatus Gregorius antefatum Demetrium in pacifico Dominio earundem usque præmiſſum tempus redemptionis contra quoslibet illegitimos impetitores tueri protegere & conſervare propriis ſuis laboribus & expenſis harum noſtrarum teſtimonio litterarum &c.

128. *Prohibitoria.*

Nos &c. memoriæ &c. Quod Stephanus Zayli de Halaztelek in ſua nec non Franciſci & Andreæ filiorum, ac Nobilium Dominarum Apolloniæ Elenæ, & Elizabeth vocatarum ſororum ſuorum perſonis noſtram venien. in præſentiam, Sereniſſimum Principem Dominum Mathiam Dei gratia &c. a donatione & collatione portionum poſſeſſionariarum condam Gregorii Paſar de Bala in Poſſeſſionibus Bala prædicta, nec non Zenthmyclos T. & T. ac prædio T. partim in Heveſien. & partim in Zolnok exteriori exiſtentibus habitarum Ipſos proteſtan. Jure ſucceſſorio concernen. Ladislaum

Digitized by Google

vero Fiſchor & alios quoslibet ab impetratione occupationeque & detentione, ſeque quovis quæſito colore in dominium earundem intromisſione, & ſibi ipſi ſtatuifactione, uſufructuum, & quarumlibet utilitatum earundem perceptione, ſeu percipifactione qualiter cunque factis, vel fien. publice & manifeſte prohibet coram nobis teſtimonio præſentium median. Datum 1477.

129. *Impignoratoria.*

Nos &c. memoriæ commen. &c. quod T. de T. coram nobis &c. Quomodo ipſe pro quibusdam &c. Totales portiones ſuas poſſeſſionarias in Poſſeſſionibus T. & T. vocat. omnino in Comitatu T. exiſten. habitas eidem per certos nobiles in quadraginta flor. auri puri Hungaricalibus inpignoratas ſimul cum cunctis utilitatibus earundem & pertinentiis quibuslibet omni eo Jure, quo apud ipſum exiſterent Demetrio de T. pro totidem quadraginta flor. auri usque tempus redemptionis earundem pignori obligaſſet, immo &c. aſſummen. nichilominus præfatus T. antefatum Demetrium in pacifico dominio earundem usque præmiſſum tempus redemptionis earundem contra quoslibet illegitimos impetitores tueri, protegere &c. Datum.

130. *Impignoratoria.*

Memoriæ commendamus per præſentes, quod nobilis Domina Elena vocata Consors Egregii Sebaſtiani de Sap Proviſoris Curiæ Nandor albenſis Filia videlicet nobilis Emerici filii Ladislai filii Lorandi de Palocha coram nobis perſonaliter &c. Quodquia Egregius Andreas de dicta Sap Frater carnalis dicti Sebaſtiani marti ſui ad profecutiones Cauſarum & rectificationem poſſeſſionum T. & T. vocatarum in Comitatu T. exiſtentium ipſam tum Jure naturæ tum vero pia collatione Regia perpetuo Jure concernen. ſuperioribus annis ab alienis manibus gravisſimis litibus & ſudoroſis laboribus reoptentarum plusquam ſexingentos floren. auri puri ſuos ſcilicet proprios expoſuiſſet, nolens igitur ipſa ingratitudinis vitio criminari, quin vel debitum contractum redderet, totales portiones ſuas poſſeſſionarias in prætactis poſſeſſionibus T. & T. habitas ſimul cum cunctis ſuis utilitatibus & pertinentiis quibuslibet terris ſcilicet arabilibus &c. Et generaliter quarumlibet &c. ad easdem portiones ſuas poſſeſſionarias de Jure ſpectan. & pertinere deben. præfato Andreæ de Sap pro antedictis ſexingentis florenis auri pignori obligaſſet usque tempus redemptionis earundem posſiden. immo obligavit &c. Aſſummens eundem Andream in pacifico dominio ipſarum portionum poſſeſſionariarum usque præmiſſum tempus redemptionis earundem contra quoslibet &c.

Digitized by Google

131. *Proteſtatoria facie ad faciem.*

Nos &c. memoriæ &c. Quod Franciscus filius Ladislai filii condam Nicolai Filii Blaſii de Gyarmath in ſua, nec non Bernardi fratris, ac Elizabeth Barbaræ, & Katherinæ Sororum Carnalium perſonis noſtram venien. in præſentiam per modum proteſtationis nobis ſignificare curavit in hunc modum: Quomodo Ladislaus pater ejusdem oneribus eorundem proteſtantium in ſe aſſumptis medietates poſſionum Gyarmath prædictæ in Neugrad nec non T. & T. in Honthen. Comitatibus. exiſten. habitarum, nec non domum & Curiam Egregii Sigismundi filii dicti condam Nicolai filii Blaſii de anteſata Gyarmath in facie ejusdem poſſeſionis Gyarmath habitas portiones ſcilicet poſſeſionarias Egregii Sigismundi Nobili Dominæ Katherinæ conſorti ejusdem Sigismundi ſub quibusdam titulis & Conditionibus coram Conventu de Sag dediſſet & inſcripſiſſet, in præjudicium eorundem Jurisque derogamen valde magnum, unde facta hujusmodi proteſtatione præfatus Franciſcus nominibus & in perſonis quibus ſupra præfatum Ladislaum Patrem ſuum coram nobis facie ad faciem perſonaliter repertum a datione &] inſcriptione præfatam quoque Dominam Katherinam conſortem anteſati Sigismundi tanquam abſen. a receptione occupationeque & detentione, ſeque quovis quæſito colore in &c.

132. *Impignoratoria.*

Nos &c. memoriæ &c. quod Fabianus & T. de T. coram nobis perſonaliter &c. quomodo ipſi pro quibusdam necesſitatibus ipſorum &c. Quasdam tres Sesſiones ipſorum Jobagionales, in quarum prima Petrus Petheu in ſecunda Thomas & in tertia Andreas Anthal morarentur nec non directas & æquales medietates Curiæ nobilitaris eorundem ac unius fundi Curiæ Laycalis. Item quartam partem unius molendini in fluvio Balog decurren. omnia in eadem Radnothfalva in Comitatu Gemerien. exiſten. habitas ſimul cum frumentis anni præſentis per eosdem ſeminatis, nec non terris arabilibus cultis & incultis, agris, pratis, fœnetis, ſilvis, nemoribus, aquis, fluviis, piscinis, piſcaturis, aquarumque decurſibus; & generaliter quarumlibet utilitatum earundem &c. Nobili Andreæ de Heren & Dominæ T. Conſorti ejusdem pro quatraginta flor. auri puri hungaricalibus &c. pignori obligaſſent, immo &c. ut dum & quandocunque, idem Fabianus & T. dictas Sesſiones eorum Jobagionales, nec non *medietates Curiæ Nobilitaris, & similiter unius fundi Curiæ Laycalis* prædictarum, ac quartam partem dicti Molendini ipſorum a præfat. Andrea de T. & Domina T. Conſorte ejusdem redimendi habeant poteſtatis facultatem. Ipſique Andreas & Domina T. rehabitis dictis ipſorum pecu-

Digitized by Google

niis absque omni litigionario processu eisdem Fabiano & T. remittere debeant, & teneantur. Assummen. nichilominus præfati Fabianus & T. antefatos Andream de T. & Dominam T. consortem ejusdem in pacifico dominio usque tempus redemptionis earundem contra quoslibet legitimos impetitores tueri, protegere, & conservare propriis ipsorum laboribus & expensis, harum nostrarum testimonio Litterarum median. Datum Sabbato proximo ante Dominicam Quasimodo. 1477.

133. *Protestatoria cum Inhibitione.*

Nos &c. memoriæ &c. quod nobilis Domina Sofia Relicta condam T. de T. in sua, nec non Michaëlis & Stephani de T. filiorum, præterea nobilium Puellarum Christinæ & Margarethæ filiarum suarum personis nostram veniens in præsentiam per modum protestationis, & prohibitionis nobis significare curavit in hunc modum: Quomodo his proxime præteritis temporibus Religiosi fratres Heremitæ Ordinis Santi Pauli primi Heremitæ in Clausiro Beati Laurentii Martiris super Budam fundato degen. median. Regio & testimonio alicujus loci credibilis metas possessionis ipsorum Chuda Bala vocatæ in Comitatu Zolnok exteriori existen. habitæ reambulassent. Et cum hoc magnas particulas terrarum arabilium fœnetorumque & pratorum intra veras metas possessionis eorundem protestan. Pohalma vocatæ in eodem Comitatu existen. occupassent occupatasque ad dictam Possessionem ipsorum Chudabala annectissent, & applicassent, in præjudicium eorundem Jurisque derogamen valde magnum. Unde facta hujusmodi protestatione præfata Domina Sophia nominibus & in personis quibus supra præfatos Fratres Heremitas, & alios quoslibet ab occupatione, & ulteriori detentione dictarum terrarum arabilium fœnetorumque & pratorum, seque quovis quæsito colore &c. Dat. 1478.

134. *Expeditoria cum Compositione inter partes.*

Nos &c. memoriæ commendamus per præsentes; quod cum nos ad instantem requisitionem & legitimam petitionem R. D. S. C. Beatæ Mariæ Virginis de T. duos ex nobis Honorabiles videlicet T. & T. Socios, & Concanonicos nostros ad audien. fassionem earundem transmisissemus, extunc iidem T. & T. nostri Concanonici exinde ad nos reversi nobis eo modo retulerunt: quod ipsi secundo die festi Pentechostes proxime præteriti ad dictum Clausirum M. consequenterque ipsas Dominas Moniales accessissent ubi Abatissa aliæque Sanctimoniales ipsius C. coram ipsis personaliter constitutæ præsente & audiente Venerabili Domino Valen. &c. confessæ extitissent in hunc modum: quod licet prætextu exactionis Tributi

Digitized by Google

in Oppido ipſarum Dominarum M. T. appellato exigi ſoliti, quam quidem tributariam exactionem ipſe Dominus T. ſuper populos ſuos in Diſtrictu T. conmoran. præter conſuetudinem antiquam ac injuſtam & ſuperfluam fore arbitratus fuiſſet contra easdem D. M. in curia Regia certas lites, & in proceſſu litis & cauſſæ hujusmodi partes eædem tandem ad duellarem dimicationem per pugiles earum contra ſeſe convertend. devenerint. Tamen nunc ipſæ partes ex amicabili proborum conpoſitione ad talem perpetuæ pacis & concordiæ deveniſſent unionem: quod ſcilicet dictam duellarem dimicationem obmiſiſſent, ac ut deinceps eædem partes populique & Jobagiones earum quieta pace gratularentur. Unde tributariam exactionem quam ipſæ M. in dicto T. præfatus vero Dominus P. in T. oppidis exigere haberent, omnibus populis in ipſis Oppidis T. & T. ac eorundem pertinen. conmoran. ſibi invicem penitus relaxaſſent, & indulſiſſent, ita ut de cetero nec ipſæ M. ſuper populos ejusdem Domini P. & idem Dominus P. ſuper populos ipſarum Dominarum Monialium de perſonis & quibuscunque rebus eorum aliquam Tributariam exactionem exigere poſſint, & neque valeant quovismodo. Super quibus & ipſe Dominus P. in noſtram tandem regreſſus præſentiam ſe contentum fore in præmiſſa benivole feciſſe & inviolabiliter obſervare affirmavit coram nobis. Harum noſtrarum teſtimonio Litterarum median. Datum &c.

135. *Libertas.*

Nos Mathias Dei gratia Rex Hungariæ, Bohemiæ &c. memoriæ commendan. tenore præſentium ſignifican. quibus expedit univerſis: Quod nos tum ad petitionem Illuſtriſſimæ Dominæ Beatricis Reginæ Conthoralis noſtræ dilectæ, tum etiam intuitis egeſtate Nobilis Dominæ Veronicæ filiæ quondam Petri de Syma: qua per Turcos Regni noſtri immaniſſimos hoſtes oppreſſa eſt, ſervitiisque quibus ipſa eidem Dominæ Reginæ in faciendis ornament. gemmat. pulvinis aurifilatis ſe ſtuduit exhibere. Et præſertim attentis fidelitatibus & fidelibus ſervitiis fidelis noſtri Nobilis Gregorii de Kiskirály Domini & Mariti ipſius Dominæ Veronicæ per eum primum Sacræ Coronæ dicti Regni noſtri, Tandemque Majeſtati noſtræ juxta ſuæ poſſibilitatis exigentiam exhibitis & impenſis ipſum Gregorium Kiskiraly ac Dominam conſortem ejusdem, & perconſequens.

136. *Introductoria & Statutoria.*

Sequens formula, manu, a ceteris, diſtincta ſcripta eſt.

Ludovicus Dei gratia Rex Hungariæ & Bohemiæ &c. fidelibus noſtris Capitulo Eccleſiæ Buden. Salutem & gratiam. Dicitur nobis in perſonis fidelium noſtrorum Prudentum & Circumſpectorum Judi-

Digitized by Google

cis & Juratorum, Ceterorum Civium ac totius Communitatis Civitatis noſtræ Schebnichien. quomodo ipſi exponen. in dominium totalium montanarum auri & argenti & aliorum metallorum. Item Molendinorum Gazarum Conflatoriorum, domorum, ac allodiorum, & braxatorii, aliarum etiam cunctarum hereditatum Rerumque, & bonorum Circumſpecti condam Seyfridi Peſſen Civis & alias Vicecamerarii dictæ Civitatis noſtræ Sebnicien. in facie Terretoriisque ejusdem Civitatis noſtræ Sebnicien. exiſten. & habitarum ipſos exponen. ex legitima fasſione Illuſtris & Magnifici Domini Georgii Marchionis Brandenburgen. affinis noſtri charissimi, tituli pignoris continen. legitime vellent introire. Super quo fidelitati veſtræ harum ſerie ſicmisſime præcipien. committimus & mandamus, quatinus acceptis præſentibus veſtrum mittatis hominem pro teſtimonio fidedignum, quo præſente Mathias de Hollos, vel alter Mathias de Derſſenye, aut Laurentius Parka de Zember, aliis abſentibus homo noſter ad facies totalium præſcriptarum montanarum Auri, & argenti, & aliorum metallorum Molendinorum Gazarum & Conſtatoriorum, domorumque, & allodiorum nec non Braxatorii, aliarum etiam cunctarum hereditatum, Rerumque & bonorum memorati condam Seyfridi Peſſhen, in facie & territoriis præſcriptæ Civitatis noſtræ Schebnicien. ubivis exiſten. habitarum, vicinis & Conmetaneis eorundem & earundem univerſis inibi legitime convocatis, & præſentibus accedendo introducat præfatos Exponentes in dominium eorundem & earundem ſtatuatque easdem & eadem eisdem ſimulcum cunctis ipſarumque quarumlibet utilitatibus, & emolumentis pertinentiisque quibuslibet ad easdem ab antiquo qualitercunque ſpectan. & pertinere deben. præmiſſo Jure ipſis incumben. poſſiden. Si non fuerit Contradictum. Contradictores vero ſi qui fuerint evocet eosdem contra annotatos Exponentes in curiam noſtram Regiam, noſtram ſcilicet perſonalem in præſentiam ad terminum competentem, rationem contradictionis redditur, efficacem. Et poſt hæc hujusmodi introductionis & ſtatutionis feriem cum Contradictorum, & Evocatorum ſi qui fuerint vicinorumque & Conmetaneorum qui præmiſſæ introductioni & ſtatutioni intererunt Nominibus, terminoque aſſignato ut fuerit expedien. dictæ noſtræ perſonali præſentiæ fideliter reſcribatis. Datum Budæ Sabbato proximo poſt feſtum Sacratissimi Corporis Chriſti. Anno ejusdem Milleſimo quingenteſimo Decimo Octavo.

Fidelibus noſtris Capitulo Eccleſiæ Buden. pro Prudentibus & Circumſpectis Judici & Juratis Cæterisque Civibus, ac tota Communitate Civitatis noſtræ Schebnicien.

Digitized by Google

137. *Statutio.*

Nos &c. memoriæ commendamus tenore præſentium ſignificantes, quibus expedit univerſis. Quod nos Litteras Sereniſsimi Principis Domini Mathiae, Dei gratia Regis Hungariæ, Bohemiæ &c. Domini noſtri gratioſi Introductorias & Statutorias nobis directas reverentia qua decuit recepimus in hæc verba: Mathias Dei gratia &c.

Nos itaque mandatis præfati Domini noſiri Regis in omnibus obedien. uti tenemur, una cum prænominato Johanne de Magh homine ejusdem, noſtrum hominem videlicet discretum N. de T. Plebanum Rectorem Altaris &c. in dicta Eccleſia noſtra fundati ad præmiſſam Introductionem & Statutionem facien. noſtro pro teſtimonio fidedignum duximus deſtinan. Tandem iidem exinde ad nos reverſi nobis conformiter retulerunt. Quod ipſi feria ſecunda proxima proxima poſt feſtum T. proxime præteritum ad faciem dictæ poſſeſſionis T. Conſequenterque dictarum quatuor Sesſionum Jobaginalium in eadem habitarum vicinis & commetaneis ejusdem univerſis inibi legitime convocatis & præſentibus acceden. præfatum T. in dominium earundem introduxiſſent, easdemque eidem ſimulcum Cunctis ipſarum utilitatibus & pertinentiis quibuslibet præmiſſo titulo pignoris eidem incumbenti poſſiden. nullo Contradictore apparente ſtatuiſſent diebus legitimis & horis in facie earundem permanen. In cujus rei evidentiam præſentes Litteras noſtras paten. ad faſſionem dictorum Domini noſtri Regis, & noſtri hominum duximus conceden. Datum Sexto decimo die diei Introductionis & Statutionis prænotatarum. Anno Domini ſupra dicto. A. 1477.

138. *Procuratoria.*

Nos &c. memoriæ commendamus quod Domina Anna Relicta condam T. de T. coram nobis perſonaliter conſtituta in omnibus cauſis ſuis & earum Articulis, tam per ipſam contra alios, quam per alios quospiam contra ipſam in quibuslibet terminis coram quovis Judice & Juſtitiario Regni Eccleſiaſtico videlicet & ſeculari a data præſentium per anni circulum motis vel movendis, Honorabilem Magiſtrum Gregorium de Somos ſocium & Concanonicum noſtrum Benedictum T. & T. de T. fecit, conſtituit, & ordinavit, ſuos veros & legitimos procuratores ratum atque firmum ſe promitten. habitura quitquid per prædictos ſuos procuratores ſimul vel diviſim Exhibitor. videlicet ſeu Exhibitor. præſentium actum factum & procuratum fuerit in Cauſis ſuis univerſis. Datum.

Digitized by Google

139. *Procuratoria.*

Nos &c. Memoriæ &c. Quod Nobiles Dominæ Ladislai & Martini de T. conſortes coram nobis perſonaliter conſtitutæ in omnibus Cauſis ipſarum & earum, articulis tam per ipſas contra alios, quam &c. ſeſe invicem Item præfatos Ladislaum & Martinum Dominos, & maritos earundem Michaëlem T. & T. de T. fecerunt, conſtituerunt & ordinaverunt ipſarum veros & legitimos Procuratores ratum, atque firmum ſe promitten. habituras, quitquid per earum alteram, aut prædictos ipſarum Procuratores ſimul vel diviſim Exhibitorem videlicet ſeu Exhibitores præſentium actum factum & pro. &c. Datum.

140. *Expeditoria.*

Nos Capitulum Eccleſiæ Buden. memoriæ commendanus, quod Honorabilis Magiſter Michaël de Herczegſzánto noſtræ prædictæ & Alben. Transsylvaniæ Eccleſiarum Canonicus, in medio noſtri perſonaliter conſtitutus ſponte confeſſus eſt in hunc modum: quod quia Reverendus in Chriſto Pater Dominus Petrus Epiſcopus Moldavien. de & ſuper Triginta flor. auri & uno ortone, alias per ipſum Magiſtrum Michaelem eidem Domino Epiſcopo mutuo & ſub Ipe reſtitutionis datis promptis cum pecuniis, plenam & omnimodam impendiſſet ſatisfactionem. Ideo ipſe antefatum Dominum Petrum Epiſcopum ſuper reſtitutione dictorum Triginta flor. auri, & uno ortone, quittum expeditum, & modis omnibus abſolutum reddidiſſet, & commiſiſſet, immo reddidit, & commiſit coram nobis. Harum noſtrarum teſtimonio Litterarum mediant. Datum &c.

141. *Expeditoria.*

Nos &c. memoriæ &c. quod honorabilis Dominus T. noſtræ prædictæ ut ſupra in alia Relatione. Quod quia Venerabilis Dominus Clemens Archidiaconus de Hunyad & Canonicus Eccleſiæ Alben. Transsylvaniæ, de proventibus ejusdem Domini T. in ipſa Eccleſiæ Alben. Quinquaginta flor. auri per dictum Dominum Archidiaconum levatis promptis cum pecuniis reſtituiſſet & perſolviſſet. Ideo ipſe antefatum Dominum Clementem Archidiaconum ſuper ſolutione hujusmodi quinquaginta flor. auri, quittum commiſiſſet & expeditum reddidiſſet, immo reddidit & commiſit &c. Datum.

142. *Transsumptio Instrumenti publici.*

Nos &c. memoriæ commendamus tenore præſentium ſignificantes quibus expedit univerſis. Quod honeſta Domina Katherina Relicta condam Hermanni Kranacher civis & Vitrici Eccleſiæ Parochia-

Digitized by Google

Ils Beatæ Mariæ Virginis de Buda noſtram veniens in præſentiam exhibuit nobis & præſentavit, quoddam Inſtrumentum publicum Stephani de T. Sacra Imperiali Auctoritate Notarii publici Teſtamentariam diſpoſitionem præfati quondam Hermanni Kranacher in ſe continen. tenoris & continen. per omnia infraſcripti petens nos debita cum Inſtantia, ut idem de verbo ad verbum transſcribi, & transſumi, & præſentibus litteris noſtris privilegialibus redigi faceremus eidemque Juris ſui ad cautelam dare & concedere dignaremur. Cujusquidem Inſtrumenti publici tenor talis eſt: In Nomine Domini Amen &c.

Nos itaque petitionibus præfatæ Dominæ Katherinæ favorabiliter inclinati prætactum Inſtrumentum publicum non abraſum, non cancellatum nec in aliqua ſui parte ſuſpectum ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione caren. nil adden. nichilque diminuen. de verbo ad verbum transſcribi, & transſumpmi, ac præſentibus litteris noſtris privilegialibus redigi fecimus, eidemque Juris ſui ad cautelam duximus conceden. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam præſentes litteras noſtras privilegiales pendenti ſigillo noſtro conſignatas duximus conceden. Datum &c.

143. *Ad Statutionem perpetuam.*

Nos itaque &c. Tandem iidem exinde &c. Quod ipſi in feſto &c. proxime præterito ad facies dictæ poſſeſſionis T. conſequenterque directæ & æqualis meditatis Seſſionis Nobilitaris præfatæ in eadem habitæ ac terrarum arabilium, nec non ſylvæ ac orti caulium, & prati prædictarum, vicinis & commetaneis ejusdem univerſis inibi legitime convocatis, & præſertim Paulo de T. & Johanne de Magh præſentibus acceden. præfatos T. & T. in dominium & earundem introduxiſſent, easdemque eisdem ſimul cum cunctis ſuis utilitatibus & pertinentiis quibuslibet præmiſſo Jure perpetuo poſſiden. nullo contradictore &c. In cujus rei &c.

144. *Ratione desponsator.*

Nos &c. memoriæ commendamus tenore præſentium ſignificantes &c. Quod nobilis Domina Katherina vocata Relicta condam Johannis de Naghpo coram nobis perſonaliter conſtituta propoſuit, & ſponte confeſſa eſt in hunc modum: quodquia Albertus Wythez de deſcenſu Kathlabucza ſponſus ejusdem ab eo tempore, quo ipſe nobilem Dominam Elizabeth vocatam filiam ejusdem Ritu Romano Sanctæ Matris Eccleſiæ in conjugem ſuam recepiſſet & eandem deſponſaſſet. Ipſam Dominam Katherinam ſemper pie & favorabiliter pertractaſſet, eidemque in cunctis ſuis neceſſitatibus filiali favore aſ-

fuiſſet & ſubveniſſet. Ideo ipſa bona & matura deliberatione in ſe præhabita, dotes ſuas & Resparaffernales de portionibus poſſeſſionariis prætacti condam Johannis de Naghpo, in poſſeſſionibus Naghpo, & Kispo vocatis, in Comitatu Zolnok exteriori exiſten. juxta Regni conſuetudinem eidem provenire deben. Simulcum cunctis Juribus poſſeſſionariis ſuis in eisdem poſſeſſionibus Naghpo & Kispo habitis præfato Alberto ſponſo & Dominæ Elizabeth filiæ ejusdem dediſſet, donaſſet, & aſcripſiſſet, immo dedit, donavit, & aſcripſit coram nobis. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam, præſentes Litteras noſtras privilegiales pendenti ſigillo noſtro conſignatas duximus conceden. Datum &c.

145. *Impignoratoria sub obligamine.*

Memoriæ commendamus, quod T. de T. perſonaliter coram nobis conſtitutus ſponte confeſſus eſt in hunc modum: Quomodo ipſe pro evitan. certis ſuis negotiis ab Egregiis Sebaſtiano & Andrea de Sáp decem flor. auri puri Hungaricales mutuo, & ſub ſpe reſtitutionis recepiſſet & habuiſſet. Quos quidem decem flor. auri ipſe Georgius ad feſtum Beati Georgii Martiris, proxime ventur. eisdem reddere aſſumpſiſſet, prout aſſumpſit coram nobis tali modo; quod ſi ipſe terminum ad prædictum dictos decem flor. auri eisdem reddere nollet, non poſſet, aut non curaret. Ex tunc ipſi Sebaſtianus & Andreas vigore duntaxat præſentium median. in dominium trium Seſſionum duarum Jobagionalium & unius defertæ in eadem Gewrky in Comitatu Peſthien. exiſten. habitarum, introeundi, easdemque occupandi fructusque & qualibet utilitates earundem percipien. & tamdiu titulo pignoris tenen. & conſervandi donec & quousque de prædictis X. flor. auri quoad plenum ſatisfactum fuerit, habeat poteſtatis facultatem. Harum noſtrarum teſtimonio Litterarum median. Datum.

146. Nos &c. memoriæ commen. &c. quod Religioſus Frater Johannes de Vasvar in ſua nec non Lucæ Prioris ceterorumque Fratrum ordinis Prædicatorum Budæ in Clauſtro Sancti Nicolai conmoran. perſonis noſtram venien. in præſentiam, per modum proteſtationis nobis ſignificare curavit in hunc modum: Quod prout ipſi Fratres percepiſſent Nicolaus & Petrus in Ewrs conmoran. tertiam partem prædii ſeu allodii portionem videlicet ipſorum in Piliſien. & Peſthien. Comitatibus habitam Venerabili & Egregio Domino Nicolao Bodo Decretorum Doctori vendere & a ſe alienare vellent, vel jam de facto vendidiſſent & alienaſſent. Cum tamen ratione contiguæ vicinitatis ipſos fratres magis quam alios ad recipien. & emend. concerneret. In præjudicium eorundem Jurisque derogamen valde magnum. Unde facta hujusmodi proteſtatione præfatus frater Johannes nomini-

Digitized by Google

bus & in perſonis quibus ſupra anteſatos Nicolaum & Petrum de Eurs a venditione & alia quavis alienatione dictæ tertiæ partis præſcripti prædii ſeu allodii, præfatum quoque Nicolaum Bodo & alios quoslibet a receptione occupationeque & detentione, ſeque quovis quæſito colore in dominium ejusdem intromisſione, & ſibi ipſis ſtatui factione uſufructuum & quarumlibet utilitatum perceptione, ſeu percipi factione, qualitercunque factis vel fiendis, publice & manifeſte prohibuit coram nobis teſtimonio præſentium median. Datum.

147. *Clausula ad Statutor. quando in facie contradicitur.*

In dominium earundem Introductione ac easdem eisdem ſimulcum cunctis &c. ſtatuere voluiſſent tunc T. in ſua nec non &c. hujusmodi Statutioni contradictionis velamine obviaſſet. Ob quod

148. *Statutionis.*

Nos itaque manent. &c. Tandem iidem &c. Quod ipſi die dominico proximo ante feſtum T. proxime præterito ad facies præſcriptarum poſſeſſionum T. & T. nec non prædiorum T. & T. acceden. vicinis & commetaneis earundem univerſis inibi legitime convocatis & præſertim Valentino Nagh Judice in poſſeſſione T. conmorante, in perſonis Petri, Ladislai & Mathiæ Geréb de T. Nicolao Olah Jurato in poſſeſſione T. conmoran. in perſonis Petro & Ladislao de Docz, Georgio Toth de T. in perſona Petri Charnok præſentibus præfatos Sebaſtianum & Andream de T. in dominium earundem introduxiſſent, easdem eisdem, eorundemque heredibus univerſis, ſimul cum cunctis ſuis utilitatibus, & pertinentiis quibuslibet dempta directa medietate annotati prædii T. Quam quidem medietatem ipſius prædii iidem Sebaſtianus & Andreas certa diſpoſitione interveniente Nobili Petro de T. reliquiſſent, nullo Contradictore apparente, ſtatuiſſent perpetuo poſſiden. diebus legitimis, & horis in facie earundem permanen. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam præſentes Litteras noſtras privilegiales pendenti ſigillo noſtro conſignatas Alphabetoque interciſas, ad faſsionem dictorum Domini noſtri Regis, & noſtri hominum duximus conceden. Datum ſexto decimo die diei Introduct. & ſtatut. prænotatar. 1477.

149. *Impignoratoria virtute procuratoriarum.*

Quod Benedictus de Kapol nominibus & in perſonis Nobilium Dominæ Katherinæ Relictæ & puellæ ſimiliter Katharina vocatæ filiæ condam Emerici de Daró cum Procuratoriis Litteris honorabilis Capituli Eccleſiæ Alben. coram nobis perſonaliter conſtitutus &c. Quod ipſe arduis neceſsitatibus earundem Dominæ & puellæ ipſas ad præſens urgen. evitan. totales portiones earundem poſſeſſionarias

Digitized by Google

in poſſeſſione T. in Comitatu T. exiſten. habitas, ſimul cum cunctis ipſarum utilitatibus &c. aſſummen. nichilominus præfatus T. nominibus & in perſonis quorum ſupra virtute Procur. prænotatarum T. &c. propriis earundem laboribus & expenſis &c. harum noſtrarum.

150. *Impignoratoria.*

Nos &c. memoriæ commendamus, Quod Michaël More de Dada, onera & quælibet gravamina Ladislai & Johannis Fratrum ſuorum carnalium ſuper ſe recipien. coram nobis perſonaliter conſtitutus ſponte confeſſus eſt in hunc modum: quomodo ipſe pro quibusdam ſuis necesſitatibus ipſum ad præſens urgen. evitan. totalem portionem ſuam poſſeſſionariam in poſſeſſione Dada prædicta in Comitatu de Zabolch exiſten. habitam, ſimulcum cunctis ſuis utilitatibus, & pertinentiis terris ſcilicet arabilibus, cultis, & incultis, agris, pratis, paſcuis fœnetis, ſilvis, nemoribus, aquis, piſcinis piſcaturis, aquarumque decurſibus. Et generaliter quarumlibet utilitatum integritatibus ejusdem quovis nominis vocabulo vocitatis ad eandem undique de Jure ſpectan. & pertinere deben. Spectabili & Magnifico Domino Emerico de Zapollya Comiti terræ Scepuſien. pro quinquaginta flor. auri puri Hungaricalibus boni & juſti ponderis ab eodem jam ut dixit plene habitis, receptis, & levatis, pignori obligaſſet, immo obligavit coram nobis talimodo, ut dum & quandocunque ipſe Michaël More dictam portionem ſuam poſſeſſionariam redimere voluerit, liberam redimendi habeat poteſtatis facultatem. Ipſeque Dominus Emericus Comes rehabitis dictis ſuis pecuniis, eidem absque omni litigionario proceſſu remittere debeat, & teneatur. Aſſummen. nichilominus præfatus Michaël More ante fatum Dominum Emericum Comitem in pacifico dominio ejusdem contra quoslibet illegitimos impetitores tueri, protegere, & conſervare. propriis ſuis laboribus & expenſis, harum noſtrarum teſtimonio litterarum median. Datum.

151. *Conſensus cum Revocatione.*

Quod Nobilis Domina Katherina filia Johannis Cziko de Pomáz Conſors vero Colomanni de Veteribuda coram nobis perſonaliter conſtituta ſponte confeſſa eſt in hunc modum: Quod quamvis alias ipſa illi amicabili confœderationi, contractuique & mutuæ faſtioni omnibusque aliis & ſingulis diſpoſitionibus, quas prætactus Johannes Cziko pater ejusdem in ſua ac Balthaſar filii ſui perſonis ab una, & Melchior de Baſta, ac Gaſpar fratris ejusdem ab altera partibus, de & ſuper univerſis bonis poſſeſſionibus, portionibusque & Juribus poſſeſſionariis eorundem in quibuscunque Comitatibus Regni Hungariæ exiſten. feciſſent, nec non Statution. portionum poſſeſſionariarum præ-

Digitized by Google

tacti Johannis patris ejusdem in possessionibus Zrinche & Pomaz vocatis in Comitatu Pilisien. existen. habitarum per Regium & nostrum homines factæ contradixerit, & contradictionis velamine obviaverit. Tamen nunc ipsa matura deliberatione in se præhabita dictam suam contradictionem revocasset ac prætact. confœderationi, contractuique & mutuæ fasfioni cessisset, & consensum adhibuisset, immo revocavit & cesit coram nobis, harum nostrarum testimonio litterarum median. Datum &c.

152. *Fassionalis.*

Memoriæ commen. &c. Quod nobilis puella Susanna vocata filia condam Geurik de Mathuchyna, ex Nobili Domina Anna vocata, procreata, coram nobis personaliter constituta sponte confessa est in hunc modum: quod quia Stephanus de Barroba Gener ejusdem a tempore juventutis suæ in cunctis suis necesitatibus eidem subvenisset & favorabiliter fuisset, esseque vellet etiam in futurum. Ideo ipsa matura deliberatione in se præhabita, universas res suas, & quælibet Bona mobilia scilicet, & immobilia puta totales portiones suas possessionarias in possesionibus Gymelchyn Kalnas, & Zylzeg vocatis apud manus suas pacifice habitas, ac similiter portiones possesionarias in possesionibus Vaskafalva & Mihálkereke nuncupatis omnino in Comitatu de Baranya existen. nunc apud manus Nobilis Dominæ Relictæ condam Georgii de præfata Mathuchina impignorative habitas, simulcum cunctis, nec non equis, equatialibus ad portionem ejusdem ceden. ac quibusdam argenteriis puta una Kuppa & uno pucario cum argento in Coreo Muscati facto & ordinato, ac etiam debitis per Nobilem Dominam Relictam condam Johannis Keczer de Padmán, aliisque quibuslibet præfato Stephano Genero suo dedisset donasset, & perpetuo Jure ascripsisset, immo dedit & ascripsit coram nobis tali modo, ut ipse Stephanus de eisdem Rebus & Bonis vitæ ipsi puellæ necessaria ministrare teneatur. In cujus rei testimonium præsentes litteras nostras duximus conceden. Datum feria tertia proxima post festum Epiphaniarum Domini. Anno 1478.

153. *Expeditoria.*

Nos &c. memoriæ commen. Quod quia circumspectus Jacobus Chehpistor Semellarum de suburbio Castri Buden. ratione conservationis molendini nostri in fluvio Kánthorfoka decurrent. sex flor. auri, sex Cappones, & panes de uno Cubulo farinæ pistos feudum scilicet præsentis anni nobis effective persolvit. Ideo nos eundem Jacobum super hujusmodi solutione quittum commisimus, & expeditum reddimus, immo reddimus & committimus, harum nostrarum testimonio litterarum median. Datum &c.

Digitized by Google

154. *Venditio portionum possessionariarum.*

Memoriæ commendamus. Quod T. de T. & T. de T. frater ejusdem coram nobis &c. Quomodo ipſi pro quibusdam necesſitatibus ipſorum ipſos ad præſens ſumme urgen. evitan. totales portiones ipſorum poſſeſſionarias in poſſeſſione T. prædicta in Comitatu T. exiſten. habitas demptis duabus Seſſionibus pro allodiis reſervatis, in quarum una ipſe T. nunc inhabitaret, & alia penes eandem a parte orientali exiſten. habitis cum ipſarum utilitatibus ad inſtar aliarum ſeſſionum in prædicta T. exiſten. uten. Egregio T. de T. ſimulcum cunctis ipſarum utilitatibus, & pertinentiis quibuslibet, terris ſcilicet arabilibus &c. arundinetis, aquis &c. & generaliter quarumlibet &c. pro centum & viginti flor. auri &c. ab eodem jam plene habitis & levatis dediſſet, vendidiſſet, & Jure perpetuo aſcripſiſſent, immo dederunt vendiderunt coram nobis, nullum jus, nullamve Juris & dominii proprietatem ſibi ipſis in eisdem reſervan. ſed quamlibet Jurisdictionem & Juris proprietatem in præfatum T. transtulerunt pleno cum effectu. In cujus rei memoriam, firmitatemque &c. Datum &c.

155. Quod Venerabilis & Religioſus frater Ambroſius Præceptor domus Hoſpitalis Eccleſiæ Beatæ Elizabeth de Strigonio, noſtram veniens in præſentiam per modum proteſtationis, & prohibitionis nobis ſignificare &c. Quomodo condam Magiſter Johannes Viti de Mohora nec non Venerabilis Dominus Nicolaus Lector & Canonicus Eccleſiæ Vaczien. ratione conſervationis portionis ejusdem proteſtan. & Eccleſiæ ſuæ prænotatæ in poſſeſſione Zyrak in Comitatu Neugrad. exiſten. habitæ, a ſex annis poſt ſeſe immediate retrolapſis nullum feudum ſolviſſet, in præjudicium ejusdem Proteſtan. & Eccleſiæ ſuæ prænotatæ, Jurisque derogamen valde magnum. Unde facta hujusmodi proteſtatione præfatus Dominus Ambroſius Præceptor anteſatum Dominum Nicolaum Lectorem & alios quoslibet ab ulteriori detentione, occupationeque, ſeque quovis &c.

156. Quod T. de T. onera & quælibet gravamina Georgii filii ſui in ſe aſſumen. coram nobis perſonaliter conſtitutus ſponte confeſſus &c. Quod ipſe matura deliberatione in ſe præhabita Johannem filium condam Johannis de T. de & ſuper onere ſententionali in quo alias prætactus condam Johannes de præfata T. contra præfatum condam Georgium judicialiter convictus extitiſſet, aliis etiam univerſis dampnis, injuriis, actibus potentiariis, & generaliter quorumlibet malorum generibus hactenus inter prætactos Georgium & Johannem de T. patres eorundem conſequenterque eosdem Petrum & Johannem qualitercunque factis motis & ſubortis quittum commiſiſſet & expeditum reddidiſſet, quaslibet etiam poſſeſſiones, portionesque

Digitized by Google

que poſſeſſionarias nec non ſilvas tam impignoriticias, quam vigore præſcriptæ Sententiæ eidem condam Georgio, ac ipſi Petro ſtatutas eidem Johanni remiſiſſet & reſignaſſet, immo reddidit, & conmiſit, remiſitque & reſignavit coram nobis, Harum noſtrarum teſtimonio &c.

157. Memoriæ commendamus quod Religioſus Frater Georgius Presbiter Ordinis Sancti Pauli primi heremitæ ſubditus in Clauſtro beati Laurentii Martiris ſupra Budam fundato degens nominibus & in perſonis Religioſorum Fratrum Heremitarum ejusdem Ordinis in Clauſtro Beatæ Mariæ Virginis Eurmenyes vocato fundato degentium per modum proteſtationis & pr. &c. Quomodo Nobilis Paulus de Zymaan, quandam poſſeſſionem ſuam Zewlews vocatam in contigua vicinitate portionis poſſeſſionariæ eorundem Fratrum Heremitarum in poſſeſſione Rokolyan vocata exiſten. Egregiis & Nobilibus Martino de Lak, ac Thomæ parvo Filio ejusdem pro certa pecuniarum ſumma vendere niteretur, veſ jam de facto vendidiſſet, ſine conſenſu ac ſcitu ipſorum in perpetuum. Et quia Egregius Paulus de Hedrevára quoddam prædium ſuum Lak vocatum modo ſimili in vicinitate dicti Clauſtri omnino in Comitatu Zalad exiſten. & habitas, Memoratis Martino & Thomæ filio ejusdem vendere & a ſe alienare vellet, atque niteretur in præjudicium eorundem Jurisque derogamen valde magnum. Cum tamen emptio earundem eosdem proteſtan. quam alios magis concerneret. Unde facta hujusmodi proteſtatione præfatus frater Georgius nominibus & in perſonis quibus ſupra Sereniſſimum Principem Dominum Mathiam Regem a donatione & conſenſus adhibitione præſatos quoque Paulum de Zymay, alterum Paulum de Hedrevara a venditione & alienatione, prætactos autem Nobiles Martinum de Lak, & Thomam filium ejusdem, & alios quoslibet ab emptione receptione &c.

158. Nos &c. Memoriæ &c. Quod Religioſi Fratres Georgius & Gregorius Heremitæ Ordinis Sancti Pauli &c. perſonaliter pro ſe & pro Religioſis fratribus Gregorio vicario aliisque Fratribus in eodem Clauſtro degen. cum procuratore eorundem ab una, ac Nobiles Albertus Zomory & Urbanus Diody de Félkezy partibus ab altera coram nobis perſonaliter &c. Quod licet inter ipſos ratione & prætextu domus & Curiæ Nobilitaris condam Thomæ Dobozy de eadem Félkezy in eadem Félkezy in Comitatu Pilifien. exiſten. nec non terrarum Arabilium fœnetorum, & ſilvarum intra metas ejusdem poſſeſſionis Félkezi ac tandem Curiam Nobilitarem ſpectan. litis materia fuerit mota & ſuſcitata, liteque in eadem Ordine Judiciario usque ad æſtimationem prætactarum domus & Curiæ, nec non terrarum arabilium fœnetorum, & ſilvarum prætacti condam Thomæ Dabozi

Digitized by Google

proceſſerint. Tamen nunc ipſi compoſitione proborum & Nobilium virorum, & præſertim Egregii Magiſtri Dionifii de Buda Prothonotarii Perſonalis præſentiæ Regiæ Majeſtatis ad talem pacis & concordiæ deveniſſent unionem, prout devenerunt coram nobis. Quod ſilva Berekallya vocata prope terras arabiles eorundem fratrum in loco Beel habitarum, ejusdem condam Thomæ Dobozi, nec non Silva Johannis Cziko de eadem Félkezy, ac vineæ antiquæ & novæ ipſius condam Thomæ Dobozy in monte Somoghmál, & Elewmál, ſimiliter inter metas ejusdem poſſeſſionis Félkezy habitæ. Quas iidem Fratres Heremitæ mediantibus aliis Litteris noſtris fasſionalibus, hactenus juridice poſſediſſent & nunc poſſiderent ipſis fratribus Heremitis perpetue remaneant, antefatæque Domus & Curia prætacti condam Thomæ Dobozi, ſimulcum univerſis utilitatibus earundem quocunque nomine vocitatis ipſis Alberto, & Urbano ſuccedant, præterea univerſas & quaslibet Litteras ipſorum Cauſales contra ſeſe coram quibuscunque Judicibus cauſa in præmiſſa emanatas, vanas caſſas exhibitur. que earundem nocitur. reliquiſſent & commiſiſſent Litterasque neceſſarias ſuper præmisſis emanatas una pars alteri reddere promiſiſſent tali obligaminis vinculo mediante; quod ſi aliqua pars partium prædictarum hujusmodi diſpoſitionem dictorum proborum, Et ſignanter prætacti Magiſtri Dionifii in toto vel in parte infringeret, & in eadem permanere nollet. Ex tunc talis pars, contra partem alteram in eadem dispoſitione permanen. in ducentis flor. puri auri hungaricalibus convincatur, & convicta habeatur. Ad quæ iidem Fratres virtute procuratoria prænarrata, antefati autem Albertus & Urbanus propriis ipſorum aſtantibus obligarunt. Harum noſtrarum vigore & teſtimonio litterarum median. Datum.

159. *Statutoria vigore latæ Sententiæ.*

Serenisſimo Principi Domino Mathiæ Dei gratia Regi Hungariæ Bohemiæ &c. Domino ipſorum &c. Capitulum Eccleſiæ &c. Orationum &c. Veſtra noverit Serenitas nos Litteras veſtras adjudicator. modum & formam veſtræ Judiciariæ deliberationis ſuper quadam poſſeſſionaria æſtimatione, occupatione, ſtatutione, ac Rerum & bonorum ablatione per veſtrum Regium & noſtrum homines fien. in ſe exprimen. pro parte Barnabæ & Pauli de Ezra, contra Gaſparum & Paulum de eadem Ezra, ac Antonium Balaſſa de Huge emanatas, nobis præceptor. loquen. reverentia qua decuit recepiſſe, & juxta earundem continen. una cum Emerico de T. homine ejusdem Veſtræ Serenitatis de Curia Veſtra Regia per vos ad id ſpecialiter transmiſſo, noſtrum hominem videlicet diſcretum Clementem Plebanum Rectorem Altaris T. in dicta Eccleſia noſtra fundati, ad ea, quæ in dictis Litteris veſtris adjudicatoriis narrantur perficien. noſtro

Digitized by Google

pro teſtimonio fide dignum &c. Tandem iidem &c. Quod ipſi feria ſexta proxima ante feſtum T. proxime præteritum, ad facies Jurium Poſſeſſionariorum præfatorum Gasparis & Pauli de Ezra in eadem Ezra, ac Antonii Balaſſa de Huge in eadem Huge in Comitatu Alben. Sedis Solth exiſten. habitarum, vicinis & conmetaneis earundem univerſis in ibi legitime convocatis & præſentibus acceden. habita prius eorundem Jurium legitima reambulatione, & condigna æſtimatione in dicta Ezra unum fundum Curiæ Nobilitaris, nec non terras arabiles uſuales & paſcuales, ac ſilvas & rubeta ad unum aratrum Regale quoad portionem prætacti Gaſparis de Ezra, quo autem ad portionem Anthonii Balaſſa de Huge unum Juger terræ arabilis in eadem Huge reperiſſent, eandemque occupaſſent, occupatamque in duabus veſtris Judiciariis, in tertia vero partibus antefatorum Barnabæ & Pauli Actorum partium ſcilicet adverſarum manibus tamdiu per vos & easdem partes adverſas, donec eadem a vobis & ipſis partibus adverſis in condigna earundem æſtimatione redimerentur ſtatuiſſent titulo pignoris poſſiden. Contradictione præfatorum Gaſparis & Anthonii convictorum & aliorum quorumlibet prævia ratione non obſtan. Illis autem, qui ſe dicta Jura poſſeſſionaria occupata redimere velle aſſeruerint Triceſimum ſecundum diem diei Executionis factæ pro termino redemptionis eorundem coram veſtra perſonali præſentia comparendi deputaſſent, & aſſignaſſent. Seriem itaque præmiſſorum uti nobis recitata extitere ad præſcriptum triceſimum ſecundum diem dictæ Executionis factæ eidem veſtræ perſonali præſentiæ fideliter duximus reſcriben. Datum 7mo die diei Executionis prænotatæ. Anno &c.

160. *Expeditoria.*

Memoriæ &c. Quod Johannes de T. coram nobis perſonaliter conſtitutus &c. quomodo ipſe Emericum de Vſoncz, alias Proviſorem Curiæ Caſtris Veterisbudæ, nec non Blaſium de T. alios etiam quoslibet familiares ejusdem Emerici, & ad eos pertinen. Super univerſis dampnis injuriis domorum invaſionibus, nec non Boum, aliarumque rerum ejusdem T. de T. ablationibus per præfatum Blaſium de T. factis patratis & illatis, quittos, expeditos, & modis omnibus abſolutos reddidiſſet, & commiſiſſet, immo reddidit & commiſit coram nobis harum noſtrarum teſtimonio litterarum &c.

161. *Adoptio Fraternæ dilectionis.*

Memoriæ commendamus. Quod Johannes de T. onera & quælibet gravamina Benedicti & Petri filiorum ſuorum in ſe recipien. ab una ac Franciſcus de eadem pro Nobili Domina Brigida vocata, Filia condam Georgii de Varsán conſorte ſcilicet ſua partibus ab alte-

Digitized by Google

ra fine litteris procuratoriis coram nobis perſonaliter conſtituti &c. Quomodo ipſe Franciſcus, & dicta Domina Brigida conſors ipſius, in portionibus ipſorum poſſeſſionariis in poſſeſſionibus infraſcriptis habitis videlicet Bud prædicta & Rada vocatis in Comitatu Peſthien. exiſten. habitis ſeſe mutuo in Fratres adoptivos & Condiviſionales recepiſſent & adoptaſſent, immo receperunt & adoptaverunt coram nobis tali modo: quod ſi nutu Divino aliquam partem earundem partium ab hac luce absque heredum ſolatio decedere contingeret; extunc portiones poſſeſſionariæ & Jura poſſeſſionaria talis partis decedentis in partem ſuperviventem condeſcendi & devolvi debeant. Tali obligaminis vinculo median. Quod ſi qua partium prædictarum hujusmodi Fratris adoptivi exceptionem infringeret; extunc talis contra partem alteram in facto ſuccubitus duelli facti potentialis convincatur, & convicta habeatur. Ad quæ iidem Johannes ſe, ac dictus Franciscus præfatam Dominam Brigidam conſortem ſuam ſponte obligarunt. Harum noſtrarum teſtimonio litterarum &c.

162. *Expeditoria super Dote ac Rebus paraffernalibus.*

Significan. quibus &c. quod Nobilis Domina Anaſtaſia Relicta condam T. filii condam Georgii de T. coram nobis perſonaliter &c. Quod quia Johannes & Georgius Filii, ac Domina Margaretha Filia condam Michaëlis de eadem T. de & ſuper Dote ac Rebus paraffernalibus ſuis, de portionibus poſſeſſionariis ejusdem condam T. Mariti ſui in poſſeſſionibus T. prædicta in Simigien. & de Baranya, præterea T. & T. & quadam Inſula T. modo ſimili in eodem Simigien. Comitatibus exiſten. habitarum juxta Regni conſuetudinem provenire deben. pecuniaria ſolutione median. plenam & omnimodam impendiſſent ſatisfactionem; ideo ipſa Johannem Georgium ac Dominam T. quittos, expeditos, & modis omnibus abſolutos reddidiſſet & commiſiſſet, immo reddidit & commiſit coram nobis. In cujus rei memoriam, firmitatemque &c. Datum.

163. *Expeditoria ratione Conſanguineitatis.*

Significan. quibus expedit &c. Quod Stephanus Litteratus filius condam Georgii de Fok, coram nobis perſonaliter &c. Quod quia ipſe una cum Johanne & Georgio filiis ac Domina Margaretha Filia condam Michaëlis de eadem Fok ab uno Avo, & Prothavo duxiſſent originem. Ipſe etiam Johannes a tempore Juventutis ſuæ in cunctis ejusdem neceſſitatibus eidem ſubveniſſet. Ob hoc ipſe tum ratione præmiſſæ conſanguineitatis, & affinitatis, tum etenim pro dictis beneficiis eidem per ipſum Johannem exhibitis, & impenſis, totales portiones ſuas poſſeſſionarias in poſſeſſionibus Fok prædicta in Simigien. & de Baranya nec non T. & T. & quadam Inſula, modo ſi-

Digitized by Google

milli in eodem Simigien. Comitatibus existen. habitas, simul cum cunctis earundem utilitatibus & pertinentiis quibuslibet, terris scilicet &c. memoratis Johanni, Georgio ac Dominæ Margarethæ filiis condam Michaëlis de dicta Fok dedisset donasset, & perpetuo Jure ascripsisset, immo dedit donavit & ascripsit coram nobis in cujus rei memoriam &c. Datum 1478.

164. *Consensus sive Annuentia.*

Nos &c. Memoriæ commen. Quod Honorabilis Dominus N. Custos Socius & Concanonicus noster in recuperatione & reapropriatione certarum terrarum arabilium, nec non pratorum & fœnilium ad portionem nostram possessionariam in possessione T. in Comitatu T. existen. habitam, apud manus alienas habitarum, alias per nos eidem median. aliis litteris nostris infeudatum pertinen. plures labores & expensas fecit. In futurumque facere promisit, & promittit; ideo nos eidem Domino Custodi, id annuimus & concessimus, ut ipse Andream de T. & Dominam N. Consortem ejusdem, Sororem scilicet ejusdem Domini Custodis in dicta portione possessionaria in ipsa T. habita, penes se recipere valeat, ac idem T. & Domina N. quemadmodum præfatus Dominus Custos dictam portionem possessionariam juxta contenta præfatarum aliarum litterarum nostrarum hactenus usus fuisset, vita ipsius comite, uti, & frui valeant, atque possint, immo annuimus & concedimus, harum nostrarum testimonio litterarum median. Datum &c. 1478.

165. *Remissio & Resignatio cum revocatione Litterarum.*

Nos &c. memoriæ &c. Quod cum nos ad instantiam & legitimam petitionem Nobilis Dominæ Margaretha vocatæ alias relictæ condam Andreæ de Bogath, nunc vero Consort. Petri de Ivanch, ratione infirmitatis suæ nostram in præsentiam personaliter venire non valen. duos ex nobis videlicet Magistros T. & T. Socios & Concanonicos nostros ad infra scriptam fassionem ejusdem audien. transmisissemus. Tandem ad nos reversi nobis uniformiter retulerunt. Quod ipsi secundo die festi Beati T. martiris proxime præteriti ad dictam possessionem Ivanch vocatam locum videlicet habitationis ejusdem Dominæ accessissent, ubi eadem Nobilis Domina Margaretha vocata coram ipsis personaliter comparendo oraculo vivæ vocis confessa extitisset eo modo: Quod quia quædam portiones possessionariæ Nobilium de Thench in dicta possessione Bogah vocata habitæ ultra fluvium T. a parte meridiei usque metas possessionis T. adjacen. apud manus ipsius condam Andreæ Domini & Mariti sui, & Pauli Fratris ejusdem tam Jure hereditario, quam emptitio, & Impignoratitio aut alio quovis titulo fuissent aut exti-

Digitized by Google

tiſſent, eidem de omnibus præmiſſis & ſingulis Simon & Nicolaus de T. omnimodam impendiſſent ſatisfactionem coram ipſis. Eademque Domina Margaretha, easdem portiones poſſeſſionarias, cum omnibus ipſarum utilitatibus terris utputa arabilibus &c. ac litteralibus inſtrumentis perpetuo dediſſet remiſiſſet, & reſignaſſet. Aliasque Litteras Faſſionales, ac alias quaslibet in facto portionum poſſeſſionariarum confectas, & emanata vanas, caſſas, frivolas, exhibitoribusque earundem nocituras relinquen. & committen. modo præmiſſo coram ipſis. Datum &c.

166. *Juramentalis depoſitionis Relatio.*

Serenisſimo Principi Domino Mathiæ Dei gratia Regi Hungariæ Bohemiæ &c. Domino ipſorum gratioſo Capitulum Eccleſiæ Chanadien. Orationum ſuffragia devotarum veſtra noverit Serenitas, quod cum Stephanus & Demetrius Jaxit de Nagylak juxta continen. litterarum veſtrarum adjudicatoriarum pariter & Juramentalium quinquageſimo ſe quilibet videlicet eorum vigeſimo quinto ſe nobilibus triceſimo primo die feriæ tertiæ proximæ ante feſtum Exaltationis Sanctæ Crucis nunc præteritum contra Egregium Gregorium Bradrach Capitaneum Caſtri veſtri Nandoralbenſis factis in dictis litteris veſtris adjudicatoriis content. coram nobis Sacramenta deponere habuiſſent. Et nos duos ex nobis videlicet Honorabiles Magiſtros Stephanum de Salyo & Johannem de Kereſzturh Socios & Concanonicos noſtros ad audien. Juramenta eorundem Stephani & Demetrii, nec non conjuratorum eorundem deputaſſemus. Tunc tandem iidem exinde ad nos reverſi nobis conformiter retulerunt: Quod termino in prædicto præfati Stephanus & Demetrius cum nonnullis Nobilibus familiaribusque & huſſaronibus ipſorum adveniſſent, ac iidem Stephanus & Demetrius Jaxyt, in Cimiterio antedictæ Eccleſiæ noſtræ, coram altari loco ſcilicet conſueto & ad id deputato cum ipſorum Conjuratoribus conſtituti extitiſſent, ac idem Magiſter Stephanus Concanonicus noſter de Notitia & nominibus præfatorum conjuratorum more ſolito ſciſcitari voluiſſet mox præfatus Stephanus Jaxit furore nimio repletus eundem Magiſtrum Stephanum ſuper pectus arripien. in terram proſtraſſet, & ibidem eundum cum quodam ſuo cultello nece miſerabili interimere voluiſſet, ſi defenſio præfatorum Nobilium non affuiſſet, ac tandem eundem Magiſtrum Stephanum abinde removiſſent, & præfatum Magiſtrum Johannem de T. retinuiſſent, & coram ipſo Magiſtro Johanne quamvis invito iidem Stephanus & Demetrius quindecimo ſe hominibus Juramenta ipſorum depoſuiſſent. Seriem itaque prætacti negotii uti nobis per dictos Concanonicos noſtros recitata extitere, eidem veſtræ perſonali præſentiæ, ad vigeſimum quintum diem, diei

Digitized by Google

hujusmodi Juramentalis depositionis fideliter duximus rescriben. Datum secundo die diei Executionis prænotatæ. Anno Domini Millesimo quadringentesimo Septuagesimo Sexto.

167. *Relatio Sententiæ.*

Serenissimo Principi Domino Mathiæ Dei gratia Regi Hungariæ Bohemiæ &c. Domino eorum gratiosissimo & Naturali. Capitulum Ecclesiæ Budensis orationum suffragia devotarum vestra noverit Serenitas, nos litteras ejusdem Serenitatis Vestræ adjudicatorias & Sententionales, modum & formam vestræ Judiciariæ deliberationis, superfacto possessionariæ Reambulationis, æstimationis occupationis, & Statutionis homagiorumque & dampnorum solutionis in se exprimen. pro parte Venerabilis Magistri Petri Gubernatoris Abbatiæ de Zenthjog contra Silvestrum de Bályok & Stephanum de Azár emanatas nobis loquentes summa cum reverentia recepisse.

Juxta quarum continentiam una cum Magistro Nicolao de Thorda Cancellariæ personalis præsentiæ Majestatis vestræ Notario, de Curia vestra Regia ad id specialiter transmisso, nostrum hominem videlicet honorabilem Magistrum Laurentium Bodo Socium & Concanonicum nostrum ad contenta earundem Litterarum adjudicatoriarum & Sententionalium peragenda nostro pro testimonio fide dignum duximus destinan. Qui tandem exinde ad nos reverti nobis conformiter retulerunt. Quod ipsi feria sexta proxima ante festum Epiphaniarum Domini proxime præteritum, diebusque aliis sequentibus, & ad id sufficientibus ad faciem Jurium possessionariorum præfati Sylvestri de Bályok in possessionibus Eradon, Valad Zewdemether in Bihorien. ac Szarvad, & prædio Ujfalw appellato in Zolnok mediocri nec non possessionibus Deurseuk Chemező Almos inde Crasna & Bajon vocat. in dicto Zolnok mediocri Comitatibus existen. habitorum accedendo vicinis & commetaneis eorundem, ac Filiis, filiabus, fratribus, & generationis ejusdem Silvestri convicti, hominibus si qui fuissent inibi legitime convocatis, & eisdem vicinis & conmetaneis præsentibus, habita prius eorundem Jurium possessionariorum legitima reambulatione & condigna æstimatione, exclusisque portionibus aliorum quorumlibet de eisdem primo de Rebus ipsius Silvestri reperissent, decem boves in annotato prædio Ujfalu quos abstuliissent, & tandem aliis Rebus ejusdem non inventis primo in præfata ErAdon tres Sessiones Jobagionales populosas, & septem loca sessionum ædificiis carentia. Idem in Vasad duas Sessiones Jobagionales populosas, Octo Sessiones habitatoribus destitutas, & ædificia habentes. Ac duo loca Sessio-

Digitized by Google

num fine omni ædificio, in Szewdemether duodecim Sessiones Jobagionales populosas, tres desertas & quindecim loca Sessionum sine omni ædificio, in Zarvad decem & septem Sessiones Jobagionales populosas, quinque desertas, & Novem loca Sessionum sine ædificiis, ac demum allodialem in dicto prædio Ujfalu cum Silva glandinosa, & Arboribus sub dolabro, ad unum Aratrum regalis mensuræ se extendente fœneta ducentorum falcastrorum, quartam partem Ecclesiæ Lapideæ sine pinnaculo, & terras arabiles ad unum aratrum Regale se extendentes, in Deurseuk decem & Octo Sessiones Jobagionales populosas terras arabiles ad unum Aratrum regale, fœneta vero ad quinquaginta falcastra se extenden. certam partem silvæ sub dolabro, & duo loca Sessionum Jobagionalium sine ullo ædificio, In Chermezeu undecim Sessiones Jobagionales populosas, quatuordecim loca Sessionum sine ædificio, & prædium Herbarth nuncupatum cum terris, usualibus & arabilibus, ad duo Aratra regalia, fœneta ad sexaginta falcastra se extendentia puteum effluentem, certam partem silvæ sub dolabro. Item in Almos quinque Sessiones Jobagionales populosas viginti tria loca Sessionum sine ædificio, fontem Scaturientem, prædium Nyarlo dictum, cum terris usualibus & arabilibus ad duo aratra Regalia, fœneta ad Sexaginta falcastra se extendentia, & certam partem silvæ sub dolabro. In Bayon quindecim Sessiones Jobagionales populosas, Loca Sessionum sine ædificio totidem quindecim, fontem Scaturientem. Capellam ligneam, terras usuales & arabiles, ad duo aratra regalia fœneta ad septuaginta falcastra prout considerare potuissent, se extendentia, cum certa parte silvæ sub dolabro reperissent, quas occupassent, occupatasque præfato Magistro Petro Actori dumtaxat pro quinquaginta Marcis homagionalibus, ducentos flor. auri facientibus. Ac pro dampnis in dictis Litteris Sententionalibus expressatis statuissent titulo pignoris, tam diu possidendas donec eædem ab eodem in condigna earundem æstimatione redimantur. Contradictione prælibati Silvestri convicti & aliorum quorumlibet non obstan. Residuas autem Possessiones & Jura possessionaria ipsius Silvestri, quæ præscriptis possessionibus & Juribus possessionariis multo ampliora dicta fuissent, salva reliquissent, & ea Dominæ conforti ejusdem Silvestri pro Dotalitiis suis Juribus possidenda deputassent. Serie itaque præmissorum prout per dictos vestrum Regium & nostros homines nobis recitata sunt, Vestræ Personali præsentiæ duximus fideliter rescribenda. Datum vigesimo die digi executionis prænotatarum. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Septuagesimo Sexto.

Digitized by Google

168. *Communis Inquisitionis Relatio.*

Serenisſimo Principi Domino Mathiæ, Dei gratia Regi Hungariæ Bohemiæ &c. Domino ipſorum gratioſo, Capitulum Eccleſiæ Budenſis, Orationum ſuffragia devotarum veſtra noverit Serenitas, nos litteras veſtras adjudicatorias, modum & formam veſtræ Judiciariæ deliberationis ſuperfacto cujusdam communis Inquiſitionis in ſe exprimentes pro parte Illuſtris Dominæ Elizabeth Genitricis Veſtræ charissimæ contra Albertum de Parlagh & Johannem de Erchy, & Andream de Bakold emanatas nobis præceptorie directas ſumma cum reverentia recepiſſe, & juxta earundem continentiam, una cum Magiſtro Stephano Oláh pro parte dictæ Dominæ Elizabeth Genitricis veſtræ Actricis & Gregorio Magno de Gardon pro partibus in cauſſam attractorum hominibus veſtris regiis de curia veſtra Regia ad id ſpecialiter transmiſis, noſtros homines videlicet Honorabiles Magiſtros Laurentium Bodo & Gregorium de Zemche Socios & Concanonicos noſtros ad ipſam communem Inquiſitionem faciendam noſtris teſtimoniis pro veſtrisque partibus fidedignos duximus deſtinan. Qui tandem exinde ad nos reverſi nobis conformiter retulerunt, quod ipſi vigeſimo ſecundo die Paſchæ Domini nunc præterito, ad faciem poſſeſſionis Bud vocatæ locum ſcilicet conmunem ubi partes prædictæ ipſam conmunem Inquiſitionem fieri voluiſſent vicinis & commetaneis Poſſeſſionis Geurgſzálláſa ceterisque Nobilibus comprovincialibus Peſthien. & Alben. Sedis Solth Comitatuum per partes prædictas inibi legitime convocatis, ac pro parte præfatæ Illuſtri Domina Genitrice veſtra Magiſtro Benedicto de Peczel cum Procuratoriis litteris ejusdem Dominæ Genitricis veſtræ nec non præfato Andrea de Bakold perſonaliter pro ſe & pro dicto Johanné de Erchy Domino ſuo ſine Litteris procuratoriis conparen. præſentibus acceden. ab eisdem vicinis & conmetaneis ac Nobilibus conprovincialibus ad fidem eorum Deo debitam, fidelitatemque vobis & Sacro veſtro Regio Diademati obſervandam tacto dominicæ crucis ſigno per eos præſtitam odio favore, amore, timore, prece & pretio partium poſtergatis, absque ſcrupulo cujuslibet falſitatis, ſolum Deum & ejus juſtitiam feren. præ oculis. Super eo utrum circa Feſtum beati Michaëlis Archangeli proxime præteritum iidem Albertus de Parlag & Johannes de Erchi miſis & deſtinatis præfat. Andrea de Bakald officiali de Thytel ac Jobagionibus ipſorum in poſſeſſionibus Thytel prædicta Mariahaza & T. conmoran. armatis manibus & potentiariis noctis in ſilentio ad dictam Poſſeſſionem ipſius Genitricis veſtræ Geurgzallaſa vocatam ibique quendam Paulum Debrechenyi nece miſerabili interimendo multos ex Jobagionibus ſuis dire & acriter verberaverint, & vulneraverint. Et inſuper

Digitized by Google

septuaginta octo vaccas, tres equos cum sellis, & duos boves sex florenos auri valentes, aliasque innumerabiles res tam fœnum quam etiam alias res mobiles Jobagionum ejusdem Dominæ Genitricis vestræ in eadem possessione György conmoran. abigi, auferrique & asportari, ac quo ipsorum placuisset voluntati fecerint. Et in quibus plus quam duorum millium florenorum auri dampna eisdem Domini Genitrice vestræ & Jobagionibus suis intulerint potentia mediante, an ne seorsim & sigillatim more communis Inquisitionis investigando requisitos habuissent. Qui modo infrascripto fassi extitissent. Et primo &c. Seriem itaque præmissorum uti nobis recitata extitere ad quintum decimum diem dicti diei executionis factæ eidem vestræ personali præsentiæ fideliter duximus rescriben. Datum quinto decimo die diei executionis prænotatæ. Anno &c.

169. *Fassio valde bona et subtilis.*

Quod Magnificus Job filius condam Magnifici Ladislai de Gara Regni Hungariæ Palatini, personaliter coram nobis constitutus sponte & manifeste animoque deliberato propossuit, & confessus extitit in hunc modum: quod ipse Divino monitus instinctu, sine quo nullum rite potest fundari exordium illum diem novissimum Judicii divini, in quo omnes homines, nedum de pravis suis actibus, verum etiam de quolibet verbo otioso singulariter reddituri sunt rationem strictissimam, in cordis sui archano inevitabilem fore agnovisset, volens igitur extremum suæ emigrationis terminum operibus nunc securum efficere atque pro transitoriis æterna conmutare, ut tandem ipso die Judicii Sanctorum gloriosis meritis a dextris Dei benedicti mereatur collocari, quandam silvam suam hereditariam Somlyogheu dictam sub antiquis & veris metis possessionis suæ Kovachi vocatæ in Comitatu Pilisien. adjacent. sitam quam scilicet progenitores ejusdem a temporibus antiquis continue pacifice possedissent, idemque Job conservaret etiam de præsenti ab aliis silvis prætactæ possessionis suæ Kovachi distinctione metali undique sequestratam, simul cum cunctis suis proventibus ac utilitatibus ad eandem jure spectare deben. ad honorem Dei omnipotentis tandemque beatissimorum Sanctorum Laurentii Martiris in cujus nomine claustrum Religiosorum fratrum Heremitarum ordinis beati Pauli primi heremitæ supra Budam glorioſe constitutum est, nec non ejusdem Pauli primi heremitæ cujus corpus gloriosum claustro in prædicto reconditum conservatur honorifice præfato claustro beati Laurentii Martiris, consequenterque eisdem Fratribus Heremitis pro tempore in eodem constitutis ob animæ suæ salutem nec non antelatorum Progenitorum & parentum, ac etiam posterorum suorum animarum requiem & refrigerium perpetuam in elemosinam donasset dispositisset, perpetuasset, & inscripsisset Jure

Digitized by Google

perhennali per eosdem pacifice posfiden. nullam omnino Juris proprietatem sibi vel suis posteris silva in eadem de[illegible] cetero reservan. totali dominio ejusdem abrenuntiasset: ita videlicet quod iidem fratres Heremitæ pro tempore clausiro in ipso Deo famulantes in qualibet septimana duas missas unam videlicet feria quarta ad honorem præfati Sancti Pauli continuis futuris temporibus, & aliam feria quinta pro infirmis durante vita duntaxat ejusdem Job, & tandem divino volen. Judicio præfato Job de Gara, ab hac vita deceden. Fratres prænarati missam pro infirmis in dicta feria quinta in missam pro defunct. permutare, & in perpetuum celebrare & legere teneantur. Assumsit etiam idem Job præfatos fratres Heremitas in pacifico dominio prætactæ silvæ Somlyohegh eisdem Fratribus collatæ, & utilitatum ejusdem sub metis infrascriptis ab omnibus caussidicis & impetitoribus legitimis protegere & conservare suis propriis laboribus & expensis. Metæ autem dictam silvam Somlyohegh undique ab aliis silvis sequestran. hoc ordine post se se discurren. protenduntur. Quod prima meta incipit a plaga meridionali, sub quadam arbore piri &c.

Conclusio.

Immo præfatus Job de Gara sub conditione jam declarata, & metarum curibus silvam suam Somlyohegy prætactam memorato clausiro Sancti Laurentii Martiris, & fratribus heremitis temporibus successivis in eodem degentibus dedit ascripsit, perpetuavit, & dispossuit suas manus de eadem prorsus recipien. Jure perhennali per eosdem possidendam tenendam & habendam. Universale quoque Jus suum silva in eadem possessum in eosdem fratres heremitas & clausirum prænotatum convertendo transtulit, eosdemque fratres & clausirum prædictum contra quoslibet impetitores in dominio hujusmodi silvæ suæ per ipsum ut præfertur eisdem fratribus jam donatæ suis laboribus propriis & expensis conservare & protegere nostri in conspectu harum nostrarum testimonio &c.

170. *Reambulatorium.*

Capitulum Ecclesiæ Budensis. Omnibus Christi fidelibus præsentibus pariter & futuris præsentium notitiam habituris Salutem in salutis Largitore ad universorum notitiam harum serie volumus pervenire. quod nos Litteras Serenissimi Principis Domini Mathiæ Dei gratia Regis Hungariæ, Bohemiæ, &c. Domini nostri gratiosi. Introductor. & statutorias nobis directas reverentia qua decuit recepimus in hæc verba.

Digitized by Google

171. *De alio modo.*

Quod nos litteras viri Magnifici D. Comitis Stephani de Báthor Judicis Curiæ Serenisſimi Principis Domini Mathiæ Dei gratia Regis &c. Domini noſtri gratioſi Introductor. & Statutor. &c.

Nos itaque amicabilibus petitionibus præfati Domini Stephani annuen. uti tenemur unacum prænominato Janko de præfat. T. hominis regio noſtrum hominem videlicet honorabilem Magiſtrum T. Socium & Concanonicum noſtrum ad præmiſſam reambulationem faciendam noſtro pro teſtimonio fide dignum duximus deſtinan. Tandem iidem exinde ad nos reverſi nobis conformiter retulerunt, quod ipſi Sabbato proximo poſt feſtum beati T. proxime præteritum ad facies dictæ poſſeſſionis Kovachi conſequenterque præſcriptæ ſilvæ Somlyohegy vocatæ vicinis et conmetaneis ſuis inibi legitime convocatis, & præſertim Valentino Zomory &c. præſentibus acceden. eandem ſilvam T. circumquaque per ſuas veras metas hoc ordine reambulaſſent, quod primo incepiſſent. &c.

Reambulatamque & ab aliorum Juribus poſſeſſionariis metaliter ſeparatam, & diſtinctam, nullo penitus Contradictore apparente reliquiſſent & conmiſiſſent eisdem Exponentibus Jure ipſis incumben. perpetuo poſſiden. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam præſentes litteras noſtras privilegiales pendenti ſigillo noſtro conſignatas, Alphabetoque &c.

172. *Ommissionalis super Juramentuli depositione.*

Nos Capitulum Eccleſiæ Budenſis. Memoriæ commendamus, quod cum Religioſa Domina Abbatiſſa Clauſtri Beatæ Mariæ Virginis de Inſula leporum juxta contienen. litterarum Serenisſimi Principis Domini Mathiæ Dei gratia Regis Hungariæ, Bohemiæ &c. Domini noſtri gratioſi. Adjudicator. pariter & Juramentalium contra Petrum & Laurentium filios condam Pauli Botha de Mendzenth, vigeſimo ſexto die feriæ quartæ proxime poſt feſtum beati Gregorii Papæ proxime poſt feſtum beati Gregorii Papæ proxime præteritum in prædicto clauſtro ſuo coram noſtro teſtimonio, ac viginti quatuor Nobiles conjuratores ſcilicet ejusdem Dominæ vigeſimo ſeptimo die ejusdem quartæ feriæ proxime præteritæ, poſt prædictum feſtum beati Gregorii Papæ ſimiliter proxime præterito Sacramenta deponere habuiſſent tunc ipſis terminis advenien. nec ipſa Domina Abbatiſſa in clauſtro ſuo coram teſtimonio noſtro, & nec viginti quatuor Nobiles conjuratores ſcilicet ejusdem Dominæ Abbatiſſæ coram nobis Sacramenta prout debebant depoſuerunt, teſtimonio præſentium median.

Digitized by Google

Datum ſecundo die ultimi termini hujusmodi Juramentalis depoſitionis. Anno Domini Milleſimo, Quadringenteſimo &c.

173. Nos Capitulum Eccleſiæ Budenſis Memoriæ commendamus tenore præſentium &c. Quod T. de T. onera & quælibet gravamina Stephani filii nec non puellarum Anna & T. vocatarum filiarum ſuarum ab una ac Nobilis Domina Agatha vocata conſors Jacobi Porkoláb in Peſth conmoran. ſoror ſcilicet carnalis ejusdem Alberti modo ſimili Sigismundi filii, nec non puellarum T. & T. vocatarum filiarum ſuarum partibus ab altera ſuper ſe recipien. coram nobis perſonaliter conſtituti ſponte confeſsi ſunt in hunc modum; quod quamvis præfata Domina Agatha antefatum T. in facto acquiſitionis portionis ſuæ poſſeſsionariæ in dicta poſſeſsione Tarcha in Comitatu Peſtien. exiſten. habit. in Curiam Regiam in Cauſam convenerit, cauſaque in eadem portionem ſuam poſſeſsionariam in dicta Tarcha habitam ab eodem Alberto Jure median. rehabere prætenderit tamen nunc componentibus probis & Nobilibus viris ad talem pacis & concordiæ deveniſſent unionem, quod quia præfatus Albertus domum ſuam in ſuburbio Caſtri Buden. in vicinitate domorum Johannis filii condam Gregorii Mihalyfi & ante Eccleſiam beati Petri Martiris in dicto ſuburbio Caſtri Budenſis fundatam exiſten. & habitam eidem Dominæ Jure perpetuo & irrevocabiliter in reconpenſam ſatisfactionis totalis portionis poſſeſsionariæ antefatæ Dominæ Agathæ in dicta Tharcha habitæ dediſſet & contuliſſet. Ideo ipſa ſuper dicta domo modis omnibus contenta prænotatum T. ſuper præmiſſa acquiſitione ſua quittum conmiſiſſet & expeditum reddidiſſet, immo devenerunt ac ipſa Domina reddidit & conmiſit coram nobis voluerunt etiam partes præſcriptæ quod ſi quampiam partem absque heredum ſolatio ab hac luce decedere contingeret extunc univerſa bona & jura poſſeſsionaria talis partis decedentis in partem ſuperviventem condeſcendi debeant & devolvi. In cujus rei memoriam &c.

174. *Impignoratoria.*

Memoriæ commendamus. Quod Egregius Georgius filius Stephani Zoardfiu de Endréd coram nobis perſonaliter conſtitutus propoſuit & ſponte confeſſus eſt in hunc modum: Quod quia ipſe Nobilem Dominam Margaretham filiam præfati Stephani Zoárdfiu ſororem ſcilicet ſuam carnalem, Nobili Franciſco de Marothfalva Ritu Romano Sanctæ Matris Eccleſiæ deſponſatam, propter eorum inopiam & rerum ſuarum nimiam tenuitatem lectiſterniis veſtibus & aliis ornamentis & rebus prout e tanta familia & domo licuiſſet dotare non potuiſſet, ſi hujusmodi lectiſternia, veſtes & alia ornamenta & res eidem Dominæ Margarethæ debentia & omnem ſolemnitatem

Digitized by Google

nuptiarum ejus ad ſuam inſtantiam idem Franciſcus, Albertus & Demetrius Ficha Aulæ Regiæ Miles fratres ejusdem Franciſci carnales de eorum propriis pecuniis & rebus honeſta cum copia diſpoſuiſſent, iidem etiam Franciſcus, Albertus, & Demetrius Fycha ad conſervationes & defenſiones poſſeſſionum & Jurium ſuorum poſſeſſionariorum ac domorum & curiarum reformationis ſcilicet ratione earundem poſſeſſionum & Jurium ſuorum poſſeſſionariorum præteritis temporibus ad exercituationes nonnullas de eorum voluntate expenſas graves expoſuiſſent; & pertuliſſent, quæ ſi recto compoto penſaretur tria milia flor. auri largo numero excederent. Nolens igitur ipſe Georgius tantam pecuniæ quantitatem pro ipſo & ſuis rebus expoſitam in ſalutis animæ ſuæ diſpendium omnino ſurripere, ſed eam cupiens in parte aliqua eisdem Franciſco, Alberto, & Demetrio Ficha reſundere totales portiones ſuas, & jura ſua poſſeſſionaria in poſſeſſionibus Endred prædicta in Zathmarien. ac T. & T. vocatis in T. Comitatibus exiſtentibus habitas. Simulcum cunctis ipſarum utilitatibus, & pertinentiis quibuslibet, terris ſcilicet arabilibus cultis & incultis, agris, pratis, paſcuis, fœnetis, ſilvis, nemoribus aquis, fluviis, piſcinis, piſcaturis, molendinis, & eorundem locis, montibus, vallibus, vineis, vinearumque promontoriis, & generaliter quarumlibet utilitatum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, ſub ſuis veris metis & antiquis anteſat. Franciſco & Demetrio in prætaxatis tribus millibus flor. auri ab ipſis modo præxpreſſo perceptis inſcripſiſſet pignori obligaſſet. Immo inſcripſit & pignori obligavit coram nobis. Aſſummen. eosdem in pacifico dominio earundem portionum & Jurium poſſeſſionariorum contra quoslibet impetitores & Cauſidicos tueri, protegere & conſervare propriis ſuis laboribus & expenſis, harum noſtrarum teſtimonio litterarum.

175. *Compoſitionales in facto Relaxationis Juramenti per Actorem factae: et sic sequitur.*

Nos Capitulum Eccleſiæ Budenſis, memoriæ commendamus per præſentes, quod Benedictus de Péczel onera & quælibet gravamina Nobilis Dominae Margarethæ Conſortis ſuæ in ſe recipien. ab una, nec non Blaſius de Seuregh, & Nobilis Domina Dorothea vocata conſors ejusdem partibus ab altera coram nobis perſonaliter conſtituti, ſponte ſunt confeſſi in hunc modum: quod quamvis præfatus M. B. de Péczel ante fatos Blaſium & Dominam conſortem ejusdem ratione & prætextu quorundam actuum potentiariorum in curiam Regiam in cauſam convenerit Cauſaque in eadem proceden. præfatus M. B. eisdem Blaſio & Dominæ Conſorti ejusdem Juramenta quinquageſimo ſe nobilibus coram nobis deponen. adjudicari prōcuraverit ac iidem Blaſius & Domina cum ipſorum conjuratoribus hujusmo-

Digitized by Google

di Juramenta ipſorum juxta contenta litterarum Sereniſſimi Principis Domini Mathiæ &c. Domini noſtri gratioſi Adjudicatoriarum deponere prompti fuerint & parati. Tamen intervenien. nonnullis probis & Nobilibus viris pro pace & concordia inter eos laborantibus ad talem pacis & concordiæ deveniſſent unionem. Quod præfatus Magiſter B. hujusmodi Juramentalem depoſitionem condeſcendi & ſopiri feciſſet, eisdemque B. & Dominæ conſorti, ac Conjuratoribus & Jobagionibus eorundem Juramenta ipſorum relaxaſſet & remiſiſſet. Ipſumque totum negotium, ſimulcum omnibus litibus & Cauſis inter ipſas partes hucusque qualitercunque exortis partibus ipſis volen. arbitrio & diſpoſitioni octo proborum & nobilium virorum ſubmiſiſſet tali modo, ut quitquid iidem octo probi & nobiles viri per ipſas partes æquali numero eligen. Tricſimo ſecundo die feſti beati Georgii Martiris proxime venturo in facie poſſeſſionis Bykche vocatæ audit. hinc inde partium propoſitionib. viſisque litteris & Juribus earumdem partium in prænarratis univerſis cauſis ipſorum qualitercunque & quomodocunque hucusque ut præmittitur contra ſeſe & in alterutr. motis & habitis. coram teſtimonio noſtro facerent diſponerent arbitrarentur, & adjudicarent, id ambæ partes acceptare debeant & teneantur, univerſasque & quaslibet litteras ipſorum Inquiſitorias videlicet Evocatorias Inſinuatorias, proteſtatorias, Judiciales & alias quaslibet cauſales coram quibusvis Judicibus emanates, demptis duntaxat factum poſtionar. tangen. vanas, caſſas, exhibitorique eorum nocituras reliquiſſent & commiſiſſent. Immo devenerunt reliquerunt-que & conmiſerunt coram nobis hoc denique non prætermiſſo & ſpecialiter declarato. Quod ſi electi unius partis partes inter easdem arbitrari, diſponere, & adjudicare nollent, extunc electi alterius partis uno tamen ipſis de electis alterius partis adherente & conſentiente arbitrari, diſponere & adjudicare valeant, ubi autem aliqua pars earundem partium diem & locum ad prædictos per ſe, vel per ipſorum legitimos Procuratores non compareret ac hujusmodi diſpoſitioni, & adjudicationi dictorum proborum in toto vel in parte non acceptaret. Extunc talis pars contra partem alteram in facto ſuccubitus duelli facti potentialis convincatur, & convicta habeatur. Ad quæ partes præſcriptæ ſponte ſe obligarunt. Harum noſtrarum &c. Datum tertio die termini Juramentalis depoſitionis prænotatæ. Anno &c.

176. Sereniſſime Princeps Domine noſter gratioſiſſime. Benedictus de Peczel, qui virus ſuum totis ſuis conatibus a dudum in nos & noſtram Eccleſiam eſſare emollitur, ut aſſeruit juſſu Illuſtris Dominæ Elizabeth Genitricis Sereniſtatis Veſtræ, noſtræque Dominæ gratioſiſſimæ ad eandem Serenitatem veſtram ivit & ne ipſe rem hanc,

Digitized by Google

pro qua iturum intelleximus Serenitati veſtræ aliter quam ſe habeat detegat, totam ſeriem hujus rei Serenitati veſtræ duximus omni fine dolo notifican. ipſe enim Benedictus de Peczel jam dudum conſueta ſua aſtutia, qui ut aput Magnates amictum ſibi quærere, & ſe promovere poſſit de lite minima lites ſuccendere & adaugere magnificareque conſuevit. Territorium noſtrum cum territorio Civitatis Serenitatis veſtræ Veteris Budæ vicinum circumquaque jam tribus fere poſt ſe ſe vicibus uti ſuggerit juſſu præfatæ Dominæ noſtræ gratioſiſſimæ per Magiſtros Prothonotarios, & Capitulares homines reambulari fecit, magnasque partes ipſius noſtri territorii decidere, & Civitati Serenitatis veſtræ prædictæ annectere niſus eſt. Ex quo autem ipſi Magiſtri Protho-Notarii, viſis & examinatis Juribus noſtris, & circumſpectis ſitibus territorii noſtri, & ejusdem Civitatis Serenitatis veſtræ id non admiſerant. Nunc præfatam Dominam noſtram gratioſiſimam adiit locuturus prout voluit. Exindeque jam ut præmiſimus ad eandem Serenitatem veſtram, ut vel coram eadem Serenitate veſtra totum ſuum virus in nos, & noſtram Eccleſiam pauperrimam effundere poſſit, confluxit. Quare Serenitati Veſtræ ſupplicamus humiliter, & devote, quatinus eadem Serenitas veſtra divinæ pietatis intuitu, & orationum noſtrarum humillimarum dignetur mandare Magiſtris I. de T. & Stephano de T. Protho-Notariis, ut ipſi viſis Juribus partium, ipſa territoria per metarum erectiones a ſe ſe ſeparare, & diſtinguere valeant, ut nos vel ſaltem ſic, jam laboribus & expenſis fatigati a preſſuris ipſius Benedicti de Peczel eripi, continuisque noſtris laboribus & expenſis, quas hucusque pro hac re coacti tulimus, parcere poſſemus. Ex t. &c. Anno &c.

177. Wladislaus &c. fideli noſtro Egregio T. de T. Vice-Comiti Comitatus Barſien. Salutem & gratiam. Gravem querelam fidelis noſtri Prudentis, & Circumſpecti Seboldi Civis Civitatis noſtræ T. coram nobis depoſitam accepimus. Quod cum noviſſimis his temporibus idem Exponens, quendam familiarem ſuum in facto certorum negotiorum ſuorum, ad dictum Comitatum Barſienſem deſtinaſſet, atque idem ad dictum Comitatum perveniſſet. Tunc quidam Nobilis Paulus de T. & Georgius Kathona dictum familiarem ipſis Exponentis in via repertum, omnibus rebus ipſius Exponentis, quas tunc idem familiaris ſuus apud ſe habebat hoſtiliter ſpoliaſſent, & quo ipſorum placuiſſet voluntati feciſſent, in grave præjudicium ejusdem Exponentis, & dampnum valde magnum. Quia vero nos nequaquam pati volumus ut ipſe Exponens per dictos adverſarios ſuos, hujusmodi rebus & bonis ſuis taliter ex improviſo deſtituatur. Mandamus idcirco fidelitati tuæ præſentium ſerie ſtrictiſſime, quatinus acceptis præſentibus vocatis coram te prædictis partibus, vel legitimis earundem

Digitized by Google

rundem Procuratoribus ad unum certum & brevem terminum, auditisque ipſarum propoſitionibus, allegationibus, & reſponſis, admiſſis etiam probabilibus documentis, cauſam hujusmodi partes inter easdem revidere & adjudicare, ac tandem comperta juſtitia ejusdem Exponentis, eidem univerſas hujusmodi res ſuas per præfatum adverſarium ſuum plenarie reddi, & reſtitui facere debeas. Quod ſi iidem adverſarii ſui hujusmodi res ſuas reddere recuſarent, extunc eidem Exponenti, de propriis rebus ipſorum adverſariorum ſuorum, plenariam & omnimodam ſatisfactionem impendere tenearis. Ne idem Exponens pro abnegata ſibi ſatisfactione ad nos recurrere nosque majoribus rebus intentos, ſuis querelis moleſtare cogatur. Aliud igitur non facturi. Præſentibus perlectis, Exhibenti reſtitutis. Datum Budæ. feria &c. Anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo, Nonageſimo primo.

NB. Hoc ſcriptum eſt eadem manu, qua cætera.

178. *Super requisitione Litterarum Relatio.*

Nos &c. memoriæ commen. tenore præſentium ſignifican. &c. Quod nos litteras Serenisſimi Principis Domini Mathiæ Dei gratia Regis Hungariæ, Bohemiæ &c. Domini noſtri gratioſi Requiſitorias nobis directas reverentia qua decuit recepimus in hæc verba: Mathias Dei gratia &c. Unde nos mandatis præfati Domini noſtri Regis ſemper obedien. uti tenemur præfatum Regiſtrum, ſine diminutione & augmento in præſentibus litteris noſtris paten. fideliter transſcriptum & transſumptum, præfato Exponenti tuitioni Jurium ſuorum duximus conceden. In cujus rei evidentiam præſentes Litteras noſtras privilegiales pendenti ſigillo noſtro conſignatas duximus conceden. Datum. &c.

179. *Salvus Conductus.*

Eliſabetha Dei gratia Serenisſimi Principis Domini Mathiæ Dei gratia Regis Hungariæ, Bohemiæ &c. Genitrix, univerſis & ſingulis Tributariis, ex utraque parte Danubii, tam in terris, quam in aquis ubilibet usque Poſonium, & Jaurinum conſtitutis, Salutem cum favore Noveritis, quia Circumſpecti T. & T. Inhabitatores hujus Civitatis noſtræ Veteris Buden. qui ad caſtrum vel curiam noſtram Veteris Buden. dietenus famulantur de partibus ſuperioribus in navibus ipſorum avenam, & fruges ac vina, & alias res & bona pro ipſorum ſuſtentatione deferre habebunt. Ideo dilectionis univerſitatis veſtræ, & veſtrum cujuslibet præſentibus hortamur eisdemque nichilominus committimus, quatinus receptis præſentibus dum præfati T. & T. aut homines ipſorum præſentium ſcilicet oſtenſores ad loca Tri-

Digitized by Google

butorum veſtrorum, veſtrique in medium pervenerint. Extunc eosdem in eundo & redeundo cum ipſis navibus ipſorum avena, & frugibus ac &c. aliis rebus &c. quibuslibet repletis, de hujusmodi Tributorum veſtrorum locis ac veſtri e medio pacifice, & quiete, ac absque omni tributaria ſolutione, & dampno permittatis, & permitti faciatis, nil Nocumenti vel calumpniæ ipſis inferen. Aliud non facturi. Præſentibus perlectis &c. Datum.

180. *Transſumptio Litterarum.*

Nos Capitulum Eccleſiæ Budenſis. Memoriæ commendamus, quod honorabilis Volffgangus Presbiter de Vacia Capellanus T. de T. Aulæque Secretarii Serenisſimi Principis Domini Mathiæ Dei gratia Regis Hungariæ Bohemiæ &c. Domini noſtri gratioſisſimi, noſtram veniens in præſentiam in perſona ejusdem Domini T. exhibuit nobis, & præſentavit quasdam litteras præfati Domini noſtri Mathiæ Regis Confirmatorias impenden. privilegialiter confectas. Tenore Litterarum condam Serenisſimi Principis Domini Sigismundi Regis &c. felicis recordationis ſuper certa libertate & exemptione emanatas tenoris & continentiæ per omnia infraſcripti petens nos debita cum inſtantia, ut easdem de verbo ad verbum transſcribi & transſumpmi, ac præſentibus litteris noſtris patentibus redigi faceremus, eidemque Domino T. Juris ſui ad cautelam dare & concedere dignaremur. Quarum tenor ſequitur & eſt talis: Nos Mathias Dei gratia Rex Hungariæ Bohemiæ &c.

Nos itaque juſtis & rationabilibus petitionibus præfati Volffgangi Presbiteri favorabiliter inclinati præfatas litteras antefati Domini noſtri Regis non abrasas, non cancellatas, nec in aliqua ſui parte vitiatas, ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione carentes, nichil addendo, nichilque diminuendo de verbo ad verbum tranſcribi, & transſumpmi, ac præſentibus litteris noſtris patentibus redigi fecimus, eidemque Domino T. Præpoſito Juris ſui ad cautelam duximus conceden. Datum in feſto beatæ Priſcæ, Virginis & Martiris. Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo Septuageſimo Septimo.

181. *Inquisitionis Evocationis & Insinuationis.*

Serenisſimo Principi Domino Mathiæ Dei gratia Regi Hungariæ Bohemiæ &c. Domino ipſorum gratioſo. Capitulum Eccleſiæ Budenſis. Orationum ſuffragia devotarum veſtra noverit Serenitas. Nos Litteras Veſtras Inquiſitorias Evocatorias, & Inſinuatorias nobis directas, reverentia qua decuit recepiſſe in hæc verba: Mathias Dei gratia &c.

Digitized by Google

Nos itaque mandatis ejusdem Veſtræ Serenitatis in omnibus obedien. uti tenemur, una cum prænominato T. de T. homine veſtro, noſtrum hominem videlicet diſcretum T. Presbiterum Rectorem Altaris T. in dicta Eccleſia noſtra fundati ad præmiſſam Inquiſitionem, Evocationem, & Inſinuationem facien. noſtro pro teſtimonio fide dignum duximus deſtinan. Tandem iidem exinde ad nos reverſi uniformiter retulerunt. Quod ipſi die dominico proximo, poſt feſtum T. proxime præteritum in Comitatu T. ſimul proceden. ab omnibus quibus decens & opportunum fuiſſet, palam & occulte diligenter inquiren. omnia præmiſſa, & quævis præmiſſorum ſingula aliqua ſic dempta dampni æqualitate, ſic & ſuo modo acta, facta, & patrata fuiſſe reſciviſſent, ſicuti & quemadmodum eidem Veſtræ Perſonali præſentiæ dictum extitiſſet. Tenorque litterarum ſuarum per omnia contineret præſcriptarum. Factaque hujusmodi Inquiſitione, memoratus homo Veſtræ Serenitatis dicto noſtro teſtimonio præſente, die in eodem præfatos T. & T. contra annotatos Exponentes ad Octavas feſti Epiphaniarum Domini nunc ventur. veſtram perſonalem evocaſſet in præſentiam, rationem de præmiſſis redditur. efficacem, litis pendentia ſi qua foret inter ipſos non obſtante Inſinuan. ibidem eisdem, ut ſive ipſi octavis in prædictis, coram dicta veſtra perſonali præſentia compareant, ſive non, eadem ad partis comparentis inſtantiam, id faciet in præmiſſis, quod Juri videbitur expediri. Datum tertio die diei Inquiſitionis Evocationis, & Inſinuationis prænotatarum. Anno Domini ſupra dicto.

Supra ſcriptio.

Pro Nicolao de T. & Nobili Domina N. conſorte ejusdem Contra T. de T. & alios intra ſcriptos. Ad octavas feſti T. nunc ventur. Inquiſitionis, Evocationis, & Inſinuationis.

182. *Statutoriæ & Evocationis Responsio quando contradicitur.*

Sereniſſimo Principi &c. Capitulum Eccleſiæ &c. Orationum &c. veſtra noverit Serenitas, nos Litteras Veſtras Introductorias & Statutorias nobis directas reverentia qua decuit recepiſſe in hæc verba: Mathias Dei gratia &c.

Nos itaque mandatis ejusdem veſtræ Serenitatis in omnibus obedien. uti tenemur, una cum prænominato T. de T. homine veſtro, noſtrum hominem videlicet T. de T. Socium &c. ad præmiſſam Introductionem & Statutionem facien. noſtro pro teſtimonio fide dignum duximus deſtinan. Tandem iidem exinde ad nos reverſi, nobis conformiter retulerunt. Quod ipſi die dominico proximo poſt feſtum Nativitatis beati Johannis Baptiſtæ proxime præterito, diebusque

Digitized by Google

aliis ad id aptis, & ſufficien. ad facies præſcriptæ T. vocatæ, ac prædictarum pertinentiarum ejusdem vicinis & conmetaneis earundem inibi legitime convocatis & præſentibus acceden. Memoratos T. & T. in dominium ejusdem T. & prædictarum pertinentiarum ejusdem introduxiſſent, iidemque & easdem eisdem, ſimul cum cunctis ſuis utilitatibus, & pertinentiis quibuslibet præmiſſo Jure ipſis incumbenti perpetue posliden. Nullo contradictore apparente ſtatuiſſent, diebus legitimis & horis, in facie earundem permanen. Tandem nondum adhuc Sedecim diebus elapſis Egregius Theophilus de T. Statutioni poſſeſſionis T. in perſona Egregii Pauli de Kinys, hic in Capitulo noſtro contradictionis velamine obviaſſet. Obquam contradictionis Inhibitionem præfatum Paulum de Kinys ad Octavas feſti beati Jacobi Apoſtoli proxime ventur. contra annotatos Raphaëlem & T. veſtram perſonalem evocavimus in præſentiam. Rationem contradictionis ejusdem redditur. Datum ſexto decimo die Evocationis prænotatæ. Anno Domini ſupradicto.

Suprascriptio.

Pro Egregio Raphaële filio condam T. de T. & aliis introſcriptis. Contra Egregium Paulum de Kinys, Ad Octavas feſti beati Jacobi Apoſtoli nunc ventur. Introductionis Statutionis, & Evocationis.

183. *Impignoratoria.*

Nos Capitulum &c. memoriæ commendamus. Quod T. de T. nominibus & in perſonis Nobilium Dominæ Annæ Relictæ & puellæ ſimiliter Anna vocatæ, filiæ condam Emerici de T. cum Procuratoriis Litteris Honorabilis Capituli Eccleſiæ Albenſis, coram nobis perſonaliter conſtitutus ſponte confeſſus eſt in hunc modum. Quod ipſe arduis neceſſitatibus earundem Dominæ & puellæ ipſas ad præſens urgen. evitan. Totales portiones poſſeſſionarias earundem in poſſeſſione T. in Comitatu Simigien. exiſten. habitas. Simul cum cunctis utilitatibus, & pertinentiis quibuslibet, puta terris Arabilibus, cultis, & incultis, agris, pratis, fœnetis, ſilvis, nemoribus, aquis, aquarumque decurſibus, Molendinis, & locis eorundem, vineis, vinearumque promontoriis, & generaliter quarumlibet utilitatum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, ad easdem undique de jure ſpectantibus, & pertinere deben. Alberto de T. pro XXV. flor. auri hungaricalibus veri & juſti ponderis ab eodem jam plene habitis, receptis, & levatis, usque tempus redemptionis earundem pignori obligaſſet. Immo obligavit coram nobis, aſſumen. nichilominus antefatus T. nominibus & in perſonis quarum ſupra virtute procuratoria prænotata Memoratum T. in pacifico dominio earundem contra quoslibet illegitimos impetitores usque præmiſſum tempus re-

Digitized by Google

demptionis tueri, protegere, & conſervare propriis earundem laboribus & expenſis. Harum noſtrarum teſtimonio litterarum median. Datum &c.

184. *Expeditoria.*

Nos &c. Memoriæ &c. Quod T. de T. coram nobis perſonaliter conſtitutus ſponte &c. Quod ipſe T. de T. ſcilicet familiar. ejusdem univerſos, ſuper univerſis dampnis, nocumentis, injuriis, invaſionibus domorum, rerumque & bonorum ablationibus & captivitate T. per eosdem & T. & familiares ejusdem prædictos eidem factis & irrogatis quittos conmiſiſſet & expeditos reddidiſſet. Immo reddidit & commilit coram nobis. Harum noſtrarum teſtimonio Litterarum median. Datum &c. Anno &c.

185. *Super Plebania.*

Nos &c. Memoriæ commendamus Tenore præſentium ſignifican. quibus expedit univerſis. Quod circumſpecti Albertus Judex, & alter Albertus T. Jurati Cives de T. in ipſorum nec non univerſorum Incolarum, & cohoſpitum eorundem de eadem T. perſonis coram nobis perſonaliter conſtituti propoſuerunt & ſponte confeſi ſunt in hunc modum: Quod ipſi matura deliberatione inter ſe præhabita Plebanatum ſeu Plebaniam Eccleſiæ Parochialis Sancti T. de dicta T. ad ipſorum Collationem proviſionem, & diſpoſitionem immediate ſpectantem, cum omnibus Juribus & pertinentiis ſuis quibuslibet Honorabili T. Presbitero nato condam T. de T. vita ſibi comite perpetuo gubernand. poſſidend. pariter & haben. dediſſent, donaſſent, & contuliſſent, & ipſum in Paſtorem animarum ſuarum, recepiſſent, & aſſumpſiſſent. Immo receperunt & aſſumpſerunt coram nobis tali conditione median. Quod dum & quandocunque ipſe N. Plebanus cauſam aliquam, ſeu quæſtionis materiam contra ipſos Cives, aut alterum eorum movere habuerit; ex tunc hujusmodi cauſam ſuam, coram Judice dicta T. pro tempore conſtituto exequi debeat, & nec coram aliquo Judice Eccleſiaſtico ipſos, aut alterum eorum in cauſam convenire valeat. Et quod dictam Plebaniam ſuam aliis conferre ſeu reſignare minime valeat, atque poſſit, præterquam ipſis Judici & Incolis de ipſa T. etiam ſi pinguius beneficium habere poſſet temporis in eventu. In cujus rei evidentiam præſentes Litteras noſtras privilegiales, pendenti ſigillo noſtro conſignatas, ad faſſionem dictorum Juratorum eidem Michaëli Plebano duximus conceden. Datum. &c.

186. *Privilegium.*

Nos &c. Memoriæ commen. Tenore præſentium ſignifican. quibus expedit univerſis. Quod Valentinus filius condam T. de T. de

Digitized by Google

cujus notitia nos Stephanus & Johannes de T. notificarunt onera & quælibet gravamina Nobilium Dominarum Elenæ condam Gregorii & Veronicæ prætacti Georgii similiter T. dictorum filiarum aliorumque quorumlibet fratrum proximorum & consanguineorum suorum super se recipien. coram nobis personaliter constitutus sponte proposuit & confessus est in hunc modum. Quomodo ipse pro certis & summis negotiis evitan. quoddam prædium suum T. vocatum, in Comitatu Pesthien. existen. & habitum. Simulcum cunctis suis utilitatibus, & pertinentiis quibuslibet, terris scilicet arabilibus &c. Egregio T. de T. pro septingentis flor. puri auri hungaricalibus veri & justi ponderis ab eodem jam plene habitis, levatis, & receptis, dedisset vendidisset & perpetuo Jure assripsisset. Immo dedit, vendidit, & assripsit, coram nobis tenen. posliden. pariter & haberd. Nullum Jus, nullamve Juris & Dominii proprietatem sibi peramplius in eodem reservan. sed quamlibet Jurisdictionem ac Juris proprietatem in præfatum T. ac heredes ejusdem transtulit pleno cum effectu. In cujus rei memoriam, firmitatemque perpetuam præsentes litteras nostras privilegiales pendenti Sigillo nostro consignatas duximus concedendas. Datum.

187. *Expeditoria super Resignatione.*

Nos &c. Memoriæ commendamus. Quod Magnificus Dominus Ladislaus de Bathor Zathmarien. & de Zaránd Comitatuum Comes ab una, parte vero ab altera Nobilis Domina Elena Relicta condam Ladislai de Károl, filia videlicet Andreæ de Dománhyda, Ipsa etiam Domina Elena Laurentii Filii, & Sophiæ filiæ, suorum oneribus, & quibusvis gravaminibus ad infra scripta firmiter observan. in se & cunctas suas hereditates atque bona assumptis personaliter coram nobis constituti dixerunt & sponte confessi sunt in hunc modum: Quod licet universa Jura possessionaria dicti Andreæ de Dománhida ac filiorum ejusdem ubivis intra ambitum Regni Hungariæ in quibuscunque Comitatibus habita, ob mortem seu necem condam Johannis fratris ejusdem Andreæ Patruelis per ipsum sed et filios ejusdem more Kaym fratricidæ interfecti per Serenissimum Dominum nostrum Mathiam Regem velut ea, quæ juxta ritum & Regni sui laudabilem consuetudinem in præfatum Dominum nostrum Regem, consequenterque Sacram Regni ejusdemque Coronam redacta fuissent occupata. Et tandem exigen. servitiis Magnificorum Dominorum Stephani de eadem Báthor Judicis Curiæ Regiæ, ac ejusdem Ladislai & Andreæ Comitum fratrum ejusdem Stephani eadem eisdem per dictum Dominum nostrum Regem ob præmissam notam data & collata, ac Regni consuetudine servata in dominium earundem legitime statuti & introducti extiterint. Tamen idem Ladislaus de Bathor ma tura deli-

Digitized by Google

beratione in se præhabita, accepta etiam quorundam fautorum & amicorum suorum petitione. Nichilominusque inopiæ & paupertati ipsius Dominæ proliumque ejusdem in possessionibus Almod in Bychorien. & Endred in Zathmarien. Comitatibus existen. habita ipsos Jure contingen. easdem remisisset, & resignasset, manusque suas & suorum quorumlibet de eisdem penitus & per omnia excepisset, ac Juri suo quod ipse in dictis portionibus possessionariis in præallegatis possessionibus tantummodo habitis vigore dictæ Regiæ donationis titulo habuisset, vel habere speraret in futurum cessisset & renunciasset. Immo remisit, & manus suas excepit, eidemque Juri suo modo antelato cessit. E converso vero ipsa Domina Elena oneribus quorum supra in se assumptis, eundem Ladislaum de Bathor, sed & antefatos Stephanum & Andream de eadem super universis dampnis injuriis, nocumentis, actibus potentiariis possessionariisque occupationibus & detentionibus, hominum etiam verberationibus, & vulnerationibus, ac aliis quibusvis malorum generibus hactenus per ipsum, ac homines ejusdem eidem Dominæ, & ad ipsam pertinen. qualitercunque factis & irrogatis quittum & modis omnibus absolutum reddidisset & commisisset, & reddidit expeditum coram nobis testimonio præsentium median. Datum &c.

188. *Expeditoria super nece.*

Nos &c. Memoriæ commendamus. Quod T. de T. socius & Concanonicus noster, in medio nostri personaliter constitutus, sponte confessus est in hunc modum. Quod quamvis ipse T. de T. ratione & prætextu necis condam T. alias familiaris ipsius Domini Cantoris, per homines & familiares ejusdem T. factæ, eundem T. Juris ordine aggravare prætenderit. Tamen nunc ipse ad petitionem Illustris Dominæ Elizabeth Genitricis Serenisimi Principis Domini nostri Regis, & aliorum nonnullorum proborum ipsam causam sopiri & condescendi feciset, eundemque T. sed & familiares ejusdem quoslibet, quittos, expeditos, & modis omnibus absolutos reddidisset & commisisset. Immo reddidit & commisis coram nobis. Harum nostrarum testimonio litterarum median. Datum &c.

189. *Adoptio.*

Nos Capitulum &c. Memoriæ commendamus tenore præsentium significantes &c. Quod T. de T. onera & quælibet gravamina universorum fratrum proximorum consanguineorum, & congenerationalium suorum, quos infra scriptum tangeret, seu tangere posset negotium super se & cunctas suas hereditates, atque bona assummen. coram nobis personaliter constitutus, proposuit & sponte confessus est in hunc modum. Quod quia T. & T. filii Ladislai de T. a certis tempo-

Digitized by Google

r bus sibi semper fraternali favore affuissent complacentias etiam non modicas temporibus & debitis locis opportunis, non parcen. Rebus & personis ipsorum. Signanter vero in recuperatione & reoptentione portionis suæ possessionariæ in possessione T. in Comitatu T. existen. habitæ exhibuissent. Ideo ipse acceptorum hujusmodi beneficiorum non immemor, sed vice pro ea remunerator esse cupiens directam & æqualem medietatem dictæ Portionis suæ possessionariæ in dicta possessione T. habitæ. Tum pro præmissis fraternalibus complacentiis, tum vero pro centum flor. auri puri hungaricalibus ab eisdem jam plene habitis, levatis, & receptis, simul cum cunctis utilitatibus ejusdem, & pertinentiis quibuslibet puta terris arabilibus, cultis & incultis, agris, pratis, pascuis fœnetis, silvis, nemoribus, aquis, fagnis, fluviis, piscinis, piscaturis, molendinis, molendinorumque locis. Generaliter vero quarumlibet utilitatum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, ad eandem portionem possessionariam undique de Jure spectan. & pertinere deben. eisdem T. & T. Jure perpetuo, & irrevocabiliter tenen. posiden. pariter & haben. dedisset, donasset & perpetuo Jure asscripsisset. Immo dedit donavit & perpetuo Juri asscripsit coram nobis. Nullum Jus, nullamve Juris & dominii proprietatem in eadem sibi ipsi per amplius reservan. Sed quamlibet Jurisdictionem & Juris proprietatem in præfatos T. & T. ac heredes eorundem transtulit pleno cum effectu. In cujus rei memoriam, firmitatemque perpetuam præsentes litteras nostras privilegiales pendenti sigillo nostro consignatas duximus conceden. Datum &c.

190. *Trinæ forensis proclamatæ congregationis Relatio.*

Serenissimo Principi Domino Mathiæ Dei gratia Regi Hungariæ Bohemiæ &c. Domino ipsorum gratiosissimo. Capitulum &c. Orationum suffragia devotarum vestra noverit Serenitas nos litteras vestras proclamatorias pro parte T. de T. Contra T. de T. superfactis in eisdem Litteris vestris Proclamatoriis content. emanatas nobis directas sumpma cum reverentia recepisse. Et juxta earundem continen. una cum T. de T. homine ejusdem Vestræ Serenitatis nostrum hominem videlicet honorabilem Magistrum T. de T. Socium & Concanonicum nostrum ad ea, quæ in dictis Litteris vestris proclamatoriis continentur peragenda nostro pro testimonio fide dignum duximus destinan. Tandem iidem ex inde ad nos reversi nobis conformiter retulerunt. Quod memoratus homo Vestræ Serenitatis, dicto nostro testimonio præsente feria secunda proxima ante festum beati Laurentii Martyris proxime præteritum Vaciæ, tandem feria tertia immediate sequenti in Pesth Civitatibus. Postremo autem & ultimo in Oppido Kechkemèth tribus scilicet foris comprovincialibus memoratum

Digitized by Google

tum T. filium T. in præmisſis discuſſionum receptur. Ac de Judicio trium Marcarum Judici & parti adverſæ ſatisfactur. contra ſæpe fatum T. filium T. de T. ad Octavas feſti beati Michaëlis Archangeli nunc ventur. publice & manifeſte veſtram perſonalem feciſſet proclamari in præſentiam. Inſinuan. ibidem eidem, ut ſive venerit & in præmisſis ſe bono modo emendaverit de dictoque Judicio trium Marcarum Judici & parti adverſæ ſatisfecerit. Bene quidem alioquin non obſtan. finem debitum & indilatum faciet eadem veſtra perſonalis præſentia cauſa in præmiſſa, prout dictaverit ordo Juris. Datum octavo die diei ultimæ Proclamationis prænotatæ. Anno &c.

191. *Donatio Canonicatus.*

Gabriel &c. Dilecto nobis in Chriſto T. de T. Salutem in Domino Sinceræ tuæ fidei, & devotionis affectus quem ad nos geris, nec non virtutum & morum decor, quibus in conſpecto noſtro clariſti noſtram mentem alliciunt, & inducunt, ut perſonam tuam noſtris proſequamur favoribus, & ſingularibus gratiis honoremus. Horum itaque tuorum intuitu meritorum Canonicatum & Plebaniam in Eccleſia noſtra T. per mortem condam T. de T. eorundem Canonicatus & Preben. ultimi veri legitimique & inmediati poſſeſſoris de Jure & de facto vacan. tibi tamquam perſonæ benemeritæ & laude dignæ noſtra Auctoritate qua fungimur ordinaria ſimul cum omnibus Juribus ſuis, Jurisdictionibus, fructibus & proventibus duximus conferen. & de eisdem providend. Immo conferimus & providemus per præſentes. Quocirca Venerabilibus viris Dominis Lectori, Cantori, Cuſtodi, ceterisque Canonicis & Capitulo Eccleſiæ noſtræ T. prædictæ in virtutæ ſanctæ obedientiæ, & ſub exconmunicationis pœna committimus, & mandamus, quatinus receptis præſentibus te Magiſtrum N. aut tuum legitimum procuratorem tuo nomine, & neminem alium in medium eorum recipiant, & admittant, ac ſtallo in choro, voceque & loco in Capitulo, cum omni plenitudine Juris canonici aſſignat. de univerſis & ſingulis fructibus, redditibus, proventibus, obventionibus & emolumentis eorundem Canonicatus & præben. reſpondeant. Et per hos quorum intereſt, vel intererit in futur. locis debitis & temporibus opportunis reſponderi faciant. Præſentibus perlectis &c.

192. *Donatio Rectoratus Altaris.*

Nos &c. Memoriæ commendamus. Quod nos conſideratis vita virtute morum honeſtate litterisque ſcientiæ ſufficienti peritia & aliis virtutum, & probitatum indiciis quibus diſcretum T. de T. Dyoceſis T. fore agnovimus inſignitum. Volen. eundem, tum horum intuitu, tum vero quia ipſum ad divina officia peragenda ſolertem fore agno-

Digitized by Google

vimus favore noſtro proſequi eidem tanquam perſonæ idoneæ, & benemeritæ Rectoratum Altaris Sancti T. in Eccleſia noſtra T. fundati, quem Honorabilis Magiſter T. de T. manibus Reverendi Domini N. Præpoſiti, & Prælati noſtri reſignavit, de Jure & de facto, ac per reſignationem ejusdem Magiſtri N. vacan. ſimul cum ſuis ſolitis Jurisdictionibus, quibus ceteri prædeceſſores Rectores ejusdem Altaris poſſederunt, duximus dan. & conferen. Immo damus & conferimus, harum noſtrarum teſtimonio litterarum median. Datum in feſto &c. 1477.

193. Serenisſimo Principi Domino Mathiæ Dei gratia Regi Hungariæ, Bohemiæ, &c. Domino ipſorum gratioſisſimo. Capitulum Eccleſiæ &c. Orationum ſuffragia devotarum veſtra noverit Serenitas. Nos litteras veſtras proclamatorias pro parte Nicolai de T. contra Nicolaum de T. ſuperfactis in eisdem noſtris proclamatoriis content. emanatas nobis directas ſumma cum reverentia recepiſſe, & juxta earundem continent. una cum Juhanne de T. homine ejusdem Veſtræ Serenitatis, Noſtrum hominem videlicet Honorabilem T. Socium & Concanonicum noſtrum, ad ea, quæ in dictis litteris veſtris proclamatoriis continentur, peragenda noſtro pro teſtimonio fide dignum duximus deſtinan. Tandem iidem exinde. Ut ſupra.

194. *Transsumptio Litterarum Teſtamentalium.*

Nos &c. Memoriæ commen. Tenore præſentium ſignifican. &c. Quod Circumſpectus T. de Suburbio Coſtri Buden. noſtram venien. in præſentiam exhibuit nobis & præſentavit, quasdam duas litteras, unam condam Domini Pauli Plebani Eccleſiæ beati Petri Martiris de ſuburbio Caſtri Budenſis prædicto, Teſtamentariam diſpoſitionem condam Dominæ Elizabeth Relictæ condam Jacobi Polgár alias Jurati Civis Civitatis Buden. prædictæ, alteram vero condam Domini Emerici Plebani antefatæ Eccleſiæ beati Petri Martiris de dicto Suburbio antefati Caſtri Buden. ſimiliter Teſtamentariam diſpoſitionem condam Dominæ Magdalenæ filiæ prætacti condam Jacobi Polgar alias Conſort. ejusdem T. in ſe continen. patenter confectas, tenor. & continen. per omnia infraſcripti. Petens nos debita cum inſtan. ut easdem de verbo ad verbum transſcribi & transſumpmi, ac præſentibus litteris noſtris privilegialibus redigi faceremus, eidemque Juris ſui ad cautelam dare & concedere dignaremur. Quarum primæ videlicet condam Pauli Plebani tenor talis eſt: Alterius vero &c.

Nos itaque petitionibus præfati Michaëlis T. favorabiliter inclinati antefatas literas, antefatorum, annotatorum Plebanorum Eccleſiæ Sancti Petri Martiris de ſuburbio Caſtri Buden. non abraſas, non cancellatas, nec in aliqua ipſarum parte ſuſpectas, ſed omni pror-

Digitized by Google

ſus &c. nil adden. nichilque diminuen. de verbo ad verbum transſcribi, & transſumpmi, ac præſentibus litteris noſtris privilegialibus Juris ſui ad cautelam redigi fecimus. In cujus rei evidentiam præſentes litteras noſtras &c.

195. *Secuntur æſtimationes juxta Regni Hungariæ Conſuetudinem.*

Item Eccleſia lapidea ſine pinnaculo ad X. Marcas.

Item Eccleſia cum uno pinnaculo XV. Marcas.

Item Eccleſia ante vel in medio habens duo pinnacula ad XXV. Marcas.

Item Monaſterium, vel Clauſtrum per aliquem poſſeſſionibus dotatum C. Marcas.

Item Caſtrum ſimiliter C. Marcas.

Item Capella lignea habens ſepulturam VI. Marcas.

Item Capella lignea non habens ſepulturam III. Marcas.

Item molendinum ſubtus currens, & tempore æſtatis non deficiens ad X. Marcas.

Item molendinum tempore æſtatis deficiens, & ſubtus currens ad VI. Marcas.

Item molendinum deſuper currens & tempore æſtatis non deficiens ad quinque Marcas.

Item molendinum deſuper currens, & tempore æſtatis deficiens ad Tres Marcas.

Item puteus effluens ſive unus ſive plures ad III. Marcas, quia unus ſufficit ad uſum unius villæ.

Item piſcina effluens, & tempore æſtatis deficiens ad tres Marcas.

Item loca Sagenarum Weyz dicta, usque decimaſium numerum pro ſingulis Marcis.

Item loca ipſa Sagenarum ſi excedunt decimarium Numerum usque C. ſive citra ad X. Marcas.

Item piſcatura Danubialis ſive Dravæ aut Tinetama dicta ſine piſcina.

Item Gyalmoſtho ſi habent conputatum proventum annualem tunc quantum facit.

Item proventus ſuus annualis decies tantum. Si vero conputatum proventum non habent ad L. Marcas.

Digitized by Google

Item tributum, ſive in terris, ſive in aquis. Et ſilva glandinoſa decies tantum, quantum facit proventus ſuus annualis.

Item ſilva ſub dolabro, & ſub venatione exiſten. ad L. Marcas.

Item ſilva communis ſub uno aratro terræ exiſten. ad III. Marc.

Item Nemus permiſſorium in ſingulis Jugeribus terræ exiſtens pro ſingulis XL. Marcas.

Item Seſſio Nobilis ad tres Marcas.

Item Seſſio Nobilis carens habitatore, ſed ædificiis ſine defectu exiſtens ad II. Marcas.

Item Seſſio Nobilis carens ædificiis, & ſolum locum & antiqualia ædificiorum habens ad unam Marcam &c.

Item Seſſio Jobagionalis ad unam Marcam.

Item Seſſio Jobagionalis ad 1/2 Marcam habitatore tamen carens, ſed ædificia plena habens.

Item Seſſio Jobagionalis locum habens ſolum & antiqualia ædificiorum ad C. denar.

Item ad unum aratrum videli cet C. & L. Jugera Regalis Menſuræ ad III. Marcas.

Item menſura regalis in longitudine unius Jugeris duodecim ulnas in ſe continet, ulna vero facit quinque brachia ſive quinque cubitus ſilvarum, aut integram longitudinem unius hominis levando manus ſurſum.

Item quodlibet falcaſtrum fœni pro ſingulis C. denar.

Item vinea æſtimatur præciſe, ſicut virgultum, aut rubetum, & hoc de æſtimatione communi, nam differentia eſt inter æſtimationem, & æſtimationem perpetualem, quia æſtimatio perpetualis facit decies tantum, quantum æſtimatio communis. Ubi ſecundum æſtimationem communem una Seſſio Jobagionalis æſtimatur ad I. Marcam. Juxta æſtimationem perpetualem æſtimatur ad X. Marcas.

Tunc æſtimatur de Rebus mobilibus.

Item unus bos ad I. marcam.

Item duæ vaccæ ſine vitulis ad I. marcam. Cum vitulo vero una vacca ſimiliter ad unam marcam.

Item IV. porci ad I. Marcam.

Item IV. oves ad I. Marcam.

Digitized by Google

Item cabella ſine poledro I. marcam.

Item cabella cum poledro cavelleno ad *I 1/2* marcas.

Item cavella cum poledro maſculino ad II. Marc.

Item unus equus equatialis ſine poledro III. Marc.

Item equus equatialis cum poledro ad VI. Marc.

Item equus ſellatus, bis tantum, quantum facit valor ſui pretii pro judicis æſtimatione.

Nota de Articulo Præscriptionis.

Item præſcriptio id eſt temporis conpletio multum obſervatur apud modernos, in cauſarum & litium proceſſibus.

Primo. Præſcriptio in Juribus Regalibus tenet C. annos, pro Eccleſiis autem quadraginta duos. In Juribus vero Nobilium Triginta duos. In rebus ſiquidem & Cauſis villanorum XVI. Annos.

Item apud Civiles, & Civitatenſes unum Annum & unum diem.

Item in metis rectificandis.

In genelogia proximitatis non eſt præſcriptio alleganda & etiam de rebus paraffernalibus, dotalitiis, & quartalitiis, quam frater de fratre poteſt rehabere Jus ſuum tempore ſui libitus.

Præſcriptione obviare non valente, nec de impignoratitiis poſſeſſionibus, ac debitis, in quibus juxta intellectum legentium hæc clauſula indiſtincta quandocunque reperitur.

Item ſi terra non extendit ſe ad unum vel medium aratrum, videlicet ſi fuerint quinque vel ſex, aut decem Jug era terrarum, extunc quodlibet Juger terræ æſtimatur ad XL. Denar.

Item annorum XIV. procur. conſtituent.

Item annorum XVI. res disponit in argento.

Item annorum XVIII. diſponit in auro.

Item annorum XX. prædia diſponit.

Item annorum XXIII. dat hereditates.

Item ſecuntur æſtimationes Poſſeſſionum ſecundum Conſuetudinem hujus Regni Hungariæ.

Item primo Monaſterium æſtimatur pro C. Marc.

Item Caſtrum æſtimatur C. Marc.

Digitized by Google

Item Eccleſia habens pinnaculum pro XXV. Marc.

Item Eccleſia habens duo pinnacula pro XXV. Marc.

Item Eccleſia habens pinnaculum prius & poſterius L. Marc.

Item Eccleſia ſi eſt lapidea habens pinnaculum in medio æſtimatur pro Marcis XXV.

Item Eccleſia absque pinnaculo pro XV. Marcis.

Item Clauſtrum æſtimatur pro C. Marc.

Item Capella æſtimatur pro XII. Marc.

Item piſcina ſub Gyalom pro Marcis L.

Item terræ Arabiles pro uno aratro III. Marc.

Item Curia ubi nobilis moratur ſolus III. Marc.

Item quælibet Seſſio Jobagionalis pro I. Marc.

Item molendinum ſupra currens pro IV. Marc.

Item molendinum infra currens pro VI. Marc.

Item Silva magna Bardallya dicta pro uno aratro exiſtens æſtimatur pro L. Marcis.

Item fenetum ſub uno falcaſiro flor. centenario *uno.*

Item virgultum & vinea ſub uno aratro Regali æſtimatur pro III. Marcis.

Item unum Veyz vulgo & in latino lucima æſtimatur pro I. Marca.

Item locus molendini æſtimatur pro Marcis III.

Item puteus non decurrens pro Marcis III.

Item fons, ſeu puteus decurrens pro Marcis V.

196. *Clausula.*

In præfatos T. & T. Jure ſucceſſorio devolven. ſimulcum univerſis Juribus litterisque & Litteralibus inſtrumentis factum dictarum portionum poſſeſſionariarum tangen. & concernen. Reverendo Domino &c. vendere & a ſe alienare niteretur, vel jam de facto vendidiſſet, & alienaſſet. Et quod præfatus Dominus T. a Serenisſimo Principe D. Mathia Dei gratia Rege Hungariæ, Bohemiæ &c. Domino noſtro gratioſo ſibi ipſi impetraſſet. In præjudicium &c.

197. *Trine - Forensis proclamatio.*

Serenisſimo Principi Domino Mathiæ, Dei gratia Regi Hungariæ, Bohemiæ &c. Domino ipſorum gratioſisſimo Capitulum Eccle-

Digitized by Google

fiæ Budenſis. Orationum ſuffragia devotarum veſtra noverit Serenitas, nos Litteras veſtras proclamatorias pro parte Nicolai filii T. de T. contra Nicolaum filium T. de T. ſuper factis in eisdem veſtris litteris proclamatoriis contentis emanatas. ut ſupra.

198. *Expeditoria super mortem seu necem.*

Nos &c. memoriæ commendamus &c. Quod T. de T. ac Nobiles Dominæ Lucia Soror Carnalis & Elena filia Georgii T. de T. Relicta condam Stephani de T. Idem T. onera, & quælibet gravamina Andreæ & Petri filiorum ſuorum, ac præfata Domina Elena Stephani & Urbani filiorum ſuorum, ex prætacto condam T. ſuſceptorum. Ipſa denique Domina Lucia Simonis filii ſui in ſe recipiēn. ab una, ac Gregorius filius Andreæ, Filii Alberti de jam fata T. ab altera partibus coram nobis perſonaliter conſtituti propoſuerunt & ſponte confeſſi ſunt in hunc modum. Quod quamvis ratione & prætextu interemptionis prætacti condam T. per prætactos Andream filium Alberti, nec non ipſum Gregorium filium ejusdem Andreæ factæ, in id ipſos lites motæ fuiſſent & ſuſcitatæ. Tamen nunc ordinatione & conpoſitione nonnullorum proborum & Nobilium virorum, ad talem pacis & concordiæ deveniſſent unionem. Quodquia prætacti Andreas filius Alberti, & Gregorius filius ejusdem Andreæ antefatos T. & Dominas Luciam, & Elenam, ſuper nece prætacti condam T. juxta diſpoſitionem compoſitionem prætactorum contentos reddidiſſent. Ideo ipſe T. & Dominæ prætactæ, omnibus præmiſſis in ſe aſſumptis, prætactos Andream, & Gregorium, ſuper ipſa nece quittos & expeditos reddidiſſent. Immo devenerunt, quittosque & expeditos reddiderunt coram nobis, tali tamen obligamiris vinculo median. Quodſi temporum in proceſſu præfati Andreas & Gregorius, aut heredes eorundem ſuper hujusmodi nece, prætacti condam T. *consiliarentur* obloquerentur oprobrioſe, vel ſe verbo aut facto jactitarent. Ex tunc in quinquaginta Marcis gravis ponderis, ubi autem antefati Mathæus & Dominæ prætactæ, aut heredes eorundem facto in præmiſſo de novo lites inchoarent, & ſe ſuper nece prætacti condam T. vindicare vellent, extunc modo ſimili in quinquaginta Marcis gravis ponderis, contra partem alteram convincerentur, & convicti haberentur eo facto. Ad quæ præmiſſa partes prætactæ ſponte ſe obligarunt. Harum noſtrarum teſtimonio litterarum median. Datum &c. Anno &c.

199. *Condivisionalis.*

Nos Capitulum Eccleſiæ Budenſis. Memoriæ commendamus tenore præſentium ſignificantes, quibus &c. Quod nos Litteras viri Magnifici Domini Comitis Stephani de Bathor Judicis Curiæ, Sere-

Digitized by Google

nissimi Principis Domini Mathiæ Dei gratia Regis Hungariæ, Bohemiæ &c. Domini nostri gratiosissimi Conpositionales, divisionales & Statutorias nobis directas honore quo decuit recepimus in hæc verba: Amicis nostris Reverendis Capitulo Ecclesiæ &c.

Nos itaque petitionibus præfati Domini Comitis Stephani de Báthor annuen. uti tenemur, una cum præfat. Thoma de Inánch & Petro Horváth de T. hominibus Regiis, nostrum hominem videlicet discretum Matheum Presbiterum Rectorem Altaris sanctæ Crucis, in dicta Ecclesia nostra fundati, ad præmissam divisionem & statutionem facien. nostro pro testimonio fide dignum duximus destinan. Tandem iidem exinde ad nos reversi, nobis conformiter retulerunt. Quod ipsi prædicta feria sexta proxima post festum Nativitatis Domini proxime præteritum; ac duobus aliis ad id aptis & sufficien. inmediate sequen. præfatum Castrum Lythva, pertinentiasque ejusdem, universas etiam possessionesque, portiones, & Jura possessionaria, tam hereditaria, quam impignoratitia, erga manus prætacti condam T. hactenus habitas, & ad id castrum Lythva spectan. in duas rectas, & coæquales partes hoc modo divisissent. Quod &c.

200. *Protestatoria.*

Quod Nicolaus Sydo, de Zenth Ersebeth in sua, nec non Nicolai filii & Margarethæ filiæ suorum personis, nostram venien. &c. Quomodo ipse alias a Magnifico Nicolao Zechy de Felsew Lyndva pro evitandis quibusdam suis necessitatibus, quadraginta flor. auri, mutuo & sub spe restitutionis recepisset & habuisset, pro quibus quidem quadraginta flor. auri prædictam possessionem suam Zenth Erszebeth in Comitatu Zaladiensi existen. habitam mediantibus Litteris Magnifici Domini Stephani de Báthor Judicis Curiæ Regiæ ea sub conditione impignorasset. Quodsi ipse Nicolaus Sydo infra revolutionem trium annorum præscriptos quadraginta flor. auri eidem Nicolao Zechy de Felsewlyndva reddere non posset. Extunc dicta possessio sua Zenth Ersébeth in eundem Nicolaum Zechy & heredes ejusdem devolveretur. Et licet ipse Protestans dictos quadraginta flor. auri infra revolutionem trium annorum coram Egregio Magistro Stephano de Hasságh Prothonotarii prætacti Domini Comitis Stephani de Báthor eidem Nicolao Zechi levan. depofuerit. Tamen nunc idem Nicolaus Zechi nec dictam possessionem Zenth Ersébeth remittere, & resignare vellet, & nec dictos quadraginta flor. auri sibi levare permitteret. In præjudicium, & dampnum ejusdem, Jurisque derogamen valde magnum. Qua protestatione

ne facta præfatus proteſtans præſentes litteras noſtras ipſis dari debita cum inſtantia poſtularit. &c.

201. *Clausula.*

Quod ipſe feria ſexta &c. ad præfatam Dominam T. &c. acceden. amonuiſſet eandem, dixiſſet & commiſiſſet eidem verbo noſtro Regio, ut ipſa præſcriptam ſuam dotem &c. A præfatis Exponentibus tollere & levare, dictasque portiones annotati condam T. fratris ipſorum Exponentium, eisdem remittere & reſignare debeat &c. Quæ quidem Domina T. id facere recuſaſſet, prohibuiſſetque eandem ab ulteriori detentione & conſervatione earundem portionum &c. uſufructuum, & quarumlibet &c. Et nichilominus memoratus homo Veſtræ Serenitatis evocaſſet eandem &c. contra annotatos Exponentes, ad Octavas feſti T. &c.

202. *Báthori Iſthvánnak. Relatio.*

Serenisſimo Principi Domino Mathiæ, Dei gratia Regi Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ Croatiæ &c. Domino ipſorum gratioſo. Capitulum Eccleſiæ Budenſis. Orationum ſuffragia devotarum veſtra noverit Serenitas, nos Literas viri Magnifici Domini Comitis Stephani de Bathor, Judicis Curiæ ejusdem veſtræ Serenitatis, Inquiſitorias, Evocatorias, & Inſinuatorias nobis directas, honore quo decuit recepiſſe, in hæc verba: Amicis ſuis Reverendis Capitulo Eccleſiæ &c.

Nos itaque amicabilibus petitionibus præfati Domini Comitis Stephani de Bathor Judicis Curiæ Veſtræ annuen. uti tenemur, una cum prænotato Urbano de T. homine veſtro Regio, noſtrum hominem videlicet Honorabilem Magiſtrum T. de T. Socium & Concanonicum noſtrum ad præmiſſam Inquiſitionem Evocationem & inſinuationem facien. noſtro pro teſtimonio fidedignum duximus deſtinan. Tandem iidem exinde ad nos reverſi &c. Quod ipſi feria ſexta proxima ante feſtum Kathedre Beati Petri Apoſtoli proxime præteritum T. & T. de T. in portione Nobilium T. & T. de T. in poſſeſſione Nyek in Comitatu Piliſien. exiſten. nunc apud eosdem T. & T. ut dicitur pignoris, ſeu alio quovis titulo habita. Contra annotatum Exponentem ad Octavas feſti beati Georgii Martiris nunc ventur. veſtram Regiam evocaſſet in præſentiam, rationem de præmiſſis redditur. Litis penden. ſi qua foret inter ipſos non obſtan. inſinuan. ibidem eisdem ut ſive ipſi Octavis in prædictis coram veſtra Serenitate compareant ſive non. Idem Dominus Comes ad partis conparentis inſtantiam, id faciet in præmiſſis, quod Juri videbitur expediri. Datum ſexto die diei Evocationis, & Inſinuationis prænotatarum. Anno Domini ſupra dicto.

Digitized by Google

Item in tali littera in dorſo ſemper ibi ſuperius ſic debet ſcribi Domino Regi &c.

203. *Obmissio Juramenti.*

Nos &c. Memoriæ commendamus. Quod Blaſius de Seureg vigeſimo octavo die feſti beati Jacobi Apoſtoli noviter transacti juxta contenta litterarum Serenisſimi Principis Domini Mathiæ, Dei gratia Regis Hungariæ Bohemiæ &c. Domini noſtri gratioſi. Adjudicatoriarum, pariter & Juramentalium Vigeſimo quinto ſe Nobilibus contra Danielem & Michaelem de Katha, ſuper factis in eisdem litteris adjudicatoriis conten. coram nobis Sacramentum deponere habuiſſent. Tandem ipſo termino adveniente præfatus Blaſius de Sewreg, uti debebat prædictum ſuum Sacramentum, cum ſuis Conjuratoribus minime depoſuit. Harum noſtrarum teſtimonio litterarum median. Datum tertio die termini prænotati. Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo Septuageſimo Sexto.

204. *Venditio Vinearum in perpetuum.*

Quod Albertus filius condam Dionifii de T. coram nobis perſonaliter conſtitutus, propoſuit, & ſponte confeſſus eſt in hunc modum: Quomodo ipſe quadam ardua neceſsitate conpulſus; quasdam duas vineas ſuas hereditarias in promontorio poſſeſsionis T. in Comitatu T. exiſten. habitas, ſimulcum cunctis earundem utilitatibus, videlicet viis communibus, & locis torcularibus aliisque quibuslibet honeſtæ Dominæ Magdalenæ Relictæ condam Emerici Porkolab de Peſth & Nicolao filio ejusdem pro Centum flor. auri puri Hungaricalibus, veri & juſti ponderis ab eisdem jam ut dixit plene habitis levatis, & receptis, Jure perpetuo, & irrevocabiliter tenen. poſſiden. pariter & haben. dediſſet, vendidiſſet, & aſcripſiſſet. Immo dedit vendidit & aſcripſit coram nobis. Nullum Jus, nullamve Juris proprietatem in eisdem per amplius ſibi reſervan. Sed quamlibet Jurisdictionem & Juris proprietatem, in præfatos Dominam Magdalenam Relictam & Nicolaum filium ejusdem prætacti condam Emerici Porkoláb transtulit pleno cum effectu. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam, præſentes Litteras noſtras privilegiales, pendenti Sigillo noſtro conſignatas duximus conceden. Datum &c.

205. *Impignoratoria.*

Quod Stephanus de Mendzenth, coram nobis perſonaliter conſtitutus, propoſuit & ſponte confeſſus eſt in hunc modum. Quomodo ipſe neceſsitate conpulſus pridem a Reverendo in Chriſto Patre Domino Nicolao Epiſcopo Eccleſiæ Vaczienſis certos acervos frugum decimalium, ad valorem LX. & ſecundo dimidio flor. ſe

Digitized by Google

extendentes mutuo & ſub ſpe reſtitutionis recepiſſet, & accommodaſſet, nuncque ſibi dictos LXta & ſecundo dimidium flor. promptis cum pecuniis, neque frugibus reddendi non adeſſet facultas. Ideo ipſe quatuor Sesſiones ſuas Jobagionales, & duas deſertas apud ipſum impignorative habitas in poſſeſſione Thoth Sambok in Comitatu Peſthien. exiſten. habitas. In quarum una Ladislaus Myhaly, in ſecunda Jacobus Katho in tertia Georgius Veres, & in quarta Elias Oláh reſiderent. In deſertis autem in prima Gerrech, & in ſecunda Michaël Ihy alias manſiones feciſſent ſpeciales. Simul cum ipſarum utilitatibus, & pertinentiis quibuslibet, puta terris arabilibus cultis, & incultis, agris, pratis, paſcuis, fœnetis, ſilvis, nemoribus, aquis, fluviis, piſcinis, piſcaturis, molendinis & eorundem locis, generaliter vero quarumlibet utilitatum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, ad easdem Sesſiones undique de Jure ſpectan. & pertinere deben. præfato Domino Nicolao Epiſcopo, pro præmiſſo LXta & ſecundum dimidium flor. usque tempus redemptionis earundem pignori obligaſſet. Immo obligavit coram nobis. Aſſummen. nichilominus præfatus Stephanus eundem Dominum Nicolaum Epiſcopum in pacifico dominio dictarum Sesſionum Jobagionalium usque tempus redemptionis, contra quoslibet illegitimos impetitores tueri, protegere & defendere propriis ſuis laboribus, & expenſis. Harum noſtrarum vigore litterarum median. Datum feria ſecunda. &c. Anno Domini &c.

206. *Clausula ad Statutor. Impignoratitiam.*

Quod ipſi feria ſexta proxima ante dominicam Quaſimodogeniti proxime præteritam, ad facies præſcriptarum poſſeſſionum T. & T. appellatarum, conſequenterque præſcriptarum portionum poſſeſſionariarum in eisdem habitarum vicinis, & conmetaneis earundem univerſis inibi legitime convocatis, & præſertim Johanne de Chemer, nec non Gregorio Vayda, Petri Borſyk & Michaele Synka Pauli de Maglod Jobagionibus in eadem T. conmoran. in perſonis eorundem Dominorum, ſcilicet ipſorum præſentibus acceden. præfatum T. de T. in dominium earundem introduxiſſent, easdemque eidem ſimul cum cunctis earundem utilitatibus & pertinentiis quibuslibet, præmiſſo titulo pignoris poſsiden. Nullo contradictore apparente ſtatuiſſent diebus legitimis & horis in facie earundem permanen. In cujus rei evidentiam præſentes litteras noſtras paten. ad faſsionem dictorum Domini noſtri Regis, & noſtri hominum duximus conceden. Datum Sexto decimo die diei Introductionis & Statutionis prænotatarum. Anno Domini ſupradicto.

Digitized by Google

207. *Caſtri.*

Tandem iidem exinde ad nos reverſi nobis conformiter retulerunt. Quod ipſi Sabbato proximo poſt feſtum T. proxime præterito, diebusque aliis ad id aptis, & ſufficientibus ad faciem dictorum Caſtri Harſan, in Comitatu de Baranya habiti, nec non poſſeſſionum T. & T. vocatarum, Vicinis & Conmetaneis earundem univerſis inibi legitime convocatis. Et præſertim T. & T. acceden. præfatos T. & T. in dominium earundem introduxiſſent, easdemque eisdem, ſimul cum cunctis earundem utilitatibus & pertinentiis quibuslibet, præmiſſæ Regiæ donationis titulo ipſis incumbenti perpetuo poſſiden. Nullo contradictore apparente ſtatuiſſent, diebus legitimis & horis in facie earundem permanen. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam præſentes litteras noſtras privilegiales, pendenti ſigillo noſtro conſignatas, alphabetoque interciſas, ad faſſionem dictorum Domini noſtri Regis & noſtri hominum duximus conceden. Datum ſexto decimo die diei ultimæ Statutionis prænotatæ. Anno Domini ſupra dicto. Præſentibus ibidem Honorabilibus Dominis Thoma Cantore, Ladislao Cuſtode, nec non Magiſtris T. & T. aliisque fratribus noſtris in Dei Eccleſia Regi jugiter famulan. ſempiterno.

208. *Brevis &c. Amonitionis &c. Relatio.*

Nos itaque mandatis ejusdem Veſtræ Serenitatis in omnibus obedien. uti &c. Una cum prænominato T. de T. homine veſtro, noſtrum hominem videlicet diſcretum T. &c. ad præmiſſam Inquiſitionem, Amonitionem, Evocationem, & Inſinuationem facien. noſtro pro teſtimonio &c. Tandem iidem exinde ad nos &c. Quod ipſi in die T. in Comitatu T. ſimiliter procedendo, ab omnibus quibus decens, & opportunum fuiſſet, palam & occulte diligenter inquiren. omnia præmiſſa, & quævis præmiſſorum ſingula ſic & ſuo modo acta facta & patrata fuiſſe reſciviſſent ſicuti & quemadmodum eidem veſtræ perſonali præſentiæ dictum extitiſſet, tenorque litterarum veſtrarum per omnia contineret præſcriptarum, factaque hujusmodi Inquiſitione ad præfatos T. & T. de T. acceden. amonuiſſent eosdem, duxiſſentque, & conmiſiſſent eisdem verbo veſtro Regio, ut ipſi prætacti T. & T. per ipſos modo præmiſſo occupata infra Triginta duorum dierum ſpatia a die amonitionis factæ conputan. eisdem Exponentibus remittere ac de dampnis illatis plenariam ſatisfactionem impendere debeant & teneantur. Nichilominusque memoratus homo Veſtræ Serenitatis dicto noſtro teſtimonio præſente die in eodem præfatos T. & T. de T. in eadem T. portionis ipſorum poſſeſſionariis in eadem habitis, contra annotatos Exponentes ad quintum decimum diem dicti Triceſimi ſecundi diei veſtram perſonalem evocaſſent in præſentiam,

Digitized by Google

rationem de præmisſis redditur. efficacem, litis pendentia ſi qua foret inter ipſos &c. præfatos etiam Jobagiones dictorum T. & aliorum præſcriptorum eisdem ſtatuere conmitten. Inſinuand. ibidem eisdem, ut ſive ipſi termino in prædicto coram eadem veſtra perſonali præſentia compareant ſive non, eadem ad partis conparentis inſtantiam, id faciet in præmisſis; quod Juri videbitur expediri. Datum quinto Die diei Inquiſitionis, Amonitionis, Evocationis, & Inſinuationis prænotatarum. Anno Domini ſupra dicto.

Pro Mathæo de T. & aliis infraſcriptis, contra T. de T. ad terminum intraſcriptum Inquiſitionis, Ammonitionis Evocationis & Inſinuationis.

2.9. *Relatio.*

Memoriæ conmendamus per præſentes. Quod cum nos juxta continen. litterarum Magnifici Domini Michaelis Orzágh de Guth, Regni Hungariæ Palatini, & Judicis Cumanorum, Faſionalium, & Obligatoriarum, duos ex nobis videlicet Honorabiles Dominum Ladislaum Cuſtodem, & Magiſtrum Gregorium de Zemche Socios & Concanonicos noſtros, ad audiendam, & videndam arbitrativam diſpoſitionem, inter Magnificum Dominum Comitem Stephanum de Bathor, Judicem Curiæ ac Andream, & Ladislaum de eadem Báthor fratres ejusdem Domini Comitis ex una, ac Egregium Michaelem filium condam Petri de Zob, nec non Honorabilem Dominum Nicolaum filium Magiſtri Johannis Viti de Mohora Lectorem & Canonicum Eccleliæ Vaczien. &c. ex altera partibus ſuper factis in præſcriptis Litteris faſionalibus, & obligatoriis content. per Egregium Magiſtrum Dionifium Prothonotarium Perſonalis præſentiæ Regiæ Majeſtatis, & Nobiles infraſcriptos, coram eisdem noſtris teſtimoniis fien. noſtris pro teſtimoniis fidedignos duxiſſemus transmitten. Tandem iidem una cum dicto Magiſtro Dionifio exinde ad nos reverſi nobis conformiter retulerunt; quod in ſi die dominico videlicet in feſto beati Barnabæ Apoſtoli proxime præterito ad facies poſſeſſionis Beer in Comitatu Neugradienſi exiſten. accesſiſſent, ibique prænominatus Magiſter Dionifius una cum Egregiis Bernaldo de Dengeleg Sigismundo Balaſſa, de Gyarmath Vice-Palatino, nec non Nobilibus T. & T. &c. conſediſſent, factisque in eisdem diutius laboran. tractaſſent, ubi etiam partes præſcriptæ certas litteras hinc inde exhibuiſſent, propoſitionesque, & allegationes nonnullas feciſſent; ſed quia idem Magiſter Dionifius nichil effective partes inter easdem unacum prædictis probis efficere valuiſſet, ideo totum negotium facto in priſtino relinquiſſent, & ad Curiam Regiam Octavas ſcilicet occurren. transmiſiſſent difcutien. Datum feria ſecunda, poſt prætactum feſtum beati Barnabæ Apoſtoli. Anno &c.

Digitized by Google

210. *Accommodatio pecuniæ cum obligamine.*

Memoriæ commendamus. Quod T. de T. coram nobis perſonaliter conſtitutus ſponte confeſſus eſt in hunc modum. Quomodo ipſe pro evitandis certis ſuis negotiis a Johanne Zeuld de Ozthopal ducentos Flor. auri puri Hungaricales veri & juſti ponderis mutuo, & ſub ſpe reſtitutionis tali conditione mediante recepiſſet & habuiſſet, ut dum & quandocunque præfatus Johannes T. dictos ducentos flor. auri, ab eodem Blaſio Thurj rehabere vellet, extunc ipſe Blaſius ſemotis quibusvis cautelis adinvenien. eidem Johanni absque omni litigionario proceſſu reddere & reſtituere debeat, & teneatur. Immo ſub conditione præmiſſa reddere aſſumſit coram nobis. Harum noſtrarum teſtimonio litterarum median.

211. *Venditio Vineæ pro pecunia.*

Memoriæ commendamus. Quod T. de T. coram nobis perſonaliter conſtitutus ſponte confeſſus eſt in hunc modum. Quomodo ipſe quandam vineam ſuam in promontorio noſtro T. vocato, in vicinitatibus vinearum Petri Lázlo de T. a ſeptentrionali nec non Johannis T. de ſuperioribus calidis aquis Buden. ac T. & T. ſimiliter a Septemtrionali partibus Michaelis Chysár penes viam per quam itur de Alba Eccleſia ad prædium Eurs exiſten. & habitam, ſimul cum cunctis ſuis utilitatibus & pertinentiis quibuslibet, puta loco Cuſtodiæ vinearum circumjacentium, vulgariter Meſtherwles vocato, nec non via communi, & loco torculari Ladislao T. de T. pro ſexaginta flor. puri auri hungaricalibus veri & juſti ponderis, ab eodem jam plene habitis & receptis dediſſet, vendidiſſet, & perpetuo Jure aſcripſiſſet. Immo dedit vendidit, & aſcripſit coram nobis, Jure perpetuo & irrevocabiliter tenend. poſſiden. pariter & haben. In cujus rei.

212. *Alia Forma super eadem.*

Memoriæ commendamus. Quod honeſta Domina Clara vocata Relicta, & Stephanus filius condam T. de T. coram nobis perſonaliter conſtituti ſponte ſunt confeſſi in hunc modum. Quod ipſi quandam vineam ipſarum hereditariam ſuper Albam Eccleſiam in vicinitatibus vinearum ejusdem Stephani a parte T. nec non T. & T. ab occidentali partibus habitam, ſimulcum cunctis utilitatibus, & pertinentiis ejusdem, videlicet via communi & loco torculari, Providis T. & T. ac heredibus eorundem univerſis pro Novem flor. puri auri hungaricalibus, ab eisdem jam habitis & levatis dediſſent, vendidiſſent & perpetuo Jure aſcripſiſſent. Immo dederunt, vendiderunt, & aſcripſerunt, coram nobis. In cujus rei memoriam &c. pendenti ſigillo noſtro conſignatas, ad faſſionem dictorum T. & T. & duximus concedendum. Datum.

Digitized by Google

213. *Super depositione Juramenti.*

Memoriæ commendamus, quod cum Georgius Horváth alias Officialis Religiosarum Dominarum Sanctimonialium de Insula leporum, juxta continen. litterarum Serenissimi Principis Domini Mathiæ Dei gratia Regis Hungariæ, Bohemiæ, &c. Domini nostri gratiosi, Adjudicator. pariter & Juramentalium Georgius &c. vigesimo septimo die feriæ quartæ proximæ post festum beati Gregorii Papæ proxime præteritum vigesimo quinto se Nobilibus super factis in dictis Litteris Adjudicatoriis content. coram nobis Juramentum deponere habuissent, tunc ipso termino adveniente præfatus T. hujusmodi Juramentum suum vigesimo quinto se Nobilibus (vel hominibus) coram nobis depositit, testimonio præsentium median. Datum tertio die diei Juramentalis depositionis prænotatæ. Anno &c.

214. *Forma super aliqua fassione prætextu desponsationis Sororis suæ Uterinæ, sic sequitur.*

Quod Georgius, filius Stephani Zoardfiu de Endréd coram nobis personaliter constitutus, confessus extitit in hunc modum. Quod quia possessiones, seu portiones suæ possessionariæ in possessionibus Endréd prædicta in Zathmarien. nec non T. & T. & T. & T. in de T. Comitatibus existen. habitas, Nobilem Dominam Margarethan vocatam, filiam jam fati Stephani, Sororem scilicet suam Carnalem, per ipsum Georgium Zoardfiu nobili Francisco de T. ritu Romano matrimonialem in consortem traditam, eodem modo, veluti eundem Georgium justo Juris titulo concernerent effective. Ob hoc ipse Georgius nolens ejusmodi portionem dictæ Dominæ T. sororis suæ in dictis possessionibus habitas in dispendium animæ suæ aput manus suas conservare, directas, & æquales medietates præscriptarum portionum possessionariarum, in dictis possessionibus habitarum, portiones scilicet ipsius Dominæ Margarethæ, cum cunctis suis utilitatibus & pertinentiis, terris scilicet arabilibus, cultis, & incultis &c. & generaliter quarumlibet &c. vocitat. eidem Dominæ Margaretæ, & per eum antelato Francisco marito ejusdem Dominæ T. remisisset, & resignasset, remisitque, & resignavit nostri in præsentia, per eosdem Dominam Margaretam & Franciscum, ac heredes eorundem jure perpetuo possiden. tenend. pariter & haben. Et quia ipse Franciscus, nec non Albertus & Demetrius aulæ Regiæ Miles tempore desponsationis & Solemnitatis nuptiarum antefatæ Dominæ T. Sororis suæ propter suam inopiam, & nimiam paupertatem ipsam Dominam T. lecti sternilis, vestibus, & aliis ornamentis & Rebus dotalitiis prout & in quantum e tanta & tali domo, ac familia licuisset dotare nequivissent, sed hujusmodi lectisternia, vestes, ceterasque res, & alia

Digitized by Google

ornamenta omnia eidem Dominæ Margaretæ debentia & congruentia. Omnemque solemnitatem ipsarum nuptiarum, ad singularem requisitionem, & instantiam ipsius Georgii Zoardsiu, jam fati T. & T. T. de eorum propriis pecuniis, & sumptibus in honesta copia & sufficienti cum habundantia rerum suarum disposuissent, in quarum rerum & Nuptiarum consumptionem iidem T. & T. T. Mille & quingentos flor. auri exposuissent, pro eo sæpe nominatus Georgius residuas & alias directas medietates præscriptarum portionum possessionariarum in dictis possessionibus T. & T. no .... habititarum portiones scilicet suas proprias in eisdem habitas, & ipsam quoquo modo concernen. cum earum cunctis utilitatibus & pertinentiis quibuslibet, ad easdem qualitercunque spectan. & pertinere deben. Memorato Francisco Marito dictæ Dominæ Margarethæ, ac T. & T. fratribus ejusdem T. præscript. Mille & quingentos florenos dedisset & impignorasset. Immo dedit, & impignoravit, per eosdem usque tempus redemptionis ipsarum, tenen. possiden. pariter & haben. In cujus rei evidentiam. Datum.

215. *Omissionalis super Juramento.*

Memoriæ commendamus. Quod cum juxta contenta Litterarum Serenissimi Principis D. Mathiæ Dei gratia Regis Hungariæ Bohemiæ, Domini nostri gratiosi, Adjudicator. pariter & Juramentalium, procuratores seu officiales Religiosarum Dominarum Sanctimonialium Claustri beatæ Mariæ Virginis &c. contra Magnificum Job de Gara vigesimo quinto se Nobilibus, vigesimo die festi Epiphaniarum Domini, coram nobis superfactis in dictis litteris adjudicatoriis & Juramentalibus content. Juramenta ipsorum deponere habuissent, tunc ipso termino adveniente, nec Procuratores nec Officiales earundem Dominarum T. coram nobis Juramenta ipsarum depositorum fuerunt, testimonio præsentium median. Datum secundo die termini præmemorati.

216. *Collatio Plebaniatus coram Capitulo.*

Memoriæ commendamus. Quod Circumspecti Albertus T. Judex, & T. Jurati cives de Zenthendre, in ipsorum nec non universorum incolarum, & cohospitum eorundem de eadem T. personis coram nobis &c. propofuerunt &c. Quod ipsi matura deliberatione inter se præhabita, Plebaniatum, seu Plebaniam Ecclesiæ Parochialis Sancti Andreæ Apostoli de dicta T. ad ipsorum Collationem, provisionem, & dispositionem inmediate spectan. cum omnibus Juribus & pertinentiis universis Honorabili T. Presbitero Nato condam Johannis Litterati de Kechkemèth vita sibi comite perpetuo gubernandam, possidendam, pariter & habendam, dedissent donassent & contulissent in ipsum, in Pastorem animarum suarum recepissent, & assumpsissent.

Immo

Immo dederunt donarunt, & assumpserunt, coram nobis tali conditione mediante. Quodsi ipse Nicolaus Plebanus aliquam causam seu quæstionis materiam, contra ipsos Cives, aut alterum eorum habuerit, extunc hujusmodi causam suam, coram Judice de dicta T. pro tempore constituto exequi debeat, & nunquam coram aliquo Judice extraneo ipsos aut alterum eorum in causam convenire valeat & quod dictam Plebaniam suam aliis conferre seu resignare minime valeat præterquam ipsis Judici & incolis de ipsa T. etiam si pinguius beneficium habere possit temporis in eventu. Datum.

217. *Impignoratitia.*

Quod Illustrisima Domina Elizabeth, Serenisimi Principis Domini Mathiæ Dei gratia Regis Hungariæ Bohemiæ &c. Domini nostri gratiosi, Genitrix, coram nobis &c. in hunc modum. Quod quia Egregius Johannes T. in certis expeditionibus, & negotiis suis plures expensas fecisset. Volens igitur ipsa eundem Johannem super rehabitione hujusmodi expensarum suarum certum reddere, possessionem suam T. & T. nec non prædia T. & T. &c. ad eandem pertinen. in Comitatu T. existen. habita simul cum cunctis &c. memorato T. in septingentis flor. puri auri hungaricalibus inscripsisset, & impignorasset. Immo inscripsit & impignoravit coram nobis tam diu tenen. possiden. pariter & haben. donec & quousque per ipsam Dominam Genitricem Domini Regis, aut alios, quorum redemptioni eadem competerent, prædictis septingentis flor. auri redimerentur. In cujus rei evidentiam. Datum &c.

218. *Revisio Aetatis.*

Memoriæ commendamus. Quod cum nos ad instantiam & legitimam petitionem Egregii Ladislai de T. nec non Generosæ Dominæ Frusinæ Relictæ condam Damiani Horvath de T. Consortis vero ejusdem Ladislai, duos ex nobis videlicet Honorabiles Magistros T. & T. Socios & Concanonicos nostros, ad videndam ætatem puerorum præfatæ Dominæ T. ex dicto condam T. susceptorum, transmisissemus. Qui tandem exinde ad nos reversi nobis conformiter retulerunt. Quod ipsi feria tertia proxima, ante festum Sacratisimi Corporis Christi proxime præteritum ad possessionem Sclabonya, consequenterque domum & Curiam prædicti Ladislai in eadem habitas accessissent, ubi prænominata Domina Frusina tres pueros in tenera ætate constitutos videlicet Sophiam & Annam filias, nec non Stephanum filium dicti condam Damiani Horváth in præsentia ipsorum adduxisset. Quæquidem Sophia novem, Anna vero septem, & Stephanus sex annorum, uti visu considerare, & animo metiri potuissent, pueri esse & existere ipsis videbantur. In cujus revisionis testimonium

Digitized by Google

ad fasſionem dictorum Concanonicorum noſtrorum præſentes litteras noſtras duximus conceden. Datum feria quarta proxima.

219. *Donatio prætextu Servitiorum, simul cum Impignoratione.*

Nos Capitulum Eccleſiæ Budenſis. Memoriæ commendamus, Quod Egregius Stephanus, filius condam Alberti de Loſſoncz, coram nobis perſonaliter conſtitutus, ſponte confeſſus eſt in hunc modum. Quod quia Ladislaus de T. a tempore Juventutis ſuæ, ſibi ſemper fideliter ſerviviſſet, & in futurum ſerviturus eſſet. Ideo ipſe duas Sesſiones Jobagionales in poſſesſione Puztha almás, in Comitatu Neugradienſi exiſten. habitas. In quarum prima Mathias Varga, & in altera Thomas T. reſiderent. Simulcum cunctis earundem utilitatibus, & pertinentiis quibuslibet, pro præmiſſis fidelibus ſervitiis ejusdem Ladislai Jure perpetuo, & irrevocabiliter dediſſet, donaſſet, & contuliſſet. Præterea ſex Sesſiones Jobagionales in eadem Pwztha almás habitas modo ſimili cum cunctis utilitatibus & pertinentiis quibuslibet, puta terris &c. eidem Ladislao pro ducentis flor. puri auri Hungaricalibus &c. pignori obligaſſet. Immo dedit, donavit, & pignori obligavit coram nobis tali modo, ut ipſo Ladislao ſupervivente, ab eodem, idem Stephanus & ſui heredes redimere minime valeant, tandem ipſo defuncto easdem ſex Sesſiones Jobagionales ab eo cui ipſe Ladislaus conmiſerit pro prætactis ducentis flor. auri, idem Stephanus, aut ſui heredes redimere valeant, atque poſſint. Aſſummen. nichilominus præfatus antefatum Ladislaum in dominio dictarum duarum Sesſionum perpetuis temporibus, in dominio autem dictarum ſex Sesſionum, usque tempus redemptionis earundem, contra quoslibet illegitimos impetitores, tueri, protegere, & conſervare, propriis ſuis laboribus & expenſis. Ubi autem conſervare nollet, non poſſet, aut non curaret. Ex tunc ipſe Ladislaus vigore duntaxat præſentium median. in dominium portionis ſuæ poſſesſionariæ in poſſesſione T. in eodem Comitatu T. exiſten. habitæ introeundi, eandemquem occupan. & tam diu titulo pignoris conſervan. donec & quousque de prætactis ducentis flor. eidem Ladislao quoad plenum ſatisfactum fuerit, habeat poteſtatis facultatem. Datum &c.

220. Memoriæ conmendamus. Quod cum nos juxta contenta litterarum Serenisſimi Principis &c. Faſſionalium, & Obligatorialium inter Georgium de Nyaraſapath, ac Nobiles Dominas Juſtina vocatam conſortem, & Claram puellam filiam ejusdem Georgii ex una, nec non Religioſas Dominas Sanctimoniales Clauſtri beatæ Mariæ Virginis de Veteri Buda occaſione quorundam prædiorum ac terrarum, pratorum, & fœnilium litigioſarum inter poſſesſionem Chegled ipſarum Dominarum hactenus poſſeſſas, eisdem T. & T. fratri ejus-

Digitized by Google

dem remiſiſſet & reſignaſſet, manusque ſuas, & ſuorum quorumlibet de eisdem excepiſſet. Immo remiſit reſignavitque, & excepit coram nobis. Harum noſtrarum.

221. *Extradatio Portionis.*

Quod Valentinus T. de T. & Albertus filius ejusdem ab una, ac Clemens Nemes, & Andreas filius ejusdem, partibus ab altera, idem Clemens Nemes onera & quælibet gravamina Galli Johannis & Georgii, & Stephani filiorum, ac Nobilium Dominæ Barbara & puellarum, Priſca, & Veronica vocatarum filiarum ejusdem Clementis. Ipſeque Andreas filius ejusdem Clementis Katherinæ filiæ, & Alberti filii ſuorum ſuper ſe aſſummen. coram nobis perſonaliter conſtituti, & per eundem Valentinum Somorj confeſſum extitit pariter & relatum in hunc modum. Quod quamvis ipſe poſt mortem condam Mathiæ Feyes, de dicta Felkezy totalem portionem ejusdem condam T. poſſeſſionariam in dicta T. in Comitatu Pilifien. & inter metas ejusdem habitam, ſimul cum cunctis utilitatibus ejusdem hactenus poſſediſſet, fructusque & utilitates ejusdem percepiſſet. Tamen quia nunc ipſe reagnoviſſet, quod dicta portio poſſeſſionaria ante fati condam T. in dicta T. habita prætatum Clementem Nemes, & ſuos heredes, æque bene ſicut ipſum Valentinum, & dictum Albertum filium ſuum concerneret. Ideo ipſe annotatam portionem præfati condam T. una cum præfato Clemente & ſuis filiis, ex propria & bona voluntate ſua taliter diviſiſſent, ac portionem eorundem eisdem extradediſſet, & reſignaſſet; quod primo directam & æqualem medietatem Seſſionis Nobilitatis ejusdem condam Mathiæ Feyes, penes Seſſionem dicti Clementis in dicta Felkezy a parte aquilonari exiſten. nec non medietatem unius prati ad unum Juger terræ ſe extendent. quartam partem unius filvæ, penes ſilvam Eccleſiæ beatæ Mariæ Virginis in eadem fundatæ a parte orientali exiſten. quartam partem alterius filvæ penes eandem Eccleſiam a plaga occidentali adjacent. quartam partem alterius filvæ T. vocatæ, penes ſilvam præfati Valentini T. habitæ, & quartam partem unius filvæ, quæ eſſet inter duas vias, per quas de Kezy itur ad poſſeſſionem Thelky. Item medietatem quinque Jugerum terrarum arabilium in loco T. Item in loco T. medietatem quatuor Jugerum terrarum arabilium, & in Omal tria Jugera terrarum arabilium, Item medietates terrarum infraſcriptarum videlicet in locis T. & T. ab occidente Naghſzer penes pratum Poſaréthallya, a parte poſſeſſionis Naghkezy penes viam & penes metam & T. penes ſilvam Kárerdew ab occidente habitarum, cum quadam particula terræ, & unam vineam incultam cum quadam parva ſilva circa eandem vineam habita eidem Clementi Nemes ac heredibus & poſteritatibus ejusdem relinquiſſet, & conmi-

Digitized by Google

fiſſet pacifice poſſiden. Ipſeque Clemens Nemes, & Andreas filius ejusdem oneribus præmiſſis in ſe aſſumptis, ſuper hujusmodi diviſione, extradatione, & reſignatione portionis ipſorum modis omnibus contenti præfatos Valentinum T. & T. filium ejusdem quittos & expeditos reddidiſſent, & commiſiſſent. Immo reddiderunt, & commiſerunt, coram nobis. Et ut ipſi, & eorum heredes pacis pulchritudine in ævum permaneant voluerunt & adjecerunt. Quod ſi qua pars earundem partium ratione portionis modo præmiſſo inter ſe diviſæ lites movere, & inchoare vellet; ex tunc talis pars contra partem alteram, in ducentis flor. auri, ante litis ingreſſum perſolvend. convincatur & convicta habeatur. Hoc tamen non prætermiſſo, quod ſi quam partem ab hac luce absque heredibus decedere contingeret, & deficeret; extunc univerſa bona talis partis deficientis, tam mobilia, quam immobilia in partem ſuperviventem condeſcendi, devolvi & redundari debeant eo facto. Harum noſtrarum.

222. *Clausula parva.*

Dummodo aliquod non obſiſtat legitimum impedimentum.

223. *Accommodatio simulcum obligamine & occupatione Portiones &c.*

Quod Johannes de Doboz Onus Emerici filii ſui in ſe recipien. coram &c. ſponte &c. quod ipſe evitand. certis ſuis negotiis a Nobili Johanne de T. quatuor flor. auri mutuo & ſub ſpe reſtitutionis recepiſſet & habuiſſet; quos quidem quatuor flor. auri, ad feſtum Nativitatis Domini proxime venturum eidem T. reddere & perſolvere aſſumſiſſet. Immo aſſumſit coram nobis tali modo, quodſi dictos quatuor flor. auri, terminum ad prædictum eidem T. reddere & perſolvere nollet, non poſſet, aut non curaret; ex tunc ipſe Johannes de T. vigore duntaxat præſentium median. in dominium quartæ partis portionis poſſeſſionariæ ejusdem Johannis de Doboz in Comitatu T. exiſten. habitæ introeundi tandemque occupan. & tam diu titulo pignoris tenen. & confervan. donec & quousque de dictis quatuor flor. auri eidem T. quoad plenum ſatisfactum fuerit, habeat poteſtatis facultatem. Harum noſtrarum.

224. *Adoptionalis propter conplacentiam.*

Quod Egregius Stephanus de Zegedino Civis Civitatis Peſthien. alias Comes Comitatus Chongradien. ac Camerarius Salium Regalium Cameræ Zegedien. coram nobis perſonaliter conſtitutus, onera & quævis gravamina honeſtæ Dominæ Elenæ conſortis, ac Johannis & Blaſii filiorum ſuorum in ſe aſſummen. propoluit & ſponte confeſſus ſus eſt in hunc modum. Quod quia circumſpectus Gregorius & Johannes Bodo Cives Civitatis Zegedienſis, antedictæ ſibi ſemper fra-

Digitized by Google

terno favore, & amore affuiſſent, complacentias etiam in ſuis plerisque neceſſitatibus ſibi non paucas exhibuiſſent. Acceptorum igitur hujusmodi beneficiorum ipſe non immemor, ſed v ce proca remunerator eſſe volens, quandam domum ſuam, ſeu fundum curiæ in dicta Civitate Zegedien. in platea beatæ Virginis ſitam, cui a parte meridionali vicus quidam parvus, & ab aquilonali fundus Curiæ Demetri Sarws vicinaretur, cum omnibus & ſingulis ſuis ædificiis & utilitatibus ad eandem domum ſeu fundum Curiæ ſpectan. annotatis Gregorio & T. eorundemque heredibus & poſteribus univerſis, tum pro præmiſſis fraternalibus illorum favoribus, & complacentiis, tum vero pro trecentis fl. auri puri Hungaricalibus veri & juſti ponderis eidem plenarie exolutis dediſſet vendidiſſet, & aſſcripſiſſet. Immo dedit vendidit, & aſſcripſit, coram nobis Jure perpetuo & irrevocabiliter tenen. poſſiden. pariter & haben. Aſſummen. eosdem & eorum heredes & poſteritates perpetuis ſemper futuris temporibus in dominio domus illius, ſeu fundi curiæ, & cunctarum ejus utilitatum, juxta morem & conſuetudinem illius Civitatis Zegedien. contra quoslibet pacifice conſervare, ab omnibusque tueri, & defenſare, propriis ſuis laboribus & expenſis. In cujus rei memoriam &c.

225. Quod Benedictus Zely Cumanus de deſcenſu T. Capitaneus deſcenſus T. appellatæ. In ſua nec non Mathei filli & Pauli Fratris ejusdem perſonis noſtram venien. in præſentiam per modum proteſtationis &c. Quod quamvis Petrus Batha de T. Capitaneus loci ejusdem ipſum T. proteſtantem prætextu Capitaneatus ejusdem, loci proteſtan. Viteségház prædicti de voluntate Serenisſimi Principis &c. in præſentia Egregii Magiſtri Johannis de T. Directorem cauſarum ejusdem Domini noſtri Regis in Cauſam convenerit. Cauſaque in eadem idem Benedictus proteſtan. ad objecta ejusdem Petri reſpondere Juraque ſua & litteralia inſtrumenta exhibere ſuper dicto Capitaneatu habita, promptus fuerit & paratus. Tamen idem T. non expectata reſponſione & productione Jurium ſuorum, ſed eundem proteſtan. idem Petrus cum præfato Magiſtro Johanne captivari, captumque vinculari, vinculatumque in Carceribus detineri feciſſet, donec & quousque omnibus Juribus ſuis ſuper dicto Capitaneatu habitis coram perſonali præſentia prætacti Domini noſtri Regis renunciaſſet; ac dictum Capitaneatum coram eadem Perſonali præſentia prætacti Domini noſtri Regis idem Petrus per eundem proteſtan. ſibi fateri procuraſſet in præjudicium &c. Qua proteſtatione facta idem Proteſtans in ſua & dictorum filii, & fratris ſuorum nominibus hujusmodi ſuam Faſſionem revocaſſet, & retractaſſet, prout revocavit & retractavit coram nobis. Harum noſtrarum teſtimonio litterarum median. Datum.

Digitized by Google

226. *Dupplex Impignoratoria.*

Nos Capitulum Eccleſiæ Budenſis. Memoriæ commendamus. Quod Egregius T. de T. coram nobis perſonaliter conſtitutus, ſponte confeſſus eſt in hunc modum. Quod licet alias ipſe pro evitan. quibusdam ſuis negotiis, ab Egregio Johanne Hungor de Nadasd, quinquaginta flor. auri, mutuo & ſub ſpe reſtitutionis recepiſſet & habuiſſet, pro quibus quidem quinquaginta flor. auri, totales portiones ſuas poſſeſſionarias in poſſeſſionibus Zer & Zenthgeurgh vocat. in Comitatu Chongrad. exiſten. habitas, eidem Johanni Hungor pignori obligaſſet. Tamen nunc cogente neceſſitate ſua, ad easdem portiones poſſeſſionarias in dictis Poſſeſſionibus Zer, & Zenthgeurgh habitas rurſus & iterum viginti flor. auri recepiſſet, & habuiſſet. Ob hoc ipſe tam præſcriptis priſtinis quinquaginta flor. auri, quam pro eisdem viginti flor. auri dictas portiones ſuas poſſeſſionarias in præſcriptis poſſeſſionibus habitas, ſimul cum cunctis ipſarum utilitatibus & pertinentiis quibuslibet, præfato Johanni Hungor. pignori obligaſſet. Immo obligavit coram nobis. Harum noſtrarum teſtimonio litterarum median. Datum feria ſecunda proxima ante feſtum Epiphaniarum Domini. Anno ejusdem Milleſimo Quadringenteſimo Octageſimo.

227. *Sequitur literarum Requisitor. Relatio.*

Nos &c. Memoriæ commendamus &c. ſignifican. quibus &c. Quod nos Litteras Sereniſſimi Principis Domini Mathiæ Dei gratia Regis Hungariæ Bohemiæ &c. Domini noſtri gratioſi. Requiſitor. nobis directas reverentia qua decuit recepimus, in hæc verba: Mathias &c. usque finem &c. Paria autem litterarum Statutoriarum requiſitoriarum, & reinventarum hunc continebat tenorem. Capitulum Eccleſiæ &c. Nos itaque mandatis præfati Domini noſtri Regis in omnibus obedien. uti tenemur, præſcripta paria antefatarum litterarum ſtatutoriar. in noſtra Sacriſtia diligenter requiri, & reinveniri fecimus. Tenorque earundem in transſcripto præinſertarum litterarum noſtrarum pro tuitione Jurium dicti Magiſtri N. & dictæ ſuæ Capellæ ſine omni impedimento legittimo concesſimus. In cujus rei memoriam, firmitatemque &c. Datum &c.

228. *Ut libere venire possint commorandi causa.*

Mathias Dei gratia Rex Hungariæ &c. Fidelibus noſtris univerſis & ſingulis, Prælatis, Baronibus, Comitibus Caſtellanis, Nobilibus ipſorumque officialibus. Item Civitatibus Oppidis, & liberis villis, earumque Rectoribus Judicibus & villicis quibus præſentes oſtenduntur Salutem & gratiam. Dicunt nobis fideles noſtri Judex & Jurati Cives in Civitate noſtra Veteri Buda commoran. Quomodo nonnulli

Digitized by Google

forent Populi, & Jobagiones, qui de bonis & poſſeſſionibus veſtris, juxta conſuetudinem Regni noſtri juſto terragio depoſito, & aliis debitis perſolutis ad ipſam Civitatem noſtram cauſa morandi ſe transferre vellent, quos vos de hujusmodi bonis & poſſeſſionibus veſtris abire non permitteretis, vel Theloniatores in locis Theloneorum veſtrorum conſtituti in perſonis impedirent, & in rebus dampnificarent, tributaque ſuper eos exigerent. Super quo mandamus fidelitati veſtræ, & cujuslibet veſtrum, quatinus omnes illos populos & Jobagiones, qui de bonis veſtris, & de veſtri medio ad prædictam Civitatem noſtram cauſa moran. venire voluerint, ſimul cum rebus & bonis eorum libere & absque omni impedimento abire permittatis & permitti faciatis. Mandamus etiam univerſis & ſingulis Tributariis veſtris, ut hujusmodi populos & Jobagiones qui ut prædicitur ad præſcriptam Civitatem noſtram Cauſa morandi venire voluerint, rebusque & bonis eorum tributum aliquod, vel tributariam ſolutionem petere & exigere petique & exigi nequaquam præſumant, nec ſint auſi modo aliquali gratiæ noſtræ ſub obtentu. Præſentibus perlectis &c. Datum Regni noſtri Anno T. Coronationis vero T. &c.

229. Albertus Dei gratia, & Apoſtolicæ Sedis Epiſcopus Eccleſiæ Veſprimien. Locique ejusdem Comes perpetuus &c, ac in Cauſa, & Cauſis partium infra ſcriptarum Judex, vigore litterarum Apoſtolicarum, delegatus & ſpecialiter deputatus. Honorabilibus & diſcretis viris Dominis N. beatæ Mariæ Virginis N. Sanctæ Magdalenæ in Clauſtro Buden. N. Sancti Petri, N. Sancti Gerardi, nec non de Suburbio ejusdem Caſtri. Nec non N. Sanctæ Margarethæ virginis de veteri Buda & N. de Zenth falva, aliis omnibus & ſingulis Eccleſiarum Parochialium Plebanis, nec non Capellarum & Altarium Rectoribus, Presbiterisque & Clericis, ac Tabellionibus publicis quibusque per Civitates & Dyoces. Strigonien. & noſtræ Veſprimien. nec non Quinque Eccleſien. & Vacien. ac Jurisdictione ejusdem Strigonien. ubi libet conſtitut. & exiſten. ac cui libet veſtrum in Solid. & qui cum præſentibus fueritis requiſiti, aut alter veſtrum fuerit requiſitus Salut. Benedictione cum paterna Noveritis quod cum viceſima prima die menſis Novembris, in Anno Domini proximo præterito transacto, per Magiſtrum Laurentium Notarium & Procuratorem ac eo nomine Venerabilis, & Religioſorum virorum fratrum Domini Petri Abbat. & Conventus Monaſterii dicti Pechvarad. Quinque Eccleſien. Dyoces. præfati Ordinis Sancti Benedicti Quædam litteræ Sanctiſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini PII Divina providentia Papæ ſecundi vere & integre factum decimarum vinorum prædii Montis Gombamal dictæ noſtræ Veſprimien. dyoces. concernen. pro parte eorundem Abbat. & Conventus obtento nobis fuiſſent præſentatæ hujusmodi ſub tenore:

Digitized by Google

Pius Epiſcopus Servus Servorum Dei Venerabilibus Fratribus Quinque Eccleſien. & Veſprimien. Epiſcopis Salutem & Apoſtolicam Benedictionem. Intelleximus non ſine animi noſtri dulplicentia. Quod lite in tertia inſtan. in noſtra Romana Curia coram dilecto filio Orlando de Brandal. tunc Sacri noſtri palatii cauſarum Auditori, nunc vero electo Florentini inter dilectos filios Petrum Abbatem & Conventum Monaſterii Beatæ Virginis Pech Varadien. Quinque Eccleſien. dyoces. ex una, & Capitulum Eccleſiæ Strigonien. de & ſuper nonnullis decimis prædii Montis Gombamal Veſprimien. dyoces. & rebus in aliis actis cauſæ expreſſis, & ipſarum occaſione, partibus ex altera mediſicia penden. præfati Capitulum in poſſeſſione dictarum decimarum ſe immiſerunt dictosque Abbatem & Conventum illarum poſſeſſionem, illosque jam per duos annos & ultra ſpoliatos tenuerunt, & licet ſuper ſpolio & attemtat. hujusmodi præfatum Orlandum in favorem Abbatis & Conventus lata exſtiterit una Sententia; tamen cum ab eadem jam ſunt duo anni elapſi pro parte præfati Capituli appellatum fuerit, nec valerent præfati Abbas & Conventus propter diſturbia Regni Hungariæ in præfata Curia, ſuper Cauſa deferuitionis dictæ appellat. intendere. Idcirco fecerunt nobis humiliter ſupplicari ut eis ſuper præmiſſis de opportuno remedio providere dignaremur. Nos igitur ſtatum Cauſæ & Cauſarum hujusmodi pro expreſſis haben. ipſorum juſtis ſupplicationibus inclinati, & attenden. quia ſpoliata de jure reſtituend. & attemptata ante omnia revocanda ſunt. Et quia dicta Sententia propter deferuitionem appellationis in rem transiverit judicatam Fraternitati veſtræ harum ſerie committimus & mandamus; quatinus vos, aut unus veſtrum vocatis dicto Capitulo & aliis qui fuerint evocandi de præmiſſis ſumpmarie ſumpma & de plano ſine ſtrepitu & figura Judicii vos informetis, & ſi poſt informationem hujusmodi de poſſeſſione & ſpolio lite pendente commiſſo vobis conſtat Abbatem & Conventum præfatum ad ipſarum priſtinam poſſeſſionem Auctoritate noſtra amoneatis exinde dictis Capitulo & cuilibet alio illicita detinen. reſtituatis facien. quod juſte decreveritis per Cenſuram Eccleſiaſticam & alia Juris remedia omni appellatione poſt poſita firmiter obſervari. Contradictores per ſimilem Cenſuram compeſcendo. Invocato ad hæc ſi opus fuerit auxilio brachii ſecularis. Conſtitutio jubet piæ memoriæ Bonifacii Papæ VIII. de præceſſarum noſiri & gentibus generalis ceterisque contrariis non obſtantibus quibuscunque. Datum Mawthinæ Anno incarnationis Dominicæ Milleſimo CCCCo. Septuageſimo Nono quarto Non. Auguſti. Pontificatus noſtri Anno primo &c.

Tunc ad requiſitionem Magiſtri Laurentii Procuratoris nominibus & in perſonis quibus ſupra inſtanter inſtantisſime propterea nobis factam

ctam ac certis & rationabilibus ex cauſis præſcriptis eis, quod in noſtris & Eccleſiæ noſtræ Veſprimien. factis & negociis perarduis, ac Regni hujus Hungariæ erores prædicti per certas litteras noſtras ſigillo noſtro proprio impendenti conſignatas Venerabilibus Dominis Lucæ D.D. de Caſtro noſtro Veſprimien. Bartamæo Sanctæ Trinitatis de Superioribus calidis aquis dicti Suburbii Caſtri Buden. & Johanni Buden. Eccleſiarum Præpoſit. in toto negotio & cauſis hujusmodi ſecundum continentiam dictarum litterarum Apoſtolicarum commiſſeramus, & ſubdelegaveramus vices noſtras cum illa clauſula ſcilicet, donec eas ad nos rurſus duxerimus revocandas. Quarum tenorem volen. hic habere pro ſufficien. expreſſatis, & quitquid per eosdem Judicis ſicut præfertur per nos ſubdelegatos, prout ex certis litteris Citatoriis eorundem & relatoriis quorundam executor. ex inde reportatis per dictumque Procuratorem, & eo nomine quo ſupra coram nobis ſolempniter præſentat. cognovimus evidenter Honorabile Capitulum Eccleſiæ Strigonien. in præſcriptis Litteris Apoſtolicis ex adverſo principaliter conpreſſatum, contra & adverſus Abbatem & Conventus præfatos ad terminum ulteriorem citatum, in eorundem termino tam antedicti Abbas, & Conventus Pechvaradien. quam ipſum Capitulum Eccleſiæ Strigonien. in præſentia eorundem Judicum Subdelegatorum per ipſorum Procuratores & Syndicos apparuerunt Legittimos. Nichilominus tamen idem Judices ſubdelegati ſe ſe ſeorſim neſcitur quo ductu motivo, aut facto Conſilio a negotio, & Cauſarum hujusmodi examinatione & adjudicatione prout pro parte antedictorum Abbatis & Conventus Pechvaradien. nobis relatum extitit, & ſicut ex inſtrumento publico ſuper inde confecto nobis patuit, excuſaverunt penitus & exoneraverunt, & præcipue dictus dominus Lucas D.D. Præpoſitus ſuam in hæc verba fecit excuſationem videlicet, ex quo ipſe in nonnullis Serenisſimi Principis Domini Mathiæ Regni Hungariæ Regis Domini noſtri gratioſisſimi factis, & agendis occupatus de præſenti adeo exiſteret, ſperatque eisdem in futurum occupari in Cauſis hujusmodi, Judex eſſe & eisdem intendere nullomodo poſſet, & valeret. Idcirco vices ſuas, & totam auctoriatem ſuam ſi & in quantum potuit ſibi attributam ſuis collegis in hac parte videlicet præfatis Barthameo & Johanni Præpoſitis conmisſisſet, quas per eosdem ſuos Collegas aſſummere, Idem Dominus Lucas Præpoſitus, petiiſſet, ſubjungendo jurando: quod Cauſa in ipſa rationibus præviis ulterius procedere minime vellet. Quæ quidem excuſatio ipſius Domini Lucæ Præpoſiti etiam in negotio & factis ipſius Domini Regis admodum arduis occupati, Juſta & legitima nobis viſa exſtitit & rationabiliter admittenda. Sed quia alii duo videlicet Bartholomæus Sanctæ Trinitatis & Johannes Buden. Eccleſiarum Præpoſiti prænominati non adeo juxta Sanctiones Canonicas . . . . de

Digitized by Google

quibus factis eorum, vel forte quorumcunque aliorum occupati, ut ad cognitionem cauſarum antedictarum commode intendere non poſſint. Igitur pro parte antedictorum Abbatis & Conventus nobis exſtitit humiliter ſupplicatum; quatinus de remedio opportuno ſuper præmiſſis providere, & contra præfatos Bartholomæum Sanctæ Trinitatis, & Johannem Buden. Eccleſiarum Præpoſitos per nos ut præmittitur Judices Subdelegatos, Auctoritate Apoſtolica qua fungimur antedicta, litteras conpulſorias ſub pœna exconmunicationis. Ita videlicet ut cauſas hujusmodi partium antedictarum audirent cognoſcerent, ſive terminarent debito modo dare, decernere, & concedere dignaremur. Nos igitur attenden. ſupplicationem hujusmodi fore juſtam & rationi conſonam: quod quia juſta petenti non eſt denegandus aſſenſus Auctoritate Apoſtolica præfata, & maxime illius clauſulæ vigore videlicet: donec rurſus duxerimus ad nos revocandas. Nobis reſervate litteras Conpulſorias petitas de Jure decrevimus, & decernimus per præſentes, vobisque dominis ſupra dict. & cuilibet veſtrum in ſolidum noſtris in hac parte immo verius mandatorum Apoſtolicorum executionibus harum ſerie firmiter ſub pœna exconmunicationis; quam in vos & alterum veſtrum hujusmodi mandatum noſtrum exequi recuſan. ſeu recuſantes trium dierum Canonica monitione præmiſſa a die exhibitionis præſentium vobis fieri computan. ferimus in ſcriptis, diſtricte præcipien. conmittimus, & mandamus. Ita tamen, quod in his exequendis unus veſtrum alterum non expectet, nec ſe quovis quæſito colore, vel per alium excuſet, ſed ſtatim viſis præſentibus, ac dum & quando pro parte dictorum Abbatis & Conventus cum præſentibus fueritis requiſiti, aut alter veſtrum fuerit requiſitus, accedatis perſonaliter ad prædictos Bartholomæum & Johannem Præpoſitos per nos in hac parte Judices Subdelegatos ſpecialiter deputatos ipſosque & eorum quemlibet noſtri in perſona Auctoritate Apoſtolica antedicta præfata exconmunicationis pœna quam in eos, & eorum quemlibet, niſi fecerint ea, quæ ipſis in hac parte mandamus dicta Canonica monitione præmiſſa ferimus in his ſcriptis & etiam promulgamus ipſosque Conventum eadem exconmunicationis pœna ferire volumus ipſo facto, compellat. indicat. & amoneat. quos & nos tenore præſentium compellimus judicamus & monemus, quod ipſi ambo ſimul & in unum omni occaſione poſt poſita vocatis partibus omnimodam juſtitiam impendant ſeu adminiſtrare teneantur ſumarie ſimpliciter, & de plano, ac ſine ſtrepitu & figura cujuslibet Judicis proceden. prout hæc in ipſius Domini Apoſtolici litteris plenius continentur certifican. eosdem Dominos Præpoſitos ſic conpulſos inductos & monitos. Quod ſi ea, quæ ipſis mandamus in hac parte adimpleverint in animæ effectum bene quidem, alioquin cogitabimus ſuper negotio & cauſis præmiſſis de Juris remedio opportuno prout juſtum

Digitized by Google

fuerit, & ordo dictaverit rationis ad ulteriora legitime proceden. & propter hæc hujusmodi executionis, conpulsionis, judicationis, & amonitionis vestrarum seriem, aut quitquid in præmisis juxta mandata nostra feceritis, dictique Domini Præpositi Judicis subdelegati ad contenta hujusmodi litterarum nostrarum fecerint, vel responderint, nobis suo ordine conscientiose rescribatis, præsentes in specie remitten. Datum &c. quarta die mensis &c. Anno &c. Præsentibus ibidem Venerabilibus, & discretis &c. aliisque quam pluribus fidedignis testibus ad præmissa rogatis, & requisitis.

230. *Libertas ad fundum.*

Nos &c. memoriæ commendamus tenore præsentium significan. quibus imcumbit universis, quod nos ad humillimæ supplicationis instantiam providi viri Michaelis T. Jobagionis nostri pridem adeo combusti, ut nil boni in ipsius rebus, & domorum ædificiis, salva persona ejus duntaxat remanente, qui vice versa in loco curiæ suæ ædificia domorum restaurare intendit, & hoc eo commodius ut fieri poterit, hanc specialis gratiam prærogativam eidem duximus faciend. ut ipse ab omni collectura annuali, & datio solito, quibus ipse nobis, aut officialibus nostris teneretur infra octo annos integros post se se immediate sequentes exemptus sit & liberatus, si & in quantum domorum ædificia fecerit, demptis decimis & muneribus consuetis testimonio præsentium median. Præsentes autem usque ad octo annos integros per quoscunque officiales, & factores, seu villicos nostros nunc constitutos, & in futurum constituendos inviolabiter volumus & præcipimus observari. Datum &c.

231. *Transsumptio Litterarum Testamentalium sub manu publica.*

In Nomine Domini Amen. Anno Nativitatis &c. Indiction. &c. die vero &c. hora vesperarum in Castro Budensi sive in Cimiterio Parochialis Ecclesiæ beatæ Mariæ Magdolnæ Dyoces. Vesprimien. Jurisdictionis vero spiritualis Ecclesiæ Strigon. In mei Notarii publici infrascripti, & testium subscriptorum præsentia constitut. personaliter discretus Dominus N. natus T. de T. produxit, & exhibuit manibus suis, quandam litteram Testamentariam per honestam Domi. nam N. Relictam condam Petri Litterati civis Buden. eratque papirea, eamque manu cepi, & reperi perfectam, non abrasam, non cancellatam, nec in aliqua sui parte vitiatam, immo omni suspicione carentem. Cujus tenor de verbo ad verbum nil adden. nec deponen. sequitur & est talis: In Nomine Domini Amen &c.

Post cujus quidem Litteræ michi sicut præfertur præsentationem & exhibitionem. Ego Notarius publicus, infrascriptus eandem copiam,

Digitized by Google

transumpſi, & in formam publicam redegi, nil adden. nec deponen. Quod factum ſubſtantiam vitiaret, aut intellectum mutaret, ſed ſimpliciter de verbo ad verbum, ita quod in Judicio, & extra huic tranſumpto, ſeu publico inſtrumento, omnino firmiter credatur, ſicut ipſi litteræ originali. Super quibus omnibus, & ſingulis, præfatis Dominus N. Presbyter me Notarium publicum infraſcriptum requiſivit, ut ſibi de & ſuper præmiſſis, unum, vel plura, publicum, vel publica conficerem, & darem inſtrumentum, ſeu inſtrumenta. Quod & feci meo officio incumbent. Acta ſunt hæc omnia Anno Indiction. menſe, die, hora, loco & pontificatu quibus ſupra præſentibus ibidem.

Ego Johannes natus Clementis de Magh clericus Agrienſis Dyoces. Imperiali auctoritate Notarius publicus; quia præfatæ Litteræ Teſtamentariæ, Inſinuationi, Lectioni, & Expoſitioni, ac aliis omnibus dum ſicut præmittitur. &c.

232. *Reſignatio Canonicatus cum Collatione iterum facta coram Notario.*

In Nomine Domini Amen. Noverint univerſi præſens publicum Inſtrumentum inſpecturi. Quod anno Salutiferæ Nativitatis ejusdem. Milleſimo &c. Indictione &c. In domo habitationis Domini N. Præpoſiti de T. Pontificatus autem Sanctiſimi &c. In præſentia ejusdem Venerabilis viri Domini N. Præpoſiti ſupradicti, tamquam veri & legitimi, ordinarii & Proviſoris Eccleſiæ beati N. de N. Veſprim. Dyoc. prædictæ Jurisdictionis vero &c. meique Notarii publici, & teſtium infraſcriptorum, ad hæc ſpecialiter requiſitorum, vocatorum, & rogatorum, conſtitutus perſonaliter diſcretus Vir Magiſter Paulus de T. Presbyter Colocien. Dyoces. Canonicus ante dictæ Eccleſiæ beati T. de dicta T. ſupra dictæ Veſprimien. Dyoces. ſanæ mentis & per omnia compos ſuæ rationis, non captus, non coactus, non compulſus, non vi, dolo, fraude, ſeu potentia aliquali circumventus, non per errorem, ſeu alicujus metus incurſionem, non pretio, vel aliqua fraudulenti ſubductione concuſſus, nullaque Simoniaca pravitate commiſſa. Sed ſponte, libere, & deliberata voluntate Canonicatum ſuum, & præbendam in prædicta Eccleſia beati T. dictæ Veſprimien. Dyoces. habitum & exiſtentem, quos idem Magiſter Paulus Canonice, rite & legitime fuerat aſſecutus, & quos obtinuit, rexit, gubernavit, & poſſedit, juridice, pacifice, & quiete, & cujus fructus, ac proventus a pluribus temporibus transactis tuliſſet, & recepiſſet, uti verus & legitimus Canonicus, gubernator & poſſeſſor eorum immediatus, uſque modo, nullo ſibi in hac parte diſcrepan. cum omnibus ſuis Juribus, proventibus fructibus, emolimentis, & obventionibus quibuscunque ejusdem Canonicatus, & Præbendæ

Digitized by Google

Ecclesiæ beati T. de T. ad manus ipsius Domini N. Præpositi ante dicti tamquam veri & legitimi, ordinarii & Provisoris eorundem Canonicatus & Præbendæ prædictorum duxit resignand. Immo resignavit coram me Notario, & testibus infra nominandis perpetue & irrevocabiliter, nullum a modo & deinceps dominium ipsius Canonicatus & Præbendæ sibi reservan. Quibus quidem præmissis sic peractis, statim & immediate loco in eodem per eundem Dominum Johannem Præpositum jam dictæ Ecclesiæ beati N. de T. verum, & legitimum ordinarium Provisorem, ad quem Collatio & provisio Canonicatuum & præbendar. in eadem Ecclesia T. habitorum & existentium, spectat specialis, de eisdem Canonicatu, & Præbenda sicut præmittitur circa manus sua vacan. discreto viro Magistro Nicolao de T. Præsbytero Quinque Ecclesien. Dyoces. extitit provisum & collatum. Immo idem Dominus N. Præpositus ipsi Magistro Nicolao de T. de eisdem Canonicatu & Præbenda modo prædicto vacan. gratiose providit, tamquam Personæ benemeritæ, & dignæ. Ipsumque Magistrum Nicolaum supradictum de eisdem per pilei, seu Bireti sui capiti ipsius Magistri Nicolai Presbyteri prædicti impositionem investien. dicens: Ego confero, & do tibi Canonicatum & Præbendam Ecclesiæ beati T. de T. Wesprimien. Dyoces. prædictæ per liberam resignationem ut præfertur Magistri Pauli filii T. de T. Colocien. Dyoces. circa manus nostras de jure vacan. Auctoritate nostra ordinaria & Jurispatronatus per Serenissimum Principem Dominum &c. nobis concessa. De quibus investio Te per pilei seu bireti nostri capiti tuo impositionem in Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen. Super quibus omnibus & singulis in præmissis, idem Venerabilis Vir Dominus N. Præpositus supradictus, & Nicolaus Presbyter de T. Quinque Eccles. Dyoces. petierunt me Notarium publicum infrascriptum, ut sibi vel ipsis in evidens testimonium de præcedentibus, unum vel plura conficerem publicum, vel publica Instrumentum seu Jnstrumenta quod & feci officio mihi incumbenti. Acta sunt hæc & facta Anno Indiction. &c.

Et ego Johannes Clementis de Magh Clericus Agriensis Dyoc. Sacra Imperiali Auctoritate Notarius publicus; quia præmissis scilicet resignatione, admissione, ejusdemque receptioni, collation. donationi, provisión. & investituræ aliisque omnibus &c. Ideoque hoc præsens publicum Instrumentum manu nostra propria scriptum exinde confeci, notavi & publicavi, & in hanc &c.

233. *Præceptoria cum Introductione causæ.*

Mathias Dei gratia Rex Hungariæ Bohemiæ &c. Fideli nostro Reverendo in Christo Patri Domino N. Episcopo M. ac Vicario

Digitized by Google

Ecclesiæ T. salutem & gratiam. Exponitur nobis in personis Religiosorum &c. Quomodo T. Inhabitator dictæ Civitatis V. Petrum de T. Jobagionem ipsorum Exponentium in Possessione T. vocata residen. ratione quorundam negotionum non vestrum spirituale, sed nostrum seculare Judicium concernen. vestri in præsentiam traxissetis in causam, in qua vos Judicium facere niteremini & velletis, in præjudicium ipsorum Exponentium, præfatique Jobagionis eorundem, & dampnum manifestum. Et quia causæ seculare concernentes Judicium, non in præsentiis aliquorum Judicum Spiritualium, sed in Curia nostra Regia decidi solent, & terminari. Ideo fidelitati vestræ firmiter præcipien. mandamus; quatinus habita præsentium notitia, causam præmissam, partes inter præfatas, vestri in præsentia ut dicitur motam statu in eodem in quo exisit, absque aliquali adjudicatione, gravamineque & difficultate ipsorum Exponentium, præfatique Jobagionis eorundem sine omni, in Curiam nostram Regiam, nostram scilicet personalem in præsentiam transmittere debeatis discutien. quam, si denique non nostrum seculare, sed vestrum spirituale forum concernere agnoverimus, rursus in vestri præsentiam remittemus partibus prædictis, coram ipsa nostra personali præsentia comparendi terminum vestris in litteris præfigen. congruentem. Secus non facturi. Præsentibus perlectis &c. Datum Budæ secundo die Festi T. Anno Domini.

234. *Libertas.*

Nos &c. Memoriæ &c. Quod nos ad petitionem universorum populorum, & Jobagionum nostrorum in Oppido nostro T. vocato, in Comitatu T. existen. & pertinen. ejusdem commoran. ex nostra liberalitate, & benevolentia, id duximus annuend. & concedend. Quod quicunque ex Jobagionibus nostris in eodem Oppido & pertinentiis ejusdem residentes aliquas terras incultas denuo exstirparent, colerentque, seu purgarent, quæ non ad aliquas domos Jobagionales, aut aliqua loca deserta sessionalia pertinerent, sed solum ad nos spectant. libere, & secure extirpent, mundent, & colant, nec non ad illas domos sessionales desertas, vel non desertas, quas voluerint annecti & applicare valeant. Ita tamen quod nobis locis & temporibus semper opportunis, de hujusmodi terris, denuo cultis Nonas consvetas dare & exolvere debeant, & teneantur. Immo annuimus, & concedimus vigore & testimonio præsentium litterarum nostrarum median. Datum &c.

235. *Amonitoria cum advocatione residen.*

Nos &c. memoriæ commendamus tenore &c. Quod cum nos percepissemus Rectoratum Altaris Sancti T. in Ecclesia Parochiali

Digitized by Google

Sancti T. in Oppido noſtro T. vocato fundatum, ad collationem noſtram ſpectan. divinis officiis & miniſteriis quaſi omnino deſitutum. Diſcretum T. Clericum Rectorem videlicet ejusdem altaris, cui nos alias ipſum Rectoratum dicti altaris, ſub illa conditione dediſſemus, ut idem T. omnia divina miniſteria, oneraque, a primo fundatore ipſius altaris rite inſtituta in propria perſona peragere & perficere deberet, habitis prius juxta Statuta Sacrorum Canonum legitimis amonitionibus & proteſtationibus coram Notario publico, & aliis debitis locis factis ad reſidentiam vocaſſemus præfat. T. tamquam inobedien. dictis piis noſtris amonitionibus & proteſtationibus rite factis, minime perceptis, eisdemque obturatis auribus pertransitis, hujusmodi divina miniſteria, & onera prædicti altaris debito tempore perficere & ad reſidentiam ſolito more venire nullo modo curavit, & neque ad præſens ea prout de Jure teneretur advertit. Igitur nos eundem T. Clericum, tamquam rebellem prædicto Rectoratu altaris, ex officio noſtro, ad quod a Jure Divino obligamur, privavimus. Nichilominusque conſideratis, vita virtute litteralisque ſcientiæ ſuffisienti peritia, & aliarum probitatum indiciis diſcreti T. nati T. Clerici Dyoces. T. quibus idem apud nos commendari meruit, eundem T. ad Rectoratum prænotati altaris tamquam idoneum ac perſonam bene meritam duximus eligend. Ipſumque Rectoratum altaris auctoritate noſtra Jurispatronatus eidem T. conferimus. Ita tamen, ut idem T. in propria ſua reſidentia prædicta divina miniſteria, ac onera ab antiquo prædicto altari inſtituta perficere teneatur. Alioquin hujusmodi noſtra collatio ſemper ubi inanis cenſeatur. Immo eligimus, damus & conferimus, harum noſtrarum, quibus ſigillum noſtrum eſt appenſum vigore & teſtimonio litterarum median. Datum &c.

236. Nicolaus &c. Providis Judici, Juratisque civibus poſſeſſionis noſtræ T. appellatæ, Salutem & favorem, quia nos volen. ut illa ſilva noſtra in territorio ejusdem poſſeſſionis noſtræ T. habita, creſcat ac arboribus augeatur, indeque vos & Eccleſia noſtra utilitatem habeatis ſtatuimus ut quicunque in eadem ſilva ſine ex permiſſione aliquorum ex propria temeritate reperiretur. Ex tunc omnes tales omni favore ſemoto, unum Flor. auri pro birſagio ſolvant. Quod ſi hoc Judex & Jurati Cives dictæ poſſeſſionis noſtræ pro tempore conſtituti exigere nequirent, aut non valerent; extunc ſerie præſentium ſtrictim committimus Proviſori Curiæ Oppidi noſtri de T. præſentibus & futuris ut ipſi omnes tales ad præmiſſa facienda per omnia gravamina eorum compellant, & aſtringant auctoritate noſtra præſentibus ipſis in hac parte attributa median. Præſentes autem pro obſervatione tutiori rei Statutæ aput vos reſervan. Datum &c.

Digitized by Google

237. *Mendicatio.*

Univerſis & ſingulis Dominis Reverendiſſimis Reverendisque Prælatis, ac Magnificis Dominis Baronibus. Item Venerabilibus & Honorabilibus viris, Præpoſitis, Lectoribus, Cantoribus, Cuſtodibus Canonicis, Plebanis, Rectoribusque altarium, ſed et nobilibus Judicibus villicis, ac quarumcunque Civitatum, Oppidorum ac villarum Rectoribus cunctis, etiam aliis cujusvis ſtatus & præeminentiæ hominibus, præſentium notitiam habituris Dominis & Fautoribus noſtris, præcolendis Conventus T. &c. Salutem & devotarum Orationum noſtrarum ſuffragia. Noverint veſtræ Dominationes, quod Eccleſia noſtra modernis temporibus, magnis & maximis ejus in ſtructuris rereformation. neceſſario indiget; & ſignanter in latere ejusdem Eccleſiæ noſtræ, quædam Capella ad honorem & laudem beati T. ædificari incepta eſt, & ſupra eandem Capellam quoddam Solarium conſtruendum, & decenter ornandum eſt: ubi illa veneranda imago beatiſſimæ Virginis Mariæ Genitricis Dei, quam beatus Lucas Evangeliſta Pictor ſolemnis reſpicien. ad effigiem ejusdem Virginis gloriöſæ Patronæ noſtræ pulcherrime pinxiſſe, & feciſſe dicitur futuris ſemper temporibus oſtenſura eſt. Inſuper quæ quidem imago a Supremo Pontifice Domino Syxto Papa quarto magnis indulgentiarum thezauris, & muneribus noviter dotata eſt, & decorata, quæ opera laudanda ut præferuntur jam incepta ſine juvamine & auxilio dominationum veſtrarum conſummari, & ad effectum perduci nequiunt. Ideo veſtris Dominationibus & dignitatibus, præſentibus ſupplicamus humiliter, & devote quatinus prius intuitu divinæ Majeſtatis, expoſi ob honorem & laudem præfatæ Genetricis Dei, & Sancti T. pias & benignas elemoſinas veſtras, ac largitiones manuum veſtrarum his hominibus noſtris, præſentium videlicet oſtenſoribus clementer porrigere, largiri, & dare velitis ut participes ſitis omnium orationum noſtrarum ſedule ad Deum Omnipotentem infuſarum. Nichiominusque notum ſit eisdem veſtris dominationibus, quod præfata Eccleſia noſtra a Sumpmis Pontificibus Romanis harum Indulgentiarum muneribus dotata & fulcita eſt, videlicet: Tria Milia. Septingenta & quadraginta dierum. Et omnes illi qui manus adjutrices porrexerint ad fabricam ejusdem Eccleſiæ noſtræ, tot Indulgentias obtinebunt, præſentes poſt earum lecturam, ſemper reddi optamus. Datum.

238. Nos Mathias Dei gratia Rex Hungariæ Bohemiæ &c. notificamus tenore præſentium ſignifican. quibus incumbit univerſis. Quod cum temporibus retrolapſis, & maxime illis, poſt quæ Caſtrum noſtrum T. ſimul cum totali Civitate ſimiliter T. & ejus Inhabitatoribus manibus noſtris Regiis dante Dominio feliciter eſt annexum & applicata, Thezaurarii

Digitized by Google

Thezaurarii noſtri, & ſpecialiter Caſtellani Caſtri, ac Officiales Civitatis prædictæ per nos deputati ignorantes de veris, Cenſibus & Collectis, qui ex parte jam fatæ Civitatis noſtræ, Fiſco Regali debuiſſent & deberent provenire Judicem, Juratos Cives, Hoſpites, & generaliter omnes Inhabitatores ipſius Civitatis noſtræ tam in Conſpectu noſtro Regali, quam alias ſuper adminiſtratione hujusmodi Cenſuum & Collectarum ſæpe ſæpius cepiſſent infeſtare. Tandem Johannes dictus de Caſſa Judex T. T. & T. Jurati Cives, prætactæ Civitatis noſtræ ſuis ac aliorum Concivium, Cohoſpitum, & Cohabitatorum ipſorum Nominibus & in perſonis Celſitudinis noſtræ venientes in conſpectum culmini noſtro, diverſis querelis lamentabiliter expoſitis, nos de hujusmodi eorum infeſtatione ſuo ordine per omnia informarunt. Supplicantes humo tenus provoluti, ut eis, & toti communitati ſuper his remedium adhibere dignaremur opportunum. Cumque nos ſuper antefat. Judice Juratis Civibus hoſpitibus & tota Communitate attenta ipſa lamentabili querela animo compaſſionis moti & inducti commiſiſſemus eidem ut de ipſis eorum Cenſibus & Collectis, qui eorum parte deberent fiſco Regali libertate ipſorum requiren. provenire, per privilegia certa & alia documenta claritatem noſtram deberent ſeriosius informare deſiderantes eos per poſterum a prætacta infeſtatione Regali pietate liberare, tunc iidem verbis & diverſis planctibus hinc inde deductis breviter nulla penitus privilegia aut alia autentica documenta quoad prætactos eorum cenſus & collectos coram obtutibus noſtris valuerunt, per nos moniti, producere, & demonſtrare, propter quod cernebatur manifeſte eos de facili in priſtino errore poſſe remanere.

Nos itaque qui ex ſuſcepto Regali regiminis officio tenemur cunctis vexatis, & tribulatione involutis, in eorum neceſſitate pie compati & de ſalubri alleviatione providere, egeſtati & inopiæ ſæpe fatorum Judicis, Juratorum Civium, hoſpitum, & generaliter totius communitatis, memoratæ Civitatis noſtræ T. non immerito compatientes. Conſiderantes etiam attente ruinam & deſolationem ejusdem Civitatis noſtræ, quas in muris ædificiis, & aliis dependentiis paſſa eſt, & patitur proh dolor pro præſenti. Potiſſime ad devotæ ſupplicationis inſtantiam fidelium noſtrorum Viri Magnifici T. de T. Magiſtri Janitorum noſtrorum, ſtrenuique Militis T. de T. ſupremi Thezaurarii noſtri, Comitisque Inſulæ, aliorumque quam plurimorum aulæ noſtræ Juvenum pro tota ipſa Communitate Civitatis noſtræ T. & cum prætactis Judice & T. & T. Juratis Civibus Majeſtati noſtræ humiliter porrectam, & oblatam. Volentes

Digitized by Google

239. *Appellatio.*

Quidquid idem corde tenus eidem V. F. noſtri pro parte retulerit fidem ut monitis adhibere velitis tanquam nobis. — Qua de re ipſimet N. publice fatebantur quod in toto longe lateque orbe terrarum non ſupereſt quiſquam ſicut *F.* A. — Quoddam prædium T. vocatum in Comitatu T. exiſtens & habitum.

240. Cum Appellationis remedium &c. Hinc eſt, quod &c. coram nobis in Criſto Patre Domino T. Epiſcopo T. in Pontificalibus ac Spiritualibus Vicario generali, hujus Almæ Eccleſiæ T. & T. Notario publico, tamquam perſona authentica & legali, teſtibusque hic præſentibus, & aſtan. Ego T. Presbyter Plebanus Eccleſiæ beatæ Mariæ &c. dico ac proteſtor, & gravi cum querela propono, quod vos Reverende Domine Epiſcope & vicarie in favorem cujusdam mulieris Elena vocatæ, conſortis videlicet T. dicti de T. illos fidejuſſores quos in principio litis ab eadem Elena ut Judex verus & legitimus usque ad finem & deciſionem cauſæ inter me ipſam Elenam inchcovan. veſtra Reverenda paternitas exigere ac per cenſuram Eccleſiaſticam ad dand. eosdem fidejuſſores, ſed de Jure eandem Elenam compellere debebat, minime fecit, neque facere ſe retulit. Inſuper eo eadem Veſtra Reverenda paternitas non contenta adhuc ante litis hujusmodi ingreſſum tam attras formidines, & minationes, quas non meruiſſem, in ſua Sede coram diſcretis & honeſtis viris inibi aſtantibus ipſa veſtra Reverenda paternitas michi appoſuit propter quas merito michi eadem Veſtra Reverenda paternitas eſt effutanda. Nichilominus etiam terminum ad reſpondendum iniquo & frivolo libello dictæ Elenæ nequiter contra me fabricato, nimis brevem & Conditioni meæ inconvenientem dedit, & ſtatuit. Quod omnia præmiſſa ſunt & cedunt in maximum gravamen meum pro quibus omnibus, digne & juſte prædicta Veſtra Reverenda paternitas ſuſpecta mihi fuiſſe, & eſſe viſa eſt. Unde ego ſentiens me in præmisſis multum eſſe aggravatum, timensque inpoſterum plus poſſe aggravari. A præmisſis omnibus & etiam aliis quibusvis gravaminibus per eandem Veſtram Reverendam paternitatem illatis ac ſecutis & ſubſequendis in his ſcriptis ad Reverendisſimum in Chriſto Patrem Dominum T. &c. Legatum de Latere, ac Sedem & Curiam ſuam in his ſcriptis provoco & appello, Apoſtolosque peto primo ſecundo & tertio, ac inſtanter inſtantius & inſtantisſime a Dominatione Veſtra Reverend. Domine Epiſcope, & Vicarie vel ſaltem a te Notario publico litteras teſtimoniales, ſubjiciens me, & omnia bona mea tuitioni protectioni & defenſioni præfati Domini Legati atque Sedis ſuæ. Et proteſtor, quod hac mea appellatione penden. nichil ſit per quem

Digitized by Google

piam attemptand. & innovan. Salvo Jure addendi minuendi immutandi corrigendi.

241. *Gratia.*

Nos Mathias Dei gratia Rex Hungariæ Bohemiæ &c. Memoriæ commendamus tenore præſentium ſignificantes quibus expedit univerſis. Quod nos cum ad humilimæ ſupplicationis inſtantiam fidelis noſtri Dilecti Reverendiſſimi Domini Petri electi Colocen. & Bachien. Eccleſiarum Canonice unitarum, Summi & Secretarii Cancellarii noſtri, tum vero de clementia & benignitate noſtra Regia, qua delinquentibus veniam, & lapſis ſublevamen ſolemus impertiri, Jurisque rigorem interdum lenitate miſericordiæ conſuevimus temperare. Circumſpecto Ladislao Litterato Erezthew dicto Civi Civitatis noſtræ Peſthien. Capiti quoque ac rebus & bonis ejusdem univerſis ſuper illa nota ſeu labe, ſi quam ex eo incurriſſet, quod his diebus ſuperioribus dominam Conjugem ſuam propter certarum rerum ejusdem, & bonorum ut aſſeritur diſſipationem certis & debitis pœnis aſſeciſſet, & his non contentus ligatis pedibus & manibus ejusdem Dominæ conjugis ſuæ novis quibusdam illicitis & inconſuetis pœnis, & tormentorum generibus eandem cruciari voluiſſet, aliis etiam quibusvis delictis criminibus & excesſibus ejusdem Ladislai Litterati prævia occaſione qualitercunque per ipſum patratis gratiam & miſericordiam duximus facien. ſpeciales. Immo facimus præſentium per vigorem. Quo circa vobis fidelibus noſtris Venerabili Ladislao Præpoſito Buden. Perſonalis noſtræ præſentiæ Locumtenenti, ac Magnificis Palatino, & Judici Curiæ noſtræ, veſtrasque in Judicatu vices geren. Item Judici & Juratis, ceterisque Civibus dictæ Civitatis noſtræ Peſthien. Cunctis etiam aliis Regni noſtri Judicibus, & Juſtitiariis ſecularibus, præſentes viſuris, harum ſerie firmiſſime præcipimus, & mandamus, quatinus præfatum Ladislaum Litteratum occaſione prævia contra formam præmiſſæ noſtræ gratiæ; ad quorumvis inſtantiam judicare, vel veſtro aſtare judicatui compellere aliter etiam intra vel extra Judicium in perſona rebusque ejusdem quibusvis impedire turbare ſeu quovis modo dampnificare nusquam & nequaquam præſumatis, neque ſitis auſi quoquomodo gratiæ noſtræ ſub obtentu. Præſentib. perlectis, exhibenti reſtitutis. Datum Zagrabiæ. Feria tertia proxima poſt feſtum Conceptionis beatæ Virginis. Anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo Octuageſimo. Regnorum noſtrorum Anno Hungariæ &c. Viceſimo tertio. Bohemiæ vero duodecimo.

242. *Remissionalis.*

Nos N. Magiſter Thavernicorum Regalium, vel Regiæ Majeſtatis. Memoriæ commendamus tenore præſentium ſignificantes &c.

Digitized by Google

Quod nobis feria T. proxima, ante feſtum T. una cum Judicibus & Juratis Civibus Civitatum Buden. Alben. Leuche & de Bardſſa, nonnullisque nobilibus Regni pro facien. moderativo Judicio caulan. in Sede noſtra Judiciaria pro Tribunali ſedentibus Providus Vir Anthonius Sárkeuzy Civis Civitatis T. in perſonis Providæ Dominæ N. filiæ quondam T. de T. conſortis videlicet, ipſius, & Valentini filii ejusdem, contra Providum virum T. ſimiliter Civem ejusdem Civitatis T. in figura noſtri Judicii comparen. litteras Judicis & Juratorum Civium prædictæ Civitatis T. nobis ad noſtrum Citatorium mandatum reſcriptas formam & feriem adjudicationis, eorum in ſe haben. præſentavit declaran. Quod cum ipſi & Jurati Cives Civitatis T. antedictæ feria T. proxima ante Dominicam invocavit me, Anno videlicet proxime revoluto, in Sede eorum Judiciaria ſimul confediſſent. Ex tunc prædictus Anthonius Sárközi, in perſonis Dominæ Elizabeth conſortis, & Valentini filii ſuorum prædictorum, contra T. proponere curaſſet eo modo. Quomodo ipſe T. attractus, neſcitur qua de Cauſa in domo ſuæ conjugis, & filiorum ſuorum in medio ipſorum habitæ, ab avo ipſorum Jure hereditario devoluta reſiden. faceret ſpecialem, cum tamen nullum Jus ad eandem haberet, ex parte cujus, ab eisdem ſuperinde, juſtitiam impertiri poſtulaſſet. Quo percepto, præfatus T. reſpondiſſet ex adverſo, quod domum prædictam remittere minime vellet quia eandem præſentibus fide dignis hominibus a provida Domina T. Relicta ſcilicet condam T. de dicta T. pro LXVI. flor. auri ſpatium certorum terminorum jam præteritorum pretio habuiſſet, qui quidem T. ſecundum Juris curſum teſtes ſuos ſuper illa venditione, & emptione domus prædictæ in certo termino coram nobis ſtatuit ut debebat de commiſſione eorundem Judicis & Juratorum Civium ſcilicet prælibatum T. modo quo ſupra, contra ipſum Agentem Laurentium Sartorem Anthonium & Paulum T. qui teſtes per nos modo conſueto interogati faſi fuiſſent hoc modo: Primus teſtis ſcilicet T. tunc Civis Juratus exiſten. retulit, quod ipſe ſorum feciſſet inter Dominam T. & ſæpe fatum T. ſuper domo prædicta pro prænaratis LXVI. flor. auri, & ſolus diſpoſuiſſet inter ipſos tres terminos ſolutionis, & quod idem T. primam ſolutionem feciſſet, ut debuiſſet. In ſecundo vero termino ſolutionis dictorum flor. unum florenum ſolum ſolvere curaviſſet, quem etiam dicta Domina T. levaſſet. Et in termino tertio ſolutionis nullum denarium ſolviſſet. Poſt hæc vero T. & T. teſtes prætacti voce conſona retuliſſent: quod pro confirmatione venditionis prædictæ domus bibitioni Merci potus interfuiſſet, & quod præfatus T. Sárkeuzy merci potum prædictum ſolus more conſueto benedixiſſet. Immo dum ſimul ipſi ad bibendum dictum mercipotum ad domum Anthonii T. prætacti Actoris iviſſent, tunc dictam Dominam T. cum Conjuge ſæpe fati Laurentii, & filiis

Digitized by Google

ipſius obviando dixiſſet: Mathiæ Amice noſter dilecte, pro bibitione mercipotus ad domum tuam volumus ire, ut potius panes tui, quam mei conſumpmantur. Immo etiam. Quod idem T. dictæ Dominæ T. dixiſſet: Honeſta Domina, ubi eſt Relicta condam T. Litterati cum ſuis filiis ut foro, & mercipotus prædict. non interſunt. Quo audito præfata Domina T. dixiſſet: quod dicta Domina T. Relicta T. Litterati prædicti & filii ejusdem ad dictam domum penitus nichil agere haberent, ſed ipſa ſola cum ſæpe dicta domo quitquid faciendi liberam haberet facultatem. Quibus faſſionibus auditis, & perceptis, dictus Laurentius reſpondiſſet ex adverſo: quod ſæpe dicta Domina T. Relicta præfacti condam T. de jam fata T. dictam domum vendendi facultatem non habuiſſet, nec haberet etiam de præſenti, quia ſæpe dicta domus, ab avo ſuorum filiorum patre ſcilicet prænotati T. Jure hereditario in ipſos fuiſſet devoluta. Quibus auditis ipſi Judex & Jurati Cives, de Teſtamentaria diſpoſitione dicti T. in ultimo ſuo ewlogio fact. a dictis partibus ſcrutari volentes, prænarratus Laurentius Sárkezy retuliſſet, quod licet hoc verum ſit, ut dictus T. aliquam Teſtamentariam diſpoſitionem fecerit; tamen quoad dictam domum nullum feciſſet teſtamentum, & hoc cum fide dignis teſtibus dictus Laurentius Sarkezi conprobare aſſeruiſſet. Qui teſtes videlicet T. & T. termino in Juridico coram ipſis Judice, & Juratis Civibus legitime adducti, pari voce retuliſſent. Quod dum ſæpe nominatus T. in poſſeſſione T. vocata Deo volente in lecto ægritudinis decumben. fuiſſet, tunc confeſſione habita, ad Circumſpectum virum Johannem Saffár dictum retuliſſet: Dilecte frater, & Amice, bene foret tuæ dilectioni, quod aput tuam fraternitatem ſedecim pecias panni Colonicalis habeo. Si igitur præſenti in lecto ægritudinis me mori contingerit, extunc eosdem conſorti meæ, una cum eisdem aliis meis bonis a Deo datis, & collatis, ſecum filiis & meis filiabus nutriri valeat, dare, & aſſignare debeas. Filio autem meo Georgio Litterato conmitto, ut benedictionem paternalem meam ſic optineat, quod ſacerdotari debeat, & mater ipſius honore ſuo pro condigno, circa celebrationem ſuæ Miſſæ quo melius poterit rebus meis de prætactis neceſſaria adminiſtrare debeat. Qua faſſione audita ipſi Judex & Jurati Cives ſubjunxiſſent: Anthoni tu dicis, quod domus prædicta, per tuam ſocrum T. prædicto vendita ſit ab avo tuorum filiorum in ipſos devoluta. Ob hoc aſſeris prædictam venditionem domus per tuam ſocrum factam non fore vigoroſam, habes igitur de præmiſſis probationem aliquam legitimam? qui ſe habere aſſeruiſſet. Quibus adducen. ipſi Judex & Jurati Cives terminum aſſignare curaviſſent. Terminoque ipſo adveniente, præfatus Laurentius ſuos Teſtes ſtatuiſſet ut debebat coram ipſis, qui per eosdem more conſueto requiſiti & diligenter examinati, faſi extitiſſent. Primus teſtis videlicet Thomas T.

Digitized by Google

faſſus fuiſſet quod condam Michaël Zabo, pater prænarati T. cum eodem filio ſuo T. in dicta domo ſimul manſionem habuiſſent, & eadem domus dicti Michaëlis, avi ſcilicet filiorum Michaelis Sar. fuiſſet. Sed poſt mortem ipſius dictus T. quandam unam Stubam æſtimari fieri ibidem feciſſet. Tandem vero alii duo teſtes, videlicet T. & T. per ipſos Judicem & Juratos requiſiti, faſi fuiſſent eo modo: quod hoc bene ſcirent, ut dictus Michael Zabo, & ſuus filius jam dictus, temporibus ipſorum in dicta domo ſimul manſiſſent. Sed cujus ipſa domus fuiſſet, Michaëlis an Johannis præfatorum penitus neſciviſſent, & etiam neſcirent de præſenti. Igitur ipſi Judex & Jurati Cives in Judicio ſedentes partium ſupra dictarum propoſitionibus, allegationibus, & conprobationibus, nec non doçumentis cauſa in dicta factis auditis, & ipſis diligenter penſatis maturo & deliberato conſilio judican. decreviſſent, prædictam venditionem domus per dictam Dominam E. Relictam læpe fati Johannis Zabo, ipſi M. pro dictis LXVI. flor. auri factam fore ratam, firmam, & rigoroſam. Immo dictum M. T. una cum filiis ſuis ſucceſſoribus, & poſteritatibus univerſis perpetuum dominium prædictæ domus habere decreviſſent, tum pro eo, tum autem ex quo, infra ſpatium unius anni & trium dierum, juxta Civitatis T. prædictæ approbatam conſuetudinem, nullius inhibitio præfatæ venditioni & emptioni impedien. ipſi M. nullibi obviare dinoſcitur, de quo quidem Judicio Judicis & Juratorum Civium prædictorum, præfatus Michaël non contentus, cauſam prædictam noſtræ deliberationi appellaſſet.

Quibus quidem Litteris exhibitis & præſentatis, continentiisque earum ſane intellectis, ſuperindeque mature & diligenter tractantibus nobis, & dictis noſtris Coaſſeſſoribus perſpicue cernebatur. Quod dictus Judex & Jurati Cives dictæ Civitatis T. ſecundumque in dictis Litteris eorum Adjudicatoriis clarius contineri vidimus, verum Judicium & Juſtitiam iidem Judex & Jurati Cives tuliſſent inter partes, proinde nos de noſtrorum Coaſſeſſorum ſano adhibito conſilio, dictorum Judicis & Juratorum Civium, Civitatis Buden. inter prætactas partes factum & conmiſſum ratificavimus approbavimus, & affirmavimus. Immo ratificamus, approbamus, & affirmamus. Prædictosque Antonium Sarkezi Elizabeth conjugem, nec non Valentinum filium ſuos ab ulteriori impetitione ipſius M. prohibemus. Ipſamque domum prædicto T. & ſuis heredibus univerſis Jure perpetuo & titulo emptionis tenend. poſſidend. & habend. conmitten. noſtra Judiciaria Auctoritate median. In cujus teſtimonium præſentes Litteras noſtras pendenti Sigilli noſtri munimine roboratas eidem Michaëli duximus conceden. Datum T. tertio die, die primo noſtræ adjudicationis.

Digitized by Google

243. *Assecuratio.*

Nos Mathias &c. Te fidelem noſtrum Spectabilem & Magnificum Comitem Petrum, Comitem Corbaviæ præſentibus litteris noſtris aſſidamus, aſſecuramus, & certificamus. Tibique hunc præſentem Salvum Conductum noſtrum, in eo damus & concedimus, ut tu ſimulcum hominibus, & familiaribus tuis & ad te pertinentibus quibus malueris. Ab hinc infra ſpatium trium vel quatuor menſium integrorum, ad Majeſtatem noſtram venire, nobiscumque ſtare & morari, tractare & concludere, ac tandem conclufis, vel non conclufis tractatibus ad propria, quæ malueris loca redire poſſis & valeas, perſonis & bonis tuis, ac eorundem familiarium, hominumque tuorum & ad te pertinentium, ſemper ſalvis remanentibus, ſub noſtra protectione & tutela ſpeciali promitten. in verbo noſtro Regio hujusmodi Salvum Conductum noſtrum modo præmiſſo. Datum &c.

244. *Clausula.*

Licet nos pridem per alias Litteras noſtras pro parte T. de T. confectas, quandam cauſam inter Laurentium Toth dictum de T. ex una, ac eundem T. ex alia partibus in ſede veſtra adjudicatam in præſentiam Magiſtri Thavernicorum noſtrorum mandavimus per vos transmittend. Tamen quia ex querelis in perſona dicti T. nobis propterea porrect. accepimus, dictam Cauſam pro quibusdam verberibus ipſius T. motam eſſe, ex eoque eandem Cauſam, juxta legem & conſuetudinem dictæ Civitatis noſtræ ad Judicium prædicti Magiſtri Thavernicorum noſtrorum minime pertinere debere, pro eo nos potius legi & conſuetudini, quam perſonæ cujuspiam favere volen. Fidelitati veſtræ firmiter præcipien. mandamus; quatinus receptis præſentibus, ſi res ſic ſe habeat, quod videlicet dicta cauſa de lege & conſuetudine prædictæ Civitatis noſtræ, ad Judicium præfati Magiſtri Thavernicorum noſtrorum non pertineat, ex tunc ſervata ipſa conſuetudine & lege, extunc juxta veſtram adjudicationem, ex parte præfati T. ſuper præmiſſis dicto T. ſatisfactionis complementum exhibere & impendere debeatis. Datum. Secus non &c.

245. Nicolaus de Bathor Dei & Apoſtolicæ &c. quibus expedit univerſis. Quod cum nos in Anno Domini &c. Sabbato quatuor temporum, quo divinum cantatur officium, Caritas Dei juxta ritum & Conſuetudinem Sacro ſanctæ Romanæ ac univerſalis Eccleſiæ in Cappella Sancti T. in Caſtro noſtro T. fundata. Minores Sacrosque Clericorum Ordinis generaliter & publice celebraſſemus. Extunc inter alios promovendos, dilectum nobis in Chriſto T. natum T. de T. Clericum dyoces. T. ad litteras dimiſſoriales Reverendi Domini T. Epiſcopi T. Suffraganei & Vicarii in Spiritualibus & Pontificalibus ejus-

Digitized by Google

dem Ecclesiæ T. diligenti Examinatione præhabita dignum invenimus in ordine Dyaconatus repertum, per nos consecratum invocata Spiritus Sancti gratia de ordine Dyaconatus, ad gradum Præsbiteratus inclusive digne duximus promoven. & promovimus. In cujus rei memoriam, firmitatemque perpetuam præsentes litteras Sigilli nostri annularis appensione communitas, eidem Petro Presbytero duximus conceden. & concessimus. Datum Anno die & loco quibus supra.

246. *Clausula pulchra.*

Quum ipse diebus his superioribus de Servitiis Castri nostri T. ad domum suam propriam in Civitate T. habitam advenisset, & ut novus hospes per immoderatum potum vini usum rationis amittendivina & humana lege contempta, salutisque & honoris sui immemor &c. cum quadam ancilla Servitrice sua extra thorum legitimum adulterium commisisset.

247. *Arbitrativa dispotitio.*

Nos Archangelus de War Castris Decretorum Doctor Dei & Apostolicæ Sedis gratia Electus & Consecratus Ecclesiæ Scardonensis ac Dominicus Zwglnjo de Florentia pro parte Nobilis Dominæ Leonita vocatæ Sacræ Reginalis Majestatis Aulicæ familiaris, pro parte vero Circumspecti Ladislai Poyan Civis Civitatis Pesthien. Gregorius, Adam, nec non Nicolaus Malosas Buden. ac Johannes Litteratus & Paulus Kelemfeuldi Jurati Cives Civitatum Pesthien præfatæ Arbitrii, Compromissarii, ac Arbitratores, Compositores, per partes prædictas specialiter electi, & deputati. Memoriæ commendamus tenore præsentium significantes quibus expedit universis. Quod nos Budæ de Anno D. infrascripto, in Causa & Causis inter præfatum Ladislaum Poyay Civem prædictæ Civitatis Pesthien. ut Actorem & principalem ab una, & Nobilem Dominam Leonita dictam veluti Ream, & in Causam attractam, ac ex adverso similiter principale in partibus ex altera ratione & prætextu certarum cutium seu pellium bovinarum, earumque occasione mota & vertente. In quibus alias inter partes prædictas licet nonnullæ differentiæ & discordiæ litis controversiæque & contentionis materiæ subortæ fuerint & suscitatæ, ac diutius ventilatæ, tamen partes prædictæ volen. & cupien. præmissarum differentiarum & controversiarum, ac causarum hujusmodi finalem decisionem habere nobis, nostrisque arbitrio Judicio laudo compositioni & determinationi se se omnino commisissent. Immo commiserunt nostri in præsentia tali sub conditione ut quitquid per nos præfatos arbitros, & amicabiles conpositiones communiter partes inter eadem arbitratum, laudatum, conpositum & determinatum

tum fieret, id ambæ partes pro laudo compositione & rato haberent, ac perpetuæ incussæ & irrevocabiliter, atque firmo deberent acceptare, & observare. Unde nos visis primitus, & diligenter respectis, earundem partium Juribus causæque & causarum hujusmodi demeritis ac allegationibus, probationibus, aliisque ipsorum legitimis documentis coram nobis productis & exhibitis, internosque mutua deliberatione præhabita calculatis ac mature recensitis, & ruminatis, aliisque rationibus animum nostrum moventibus in his scriptis Sententialiter arbitrati fuimus, laudavimus, Judicavimus, conposuimus & finaliter conclusimus. Immo arbitramur, laudamus, judicamus conponimus, & præsentium tenore concludimus prælibatam Dominam Leonitam annotato Ladislao Poyan Mille ac ducentis & viginti tribus Cutibus, sive pellibus bovinis, nec non expensis pro vectura ipsarum Cutium sive pellium factis & expositis teneri debere & obligari, ac pretia earundem Cutium & pellium juxta & secundum convenientiam inter præfatas partes præhabitam prænarrato Ladislao Poyan ipsam Dominam Leonitam solvere debere & esse solvendam de aliis vero factis & querelis ac ratiociniis inter easdem partes qualitercunque, & occasione quarumcunque rerum & bonorum exortis, & prius suscitatis, vel in futurum suscitandis. Si quas partes eædem temporum in succesu mutuo vicisim, & contra se se intentare, aut movere haberent aut vellent, & intenderent, decrevimus Jus eorundem prosequi coram suo Judice ordinario. Immo pronunciamus, & adjudicamus harum nostrarum vigore &c. Datum &c. Anno &c. Præsentibus ibidem &c. aliisque quam pluribus testibus fide dignis &c.

248. *Adjudicatoria cum depositione Juramenti.*

Nos &c. Memoriæ &c. Quod quamvis T. de T. T. ac T. nostram in præsentiam juridice attraxerit, & contra eundem proposuerit isto modo quomodo ante susceptа pericula infidelium T. quum ipsi hanc provinciam T. hostiliter subintran. devastassent in domo ejusdem Attracti tanquam sui hospitis, ac in sua honestatis probitate ad plenum confisus, duas balas de pannis Ahy ligatas causa conservationis præfatus Actor misisset. Quas quidem duas Balas pannorum per modum suspicii præfatus A. asserebat ut ipse I. pretio vendidisset, aut alio modo ab eodem A. alienasset, & sibi in hac parte Judicium & Justitiam administrari postulasset. Quo audito prætactus I. ex adverso ad hujusmodi suspicium respondendo eo modo. Quomodo hoc bene verum foret, quod ante ipsa susceptа pericula Paganorum, Annotatus A. præscriptas duas Balas pannorum in domo sua misisset, sed tamen ipse I. ad Castrum cum suis Rebus & bonis non inportasset neque ad partes Transsylvanas duxisset, neque vendidisset, Immo nec venditioni exposuisset, sed per prædictos infideles T. præ-

Digitized by Google

dictæ duæ balæ pannorum, simul cum Rebus & Bonis ipsius I. fuissent asportati & receptæ.

Nos itaque auditis ambarum partium propositionibus & responsionibus una cum certis civibus Capitularibus, nostris scilicet Coassessoribus nobiscum in Judicio consedentibus judicantibus taliter adinvenimus. Quod prænarratus I. ad hujusmodi suspicium contra ipsum prolatum adversus jam dictum A. super amissione præscriptarum duarum balarum panni suum Juramentum deponere deberet, sicque se expurgare teneretur. Qui quidem I. feria proxima ante festum T. coram nobis ac in nostra Sede Judiciaria prælibato A. ibidem stantibus & audientibus suum Juramentum in eo depositum atque præstitit. Quod præmissæ duæ balæ pannorum Alby per jam fatos infideles T. illo tempore fuissent ablatæ, ac de sua domo asportatæ, & quod per aliquam fraudem easdem balas pannorum non occultasset. In cujus Juramentalis depositionis testimonium, sæpe tactus A. litteras nostras Expeditorias sibi per nos debita cum instantia dari postulavit, quas nos eidem duximus concedendas. Datum die loco & termino prænotatis.

249. Sibi ipsi &c. minus juste impediviſſe, & dampnificaſſe.

conſpeximus & per omnia ſane intelleximus agnovimus & comperimus.

A modo & inpoſterum deponi & aboliri annilari, caſſari ſopirique & condeſcendi.

Ipſosque N. & N. a conditionario nexu prætacto eximi & expiari, & ad priſtinum eorum ſtatum.

per nos in præmisſis Juris medelam juſtitiæque complementum poſtulavit impertiri.

quarum quidem Litterarum exhibitionibus fact. continentiisque earundem perlectis, & intellectis propoſitionibus etiam & allegationibus prætactis exauditis.

per nos trinarie ut moris eſt reqniſiti.

conmunicato conſilio, & unanimi præaſſumpto arbitrio inducti ſententialiter limitata coaſſeſſor. ac legis perit. dampnaque & nocumenta.

usque modo prævia ratione illata & irrogata per eosdem T. & T. refundi & recuperari, & ad ſatisfactionis complementum facien. conpelli & aſtringi debere adjudicaſſemus, & quod T. & T. in conmun. univerſorum T. & T. præmiſſa feciſſent.

ad ipſarumque ambarum partium audientiam.

Digitized by Google

annualem taxam seu daciam minus consuetam.

250. Quomodo idem T. nescitur qua astutia ducta impetrat. pro se quibusdam litteris Regalibus in eo vobis dumtaxat ut ibicunque res & bona Civium T. &c. Civitat. Capitular. T. in universis tenutis honoribus & officiolatibus, vel in ipsorum medio reperire posset ad ejusdem instantiam juri stare & tamdiu in hujusmodi arresto tenere debeatis, donec eidem de &c.

251. Ex dura & minus justa captivitate extincti & interempti ac aliis dampnis & expensis ejusdem ad quadringentos flor. auri se extenden. satisfactio impenderetur quoad plenum, quibus median. nonnullos Jobagiones ipsius Capituli diversa climata Regni cum eorum rebus & mercibus perlustran. in plerisque locis & nundinis annualibus arestari facere procurasset, & eosdem in maxima pecuniarum summa prout voluisset portasset, dampna plusquam trium milium flor. auri ipsi Capitulo, & suis Jobagionibus per hujusmodi arestum inferen. ex parte cujus Judicium & habere vellent Jur. median.

Quo audito præfatus T. personaliter in eandem nostram exurgen. præsentiam, ad exhibitione præscriptarum litterarum T. eidem gratiose concessarum, hujusmodi arestum fecisse non abnegan. Respondit ex adverso. Quomodo alias &c. minus juste captivasset, & captum in sua acerrima captivitate tam dire & acriter vinculatum conservasset, ut demum libertate eidem concessa, ex hujusmodi dura, & acri conservatione, viribus confractus, paucis post diebus elapsis vita functus extitisset. Quod quia super eo Benedicto Litterato homagium dicti condam T. &c.

252. Quibus perceptis præfatus T. Procurator dicti Capituli in personana ejusdem super præmissis protestan. retulerat, & allegaverat eo modo. Quomodo præfatus T. calumpniosus esset quia dudum &c.

ab ipso vi & compulse abstuliisset

indebite vexasset.

Juridice obtinuisset, & eundem sententiasset, hujusmodi autem litteras Sententionales.

Et hoc exhibitione quarundam binarum litterarum Sententionalium unius scilicet T. ad instantiam & pro parte T. & alterius T. contra ipsum T. Evocatorem.

Relator relcriptas

253. in præsentiam T. venire, vel mittere non curasset, sed se a facie Juris & Justitiæ absentar. oneribus Judiciorum aggravari permisisse,

Digitized by Google

ex præmisfis reperiebatur manifeſte: propter quod ipſum Capitulum, amplius ab infeſtatione ejusdem T. expediri & abſolvi. Idem etiam T. contra ipſum Capitulum, tamquam calumnioſus convinci, & aggravari debere nobis, ac coaſſeſſoribus noſtris videbatur, pro eo nos conſilio unanimi, quæſito & aſſumpto præmaturo, prætactum Capitulum Eccleſiæ T. ac cunctos Jobagiones ejusdem ubivis conmoran. de & ſuper morte ſeu homagio dicti condam T. ac expenſis per eundem T. exquiſitis quittos, expeditos, & modis omnibus abſolutos relinquimus & conmittimus, eidemque T. a modo ratione prævia perpetuum ſilentium imponen.

254. *Clausula parva.*

Fidelitatibus veſtris harum ſerie firmiſſime mandamus; quatinus agnitis præſentibus, a modo in antea pro parte memorati T. non obſtantibus quibuscunque litteris noſtris, vel aliorum quorumcunque ſuperinde ad querimoniam ejusdem T. harum in contrarium datis, vel dandis in præjudicium dicti Capituli & Jobagionum ejusdem in veſtris terris tenutis honoribus & officiolatibus, vel veſtri in medio nullum areſtum facere vel tenere. Immo nec hujusmodi areſtationi ſeu Inhibitioni locum dare, quin potius ipſum T. tamquam calumnioſum ab inferendis hujusmodi dampnis ſeu areſtationibus præſcriptis Jobagionibus ipſius Capituli ſien. repellere modis omnibus debeatis, nec ſecus contra formam præmiſſæ noſtræ Judiciariæ deliberationis facere præſumpmatis. Præſentes autem perlectos ſemper reddatis manibus præſentantis.

255. Univerſis & ſingulis Prælatis Baronibus, Comitibus Caſtellanis, Nobilibus, eorumque officialibus. Item Civitatibus Oppidis, & liberis villis earumque Rectoribus. Alterius etiam cujusvis ſtatus & Conditionis hominibus quibus præſentes oſtenduntur. Salutem &c.

Litteris Sententialibus &c. hujusmodi areſtum &c. in Czegléd & Hathwan vicis, ſeu plateis &c.

Item aliis alii ſex Cives ſolis in ipſorum perſonis Andreas vero decimo ſe hominibus popularibus Juramento ſe expurgare teneatur.

Cum ut præmittitur bona in auro & argento non haberet æſtiman. & per illos recipi facere aliasque ſibi juſtiam miniſtrar.

256. *Secuntur Exordia Litterarum.*

Eya, quæ Juris ordine terminantur in conſpectu Judicum teſtimonio litterarum ſolent confirmari, ne proceſſu temporum falſitas vitan. prævaleat, & iniquitas præjudicet æquitati, vel lites ex litibus oriantur proinde ad univerſor. &c.

Digitized by Google

257. *Super Privilegia & alia quævis.*

Quum momentanea labilitas temporum acta ratione degentium sui flexibilitate surripit, quæ velut tinientis sonitus ab humanis sensibus evanescit, ob hæc solers industria persuadet singula memoriæ commendanda scripti infinuatione perhemniter confirmare proinde ad universorum notitiam.

258. Quoniam iniquorum fraudibus justitia succumbit, opus sapientis est, ut quitquid agit firmo testimonio litterarum roboretur, proinde vel fic ea propter ad universorum &c.

259. Ne labantur cum tempore, quæ in tempore peraguntur, provida hominum discretio adinvenit, ut rerum legitime gestarum series, fideli litterarum memoriæ conmendetur proinde

260. Expedit etiam acta mortalium labitura, pro rei memoria sempiterna, litterarum patrocinio commendare, ne rerum gestarum calumpnia, contentionis materiam valeat generare. proinde

261. Quoniam unicum est oblivionis remedium, scilicet scriptura, quæ calumpniis infert silentium & modum, contentionis explicat, sua serie loquitur præsentibus atque posteris veritatem proinde ad universorum.

262. Ne memoriæ injurietur oblivio, & res clara præsentibus, obscura reddatur futuris eventibus, sagax humana adinvenit discretio, ut acta temporalia scriptis inferantur publicis, ne de memorali hominum cellula effluant, cum ipsis labitura, sed potius sint perpetue duratura. Proinde

263. Regiæ sublimitatis alta nobilitas, quæ terminis non consuevit coartari, in tantæ considerationis providentia nostram propensius in omnes extendere debeat adjutricem quanto se largitatis odore respersam perpendit uberius commendari, ac sui nominis & culminis laudum præconiis erga plurimos insigniri claritate, proinde

364. Quum hominum inexpleta cupiditas, etiam facta Juridica & legitime condonata, plerumque a veritatis tramite solet divertendo retrahere. Ob hoc præcedentium laudabilis sagacitas & beata ingeniositas, quoslibet processus legitimos & quælibet facta juridica, ut eadem inconcusse valeant permanere litterarum autenticarum testimonio adinvenit perhemnari &c.

265. Juris petentium desideriis dignum est nobis facilem præbere assensum, ut vota quæ a rationis tramite non discordant effectu prosequente adimpleri valeant.

Digitized by Google

266. Regiæ Circumſpectionis ſollicitudini eſſe debet cunctis fidelem Regiæ dignitati explicand. exhibend. amplexantibus finum ſuæ gratiæ & dilectionis apperire, ut tanto illi ex fidelibus fideliores ſe exhibeant ex donatis quanto eos alicujus dignitatis beneficio ex regalis proviſionis dono contingerit jocundare proinde

267. Regalem decet excellentiam ſuorum fidelium preces legittimas exaudire, favorabiliter & eorum fidelitatibus recenſitis & exauditis juſtis ipſorum petitionibus facilem præbendo conſenſum, ampliori munificentiæ fimbrias dilatare. proinde

268. Cum fragilem humanæ naturæ memoriam prolixitas temporum ſoleat plerumque enarrare, ne contractorum ſponte inimicorum ſeries inpuſterum valeat retractare, & irrecidine contentionis ſcrupulum invaleſcat ſed perpetua potius firmitate conſiſtat regio convenit præſidio communiri. Proinde

269. Regia lucens ſublimitas pediſſequa ſedentis trono in excelſo cunctis ſuis ſequacibus condigna debet impendere præmia meritorum, ad inſtar tamen ipſius Regni æterni ſplendere paternæ gloriæ lucem de luce proferens, & ineffabili lucis ejus claritae mundum illuſtrans, ubi ſcilicet incarnati Sanctæ matri Eccleſiæ, quam ipſe pendens in cruce pro ſalute generis humani cum ſui ſanguinis effuſione mirifice decoravit tota intus intentione devotiſſime intendere debet pariter & vigilare, ipſius namque orationibus proſpera Regibus cuncta ſuccedant & attendant. Proinde &c.

270. Quum ſanctæ religionis indicium ſanctum eorum operibus condonare, condonatamque inviolabiliter conſervare Ea propter ad univerſorum

271. Regiæ intereſt liberalitati ſuorum fidelium Procerum preces legitimas favorabiliter exaudire, & eorum fidelitatibus recenſitis juſtis ipſorum petitionibus gratum & facilem præbere conſenſum & in his præcipue quibus ſuorum ſubditorum commodis videat utiliter provenire, proinde

272. Expoſtulat circumſpectio regiæ benignitatis & ordo exigit rationis, ut Contractus rationabiliter ordinatur, & præſertim transactionis & deciſionis per quos inmortalitas terminatur litium & jurgia reſpirant & quieſcunt tumultibus litigantes cruent, minime ſolidam proinde

273. Regiam decet Majeſtatem ſuorum fidelium Subditorum legitimas preces ad gratiam exauditionis admittere juſtisque ipſorum poſtulationibus benignum præbere conſenſum in his potiſſime quæ eorundem commodum perpetuis ſolent convenire, Ea propter ad Univerſorum

Digitized by Google

274. Ex doctrina adhibetur Apoſtolica ut præmium ſervitiorum & merces in dominorum repoſitorum at gazophilaceo Dei non liceat conſervare, ſed unicuique juxta ſervitiorum ſuorum merita reconpenſa condigna opporteat reſpondere, ſine mora ad

275. Cum tempus noſtrum continua revolutione proh dolor ſic labitur, momentaneaque labilitas temporum acta ratione degentium ſua fluxibilitate ſurripit quæ illuc tinient, ſonitus ab humanis ſenſibus ſolet evaneſci & præteritorum actio, futurorum ſucceſſionem retractari. Ob hoc præcedentium laudabilis ſagacitas, & beata adinvenit ingenioſitas, ut acta mortalium ſcriptis inſerantur publicis, ne de memoriali cellula hominum effluant labituris cum ipſis, ſed potius perpetue ſint duratura proinde

276. Quum oblivio æmula memoriæ ſæpius in humanis Actibus altercationes inopinatas ſolet generare. Congruum eſt igitur ut ea, quæ in temporibus, & eorum proceſsibus aguntur, ne ſimul cum tempore labantur litterarum fulcimento ſeu teſtimonio roboreatur.

277. Quia redemptor & Conditor totius creaturæ ad hæc propitiator humanam voluit carnem aſſumpnere ut de rupto quo tenebamur vinculo ſervitutis nos redimeret ſalubriter, aut ſic

278. Homines quos natura liberos protulit, & vis tanto jugo ſubſtituit ſervitutis manumisſionis beneficio priſtinæ reddantur libertati. Proinde

279. Quum ea, quæ bonorum legitima delibaratione diſponuntur memoria novercante ab memoriali hominum cellula de facili elabuntur, provida hominum ſollicitudo adinvenit, ut ſcripturarum patrocinio fulciantur pro rei memoria ſempiterna perpetue duratura, proinde

280. *Super Sacerdotio.*

Nos &c. Epiſcopus Nicopolitanus, Suffraganeusque Reverendiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Domini Gabrielis Divina providentia Sanctorum Sergii, & Bachi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyteri Cardinalis, Agrien. ac in Regnis Hungariæ Bohemiæ, & omnibus terris ac locis temporali dominio Serenisſimi Principis Domini Mathiæ præfatorum Regnorum Hungariæ, Bohemiæ &c. Regis ſubjet. Apoſtolicæ Sedis Legatus &c. præſentibus profitemur. Quod in anno Domini M. CCCC. LXXVIII. Sabbato die quatuor temporum proximo ante feſtum Sanctæ Trinitatis, quo cantatur divinum officium, Caritas Dei &c. Pontificatus Sanctisſimi Domini noſtri Domini Sixti Divina providentia Papæ quarti Anno ſeptimo Sacros clericorum Ordines in Eccleſia Sancti T. Ordinis Prædicatorum Budæ, de Com-

Digitized by Google

misſione & Mandato præfati Domini Cardinalis & Legati in hac parte nobis ſpecialiter conceſſis & factis generaliter celebran. inter ceteros dilectum nobis in Chriſto N. natum T. de T. dyoceſ. N. cum Littera dimiſſoriali Diaconum nobis per Examinatores ad hæc deputatos pro idoneo & ſufficienti præſentatum, in Presbyterum Spiritus Sancti gratia cooperante, juxta formam & conſuetudinem Sanctæ matris Eccleſiæ rite ordinavimus harum teſtimonio litterarum Sigillo noſtro pontificatus inpendenti roboratarum. Datum, Actum die ac loco prænotatis &c.

281. *Sequitur Collatio Canonicatus.*

Johannes Dei & Apoſtolicæ Sedis gratia &c. Omnibus Chriſti fidelibus &c. Salutem in omnium Salvatore. Quum providus Prælatus is digne affari poteſt, qui de promotione fratrum gratulatur, ut in pacis pulchritudine, & pacis tranquillitate ſedeat, Sancta Mater Eccleſia plena perſonis idoneis, per quas in eis divina placabilis hoſtia offeri poſſint, proinde ad univerſorum &c. Quod nos conſideratis virtutum meritis, morum honeſtatibus, & fidelibus ſervitiis Magiſtri T. quibus a primævo ætatis ſuæ tempore, toto conamine deſideriorum ſuorum nobis, ſtuduit conplacere indefeſſe, volentes igitur pro hujusmodi virtutum ac ſervitiorum meritis ſibi aliqualem facere reconpenſationem Canonicatum & Præbendam noſtræ Eccleſiæ per mortem condam T. vacantes de Jure & de facto, noſtræque Collationi pertinen. eidem duximus conferend. & conferimus in his ſcriptis dantes eidem ſtallum in choro & vocem in Capitulo, cum omni plenitudine Juris Canonici inveſtien. Eccleſiæ eundem &c. recepto tamen prius ab eodem Corpoli Juramento manibus noſtris præſtito de obedientia debita, nobis & ſucceſſoribus noſtris Canonice intrantibus obſervand. In cujus rei memoriam.

282. *Collatio dignitatis.*

Johannes Dei &c. Filio in Chriſto nobis dilecto Magiſtro G. T. Canonico Eccleſiæ noſtræ prædictæ Salutem in Domino &c. Commercium præcioſiſſimi ut infra & proinde laudanda tuæ diſcretionis probitas, ac virtutum tuarum merita quibus te dudum ex grata familiaritate cognovimus laudabilem, quibus etiam erga Deum, & homines veluti laudum decore commendari promeruerunt, Nosque ad hæc ut tibi in Eccleſia noſtra dignis promotionibus attollendo reddamur laudabiles ſæpius imitant. præſertim ſub illa ſpe quod tu in Eccleſia noſtra prædicta Chriſto Redemptori, beatoque Petro piiſimo Patre noſtro, nec non omnibus Sanctis cultu divino juxta tuam pollicitationem, quam a te Canonice fide tua recepimus median. ſine intermiſſione digna ſervitia impendere, procures ſane igitur de tua promotione

Digitized by Google

promotione in dicta Ecclesia nostra, cum fratribus nostris, Ecclesiæ nostræ, liberantes, maturumque tractatum habentes, sperantes in tua promotione Ecclesiæ potius, quam personæ provisum fore, de Archidiaconatus tali & post mortem eondam Magistri T. Archidiaconi, & Canonici ipsius Ecclesiæ nostræ vacant. de Jure & de facto, tibi cum omni plenitudine Juris, & pertinentiarum ipsius Archidiaconatus auctoritate ordinaria duximus providen. te per annuli nostri inmissionem canonice confirmantes investimus, de eodem præcipientes nichilominus per censuram exactam universis & singulis quocunque nomine. In cujus provisionis nostræ testimonium &c.

283. *Alia forma de eadem.*

Quod nos considerantis fidelibus servitiis T. de T. quibus nobis & Ecclesiæ nostræ toto cordis conamine a primævo ætatis fuæ tempore non parcendo sibi die, nec noctis silentio sed omni tempore in quolibet momento temporis diligenti cura & limpida complacentia studuit complacere, fideles exhibendo famulatus, quæ etiam morum industria, conversationis honestas, utilitas proficua approbare certius interpellat, semel, secundo, tertio habito tractatu, cum fratribus nostris dictæ Ecclesiæ nostræ consensu, & beneplacito. Immo ipsis diligenter petentibus Lectoratum dictæ Ecclesiæ nostræ per mortem T. de Jure, & de facto vacantem, nostræque collationi pertinentem, ex fuscepti nostri pastoralis officio, cum omni plenitudine sui Juris, quibus Prædecessores sui tenuerunt, dedimus, donavimus & contulimus per nostri Birretri impositionem de eodem &c. ut in forma

284. *Institutio seu Installatio alicujus ad mandatum Apostolicum.*

Titulus ut supra: Fratribus in Christo nobis dilectis Honorabilibus & discretis viris Dominis de Capitulo Ecclesiæ nostræ prædictæ Salutem in Domino commercium præciosissimum Sanguinis Christi in cordibus fidelium infundetur, & glorioſissimæ virginis matris Mariæ præconium augetur, ac intercessibilis beati Petri piissimi Patroni nostri gloria coronatur, pro salute que vivorum ac mortuorum placabilis hostia immolatur, si dignitates Ecclesiæ Kathedralis bene meritis viris, virtutibusque pollicitis tribuuntur, proinde ad universorum notitiam, quibus interest, vel interesse poterit, quomodo libet in futurum harum serie volumus pervenire, quod nos visis mandatis apostolicis, et processibus pro Johanne Præposito Ecclesiæ nostræ, emanatis, & confectis, juxta institutta Sanctorum Canonum. Eundem in Præpositum jam dictæ Ecclesiæ nostræ, ac in Canonicum paternaliter recepimus in fratrem, Stallo in choro, & voce in Capitulo assignatis. Vobis itaque Honorabilibus & discretis viris dictis de Capitulo Ecclesiæ nostræ prædictæ præcipientes per censuram Ecclesiasticam uni-

verſis & ſingulis quocunque nomine vocitatis, in qualicunque etiam honore, dignitate, & officio conſtitutis, & quos de conſuetudine ipſius Eccleſiæ noſtræ diviſio, ſeu diſpoſitio, fructuum, proventuum, obventionum, & univerſorum Jurium dictarum Præpoſituræ, & Præbendæ canonice dinoſcitur pertinere firmiter injungimus; quatinus eidem de ipſis integraliter debeatis reſpondere, & facere reſponderi. In quorum omnium teſtimonium.

285. *Collatio Magiſtratus Altaris.*

Johannes Epiſcopus &c. Dilecto nobis in Chriſto T. de T. &c. favor & devotio ſpecialis nos inducit, ut hos, quos opera ſuæ virtutis dignos efficiunt proſequamur prærogativa favoris, & gratiæ ſpeciali ut ipſorum remunerata devotio illa reſtat, & alii eorum exemplo ad virtutum amplexus fortius incitentur. Igitur cum Rectoratus, ſeu magiſtratus altaris ſancti T. in Eccleſia noſtra Kathedrali per mortem T. veri & ultimi poſſeſſoris ejusdem de Jure & de facto vacaverit. Cujus collatio ad nos dinoſcitur pertinere. Nos attendentes morum honeſtatem induſtrioſa, virtutum merita, & ſufficientem litteraturam quibus erga noſtram paternitatem fidedigno commendaris teſtimonio prædictum Rectoratum prædicti altaris Sancti Nicolai modo præmiſſo vacantem cum omni plenitudine ſeu Juris habito tractatu cum fratribus noſtris de Capitulo dictæ Eccleſiæ noſtræ ac conſenſu, ac beneplacito ipſorum tibi Magiſtro T. utili & proficuo duximus conferend. & conferimus in his ſcriptis. & ſi vis mutes in tertiam perſonam memoraliter. &c.

286. *Ablatio Magiſtratus Hoſpitalis.*

Licet a Rectore Hoſpitalis de T. pro ſuis dampnoſis negligentiis, & gravibus excesſibus, quibus idem hoſpitale quam plurimum perire & deſolari noſcitur ſalubriter & paterne corripien. ſæpius duximus & monend. ut mores ſuos corrigeret reatus evitaret hoſpitale jam dictum, tam in ſpiritualibus, quam in temporalibus ſolicite gubernaret. Tamen quia dictus T. Presbyter noſtris hujusmodi monitis ſalutaribus parumpenſis, in dampnoſo, ſuæ negligenttiæ ſtatu pravis fuit moribus non correctis in grave ſui ipſius & hoſpitalis prædicti diſpendium dampnabiliter perſeverat. Quin imo & citatus perhemptorie pro eisdem ſuis negligentiis in gravamen & augmentum illarum coram nobis contumaciter conparere contempſit. Nos qui prompti ſumus omnium ulciſci inobedientiam prædicti A. contumaciam & contemptum, imo & deſolationem hoſpitalis prædicti ulterius ſuſteneri ſalva conſcientia non valen. eundem A. Presbyterum ab adminiſtratione & regimine dicti Hoſpitalis ſuadente juſtitia revocemus, & deſtituemus in his ſcriptis vobis mandantes in virtute &c. quatinus prædictum a dicti hoſpi-

Digitized by Google

talis regimine taliter deſtitutum, apud ipſum Hoſpitale, & apud veſtram Eccleſiam receptis præſentibus publice nuncietis mandantes eidem A. ſub poena privationis officii ex parte noſtra, ut omni mora poſt poſita ab eodem hoſpitali recedat, nec ſe de illo vel rebus ulterius intromittat. Quin imo nobis & Magiſtro T. gubernationi committimus, & cuſtodiam hoſpitalis, & rerum ipſius, quousque eisdem per nos de alio Rectore ſit proviſum. Datum.

287. *Confirmatio Plebaniæ facta per Epiſcopum ad electionem.*

Johannes &c. univerſis & ſingulis notificamus. Quod vacante nunc Parochiali Eccleſia beatæ Mariæ Virginis de T. noſtræ dyoceſis per voluntariam dimiſſionem Domini Mathiæ nunc Plebanum de T. de Jure & de facto prævidi viri A. Judex Juratique Cives de dicta T. villa, ſuis & omnium Civium hoſpitum habitatorum & patronorum videlicet Eccleſiæ beatæ virginis in annotata villa nominibus & in perſonis cum ſufficienti auctoritate noſtri venien. in conſpectum, diſcretum virum Dominum T. natum Thomæ Presbyterum de T. pro eorum Plebano uti viva voce referebat electum coram nobis perſonaliter exiſtentem nobis præſentatum, cum devota & manifeſta ſupplicatione confirmand. Nos itaque petitionibus ipſorum juſtis & juriconſonis admiſis eundem Dominum T. Presbyterum, quam vitæ virtus, morum honeſtas, laudabilis converſatio, ſufficiens litteratura, aliaque probitatum merita multipliciter recommendant. Ad dictam Eccleſiam beatæ Virginis, & ipſius Rectoratum, auctoritate noſtra ordinaria confirmamus. Ipſumque per annuli noſtri ſuo digito impoſitionem canonicæ inveſtimus, de eadem cura, Regimine, & adminiſtrationem ejusdem in ſpiritualibus, & temporalibus, ſibi plenarie permitten. recepto ab eodem & exacto tactis Scripturis in manibus noſtris, ad ſancta Dei Ewangelia Corporali Juramento in ſignum debitæ ſubjectionis, omni Congregationi noſtræ Synodali intererit, nobisque & noſtris Succeſſoribus Canonice intrantibus reverentiam debitam & obedientiam devotam exhibebit. Nunciosque noſtros, & vicarii noſtri, quos veros cognoverit benigne aſſumpmens, favorabiliter tractabit, & neque bona Eccleſiæ ſuæ prædictæ, alienabit, diſtrahet, & dilapidabit; ſed propoſſe repetet, recuperabit & reſtaurabit, alienata, diſtracta, atque dilapidata. In quorum omnium teſtimonium, præſentes litteras noſtras fieri juſſimus, ſecreto ſigillo noſtro, quo in talibus utimur appenſione munitas. Datum.

288. *Alio modo ſuper eadem, ſecundum electionem Patronorum.*

Johannes &c. In Chriſto ſibi dilecto Johanni nato A. de T. Clerico noſtræ dyoceſis, ſalutem & paternam benedictionem. Vitæ puritas, morum honeſtas, litterarum competens ſufficientia, aliaque

virtutum merita, quibus Altissimus T. multipliciter insignavit, nos inducunt ut tibi ad gratiam reddamur liberales. Volentes itaque præmissorum intuitu te favore prosequi promotivo, te tamquam benemeritum, personæ tuæ habilitate examinata, & discussa, in Plebanum & Rectorem Parochialis Ecclesiæ beati M. confessoris prædictæ nostræ dyocesis nunc per mortem condam Domini T. ultimi & immediati Plebani seu Rectoris, ejusdem de Jure vacant. & de facto ad præsentationem T. de T. Patroni ejusdem, & Jus præsentandi habent. per patentes suas Litteras, nobis factam auctoritate nostra ordinaria confirmamus, teque per annuli nostri tuo digito impositionem canonice investimus, de eadem recepto a te corporali juramento, quod in signum debitæ subjectionis, omni congregationi Synodali intereris. Nobisque & nostris Successoribus canonice intrantibus debitam obedientiam, & devotam reverentiam exhibebis per omnia ut supra immediate patet.

289. *Alia forma Confirmationis per modum Privilegii.*

Johannes &c. Omnibus Christi fidelibus &c. Salutem in omnium Salvatore. Ad universorum tam præsentium, quam futurorum notitiam, harum serie volumus pervenire. Quod nos consideratis vitæ & morum honestate, laudabili conversatione, litterali sufficienti peritia, aliisque indiciorum bonorum sufragiis, discreti viri Domini T. nati T. de T. Presbyteri T. Dyocesis, quibus ipse erga Deum & homines fide digno commendatur testimonio. Horum igitur intuitu volentes eundem favore benigno prosequi, ipsum in Plebanum verum, & ejusdem Possessorem & Rectorem Ecclesiæ beatæ Mariæ Virginis de T. de Jure & de facto vacant. juxta electionem & præsentationem nobilis viri A. de T. ac universorum populorum & Jobagionum ejusdem per ipsos nobis factam auctoritate ordinaria duximus confirmand. & vigore præsentis scripti confirmamus. Curam ipsius Ecclesiæ, cum universis ejusdem Juribus, redditibus, proventibus & obventionibus quibuslibet eidem Domino T. uti benemerito pleua auctoritate deputando. Ita tamen quod nobis, & nostris Successoribus obediens erit, nostraque mandata peraget, & effectui demandabit, bonaque ipsius Ecclesiæ non dissipabit, nec alienabit sed pro posse alienata recuperabit. In cujus nostræ confirmationis robur, & efficax documentum præsentes pro eodem Domino T. sigilli nostri munimine roboratas duximus concedeu. Datum &c.

290. *Quando aliquis eligitur in Plebanum per Patronum, & idem recommendat Episcopo per Litteras suas electum et petit confirmandum.*

Nos Johannes de Gaça &c. Memoriæ commendamus, quod nos consideratis morum & probitatis honestate, litteralisque peritiæ suf-

Digitized by Google

ficientia discreti viri A. de T. Capellam N. fratris nostri ejusque in hac parte electionem & provisionem litteratorie expressam imitantes plebaniam omnium sanctorum de T. per resignationem T. ultimi immediati & veri Rectoris ejusdem vacantem de Jure & de facto concessimus, & providimus. Immo concedimus & providemus, auctoritate Jurispatronatus nostri vigore, & testimonio mediante vita sibi comite perpetue gubernand. possidend. pariter & habend. Quo circa vos Reverendum in Christo Patrem Dominum Johannem &c. vel ejus Vicarium in Spiritualibus generalem requirimus & rogamus diligenter; quatinus præfatum Martinum in eandem Ecclesiam Parochialem & ejus Plebaniam auctoritate ordinaria servatis servandis instituere, præficere, & confirmare dignemini & velitis. Vobis igitur Judicibus Curiarum nostræ, & dicti N. fratis nostri. Item Officialibus, Vayvodis, prædialibus, & populis universis, sub Jurisdictione dictæ Ecclesiæ nostræ constitutis & in futurum constituendis, firmis damus in mandatis, quatinus &c.

291. *Sequitur Intronizatio Plebaniæ.*

Johannes Dei & Apostolicæ &c. Dilectis nobis in Christo filiis discretis viris A. de T. Ecclesiarum Parochialium Rectoribus sub Jurisdictione Ecclesiæ nostræ constitutis quibus præsentes ostenduntur, salutem & paternam benedictionem. Vel sic: Benedictionem paternam cum salute, Cum nos Plebaniatum seu Rectoratum Ecclesiæ Parochialis beati Martini Confessoris de T. nostræ Dyocesis per obitum condam veri Plebani, seu Rectoris, ac ultimi Possessoris ejusdem de Jure & de facto vacantem, ad nostram collationem, provisionem & dispositionem immediate spectantem, cum omnibus Juribus & pertinentiis suis universis dilecto nobis in Christo N. filio A, clerico T. Dyocesis in ordine Acolitatus constituto vilis suis scientiis & examinatis suorum probitatum, meritis, quibus apud (nos) fide digno commendatur testimonio median. aliis litteris nostris vigorosis sub pendenti & autentico sigillo nostro exinde munitis & emanatis, duximus providend. & curam dictæ Parochialis Ecclesiæ tamquam benemerito eidem conmiserimus plenarie exercend. & aministrand. discretioni igitur vestræ in virtute sanctæ obedientiæ &c. quatinus habita præsentium notitia, omnique cessante occasione, ita quod unus vestrum in hujusmodi executionis negotio alium non expectet omnes vos in simul aut unus vestrum assumpto secum notario publico ad præfatam villam accedatis, vel accedat, ibique uviversos Parochianos dictæ Ecclesiæ, & alios quos præsens tangit negotium canonica monitione præmissa convocetis, vel convocet, coram quibus servatis servandis præfatum T. ad prædictam Ecclesiam Parochialem de T. in & ad corporalem ac Realem possessionem Juriumque & pertinentiarum ejusdem Universitatis

Digitized by Google

auctoritate noſtra præſentibus vobis attributa, & conceſſa inducatis, vel inducat, inductumque in eadem Eccleſia Parochiali, & ejusdem Juribus univerſis defendatis, ſeu defendat, remoto ab eodem quolibet illicito detentore. Sibique de univerſis redditibus, proventibus, & obventionibus dictæ Eccleſiæ, per univerſos ejusdem parochianos integre reſpondi faciatis vel faciat, locis & temporibus opportunis. Et aliud ſub poena præmiſſa non facturi in præmiſſis Datum &c.

292 *Sequitur Benedictio Abbatis per Epiſcopum iſto modo.*

Cum nos fratrem T. laudabili teſtimonio plurimarum virtutum, moribus & vita commendan. de conſenſu noſtrorum in Chriſto carisſimorum Capituli Eccleſiæ noſtræ diligenti examinatione præhabita ſicut decuit duxerimus confirmand. manus benedictionis juxta formam a Canonibus nobis traditam imponentes eidem juxta morem benedicendorum Abbatum, aminiſtrationeque ſpiritualium & temporalium ſibi tradita & conceſſa, volentes & Auctoritate præſentium indulgentes, ut fratres ejusdem Monaſterii obedientiam & reverentiam in omnibus tamquam Abbati juxta Religionis diſciplinam debeant obedire univerſi tam quam populi ipſius Abbatis mandatis obtemperent conſueta ſervitia & debita ſibi plenarie exhibendo &c. Datum

293. *Per modum Concambii.*

Valentinus Divina miſeratione Tituli Sanctæ Sabinæ Sacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis ac Eccleſiæ Quinque Eccleſienſis pertuus Gubernator omnibus Chriſti fidelibus præſentibus pariter & futuris præſentes Litteras noſtras inſpecturis Salutem in Domino ſempiternam, ad Univerſitatis veſtræ notitiam harum ſerie volumus pervenire. Quod Magiſter T. Canonicus Præbendæ dictæ Eccleſiæ noſtræ Quinque Eccleſienſis ab una, item Magiſter T. T. dictus Rector altaris beati Jacobi Apoſtoli in eadem Eccleſia noſtra Quinque Eccleſienſi conſtituti parte ex altera ad noſtram perſonaliter accedentes præſentiam dixerint, retulerint & pari voto coram nobis confeſi ſunt in hunc modum: quod ipſi matura prius interſe deliberatione præhabita, ex certa ſcien ia deſide antes dicta beneficia ipſorum ad invicem permutare Canonicatum cum Præbenda, ac Magiſtratum altaris dictæ Eccleſiæ noſtræ, quos iidem in Eccleſia noſtra Canonice, & juridice fuerant aſſecuti, & poſſidebant, non coacti nec in aliqua vi compulſi, ex cauſa ſolummodo ipſius permutationis, & non aliter in manus noſtras tamquam ordinarii, ſponte, & libere, pure, & ſimpliciter reſignarunt. Nosque habita hujusmodi beneficiorum reſignatione, & etiam recepto ab eisdem, quod nulla fraus, & Simonia, in hac parte inter eos committatur Juramento, volentes ipſorum acquieſcere petitionibus juſtis & legitimis deſiderio, tamquam

Digitized by Google

Juriconſonis ſatisfacere, ſervatis in his debitis Ceremoniis, prænotatos Canonicatum & præbendam, quos idem Magiſter Paulus in annotata Eccleſia noſtra poſſidebat, per eundem præmiſſam reſignationem vacantes, prælibato Magiſtro N. T. dicto cum omnibus ſuis Juribus, Jurisdictionibus, obventionibus, utilitatibus & pertinentiis quibuslibet contulimus, & ſibi de eisdem Canonice providimus & providemus, ordinaria noſtra auctoritate mediante, examinatisque Juribus ipſorum, & dictas reſignationes recipientes canonicas, præfatos Magiſtros Stephanum T. dictum ad Canonicatum & Præbendam prænominatos ipſius Eccleſiæ noſtræ Quinque Eccleſiens. ac Paulum ad ante dictum Magiſtratum Altaris Sancti Jacobi Apoſtoli duximus per viam permutationis transferentes confirmand inveſtientes ipſum Magiſtrum Stephanum per Birretri noſtri impoſitionem præſentialiter de Canonicatu & Præbenda prænominatis, committentes eidem aminiſtrationem, ſpiritualium & temporalium in ipſis Canonicata & præbenda, modo ſupra permutatis auctoritate noſtra prælibata. In cujus permutationis, reſignationis, collationis provi onis & veſtituræ fidem & efficax documentum, ac teſtimonium præſentes Litteras noſtras eidem Magiſtro Stephano duximus conceden. Datum vigeſimo quinto die menſis Septembris. Anno &c.

294. *Forma Permutationis ſic ſcribitur.*

Nos Johannes &c. univerſis & ſingulis præſentes Litteras inſpecturis memoriæ commendantes facimus manifeſtum quod accedentes ad noſtri præſentiam perſonaliter Venerabilis Vir A. de T. Canonicus Procurator, & Procuratorio nomine honorabilis Viri Magiſtri T. Canonici Eccleſiæ Nitrien. Strigonienſis Dyocefis habens ad infraſcripta mandatum ſufficiens, de cujus procuratorio inſtituto nobis per quoddam publicum inſtrumentum die Sabbati XXXa. menſis Novembris, de anno infraſcripto in thezaurario Baſilicæ Sanctorum Emerani & Zewrardi noſtrum conceptum & manu diſcreti C. Imperiali auctoritate publici Notarii, publicatum & confectum, & ut prima facie apparebat ipſius Notarii ſigillo & ſubſcriptione conſignatum, & etiam per Litteras Venerabilis Capituli Eccleſiæ Nitrien. die feſti Beati Andreæ Apoſtoli emanatas, & ab eodem Capitulo extractas, facta extitit plena fides ab una, & Nicolaus filius T. de T. Presbyter Strigonienſis Dyocefis Rector Altaris beatæ Elenæ in Eccleſia Nitrienſi ſubcuſtos Eccleſiæ ejusdem, parte ab altera parili ſermone nobis exponere curarunt, quomodo ipſi Dominus Emericus Canonicus Nitrienſis ac Nicolaus Rector altaris beatæ Elenæ præſcripti ex certis rationabilibus & legitimis cauſis animos ipſorum ad hoc moventibus, interveniente etiam benevolo conſenſu, & aſſenſu Reverendi in Chriſto Pa-

Digitized by Google

tris Domini T. Electi Nitrien. ac Venerabilium Virorum Dominorum Capitul. Nitrien. nec non nobilium virorum Magiſtrorum A. B. & C. Prædictæ Eccleſiæ, & Patronorum, ſuper quibus aſſenſu, & conſenſu, litteras eorundam nobis in ſpecie exhibuerunt &c.

295. *Abſolutionalis ad tempus.*

Nos &c. Memoriæ commendamus tenore præſentium ſignificantes quibus expedit univerſis. Quod noſtri venien. in præſentiam T. de N. nobis humiliter detexit, quomodo ipſe ex ſuggeſtione diabolica homicidium laicale perpetravit. Supplican. nobis quatinus de abſolutionis beneficio miſericorditer ſibi providere dignaremur. Nos igitur auditis ejus confeſſion. vilaque cordis ſui contritione, ipſum ab hujusmodi homicidii reatu fecimus abſolvere, injuncta ei pro modo culpæ penitentia ſalutari ingreſſui Eccleſiæ ac communioni fidelium eandem reſtituen. inter alias ſibi injungen. ex voluntate ſua, quod ipſe ſe infra annum pro uberiori abſolutionis beneficio obtinendo ſedem apoſtolicam debeat viſitare, interim vero a communione fidelium, & participationis Sacramenti Eucariſtiæ niſi in mortis articulo debeat abſtinere Datum.

296. *Libertas.*

Nos &c. Memoriæ commen. Quod nos Johanni T. Jobagioni noſtro in T. conmoran. qui quemdam deſertum fundum curiæ ſuæ in eadem habitum cum ædificiis intenderet reformare, & decorare, ut hoc eo commodius facere poſſit, hanc libertatem duximus facien. & indulgend. Immo facimus, & indulgemus per præſentes, quod ipſe per ſeptem annorum ſpatia a data præſentium in antea computan. plenaria revolutione ſi & in quantum ædificia, in dicto fundo curiæ ſuæ fecerit ut præfertur. Ex tunc nullam collectam annualem, ſeu cenſum ſolitum, & conſuetum, ſed & nec taxas extraordinarias, qui vel, quæ nobis conſueverunt provenire, ſolvere debeat, neque teneatur, demptis decimis & muneribus conſuetis, ſed a ſolutione eorundem abſolutus habeatur, & penitus exemptus. Harum noſtrarum teſtimonio, & vigore litterarum median. Datum &c.

297. *Quittantia.*

Nos &c. Memoriæ commendamus. Quod quia T. de T. & T. de T. ratione & prætextu T. Centum Flor. ac cenſus T. feſti conſimiliter Centum Flor. auri nobis ſolvere, & aminiſtrare curarunt. Ideo nos dictos T. & T. de ſuper dictis ducentis Flor. auri, quittos reddimus, & plenarie expeditos, harum noſtrarum vigore & teſtimonio litterarum median. Datum.

298. *Actor.*

Digitized by Google

298. *Actor. forma.*

Nicol. D. D. Cantor Canonicus & Vicarius in Spiritualibus Ecclesiæ T. Dilecto nobis in Christo honorabili viro Dnmino N. Plebano Ecclesiæ Parochialis beatæ Margarethæ de Castro T. Salutem in Domino. Cum nostri officii interest animarum providere saluti, vobis devote peten. & aliis Sacerdotibus per vos ad id deputand. tenore præsentium concedimus, & gratiose indulgemus, ut universos Parochianos vestros utriusque sexus homines, ad dictam Parochiam vestram pertinentes, auditis eorum confessionibus, & visis eorum cordium contritionibus ab omnibus peccatis eorum, etiam in Casibus Episcopalibus huic sedi T. reservatis, hinc per anni circulum totiens, quotiens fuerit opportunum & necesse, auctoritate nostra vobis in hac parte concessa valeatis absolvere. Interjecta eis pro modo culpæ penitentia salutari. Exceptis casibus a Sententia Exconmunicationis a Jure vel ab homine prolata, oppressionibus puerorum homicidii, contractus matrimonii tempore prohibito, ac usurpationis. Jurisdictionis Ecclesiæ T. In factis Testamentariis, & aliis cautis forum Ecclesiasticum cernen. nec non aliis casibus, adeo gravibus, & enormibus. Super quibus dicta Sedes N. merito foret consulenda. In quibus vestras, ac audien. & confiten. conscientias oneramus. Datum in Festo N. Martyris & gloriosi Pontificis, 1478.

299. *Portatile.*

Johannes &c. Dilecto nobis in Christo N. de T. salutem & paternam in Domino benedictionem. Ut sacerdos idoneus in tua, & familiarium tuorum domesticorum præsentia horis, & temporibus, ac locis congruentibus sacris adhibitis perament. in altari portatili in T. loco per. ann circulum quandocunque & quotienscunque voluerit excommunicatis & interdictis exclusis Missas & alia Ecclesiastica officia celebrare possit devotioni tuæ tenore præsentium auctoritatem indulgemus. Datum.

300. *Prohibitoria.*

Memoriæ commendamus. Quod Johannes T. de T. in personis Emerici, Stephani, Thomæ de eadem, nec non nobilium Dominarum N. & N. filiarum condam T. de præfat. T. nostram venien. in &c. Serenissimum Principem Dominum Mathiam Dei gratia Regem Hungariæ Bohemiæ &c. Dominum nostrum gratiosum. A Donatione & collatione portionum eorundem possessionariarum in possessionibus T. prædicta, nec non T. vocatis, cum pertinentiis in Comitatu de Békes existen. habitarum. Universos autem impetratores, ab impetratione, occupationeque & detentione, seque quovis quæsito colore in dominium &c. Datum &c.

Digitized by Google

301. *Proteſtatoria ſuper facto neglectionis dimicationis duellaris iſto modo.*

Memoriæ commendamus. Quod T. de T. noſtram venien. perſonaliter in præſentiam, per modum proteſtationis &c. Quod licet inter ipſum ab una, ac T. de T. ratione quorundam Actuum potentiariorum duellum adjudicatum fuerit. Ipſeque Proteſtans Sabbato proximo ante dominicam T. proxime præterito, termino ſcilicet ad id ſtatuto cum ſuo pugili, in Curia Regia in Area ſcilicet certaminis duelli, & loco ad id apto & conſueto ipſius duelli certamen, erectis tentoriis usque pulſum veſpertinum expectando congredi adire & dimicare promptus fuiſſet & paratus. Sed tamen ipſe T. neſcitur quibus reſpectibus ad hujusmodi certamen & dimicationem facien. nec per ſe, nec per ſuum pugilem conparuiſſet. Qua proteſtatione facta præfatus T. præſentes litteras noſtras proteſtatorias ſibi dari debita cum inſtantia poſtulavit. Quas eidem duximus conceden. communi juſtitia ſuadente. Datum

302. Memoriæ commendamus. Quod Albertus Zwnyogi de Babon coram nobis perſonaliter conſtitutus propoſuit & &c. Quod quia circumſpectus Stephanus Orozlan dictus Inhabitator Civitatis Peſtienſis, pro quibusdam neceſſitatibus ejusdem Alberti, ſublevandis viginti flor. auri dediſſet & aſſignaſſet. Ideo ipſe Albertus unum fundum Curiæ ſeu unum locum allodio aptum, in facie portionis ſuæ poſſeſſionariæ in poſſeſſione Agazeghaz vocatæ in Comitatu Albenſi Sedis Solth exiſten. habitæ. Simul cum terris arabilibus, cultis, & incultis, agris pratis & fœnilibus, ad unam curiam, ſeu ad unum allodium ſufficien. eidem Stephano Orozlán a die Sancti Georgii Martyris proxime venturi conput. per ſpatia octo annorum integrorum poſt ſeſe immediate ſequentium, uti, frui, fructusque, & quaslibet utilitates percipien. dediſſet contuliſſet, & commiſiſſet. Immo dedit contulit, & conmiſit coram nobis. Expiratis tandem dictis octo annis eidem Alberto remittere debeat & teneatur. Aſſummen. nichilominus præfatus T. antefatum Stephanum T. per ſpatia dictorum octo annorum in pacifico dominio dicti Allodii contra quoslibet impetitores tueri protegere & conſervare propriis ſuis laboribus & expenſis. Ubi autem conſervare nollet, non poſſet, aut non curaret; extunc dictos viginti flor. auri idem T. eidem Stephano T. reddere teneatur, caſu vero quo reddere nollet; extunc in dupplo eorundem viginti flor. auri convincatur, & convictus habeatur. Harum noſtrarum teſtimonio &c.

303. Memoriæ commendamus. Quod T. de T. onera, & quæ-libet gravamina quorumlibet fatrum proximorum, & conſanguineorum ſuorum ſuper ſe recipien. coram nobis &c. Quod quamvis alias

Digitized by Google

ipſe totales portiones poſſeſſionarias Alberti Zunyogi, de Babon in Poſſeſſionibus Zunyogh nec non Babon & T. vocatis, in Comitatu Albenſi Sedis Solth exiſten. habitas. A Serenisſimo Principe Domino Mathia, Dei gratia Rege &c. Sibi ipſi per notam infidelitatis ipſius T. quam ipſe ex eo quod condam Johannem Wras de T. nece miſerabili interemiſſet, incurriſſet, impetravit. Tamen quia nunc ipſe, & capiti, poſſeſſionibusque & Rebus ſuis a dicto Domino noſtro Rege gratiam & miſericordiam obtinuiſſet, eidemque Colomanno de expenſis in extractione litterarum donationalium Regalium, & noſtrarum ſuperinde Statutoriarum factis, plenam & omnimodam impendiſſet ſatisfactionem. Ita videlicet, quod ipſi Colomanno Quadraginta duos flor. auri ſolviſſet. Ideo ipſe de voluntate præfati Domini noſtri Regis, easdem portiones poſſeſſionarias in jam dictis poſſeſſionibus habitas, eidem T. remiſiſſet, & reſignaſſet, manusque ſuas, & ſuorum quorumlibet de eisdem excepiſſet. Immo remiſit, reſignavit, & excepit coram nobis, harum &c.

304. Memoriæ commendamus. Quod quia nos communi conſenſu parilique voluntate, & nullo inter nos diſcrepan. promontorium vinearum Kewago ſcilicet nec non Thekel Feyéregyhazfelly & utraque Kereked vocata, & etiam alia loca vineis apta intra metas Civitatis noſtræ veteris Budendis exiſten. & habita, novis plantationibus vinearum, ac ſublevationibus deſertarum & derelictarum vinearum reformare, & decorare inſtituimus. Ideo omnibus illis & ſingulis populis & incolis tam in Buden. & Suburbio ejusdem, nec non Superioribus calidis aquis Buden. ac veteris Buden. Reginali & Capitulari Civitatibus conmoran. qui novas plantationes vinearum inchoaverint duodecim, illis autem qui deſertas, & derelictas vineas ſublevaverint octo annorum libertates a Solutione Chybriorum & deci, marum, dedimus & contulimus. Aſſumpmimus nichilominus omnes tales contra quoslibet ab omni impetitore illegitimo in dominio earundem conſervare. Immo damus & conferimus ſpondemusque harum &c.

305. Memoriæ commendamus, quod Laurentius filius condam Benedicti Beny dicti, de T. Onus Benedicti filii ſui, & aliorum quorumlibet fratrum proximorum congenerationalium, & conſanguineorum ſuorum in ſe recipien. coram nobis &c. Quod ipſe pro quibusdam ſuis neceſſitatibus ipſum ad præſens ſumme urgentibus, evitandis totalem portionem ſuam poſſeſſionariam in dicta poſſeſſione Farnos, in Comitatu Zolnok exteriori habitam, ſimul cum cunctis utilitatibus ejusdem, & pertinentiis quibuslibet terris ſcilicet arabilibus, cultis, & inculſis, agris, pratis, ſilvis, nemoribus, aquis aquarumque decurſibus, & generaliter quarumlibet utilitatum integritatibus, quo-

Digitized by Google

vis nominis vocabulo vocitatis, ad eandem undique de Jure ſpectantibus, & pertinere debentibus Egregio Magiſtro Benedicto de Peczel pro viginti flor. puri auri Hungaricalibus veri & juſti pondetis, ab eodem jam ut dixit, plene habitis levatis & receptis impignoraſſet, & pignori obligaſſet. Immo obligavit coram nobis tali modo. Ut dum & quandocunque præfatus T. dictam portionem ſuam poſſeſſionariam in dicta T. habitam ab eodem T. redimere voluerit liberam redimendi habeat poteſtatis facultatem, ipſeque Magiſter Benedictus rehabitis dictis pecuniis ſuis eidem absque omni litigionario proceſſu remittere debeat, & teneatur. Aſſummen. nichilominus præfatus Laurentius annotatum Magiſtrum Benedicum in pacifico dominio earum usque præmiſſum tempus redemptionis contra quoslibet illegitimos impetitores tueri protegere, & conſervare, propriis ſuis &c. Datum.

306. *Prohibitio.*

Nos Capitulum Eccefiæ Budenſis, Memoriæ commendamus, quod Religioſus Frater Emericus Profeſſus ordinis Præmonſtratenſium in ſua, nec non Venerabilis & religioſi fratris Gregorii Præpoſiti Eccleſiæ de Sámbok & totius Conventus loci ejusdem perſonis, noſtram perſonalem veniens in præſentiam Serenisſimum Principem Dominum Mathiam Dei gratia &c. a donatione & collatione perpetuationeque, & alia quavis alienatione portionum eorundem & dictæ Eccleſiæ ipſorum poſſeſſionariorum in poſſeſſionibus Sámbok prædicta & Perbar vocat. in Comitatu Pilienſi exiſtentibus habitarum, nec non promontoriorum vinearum terrarum arabilium, ſilvarumque & pratorum inter metas earum exiſtentium, & ad easdem portiones poſſeſſionarias ſpectantium, & pertinere debentium. Omnes autem & ſingulos cujusvis ſtatus & Conditionis homines, ab impetratione occupationeque & detentione, ſeque quovis quæſito colore in dominium earundem intromiſſione, & ſibi ipſis ſtatui factione, uſufructuum & quarumlibet utilitatum earundem perceptione, ſeu percipifactione, qualitercunque factis, vel fiendis, publice & manifeſte prohibuit coram nobis teſtimonio præſentium median. Datum

307. *Prohibitio.*

Nos &c. memoriæ commendamus. Quod Ladislaus filius Gyulæ de T. in ſua nec non Stephani filii ſui perſonis noſtram venien. in præſentiam. Serenisſimum Principem Dominum Mathiam &c. a donatione & collatione Caſtri Syrek vocati, cum pertinentiis, in Comitatu Neugradienſi exiſten. habiti, ipſos Proteſtantes Jure hereditario concernen. Magnificum autem Dominum Michaëlem Orzágh de

Digitized by Google

Gwth Regni Hungariæ Palatinum, nec non Ladislaum filium ejusdem, ac Johannem condam Nicolai de Kompolth, & alterum Johannem condam Ladislai Cheh de Leva filios, & alios quoslibet ab impetratione occupationeque & detentione, seque &c. Datum

308. *Prohibitio Personalis.*

Memoriæ commendamus. Quod Egregius Nicolaus filius condam Blasy filii Nicolai de Gyarmath nostram personalem venien. in præsentiam Georgium filium Sebastiani de T. coram nobis facie ad faciem personaliter repertum, ab occupatione & ulteriori detentione possessionum, seu portionum possessionariarum condam Osvaldi de Torna in possessionibus Ench, & Inánch vocatarum in Comitatu Abaujvarienſi existen. habitar. ipsum Ladislaum titulo pignoris concernen. Seque quovis quæsito colore, in Dominium earundem intromisione & sibi ipsi statuifactione, usufructuum, & quarumlibet utilitatum perceptione &c.

309. Nos Capitulum &c. Memoriæ commendamus. Quod Johannes de T. nostram veniens in præsentiam in sua, nec non Nobilis Dominæ T. Matris, ac Sebastiani, Blasy, & Puellæ Dorotheæ fratrum suorum personis, per modum protestationis, & prohibitionis nobis significare curavit in hunc modum: Quomodo Stephanus Porkoláb Castellanus Castri Tallya vocati possessiones eorundem Protestantium Kérch prædictam in Abaujvarienſi, nec non Zombor, & Golob vocatas in Zemplenienſi Comitatibus existen. habitas a Serenissimo Principe &c. sibi ipsi impetrasset, in præjudicium eorundem, Jurisque derogamen valde magnum, unde factæ hujusmodi protestatione, præfatus Johannes nominibus & in personis, quibus supra, annotatum Dominum nostrum Regem a donatione & collatione præfatum quoque Stephanum Porkoláb & alios quoslibet, ab impetratione, occupationeque & detentione. Seque &c. Datum.

310. Memoriæ commendamus. Quod T. de T. in sua nec non nobilis Dominae Sophia vocatae Relicti condam Laurentii de Mikebuda nunc vero consortis ejusdem Gregorii, personis nostram veniens in præsentiam, per modum protestationis nobis significare curavit in hunc modum. Quod quamvis inter ipsum Gregorium & dictam Dominam Sophiam Consortem ejusdem ab una, ac Emericum de Mikebuda præfata ex altera partibus, in facto dotis, & Rerum parafernalium præfatæ Dominæ Sophiæ eidem de portionibus possessionariis annotati condam Laurentii juxta Regni consuetudinem provenire deben. nec non occupationis certarum rerum & bonorum ejusdem Dominæ Sophiæ una cum prænominato Emerico de dicta Mikebuda, die dominico proximo ante festum beatorum Petri & Pauli

Digitized by Google

Apoſtolorum proxime præterito in dicta Mikebuda certos probos & nobiles viros pari voluntate in arbitros ipſorum, & pacis compoſitores elegiſſent, ac iidem partes inter easdem arbitrati extitiſſent, & quod juxta diſpoſitionem & arbitrationem præfatorum proborum, ambæ partes in feſto viſitationis beatæ Mariæ Virginis proxime præterito coram nobis comparere, ac ſuper diſpoſitione & arbitratione eorundem proborum, mutuo fasſionem facere debuiſſent, ipſoque termino adveniente præfatus proteſtans ſuo & dictæ dominæ conſortis ſuæ nominibus fasſionem juxta diſpoſitionem præmiſſorum proborum, coram nobis facere promptus fuiſſet & paratus ſed cum idem Emericus neſcitur quibus reſpectibus ad facien præmiſſam fasſionem coram nobis venire minime curaviſſet. Ne igitur taciturnitas ſilentii ipſis Proteſtantibus præjudicium in hac parte generare poſſit, præſentes Litteras noſtras ipſis dari debita cum inſtantia poſtularunt, quas eisdem duximus conceden. communi juſtitia ſuadente Datum

311. Memoriæ commendamus. Quod Honorabilis Magiſter Thomas de Chuth Canonicus Eccleſiæ Vacien. cum procuratoriis litteris Capituli Eccleſiæ ejusdem, coram nobis perſonaliter conſtitutus ſponte confeſſus eſt in hunc modum. Quod licet alias condam Honorabilis Magiſter Nicolaus Gathali de Nemegh, ſimiliter Canonicus ejusdem Eccleſiæ Vacienſis, totales portiones ſuas poſſeſſionarias in poſſeſſionibus Nemegh prædicta alias in Neugrad. & Harthyan vocat. in Peſtien. Comitatibus exiſten. habitas. Simul cum cunctis earundem utilitatibus & pertinentiis quibuslibet, ad easdem de Jure ſpectantibus & pertinere debentibus præfato Capitulo Vacienſi pro quingentis, & vigenti quinque flor. auri æſtimatione rerum quarumlibet excluſa median. aliis litteris noſtris in pignoratitiis redimend. impignoravit, & pignori obligavit. Tamen quia nunc Nobiles T. & T. filii condam Johannis Gathaly de dicta Nemegh ad quos Jure hereditario eaedem portiones poſſeſſionariae ſpectare & devolvi dinoſcebantur, & quarum redemptio earundem intererat Eccleſiæ Capituli Vacienſis de dictis quingentis & viginti quinque florenis plenarie ſatisfeciſſent. Ideo idem Magiſter Thomas virtute Procuratorii præmotati prædictas portiones poſſeſſionarias in dictis poſſeſſionibus T. de T. habitas. Simul cum cunctis utilitatibus, & pertinentiis earundem, præſcriptis eisdem T. & T. remiſiſſet, & reſignaſſet, univerſas etiam & quaslibet litteras cauſales, ſub quacunque forma verborum emanatas coram quovis Judice pro dicto Capitulo & contra ipſos T. & T. hucusque emanatas & procuratas caſſas, vanas, frivolas, viribus carituras exhibitorique earundem nocituras relinquen. Univerſis quoque injuriis, dampnis & litium proceſsibus eosdem T. & T. quittos expeditos & modis omnibus abſolutos reddidiſſet & conmiſſet. Immo reddidit & conmiſit coram nobis. Harum noſtrarum teſtimonio litterarum median.

Digitized by Google

Capitulum Ecclefiæ Budenſis. Omnibus Chriſti fidelibus præſentibus pariter & futuris præſentium notitiam habituris Salutem in Salutis Largitore. Ad univerſorum notitiam harum ſerie volumus pervenire. Quod nos Litteras viri Magnifici Domini Comitis Stephani de Bathor Judicis Curiæ Serenisſimi Principis Domini Mathiæ Dei Gratia Regis Hungariæ Bohemiæ &c. Domini noſtri gratioſi Reambulatorias nobis directas, reverentia qua decuit recepimus in hæc verba: Amicis.

Nos itaque amicabilibus petitionibus præfati Domini Comitis annuen. uti tenemur, una cum prænominato Georgio de Nyaraſapth homine Regio per ipſum Dominum Comitem ad id ſpecialiter transmiſſo noſtrum hominem videlicet Honorabilem Magiſtrum Gregorium de Zemche Socium & Concanonicum noſtrum ad præmiſſam Reambulationem faciendam, noſtro pro teſtimonio fide dignum duximus deſtinan. Qui tandem exinde ad nos reverſi, nobis conformiter retulerunt, quod ipſi feria quinta proxima ante feſtum Epiphaniarum domini proxime præteritum, termino ſcilicet in præſcripto, Litteris antefati Domini Comitis Stephani denotato, ad facies dictarum poſſeſſionum Zylagh & Neumegh partium earundem vicinis & commetaneis ipſarum inibi legitime convocatis, & præſertim Paulo de Almas Nicolao de Gyurke &c. & præſentibus acceden. easdem juxta demonſtrationem, & curſus metarum hoc ordine reambulaſſent. Quod primo incepiſſent a parte poſſeſſionis Ujſalu in quadam valle, loco ſcilicet cujusdam fœneti, ſeu prati circa quasdam arbores pirorum ſilveſtrium, quas quidem arbores pro meta relinquiſſent. Ab hinc verſus plagam occidentem aſcendendo, per girum ejusdem vallis eundo, per bonum ſpatium perveniſſent ad quandam viam Hatháruth dictam, quæ de poſſeſſione Ujſalw vadit verſus poſſeſſionem Newmegh, per quam ad partem aquilonarem divertentes, & per magnum ſpatium directe pergendo, attigiſſent ad quandam aliam viam cruciatam, quæ de Poſſeſſione Newmegh ad Poſſeſſionem Zylágh tenderet, ubi penes quandam imaginem duas magnas metas terreas, ex utraque parte ipſius viæ erexiſſent, quarum una videlicet a parte poſſeſſionis Neumegh Nobilibus de eadem Neumegh, altera vero a parte Poſſeſſionis Zilágy dicto Capitulo Vacienſi ſepararet, deinde adhuc eadem plaga aquilonari ſervata per quandam aliam viam parum procedendo perveniſſent ad quandam aliam viam crutiatam, ubi modo ſimili duas metas terreas cumulaſſent. Quarum una Nobilibus de Neumegh, & altera Capitulo prænotato ſeparet. Ex hinc declinando pauliſper ad partem dexteram, & per quandam viam graminoſam, per bonum ſpatium eundo, deſcendiſſent ad quandam val-

Digitized by Google

lem Sidfew vocatam, ubi iterum duas metas terras, dictas poſſeſſiones Neumegh & Zilag ab invicem ſeparan. de novo erexiſſent, de hinc quaſi ad plagam occidentalem tenden. aſcenden.que Monticulum perveniſſent ad quandam aliam viam Zarwas weremwtha vocatam, & ibi a parte orientali ſubtus arborem piri unam metam terream, quæ poſſeſſione Zylagh ſeparet, a parte vero aquilonari penes eandem viam Szarvasveremutja quasdam foveas Zarwaswerem apellatas reperiſſent, quas pro meta poſſeſſionis Nemegh aſſignaſſent, & relinquiſſent, deinde diverten. ad partem Orientalem, per quandam viam antiquam & per longum Spatium gradien. perveniſſent ad quandam arborem Ilicis vulgariter Thewlſa vocatam, ſubtus quam duas metas terreas erexiſſent, quarum una videlicet a parte Silvæ Zer vocatæ, vel nuncupatæ poſſeſſionem Szilágy, altera vero ſcilicet a parte poſſeſſionis Neumégh dictæ poſſeſſionis Neumegh ſeparent. Inde diverten. ad partem aquilonarem directe & parum proceden. ſub quadam arbore Magyal vocata unam metam curſualem, pro utrisque partibus, de novo erexiſſent, a qua per eandem plagam directe parum transeundo in latere ejusdem montis vulgariter Bércz dicti, duas magnas metas terreas erexiſſent, quarum una a parte ſcilicet orientali Capitulo prædicto, altera vero a parte occidentali Nobilibus de Gachály ſeparet, & ibi metas dictarum poſſeſſionum Neumegh & Szilágz terminaſſent. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam, præſentes litteras noſtras privilegiales pendenti Sigillo noſtro conſignatas, Alphabetoque interciſas ad faſſionem dictorum Domini noſtri Regis, & noſtri hominum duximus conceden. Datum per Manus Venerabilis Viri Domini T. Lectoris & Canonici Eccleſiæ noſtræ prædictæ Sexto decimo die diei reambulationis prænotatæ, Anno Domini ſupradicto. Præſentibus ibidem Honorabilibus Dominis Thomæ Cantore, Ladislao Cuſtode nec non Magiſtris Paulo, altero Paulo, Nicolao, Benedicto Mathæo, Philoppo, Michaële, Laurentio, Ceterisque Canonicis Fratribus noſtris in Dei Eccleſia prædicta Regi jugiter famulantibus ſempiterno &c.

313. *Super Arbitrativa dispositione.*

Nos Capitulum Eccleſiæ Budenſis. Memoriæ commendamus. Quod nos Litteras Sereniſſimi Principis Domini Mathiæ Dei gratia Regis Hungariæ Bohemiæ &c. Domini noſtri gratioſi. Nobilibus Aegidio de Chornavoda & Martino de Darocz præceptorie loquentes, pro parte Pauli filii condam Georgii de præfata Darocz ex una, ac Nicolai ac condam Brictii Litterati de dicta T. ex alia partibus in facto cujusdam Sententiæ, pro parte dictorum Nicolai & condam Brictij de Darocz, contra præfatum Georgium Patrem ipſius Exponentis

Digitized by Google

nentis in Curia Regia late emanatas reverentia qua decuit recepimus in hæc verba: Mathias &c.

Juxta quarum continentiam præfati Aegidius de Chornavoda & Martinus de Darocz in noſtram acceden. præſentiam, coram nobis habita inter eos matura deliberatione Seriem præſcriptæ Arbitrationis & Concluſionis per ipſos partes inter easdem factis ad fidem eorum Deo debitam, fidelitatemque dicto Domino noſtro Regi, & Sacræ dicti ſui Regni Hungariæ Coronæ obſervandam per nos requiſiti taliter faſi extitiſſent. Quod quamvis pro parte præfatorum Nicolai & condam Brictii Litterati de antefata Darocz, contra præfatum Georgium Patrem ipſius Exponentis & Paulum filium ejusdem Georgii ratione detentionis, & occupationis quorundam prati Eztenche vocati nec non orti inter domus ſeu Curias præfatorum Brictii Litterati & Georgii Patris jam fati Exponentis, in Curia Regia præmiſſa Sententia lata extiterit. Tamen ex poſt præfatus condam Brictius in Conventu Eccleſiæ Sanctæ Crucis de Lelez eosdem condam Georgium, nec non Paulum filium ejusdem ſuper onere ſententiali quittos commiſiſſet, & expeditos reddidiſſet; ita videlicet quod ipſi condam Georgius & Paulus idem pratum T. & dictum ortum eisdem Nicolao & Brictio Litterato remittere deberent. Tandem volentibus ipſis partibus præfati Aegidius de Chornavoda, & Martinus de Darocz tamquam arbitri, & pacis diſpoſitores dictum pratum menſuran. & ab aliis pratis excidendo, ſimulcum dicto orto eisdem Nicolao & Benedicto remiſiſſent, reſtituiſſent, & relignaſſent. Super quibus idem T. & condam Brictius mox omnibus contenti extitiſſent. In cujus rei teſtimonium præſentes litteras noſtras eidem Exponen. duximus conceden.

314. *Alia non plane.*

Nos Capitulum Eccleſiæ Budenſis. Memoriæ commendamus. Quod nos Litteras Serenissimi Principis &c. Egregiis Ladislao & Johanni de Dombo ac Stephano filio Pauli &c. loquen. prætextu quarundam differentiarum & diſcordiarum inter præfatum Clementem ex una, ac Michaelem de T. ex altera partibus ſubortarum emanatas reverentia &c.

Juxta quarum continen. antefati T. & T. in noſtram acceden. præſentiam, coramque nobis ad fidem eorum Deo debitam, fidelitatemque dicto Domino noſtro Regi, obſervandam, de concordia & diſpoſitione pacis partes inter prædictas per ipſos fact. per nos requiſiti. Denique Ladislaus de T. & T. de T. taliter faſi extitiſſent. Quod ipſi juxta voluntatem partium prædictarum, concordiam & pacis unionem feciſſent; ita videlicet, quod idem Clemens præfa-

Digitized by Google

tum Michaelem de T. ſuper vulneratione & verberatione ejusdem per ipſum Clementem factam, contentum feciſſet, ipſeque Michaël de Marosd ſuper præmiſſis vulneratione, & verberatione, quittum conmiſiſſet, & expeditum reddidiſſet, & præfatus Emericus Borſi de T. auditu modo ſimili faſſus extitit. Sed tandem audiviſſet quod hujusmodi dispoſitio & pacis concordia inter ipſos diſſoluta fuiſſet, ſed ignoraret de voluntate quarum partium ipſam diſſolutionem pacis & concordiæ fuiſſet. In cujus teſtimonium præſentes litteras noſtras eidem Clementi duximus conceden. Datum.

Aut, vel, ſin, ſeu, ſive, nam, namque, ceu, neve, quippe, nempe, idem ſunt. Canis credat.

315. Memoriæ commendamus. Quod Anthonius Litteratus de Bene in ſua, nec non T. & T. fratrum ſuorum perſonis noſtram venien. in præſentiam per modum proteſtationis, & prohibitionis nobis ſignificare curavit in hunc modum. Quod prout ipſi Proteſtantes percepiſſent, Nobilis Philippus Tartarus de T. totalem portionem poſſeſſionariam condam Laurentii de eadem Bene, in eadem Bene in Comitatu Peſtienſi exiſten. habitam, a Sereniſſimo Principe &c. ſibi ipſi impetrare niteretur. Cum tamen dicta portio poſſeſſionaria, in ipſos Proteſtantes Jure Succeſſorio devolvi debeat & redundari. In præjudicium & dampnum, Jurisque derogamen eorundem Proteſtantium valde magnum. Unde facta hujusmodi proteſtatione, præfatus Anthonius nominibus & in perſonis quibus ſupra, annotatum Dominum noſtrum Regem a donatione & Collatione jam fatum vero T. & Dominam Conſortem ejusdem T. Aſzſzonka appellatam, & alios quoslibet ab impetratione, occupationeque &c.

316. Nos Capitulum &c. Memoriæ commendamus. Quod Simon T. de T. noſtram venien. in præſentiam per modum proteſtationis, & prohibitionis &c. Quomodo Ladislaus de T. & T. de T. totalem portionem poſſeſſionariam Michaëlis de præfata Apathi in eadem Apathi in Comitatu de Zabolch exiſtenti habitam, a Sereniſſimo &c. ſibi ipſis impetraſſent, & quia ipſi Ladislaus, Stephanus & T. eandem portionem poſſeſſionariam præfati Michaëlis T. Johanni Kenderes de Haczak vendere niteretur. Cum tamen dicta poſſeſſionaria in ipſum Proteſtantem Jure Succeſſorio devolvi debeat, & redundari. In præjudicium & dampnum, Jurisque derogamen ejusdem Proteſtantis valde magnum. Unde facta hujusmodi proteſtatione præfatus Simon annotatum Dominum noſtrum Regem a donatione & collatione præfatos quoque Ladislaum, Stephanum & Benedictum ab impetratione, ante fatum vero Johannem Kenderes de T. & alios quoslibet a receptione, occupationeque & detentione, ſeque quovis &c.

Digitized by Google

317. Memoriæ commendamus. Quod Andreas & Georgius de T. coram nobis perſonaliter conſtituti in ipſorum, ac Honorabilis Viri Domini Blaſii de Athad Canonici Eccleſiæ T. nec non T. & T. fratrum ipſius Domini Blaſii, & Symonis filii præfati Andreæ de dicta T. perſonis per modum proteſtationis, & prohibitionis nobis ſignificare curaverunt in hunc modum: Quod uti ipſi percepiſſent, Nobilis Domina Suſanna vocata Relicta condam Emerici T. de Darocz, & Puella T. filia ejusdem Dominæ, quandam poſſeſſionem Abran vocatam in Comitatu Borſodien. habitam Circumſpectis Stephano & Sebaſtiano de Saaswar faſſæ fuiſſent. Cum tamen præfata Domina Suſanna præſcriptam poſſeſſionem T. primitus eisdem faſſa fuiſſet, in præjudicium ipſorum, Jurisque derogamen valde magnum. Unde facta hujusmodi proteſtatione, iidem Andreas & T. præfatam Dominam Suſannam noſtri in præſentia perſonaliter repertam, ipſamque puellam T. tanquam abſentem ab hujusmodi earum, Jurisque faſſione, prætextu dictæ Poſſeſſionis Abrán præfatis Stephano & T. de T. facta, eosdemque Stephanum & T. a receptione, uſurpatione, ſibique ipſis perpetuiſactione, fructuumque, & quarumlibet utilitatum ejusdem perceptione, ſeu percipifactione, ſeque quovis quæſito colore, in dominium ejusdem, earundem intromiſſione, & ſtatuiſactione quomodolibet factis, vel fiendis prohibuerunt contradicendo, & contradixerunt inhibendo publice & manifeſte coram nobis, teſtimonio &c.

318. Quod Nobilis Domina Katherina vocata, Relicta condam Stephani Apothekarii, alias Civis Civitatis Budenſis, in ſua, nec non Johannis filii ſui perſonis noſtram venien. &c. Quomodo Johannes de Barchſa, quandam domum ipſorum Proteſtantium in Civitate Wyſegradienſi, in Comitatu Piliſienſi exiſtenti, habitam, a Sereniſſimo Principe &c. Sibi ipſi impetraſſent, in præjudicium eorundem Proteſtantium, Jurisque &c. Unde facta hujusmodi proteſtatione, præfata Domina, nominibus & in perſonis &c. Annotatum Dominum noſtrum Regem, a donatione &c. præfatum vero Johannem de T. & alios &c. ab impetratione &c.

319. In hunc modum &c. Quomodo Paulus Litteratus de T. totales portiones ipſorum poſſeſſionarias in poſſeſſione T. in Comitatu T. exiſten. habitam pro ſe ipſis minus juſte, & præter omnem viam Juris occupaſſent, & easdem Nicolao Farkas impignoraſſent aut vendidiſſent in præjudicium &c. Unde facta hujusmodi proteſtatione, præfatus T. nominibus &c. annotatum T. præfata T. ab occupatione, uſurpatioueque, nec non venditione, & impignoratione, aut alia quavis alienatione, præfatum quoque T. & alios &c. a receptione, occupationeque, & detentione, ſeque &c.

Johannes &c. Dilecto nobis in Chriſto N. filio T. de T. ſcolari noſtræ Dyoces. Strigonien. Salutem & paternam benedictionem. Perſonam tuam ſinceram diligentes in Domino caritatem libenter tuis precibus benignum accommodamus auditum, eas præcipue ad exauditionis gratiam admittendo, quæ tnæ ſaluti animæ reſpicere dinoſcuntur habere. Quod nos tuis devotis ſupplicationibus inclinati, ut a quocunque malueris Epiſcopo Katholico gratiam & Communionem Sedis Apoſtolicæ, legitimaque ſui ordinis executione habente, ad omnes ordines Eccleſiaſticos, tam minores, quam ſacros, ſucceſive, & temporibus a Jure ſtatutis, & alias rite valeas promovere, dummodo ad hoc ſufficiens & idoneus repertus fueris, titulumque ſuſ-

Digitized by Google

ficientem habueris, & aliud Canonicum tibi non obſiſtat impedimentum, ſuper quibus tuam, & ipſius ordinantis conſcientias oneramus, devotioni tuæ, & ipſi ordinanti tenore præſentium omnimodam concedimus facultatem. Datum &c.

365. *Impignoratoria cum certis obligaminibus.*

Nos Mathias Dei gratia Rex Hungariæ Bohemiæ &c. Memoriæ commendamus per præſentes. Quod nobilis T. de T. coram nobis perſonaliter conſtitutus, ſponte confeſſus eſt in hunc modum. Quomodo ipſe pro evitandis ſuis negotiis, ſignanter vero ad profecutiones Cauſarum, & rectificationem poſſeſſionum ſuarum, ac revocationem Procurator. ab Honorabili Magiſtro T. de T. Canonico Eccleſiæ T. & T. de eadem T. fratre ejusdem carnali Quinquaginta flor. auri puri Hungaricales accommodaſſet. pro quibusquidem flor totalem portionem ſuam poſſeſſionariam in poſſeſſione T. vocata, in Comitatu T. exiſten. habitam, ſimul cum cunctis utilitatibus, & pertinentiis quibuslibet puta terris arabilibus, cultis & incultis, agris, pratis, paſcuis, foenetis, aquis, fluviis, piſcinis, arundinetis, gurgitusbusque in fluvio T. vocato habitis, nec non quodam lacu T. nuncupato, Et generaliter quarumlibet utilitatum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, ad eandem portionem poſſeſſionariam, in eadem T. habitam, undique de Jure & ab antiquo ſpectantibus, & pertinere debentibus, præfatis Magiſtro T. & T. de dicta T. pro præmiſſis quinquaginta flor. puri auri hungaricalibus, ab eisdem jam plene habitis, & receptis pignori obligaſſet, uſque tempus redemptionis ejusdem poſtiden. Immo obligavit coram nobis tali modo ut dum & quandocunque præfatus T. de jam dicta T. dictam ſuam portionem poſſeſſionariam in eadem T. habitam, ſimul cum præſcriptis pertinentiis ab eisdem Magiſtro T. & T. de T. redimere voluerit, liberam redimendi habeat poteſtatis facultatem, ipſique T. & T. rehabitis prius dictis ipſorum pecuniis, eidem T. remittere debeant & teneantur, hoc ſpecialiter declarato, quod ſi temporum in proceſſu præfatus T. dictos Magiſtrum T. & T. in dominio ante dictarum portionum poſſeſſionariarum modo prænominato tuere, aut eosdem in dominium earundem intromittere nollet, vel intromiſſos in eisdem quovis quæſito, colore impedire & turbare, aut tempore Statutionis ſive occupationis hujusmodi portionis contradicere attemptarét. Ex tunc ipſe contra eosdem in ſuccubitu Duelli facti potentialis convincantur, &, convinci debeant ex facto. Quod quia memorati Magiſter T. & T. ratione hujusmodi obligaminis eundem T. in præſentia Judicum ordinariorum Curiæ noſtræ brevi Evocatione mediante in Cauſam convenire, iidemque Judices in hujusmodi cauſa, absque ulteriori dilatione finale Judicium inter partes facere valeant, atque poſſint. Harum noſtrarum vigore & teſtimonio litterarum median. Datum &c.

Digitized by Google

366. *Requisitoria.*

Mathias Dei gratia Rex Hungariæ Bohemiæ &c. fidelibus noſtris Capitulo Eccleſiæ T. Salutem & gratiam. Exponit Majeſtati noſtræ fidelis noſter Honorabilis Magiſter T. Rector Capellæ & beatiſimi Georgii martiris in Civitate noſtra N. fundatæ. Quomodo quædam litteræ ſeu paria cujusdam poſſeſſionis ſuæ N. vocatæ in Comitatu Peſtienſi adjacen. habitæ, ab ipſa Capella dicti Exponentis foret alienata & deperditæ, quæ ſcilicet paria ipſius ſtatutionis in veſtra Sacriſtia more ſolito repoſita haberentur, quibus nunc idem Exponens, ac dicta Capella ſua, pro tuitione Jurium ſuorum ſumpme forent neceſſarii. Ideo fidelitati veſtræ firmiter præcipientes mandamus, quatinus receptis præſentibus præfato Exponenti, præſcripta pariæ dictæ ſtatutionis diligenter in veſtra Sacriſtia requirere, & inveniri facere, requiſitaque & inventa in tranſcripto litterarum veſtrarum inſcribere, & pro tuitione Jurium ſuorum, & dictæ Capellæ concedere modis omnibus & extradare, ac emanari facere debeatis & teneamini, dummodo aliquod non obſiſtat legitimum impedimentum. Secus non facturi. Datum Budæ 1480.

367. Mathias Dei gratia Rex Hungariæ Bohemiæ &c. Fideli noſtro Reverendo in Chriſto patri Domino Michaëli Epiſcopo Milcovien. & Vicario Eccleſiæ Strigonienſis ſalutem & gratiam. Exponitur Majeſtati noſtræ in perſonis Religioſarum Dominarum Sanctimonialium Clauſtri beatæ Mariæ Virginis de T. quomodo quidam T. Presbyter Plebanus de T. quosdam Petrum & Jacobum Jobagiones ipſarum Exponentium in Oppido T. prædicto commorantes, ratione quorundam negotiorum noſtrum ſeculare, & non veſtrum ſpirituale Judicium concernen. veſtri in præſentiam traxiſſetis in cauſam, in qua vos Judicium facere niteremini, & velletis, in præjudicium & dampnum dictarum Exponentium valde magnum. Et cum cauſæ Judicium ſeculare concernentes, in præſentiis Judicum Secularium, & non Spiritualium verti ſoleant, & terminari, fidelitati igitur veſtræ firmiter præcipientes mandamus, quatinus habita præſentium notitia vos in cauſam prædictam, partes inter præfatas, veſtri in præſentia ut dicitur motam, intromittere, & ulterius in eadem procedere non præſumatis. Sed eandem cauſam, ſimul cum tota ſua ſerie, absque omni gravamine dictorum Jobagionum præfatarum Exponentium, ex fine difficultate aliquali, ad unum certum terminum per vos eisdem partibus litteratorie præfigend. in Curiam noſtram Regiam, in noſtram ſcilicet perſonalem præſentiam transmittere debeatis revidend. & recognoſcend. quam ſi non ad noſtrum ſeculare, ſed ad veſtrum ſpirituale Judicium pertinere agnoverimus, rurſum eandem indeciſam in veſtri præſentiam remittemus per vos finaliter decidend. Secus ergo non facturi

Digitized by Google

facturi. Præsentibus perlectis &c. Datum Regnorum nostrorum Hungariæ &c. Anno vicesimo secundo. Bohemiæ vero tredecimo.

368. *Prorogatoria.*

Mathias Dei gratia &c. Fidelibus nostris, Reverendo Domino Ladislao Præposito Ecclesiæ Budensis Prothonotario Apostolico, & Personalis Præsentiæ nostræ Cancellario. Item Magnificis Palatino & Judici Curiæ nostræ, vestrasque in Judicatu vicesgerentibus, cunctis etiam aliis hujus Regni nostri Judicibus & Justitiariis Ecclesiasticis videlicet & secularibus præsentes visuris salutem & gratiam. Quia fideles nostri, Reverendus in Christo pater Dominus T. Episcopus Ecclesiæ T. ac Egregii T. & T. de T. fratres, nec non Nobiles T. & T. de T. familiares ejusdem Domini N. Episcopi jussu nostræ Majestatis in præsenti exercitu nostro contra Turcos instaurato occupantur, debeantque ibidem per certa tempora necessario occupari. Ob hoc ipsi prosecutioni Causarum ipsorum commode intendere, & interesse nequeunt. Fidelitati igitur vestræ firmissime mandamus; quatinus universas, & quaslibet causas dictorum, Domini T. Episcopi, ac fratrum, & familiarium ejusdem, in quibuslibet terminis coram vobis, vel altero vestrum motas, vel movendas, statu in eodem, in quo nunc existunt, interim quousque ipsi prædicti, Exercitu nostro ut præmissimus contra Turcos instaurato occupabuntur differre & prorogare debeatis. Datum &c. Anno Domini Millesimo &c.

369. *Salvus Conductus.*

Mathias Dei gratia Rex Hungariæ Bohemiæ &c. Fidelibus nostris universis & singulis Prælatis, Baronibus, Nobilibus, Comitibus Castellanis officialibus, Tributariis, vel Vice tributariis. Item Civitatibus & liberis villis, ipsarumque Rectoribus ac Judicibus, & villicis, quibus præsentes ostenduntur Salutem & gratiam. Cum fideles nostri Honorabiles Magistri Paulus de Napkor Plebanus & Vice-Archidiaconus de Ezlár, & de Zabolch, & Johannes de Magh frater ejusdem, diversis partibus & Comitatibus hujus Regni nostri super navi & curribus certa vina pro eorum usu deferri facere habeant, cumque de libertate antiqua ac lege, & consuetudine Regni nostri prædicti, viri Ecclesiastici & ceteri nobiles ejusdem Regni, de Rebus & Bonis quibuscunque pro eorum usu deferendis ad solutionem tributariam nullibi teneantur. Mandamus igitur fidelitati vestræ, & vestrum cujuslibet, quatinus dum & quando homines & familiares ac nautæ & currus eorundem Magistrorum Pauli de Napkor, & Johannis de Magh cum dictis vinis ad loca Tributorum vestrorum applicuerint eosdem absque omni tributaria solutione, & quovis alio impedimento libere & pacifice ire & redire permittatis & permitti faciatis. Se-

Digitized by Google

cus facere non auſuri. Præſentibus perlectis Exhibenti reſtitutis. Datum Budæ &c. Anno &c.

370. *Expeditoria.*

Nos Mathias &c. Memoriæ commendamus. Quod Stephanus filius condam Silveſtri de Thorna ab una, parte vero ab alia T. de T. coram nobis perſonaliter conſtituti, conſeſſi ſunt in hunc modum. Quod ipſi ſuper univerſis cauſis, factis, dampnis, nocumentis, injuriis, actibus potentiariis, ſanguinumqne effuſionibus, controverſiis, rixis, contentionibus, & quibusvis malorum, (vel maleficiorum) generibus, uſque ad hoc tempus per ipſos ſibi invicem illatis, & irrogatis ſeſe mutuo expeditos reddidiſſent ſatisfactos, & abſolutos. Immo reddiderunt, & commiſerunt coram nobis teſtimonio præſentium median. Datum &c.

371. *Forma Civilis.*

Nos T. Judex, Juratique Cives, Civitatis T. fatemur providum T. dictum noſtrum fore concivem, qui aut ſui familiares præſentium oſtenſores, de perſonis, Rebusque & Bonis ſuis quibusvis intra hujus Regni Hungariæ ambitum ſecum deferen. nullum tenentur ſolvere tributum, de gratia Dominorum Regum, atque Serenisſimi Principis Domini Mathiæ, Dei gratia ejusdem Hungariæ Bohemiæ &c. Regis, Domini noſtri gratioſiſſimi indulſione præſentibus nobis attributa median. Datum Budæ noſtro minori ſub ſigillo. Feria tertia. &c.

372. *Clauſula parva.*

Ubi vero hoc obſervare, & expedire, ſeu perſolvere nollemus, vel non poſſemus, aut non curaremus modo aliquali. Ex tunc fide fractor & honoris noſtri parvi penſor reputemur, & nec inter probos viros humanitatis & honeſtatis fama fulgere valeamus aliquomodo &c.

373. *Impignoratoria ſub Obligaminibus.*

Nos Capitulum Eccleſiæ T. &c. Memoriæ commendamus per præſentes. Quod T. de T. coram nobis perſonaliter, onera & quælibet gravamina nobilium Dominæ Agathæ conſortis, ac Andreæ filii ſuorum in infraſcriptis ſuper ſe aſſummen. ſponte confeſſus eſt in hunc modum. Quod ipſe, pro quibusdam ſuis neceſſitatibus ipſum ad præſens urgentibus evitandis, totales portiones ſuas poſſeſſionarias in poſſeſſionibus T. vocata, in Comitatu T. exiſten. habitas, ſimulcum cunctis earundem utilitatibus, & pertinentiis quibuslibet, terris ſcilicet arabilibus, cultis, & incultis, agris, pratis fœnilibus, paſcuis, aquis, fluviis, piſcinis, piſcaturis, arundinetis gurgitibusque vulgo ereu, & generaliter quarum libet utilitatum, & pertinentiarum ſuarum inte-

Digitized by Google

gritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, ad easdem portiones poſſeſſionarias de Jure ſpectantibus & pertinere debentibus Honorabili Magiſtro T. de T. Waradienſis, & Quinque-Eccleſienſis EccleſiarumCanonico, ac Magiſtro T. de eadem fratri carnali, pro Triginta ſex flor. auri puri hungaricalibus veri & juſti ponderis, ut dixit ab eisdem jam levatis & receptis usque tempus redemptionis earundem impignoraſſet, & pignori obligaſſet. Immo impignoravit, & pignoravit coram nobis. Aſſummen. nichilominus præfatus T. dictos Magiſtros T. & T. in pacifico dominio dictarum portionum poſſeſſionariarum in eadem T. habitarum, contra quoslibet illegitimos impetitores, cauſidicos & Actores tueri, protegere, & defenſare, propriis ſuis laboribus & expenſis, tali obligaminis vinculo mediante; quod ſi ipſe T. præfatos Magiſtros T. &. T. in dominio dictarum portionum poſſeſſionariarum conſervare nollet, non poſſet, aut non curaret, ex tunc ipſi Magiſtri T. & T. ſolum vigore præſentium, in dominium aliarum portionum poſſeſſionariarum æquivalentium ejusdem T. in poſſeſſionibus T. & T. ac T. appellatis in eodem Comitatu T. exiſten. habitarum introeundi, & ſibi ipſis occupandi, fructusque & quaslibet utilitates percipiendi, & tam diu titulo pignoris tenendi & conſervandi, donec de prætactis Triginta ſex flor. auri eisdem ſatisfactum fuerit quoad plenum, plenam & omnimodam habeant poteſtatis facultatem. Inſuper adjecto etiam hoc, quod ſi temporum in proceſſu prænominatus T. prædictos Magiſtros T. &. T. in dominio dictarum portionum poſſeſſionariarum in prædictis poſſeſſionibus habitarum tuere, protegere, & defenſare nollet, non poſſet, aut non curaret, aut alias quovis quæſito colore, eosdem in dominio earundem impedire, turbaretque, vel tempore ſtatutionis earundem contradicere attemptaret. Ex tunc idem T. contra prænominatos T. & T. in ſuccubitu duelli facti ſcilicet potentialis convincatur; & convictus habeatur eo facto. Quod quia iidem Magiſtri T. & T. ratione & prætextu horum obligaminum eundem T. in præſentia Judicum ordinariorum Curiæ Regiæ brevi tantum evocatione mediante, legitime in Cauſam convenire, iidemque Judices, in hujusmodi Cauſa, absque aliquali ulteriori dilatione finale Judicium inter partes prædictas facere valeant, atque poſſint. Harum noſtrarum vigore & Teſtimonio litterarum median. Datum &c. 1480.

374. *Relatoria de Commiſſione ad Vicarium.*

Orationes in Domino devotas Reverende in Chriſto pater, & Domine domine noſter ſemper metuen. veſtra noverit Reverenda paternitas nos litteras ejusdem Reverendæ paternitatis Commiſſionales pro parte diſcreti Nicolai de N. nobis directas, honore & reverentia ut tenemur recepiſſe, juxta quarum continen. mox feria tertia proxima poſt feſtum T. proxime præteritum, Ad dotem Parochialis Eccleſiæ

Digitized by Google

beatæ N. de Caſtro Budenſi perſonaliter accesſimus, ibique omnes & ſingulos utriusque ſexus homines, qui nobis pro parte dicti N. fuerunt nominati, pro teſtibus, in noſtram, Auctoritate veſtra, nobis in hac parte conceſſa, citavimus in præſentiam, quos in præſentia partium, & earum Procuratorum ad Sancta Dei Ewangelia per ipſorum manibus tacta jurare fecimus, & tandem ſemotis partibus, teſtem quemlibet ſingulariter & ſecrete, juxta vim, formam, & tenorem libelli, ac Interrogatoriis litteris veſtris incluſarum examinavimus, & interrogavimus. Quorum dicta, & atteſtationes fideliter conſcripſimus, conſcriptaque clauſa, & neutri earum partium revelata, præſentibus reclufis ſimulcum litteris veſtræ Reverendæ paternitatis, ad quintum decimum diem ejusdem termini conſcientioſe transmiſimus. Datum &c.

375. *Juramentum.*

Juro Deo Omnipotenti, & beatæ Mariæ Virgini, & omnibus Sanctis. Quod quitquid ſcio, & ad quod interrogatus fuero in præſenti cauſa quæ vertitur, inter T. de T. & T. de T. dicam veritatem de qua mihi conſtiterit, absque dolo, & fraude, nec propter munus, vel favorem, nec datum, nec timorem, nec propter amicitiam, vel injuriam. Sic me Deus adjuvet, & hæc Sancta Ewangelia.

376. *Amonitoria.*

Reverendo in Chriſto Patri, Domino Michaëli Epiſcopo Milkovienſi ac in Pontificalibus & Spiritualibus Vicario Eccleſiæ Strigonienſis, & Cauſarum Auditori generali &c. Domino &c.

377. *Sententia.*

Mathias Dei gratia Rex Hungariæ Bohemiæ &c. Fidelibus noſtris univerſis & ſingulis, Prælatis, Baronibus, Comitibus, Caſtellanis, Nobilibus, eorumque Officialibus. Item Civitatibus, Oppidis, & liberis villis earumque Rectoribus, alterius etiam cujusvis Status & conditionis hominibus quibus præſentes oſtenduntur, Salutem & gratiam. Noveritis, quod nobis in Octavis feſti beati Jacobi Apoſtoli, in Anno proxime transacto præteriti una cum nonnullis Prælatis Baronis, Regnique noſtri Nobilibus, ac Magiſtris noſtris Prothonotariis, pro faciendo moderativo Judicio cauſan. in Sede noſtra Judiciaria ſeden. Martinus Litteratus de Edeles, pro Honorabili Capitulo Eccleſiæ Varadienſis, cum Procuratoriis Litteris ejusdem Capituli, juxta continen. litterarum noſtrarum Citatoriarum, ipſam Citationem Budæ, coram noſtra Perſonali præſentia facie ad faciem factum fore denotan. in figura Judicii noſtræ perſonalis præſentiæ conparen. contra Dominam Luciam Relictam condam Michaëlis Sar-

Digitized by Google

toris, alias Inhabitatoris Civitatis Waradienſis. Nunc vero in dicta Civitate noſtra Budenſi reſiden. propoſuerat eo modo. Quomodo eadem Domina Lucia, neſcitur qua aſſutia ducta, impetratis pro ſe quibusdam Litteris noſtris Regalibus ſimiliter vobis præceptorie in eo directis, ut ubicunque eadem Domina Lucia Res & Bona Civium & Inhabitatorum dictæ Civitatis Capitularis Varadienſis in veſtris tenutis, honoribus, & officiolatibus, vel in ipſorum veſtri medio reperire poſſet, ad ejusdem inſtantiam Juri aſtare, & tamdiu in hujusmodi Areſto tenere deberetis, donec eidem de Homagio dicti condam Michaelis Sartoris, alias uti eadem Domina expoſuiſſet, per Ladislaum Litteratum, tunc Judicem dictæ Civitatis Waradienſis, ex dura & minus juxta Captivitate extincti, & interempti, ac aliis dampnis, & expenſis ejusdem ad mille flor. auri ſe extenden. ſatisfactio impenderetur, quo ad plenum, quibus mediantibus nonnullos Jobagiones ipſius Capituli, diverſa climata Regni noſtri cum eorum Rebus, & mercibus perluſtran. in plerisque locis, & nundinis annualibus areſtari facere procuraſſet, & eosdem in maxima pecuniarum ſumpma prout voluiſſet pactaſſet, dampna plusquam duornm milium flor. auri ipſi Capitulo & ſuis Jobagionibus per hujusmodi areſtum inferen. ex parte cujus Judicium & inſtantiam habere voluerat jure median. Quo audito præfata Domina Lucia perſonaliter in eandem noſtram perſonalem exurgen. præſentiam, ac exhibitione præſcriptarum litterarum noſtrarum præceptoriarum, eidem gratioſe conceſſarum hujusmodi Areſtrum feciſſe non abnegan. Reſpondit ex adverſo. Quomodo alias præfatus condam Ladislaus Litteratus, tunc Judex dictæ Civitatis Waradienſis, prænotatum condam Michaëlem Sartorem Dominum & Maritum ſuum minus juſte captivaſſet, & captum in ſua acerrrima captivitate, tam dure & acriter vinculatum conſervaſſet, ut demum libertate eidem conceſſa, ex hujusmodi durâ & acri conſervatione viribus confractus, paucis poſt diebus elapſis vita functus extitiſſet. Neque ſuper eodem Ladislao Judice Homagium dicti condam Michaëlis Mariti ſui in præſentia Reverendiſſimi condam Johannis Archi-Epiſcopi Strigonienſis, & tunc videlicet Epiſcopi dictæ Eccleſiæ Waradienſis juridice optinuiſſet, & eundem ſententiaſſet hujusmodi autem litteras Sententionales ipſius Domini Epiſcopi, ac alias Litteras ſuas Cauſales, ſed & noſtras Regias, in profecutionem hujusmodi cauſæ, confectas, quidam Andreas Kalmár Jobagio ipſius Capituli, in eadem Civitate Waradienſi conmoran. dum juſtitiam petiiſſet ab ipſa, vi & conpulſe abſtuliſſet, quas etiam modo retineret, & ea ratione præſcriptas Litteras noſtras ad hujusmodi areſtum facien. a noſtra Majeſtate impetraſſet, & exinde Jobagiones ipſius Capituli, hactenus moleſtaſſet. Quibus perceptis, præfatus Procurator dicti Capituli in perſona ejusdem, ſuper præmiſſis proteſtan. retulerat, & allegaverat

eo modo, quomodo eadem Domina Lucia calumnioſa eſſet. Quia dudum homagium dicti Mariti ſui, adhuc in cauſa, quam contra prælibatum condam Ladislaum Judicem in præſentia certorum Judicum & Juratorum Civium vicorum Olaſzi Wadkert, & Wenecze, Civitatis Epiſcopalis Wáradienſis, de ſpeciali mandato ejusdem Epiſcopi moverat, amiſiſſet, & in eadem Cauſa ſententialiter ſuccubuiſſet, & ex eo præfatum Capitulum, & Jobagiones ejusdem hactenus indebite vexaſſet. Et hæc exhibitione quarundam binarum Litterarum Sententionalium, unius ſcilicet condam Venerabilis Johannis de Sarlo Decretorum Doctoris protunc Vicarii dictæ Eccleſiæ Wáradienſis in Spiritualibus generalis, ad inſtantiam & pro parte Honorabilis condam Magiſtri Blaſii de Jenew Canonici pro tunc Decani dictæ Wáradienſis Eccleſiæ, ac alterius præfatorum Judicum, & Juratorum Civium Epiſcopalium in Olazi Wadkerth & Wenecze vicis, ſeu plateis conſtitutorum, & conmorantium, per eandem Dominam Luciam electorum Judicum, ad inſtantiam & pro parte dicti Ladislai Litterati Judicis, contra ipſam Dominam Luciam emanatarum, eosdem condam Magiſtrum Blaſium, & Ladislaum Litteratum Judicem, in morte, ſeu nece, dicti condam Michaelis Zabo mariti ipſius Dominæ Luciæ, prætextu cujus eadem ipſum Capitulum & Jobagiones ſuos impediviſſet innoxios fore, & eſſe innocentes, prout ex eisdem Litteris Sententialibus, ac etiam aliis Litteris noſtris exinde Adjudicator. clarius videramus contineri approbarat. Supplican. eidem Capitulo ex parte ejusdem Dominæ in præmiſſis per eandem noſtram perſonalem præſentiam, Juris medelam, juſtitiæque complementum elargiri. Unde nos auditis hujusmodi partium propoſitionibus, allegationibusque, & reſponſionibus modo quo ſupra factis. Quia adhuc præſcripta cauſa, absque reviſione & examinatione illarum litterarum, quas præfata Domina Lucia erga annotatum Andream Kalmár Inhabitatorem dictæ Civitatis Capitularis Waradienſis exiſtere referebat, decidi & fine debito nequierat terminari, pro eo fidelitati Comitum vel Vice-Comitum, & Judicum Nobilium Comitatus Byhorien. ſi miter mandamus, quatinus dum & quando per præfatam Dominam Luciam requiſiti fuerint annotato Andrea Kalmár Inhabitatore dictæ Civitatis Waradienſis Capitularis ad unum certum & brevem terminum Sedis eorum Judiciariæ ipſorum in præſentiam, Auctoritate noſtra ipſis eisdem Litteris noſtris in hac parte attributa median. convocato, & accerſito ex parte ejusdem præfatæ Dominæ Luciæ, & ejus Procuratori Legitimo in facto præſcriptarum Litterarum, ejusdem Dominæ, Cauſalium, per ipſum uti eadem Domina aſſeruerat ablatarum, juxta conſuetudinem Regni noſtri merum Judicium facere & exhibere deberent, ut viſis eisdem Litteris divino adjuvante Judicium & Juſtitiam facere valeret eadem noſtra Perſonalis

Digitized by Google

præſentia inter partes in præmiſſis dictante Juris æquitate. Et poſt hæc hujusmodi eorum Judicii aminiſtrationis ſeriem ut fuerit expedien. ad Octavas feſti beati Michaelis proxime præteriti, eidem noſtræ Perſonali præſentiæ fideliter reſcriberent, a quibus quidem Octavis feſti beati Michaelis Archangeli reportatio ſeriei præmiſſorum Judicii & Juſtitiæ impens. partes inter prætactas feriebus litterarum noſtrarum prorogator. ventillan. præſentes Octavas feſti beati Jacobi Apoſtoli attigiſſet, eisdemque Octavis inſtan. Michael de Panith legitimus Procurator e dicti Capituli Litteras præfatorum Vice-Comitum & Judicum Nobilium dicti Comitatus Byhorienſis noſtræ perſonali præſentiæ relator. reſcriptas eidem noſtræ Perſonali præſentiæ præſentavit, nos eatenus informantes; Quod præfata Domina Lucia per Magiſtrum Nicolaum de Honthoka Notarium & Legitimum Procuratorem ipſius Capituli, in perſona ejusdem temporibus congruis coram ipſis expectata ad haben. & recipien. Judicii & Juſtitiæ amminiſtrationem antedictorum, eorundem Vice-Comitum & Judlium præſcripti Comitatus Byhorienſis in præſentiam non veniſſet, neque miſiſſet, prout etiam ad præſentes Octavas eadem Domina per antefatum Magiſtrum Nicolaum Procuratorem ipſius Capituli congruis diebus ipſarum Octavarum, coram eadem noſtra perſonali præſentia expectata, eandem noſtram perſonalem in præſentiam non venit, neque miſit, ſed ſe median. litteris noſtris Judicialibus exinde confectis in Judiciis aggravari permitten. Supplican. præfatus Procurator dicti Capituli, eidem Capitulo ſuper præmiſſis Juris æquitatem impertiri. Verum quia præfatam Dominam Luciam annotatum Capitulum, & ſuos Jobagiones ratione mortis dicti condam Michaelis Sartoris mariti ſui, ac expenſis ſuper indefactis per diverſas indebitas Areſtationes multipliciter vexaſſe & dampna non parva eidem Capitulo & ſuis Jobagionibus intuliſſe, neque eandem ad agend. & proſequend. cauſam ſuam contra memoratum Andream Kalmar Jobagionem ipſius Capituli juxta noſtram Judiciariam commiſſionem ipſa petente in præſentiam dictorum Vice-Comitum & Judicum Nobilium dicti Comitatus Byhorienſis veniſſe, vel mittere curaſſe, ſed ſe a facie Juris & Juſtitiæ abſentaſſe, oneribus Judiciorum aggravari permiſiſſe, ex præmiſſis reperiebatur manifeſte, propter quod ipſum Capitulum amplius ab infeſtatione ejusdem Dominæ expediri & abſolvi, eadem etiam Domina Lucia contra ipſum Capitulum, tamquam calumnioſa convinci & aggravari debere nobis & Juratis noſtris Aſſeſſoribus videbatur, pro eo nos ex ſcientia noſtra ſpeciali, conſilioque eorundem Juratorum noſtrorum quæſito & aſſumpto pro maturo prætactum Capitulum Eccleſiæ Waradienſis, ac cunctos Jobagiones ejusdem ubivis conmoran. de & ſuper morte, ſeu Homagio dicti condam Michaelis Sartoris Domini & Mariti præfatæ Dominæ Luciæ ac expenſis

Digitized by Google

per eandem Dominam requisitis, quittos expeditos & modis omnibus absolutos auctoritate nostra Judiciaria median. relinquimus, & committimus, eidem Dominæ Luciæ a modo ratione prævia perpetuum silentium imponen. fidelitatibus vestris harum serie firmisfime mandamus; quatinus agnitis præsentibus a modo in antea pro parte memoratæ Dominæ Luciæ non obstantibus quibuscunque Litteris nostris, vel alior. quorumcunque superinde ad querimoniam ejusdem Dominæ harum in Contrarium datis, vel dandis, in præjudicium dicti Capituli & Jobagionum ejusdem, in vestris terris, tenutis, honoribus, & officiolatibus, vel vestri in medio nullum arestum facere, vel tenere. Immo nec hujusmodi arestationi, seu Inhibitioni locum dare, quin potius ipsam Dominam Luciam, tamquam calumpniosam ab inferendis hujusmodi dampnis, seu Arestationibus præscriptis Jobagionibus ipsius Capituli sien. repellere modis omnibus debeatis, nec secus, contra formam præmissæ nostræ Judiciariæ deliberationis facere præsumpmatis, præsentes autem perlectas semper reddatis manibus præsentantis. Datum in Wissegrád. Quinquagesimo die Octavarum festi beati Jacobi Apostoli sæpe dictarum. Anno Domini Millesimo quadringentesimo Septuagesimo Secundo.

378. *Præceptoria.*

Mathias Dei gratia &c. Fidelibus nostris Prudentibus ac Circumspectis Judici & Juratis Civibus Civitatis nostræ T. Salutem & gratiam. Exponitur Majestati nostræ, in præsentia fidelis nostri Circumspecti Nicolai Sartoris Civis Civitatis nostræ Albæ regalis, Quomodo his diebus elapsis, in quadam Causa inter ipsum Exponentem ab una, ac quemdam Johannem Toth Inhabitatorem dictæ Civitatis nostræ T. ab alia partibus, ratione certorum negotiorum coram vobis mota: eo quod idem Exponens ex sua simplicitate & ignorantia improvise & indeliberate respondisset Juribus & innocentiæ suæ nocivum feciffetis Judicium in præjudicium & dampnum dicti Exponentis valde magnum. Supplicatum itaque extitit Majestati nostræ pro parte ejusdem Exponentis, ut eidem circa præmissa de condigno Juris remedio providere dignaremur. Et quia nos eundem Exponentem, propter suam simplicitatem & ignorantiam justis suis Juribus, sic indebite opprimi nolumus. Ideo fidelitati vestræ firmiter præcipientes mandamus, quatinus receptis præsentibus, non curata hujusmodi, prima vestra adjudicatione, ambabus partibus ad unum certum & brevem terminum sedis vestræ Judiciariæ, in eandem Sedem vestram, vestri scilicet in præsentiam convocatis, auditisque ipsarum partium novis propositionibus, responsionibusque, & allegationibus, Testibus etiam si quos præfatus Exponens, Juris sui conscios vobis duxerit nominandos, receptis, & examinatis

Digitized by Google

examinatis cauſa in præmiſſa partes inter præfatas, iteratam adjudicationem facere debeatis. Ubi vero idem Exponens de hujusmodi veſtra iterata adjudicatione contentus non fuerit; extunc eandem Cauſam ſimulcum tota ſerie ipſius veſtræ adjudicationis, absque omni gravamine dicti Exponentis & ſine difficultate aliquali, in Curiam noſtram Regiam, noſtram ſcilicet Perſonalem in præſentiam, ad terminum per vos ipſis partibus præfigen. per litteras veſtras transmittere debeatis, per nos adjudican. & finaliter terminan. Secus non facturi. Præſentibus perlectis, Exhibenti reſtitutis. Datum Budæ. feria ſecunda proxima poſt feſtum Sancti Martini Epiſcopi & Confeſſoris. Anno &c. LXXXII.

379. *Præceptoria.*

Mathias &c. fidelibus noſtris &c. Exponitur Majeſtati noſtræ in perſonis fidelis noſtri Circumſpecti T. Concivis veſtri & Dominæ T. Conſortis ejusdem. Quod quamvis his ſuperioribus temporibus quædam diſpoſitio & ordinata compoſitio inter eosdem Exponentes ac quendam Agebionem Judæum Inhabitatorem dictæ Civitatis noſtræ T. ratione quorundam negotiorum per certos probos homines facta fuerit, ſub certis obligaminibus obſervanda: talimodo, ut ipſi Exponentes dicto Judæo Ageb in tribus terminis, puta ſemper in feſtivitatibus Nativitatis Domini poſt ſeſe immediate ſequentibus, Sexaginta flor. auri ſolvere deberent. Ita tamen ut ipſi Exponentes dictis ſingulis tribus terminis XX. flor. auri ſolvere teneantur. Adveniente itaque termino primæ ſolutionis, iidem Exponentes dictos viginti flor. auri prout debuiſſent integre dicto Judæo perſolviſſent. Sed ex quo iidem Exponentes, in ſecundo ſolutionis termino præpedien. certo negotio ipſorum, dictos XX. flor. auri prout debuiſſent perſolvere minime potuiſſent, eosdem Exponentes de univerſis hereditatibus ipſorum excludere, ac manibus dicti Judæi aſsignare velletis, in præjudicium, & dampnum dictorum Exponentium valde magnum. Et quia iidem Exponentes infra terminum ultimæ ſolutionis per vos ſic opprimi non (volumus). Ideo fidelitati veſtræ firmiter præcipientes mandamus; quatinus receptis præſentibus, & præmiſſis ſuo modo ſe haben. dictos Exponentes in præſcriptis univerſis hereditatibus ipſorum infra dictum ultimum terminum ſolutionis dictorum Sexaginta flor. impedire, ſeu quovis modo dampnificare minime debeatis. Secus non facturi. Præſentibus perlectis &c. Datum &c. Anno Domini Milleſimo CCCC. 81.

380. *Belæ Quarti.*

In Nomine Sanctæ Trinitatis, & Individuæ Unitatis Amen. Bela Dei gratia, Hungariæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Ramæ, Serviæ, Gali-

Digitized by Google

ciæ, Lodomeriæ, Comaniæque Rex. In perpetuum. Omnibus Chriſti fidelibus præſentem paginam inſpecturis Salutem in Omnium Salvatore. Cum in multitudine populorum Regum, ac Principum gloria ſummopere attendatur, non immerito Regalis decrevit ſublimitas ſuos Subditos proviſionibus amplioribus ordinare, ut populus ſibi ſerviens fidelitate & numero augeatur. Ad univerſorum igitur notitiam præſentium, & poſterorum harum tenore volumus pervenire. Quod cum tempore perſecutionis Tartarorum, quorum impetus & ſevitia Domino permittente grande diſpendium intulit Regno noſtro, Hoſpites noſtri de Peſth privilegium ſuper ipſorum libertate confectum & conceſſum amiſiſſent. Nos ſeriem libertatis memoratæ cum eſſet notoria duximus renovand. & præſentibus annotand. quæ talis eſt, videlicet quod in expeditionem, in quam perſonaliter ibimus debent nobiscum mittere decem milites decenter ornatos. Item infra limites Regni noſtri ab omni Tributo ſalva Triceſima, & Salvo Jure Eccleſiæ Buden. quantum ad Tributæ de ſalibus exigendi ſunt exempti.

Item de vineis eorundem Cibriones nulla tenus exigantur.

Item nullus Principum noſtrorum violentum deſcenſum facere poſſit ſuper eos, nec aliquid contra eorundem recipere voluntatem, ſed deſcendens juſto pretio, ſibi neceſſaria debeat comparare.

Item nullus hoſpes ex ipſis poſſeſſiones ſuas, vel domos vendere valeat alicui extraneo, niſi in eadem villa volenti a modo habitare.

Item quicunque ex ipſis ſine herede deceſſerit, poſſeſſiones dimittendi facultatem habeat, cui volet.

Item quicunque ex eis poſſeſſiones emerit, ſi per annum & diem nullus ipſum ſuper hoc impetierit, de cetero eas ſine contradictione aliqua poſſideat pacifice, & quiete.

Item habeant liberam electionem Plebani, cum eorum Eccleſia vacaverit, nec Plebanus Vicarios conſtituet eis invitis.

Item ipſi majorem villæ ſibi eligant, quem volent, & nobis electum præſentent, qui omnes Cauſas eorum mundanas debeat judicare, ſed ſi per ipſum debita juſtitia alicui non fuerit exhibita ipſe Villicus, & Villa debeat conveniri coram nobis. Vel illo cui duxerimus committend.

Item Vice-Palatinus violenter deſcendere non poſſit ſuper eos, nec eosdem judicare.

Item omnia, quæ poſt receſſum Tartarorum eis contulimus poſſint ſine contradictione qualibet poſſidere.

Digitized by Google

Item quicunque cum eis habitare volunt, haben. ibidem poſſeſſiones, cum eis teneatur ſervitia debita exercere.

Item duellum inter eos non judicetur, ſed ſecundum quantitatem & qualitatem commiſſi ſuper quo quis impetitur purgatione exhibeat congruentem.

Item cum impetiti fuerint per quempiam ab aliquo extraneo non poſſint produci Teſtes contra eos, niſi ex ipſis, vel aliis habentibus conſimilem libertatem.

Item tam terram Kever, quam eis de novo contulimus, quam alias, quas prius habuerunt, dividant in conmuni, habita contemplatione facultatis cujuslibet, quantam poſſit facere araturam, ne terræ ſupra dictæ incultæ maneant, & inanes.

Item naves & Carinæ deſcendentes, & aſcendentes cum mercibus, & currus aput eos deſcendant, & forum ſicut prius habeant quotidianum.

Item minor Peſth ultra danubium ſita, quantum ad naves aſcendentes, & deſcendentes & cibriones non ſolvendos conſimili gaudeant libertate.

Item homo Magiſtri Thavernicorum noſtrorum non debeat ſtare cum monetariis inter ipſos. Sed unus ex ipſa villa fidedignus illis aſſocietur, qui ſuper receptione Monetæ regalis curam habeat per vigilem, & undique diligentem. Ut autem hujus prænominatæ libertatis ſeries ſalva ſemper & inconcuſſa perſeveret impoſterum, nec aliquo ſucceſſu temporum poſſit aliquatenus retractari, præſentem eisdem paginam duximus concedend. caractere Bullæ noſtræ aureæ perhemniter roboratam. Verum quia exhibitio privilegii ipſorum exiſten. ſub aurea Bulla propter viarum diſcrimina eſſe periculoſa videbatur, tranſcriptum ejusdem de verbo ad verbum, ſub munimine dupplicis Sigilli noſtri conceſimus, tantam præſentibus fidem volen. adhiberi, ut ad exhibitionem illius nulla tenus compellantur. Datum per manus Venerabilis Patris Benedicti Colocenſis Archiepiſcopi, Aulæ noſtræ Cancellarii. Venerabili Patre Stephano Archiepiſcopo Strigonienſi. Barthalomeo Quinque Eccleſienſi Electo Agrienſi. Stephano Zagrabienſi. Blaſio Chanadien. Artholpho Ultraſylvano Epiſcopis, Eccleſias Dei ſalubriter gubernantibus. Vincen. in Epiſcopum Varadienſem Electo & confirmato Jaurien. & Weſprimien. Sedibus vacantibus. Ladislao Palatino & Comite Simigien. Dionisio Bano, & Duce totius Sclavoniæ. Matheo Magiſtro Thavarnicorum, & Comite Poſonien. Demetrio Judice Curiæ & Comite Muſunien. Laurentio Wayda Ultraſilvano, Rolando Magiſtro Dapiferorum, & Comite Sopronien. Mauritio Magiſtro Pincernarum, & Comite Jaurien. Stepha-

Digitized by Google

no Magiſtro Agazonum & Comite de Orbaz, Arnoldo Comite Nitrien. Herrico Ferrei Caſtri, ac ceteris Magiſtratus, ac Comitatus Regni noſtri tenentibus. Anno ab incarnatione Domini, Milleſimo Ducenteſimo, Quadrageſimo quarto. Regni autem noſtri Anno Nono, & Octavo Kalendas Decembris.

381. *Dimissoria.*

Criſtannus Artium & Decretorum Doctor, Canonicus Eccleſiæ Albenſis Transſilvanicæ, nec non Reverendiſſimi in Chriſto Patris Domini Domini Ladislai Geréb Epiſcopi ejusdem Eccleſiæ, ac in Regnis Hungariæ, Bohemiæ &c. nec non Ducatibus Sleſiæ & Auſtriæ, aliisque omnibus terris ac locis temporali Dominio Serenisſimi Principis & Domini, Domini Mathiæ Dei gratia prædictorum Regnorum Regis ſubjectis &c. Apoſtolicæ Sedis cum plenitudine poteſtatis Legali de latere Legati, Commiſſarius Supremus, Cauſarumque Auditor generalis, dilecto nobis in Chriſto T. Nato T. de Zeged ſcolari Bachien. dyoceſ. Salutem in Domino Sempiternam. Votivis ſupplicationibus pro tui parte nobis porrectis, ac ſalutaribus tuis deſideriis benignius inclinati, ut a quocunque malueris Antiſtite Katholico gratiam & communionem dictæ Sedis Apoſtolicæ, ac ſui ordinis executionem legitimam haben. ad omnes Clericorum ordines, tam minores, quam Sacros ſucceſsive, & temporibus a Jure ſtatutis promoveri valeas, atque poſsis, dum tamen diligenti & matura examinatione ad eosdem ſuſcipien. ſufficiens & idoneus repertus fueris, aliudque Canonicum tibi non obſiſtat impedimentum, ſuper quibus tuam, & ordinantis conſcientiam oneramus, tibi eosdem recipien. & ipſi Antiſtiti conſcien. auctoritate apoſtolicæ Legationis nobis in hac parte ſpecialiter conceſſa tenore præſentium concedimus facultatem, & indulgentiam impertimur. Datum Budæ. Die Mercury viceſima Decembris. Anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo Octuageſimo Sexto. Pontificatus autem Sanctisſimi in Chriſto Patris & Domini Domini Innocentii Divina providentia Papæ Octavi, Anno ejusdem Tertio.

382. *Impignoratoria cum Compositione.*

Nos &c. Memoriæ &c. per præſentes. Quod Nobilis T. de T. ab una, parte ſi quidem ex altera Circumſpectus T. de T. coram nobis perſonaliter conſtituti, per eundem T. & T. confeſſum extitit, pariter & relatum in hunc modum. Quomodo ipſe pro certis negotiis ſuis expedien. quendam locum domus allodialis penes locum Ogath Rewe appellatum, ſimulcum quodam prato, quod incipitur a quodam Rév penes inſulam Thewlzygeth appellatam, a parte dictæ poſſeſſionis Sawreg, & utramque partem fluvii Thapyo nuncu-

Digitized by Google

pati pertranſien. usque metas poſſeſſionis Katha Zenth Márthon vocatarum. Item medietatem alterius prati T. vocati, quod pratum alias ad domum ipſius Blaſii in dicta T. habitam pertinuiſſet. Item alias virgas Rekeththye appellatas in dicta Thapyo procreatas, omnino inter veras metas dictæ poſſeſſionis T. in Comitatu T. exiſten. adjacen. ſimul cum terris arabilibus cultis & incultis, campis, paſcuis, item ſilvis inſtar aliorum Jobagionum ejusdem Blaſii de T. tantum modo uten. præfato T. de T. usque revolutionem viginti annorum integrorum, a data præſentium poſt ſe ſe conputan. pro Triginta ſex flor. auri puri Hungaricalibus veri & juſti ponderis, ab eodem plenarie receptis, & levatis pignori obligaſſet. Immo obligavit coram nobis tali modo, ut completis ipſis viginti annis, idem T. prætactas locum domus allodialis, & prata cum omnibus utilitatibus præfato Blaſio T. pure & ſimpliciter, ac absque ſolutione præſcriptorum XXXVI. flor. auri remittere, & reſignare teneatur. Harum noſtrarum vigore & teſtimonio litterarum median. Datum in feſto &c. 1487.

383. *Apoſtolares.*

In nomine Domini Amen. Per hoc præſens publicum inſtrumentum, cunctis pateat evidenter, & ſit notum. Quod anno nativitatis ejusdem Domini Milleſimo Quadringentesimo Octuageſimo quinto, die vero viceſima quarta Menſis Octobris hora tertiarum, vel quaſi Budæ Veſprimien. dyoces. Jurisdictionis vero Spiritualis Strigonien. in domo Honorabilis Magiſtri Jacobi Rectoris. Capellæ Sanctorum trium Regum, ad latus Eccleſiæ beatæ Mariæ Virginis Majoris Buden. conſtructæ, in Cimiterio ejusdem Eccleſiæ ſita, hoſpitio videlicet Venerabilis Domini Chriſtanni DD. Canonici Eccleſiæ Transſilvanien. Reverendisſimique in Chriſto Patris & Domini Ladislai Geréb Epiſcopi ejusdem Eccleſiæ Transſilvanienſis Legati Auditoris & Commiſſarii ſpecialis. Pontificis autem Sanctisſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Innocentii divina providentia Papæ Octavi, Anno ejus ſecundo, præfatus Dominus Chriſtannus pro Tribunali ſedens in certa cauſa inter Religioſas Dominas Beginas in poſſeſſione Zenthffalwa vocata reſiden. ut Actrices, & principales ab una, ac Nobilem Osvaldum Litteratum, de eadem Zenthffalwa, & Dominam Elenam conſortem ejusdem, veluti in Cauſam attractos ex adverſo principales partibus ab altera, de & ſuper injuriis, diffamationibus, in Actis præmiſſæ Cauſæ clarius ſpecificatis, earumque occalione coram ipſo Domino Auditore mota & verten. me Notario publico ſubſcripto & teſtibus infraſcriptis ibidem præſentibus Sententiam in ſcriptis tulit, & promulgavit diffinitivam, a qua præfatus Osvaldus pro ſe perſonaliter & Domina Elena conſorte ſua illico

Digitized by Google

verbo ad Sanctisſimum in Chriſto Patrem præfatum Dominum Innocentium Papam, & Sanctam ejus Sedem Apoſtolicam verbo appellavit. Tandem die decima octava menſis Novembris, idem Osvaldus Litteratus, coram præfato Domino Criſtanno Auditore conparen. pro ſe, ac nomine & in perſona præſcriptæ Dominæ Elenæ conſortis ſuæ ſuper hujuscemodi appellatione ſua præſcripta, ſibi ab eodem Domino Criſtanno Apoſtolos dari petivit. Ipſe itaque Dominus Auditor eidem appellationi reverenter detulit Apoſtolosque reverentiales eidem Osvaldo dedit & concesſit, ad proſequendam ipſam appellationem ſuam, terminum ipſis ſtatuit & præfixit. Super quibus omnibus & ſingulis præmisſis prænominatus Osvaldus Litteratus petiit ſibi a me Notario publico ſubſcripto unum vel plura publicum vel publica confici inſtrumentum, vel inſtrumenta. Quod & feci ex officio michi incumbenti. Acta ſunt hæc & facta, Anno Indictionis die, menſe, hora, loco, & Pontificatu quibus ſupra præſentibus ibidem tempore appoſitionis interpoſitæ Circumſpectis Michaele Bodmery de Peſth, &c. aliisque quam pluribus teſtibus fide dignis ad præmiſſa vocatis ſpecialiter & rogatis.

Et ego Jacobus Lucæ &c. Quia prædict. Appoſitionis verbo interpoſitioni Apoſtolorum petitioni, dationi, reſponſioni Judicis, aliisque omnibus & ſingulis præmisſis, dum ſic ut præmittitur fierent & agerentur, una cum prænominatis teſtibus interfui, eaque omnia & ſingula ſic fieri vidi & audivi. Ideo hoc præſens publicum inſtrumentum me aliis occupato negotiis per alium michi fideliter ſcriptum, exinde confeci, & in hanc publicam formam redegi, ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis conſignavi & roboravi in fidem ac teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum rogatus & requiſitus.

284. *Super Confraternitate.*

In Domino Jheſu ſibi carisſimis, devotis, & in Chriſto dilectis Provido T. de T. ac Honeſtæ Dominæ T. conjugi ejusdem, ſimulcum liberis eorundem Paulinus de Jaurino Sacræ Theologiæ Profeſſor Prior Provincialis per Regnum Hungariæ Fratrum Ordinis Prædicatorum Salutem in Domino Jheſu omnium Salvatore. Devotionis veſtræ ſinceris affectus, quem ad noſtrum Ordinem Relatione Fratrum noſtrorum vos gerere intellexi exigit beneficia noſtro collata Ordini, a copioſa clementia noſtri Redemptoris vobis gratioſius impertire. Quapropter vos, & quemlibet veſtrum, noſtram in Confraternitatem noſtri Ordinis aſſummen. tenore præſentium vobis omnium Miſſarum, prædicationum, orationum contemplationum, vigiliarum, abſtinentiarum Jejuniorum laborum, certorumque ſpiritualium carismatum, quæ per Fratres & Sorores noſtri Ordinis per dictum Regnum Hungariæ ubi-

Digitized by Google

libet constitutos Dominus noster Jhesus Christus dederit fieri universos participationem concedo specialem, in vita pariter & in morte, quantum vestræ devotionis affectus se extenderit, ut multiplici Suffragiorum suffulti præsidio, & in præsenti augmentum gratiæ & in futuro mereamini Regnum consequi sempiternum. In cujus testimonium præsentes litteras Sigilli officii nostri Provincialatus munimine consignatas duxi appenden. Datum &c.

385. *Indultum.*

Johannes de Aragonia, miseratione divina, Tituli Sancti Adriani Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis, ad Hungariæ Bohemiæ, & Poloniæ Regna, ac universas & singulas Provincias Civitates, terras, & loca Illustrissimis dictorum Regnorum Regibus subjecta, & illius vicina seu adherentia Apostolicæ Sedis Legatus, ad perpetuam rei memoriam universis & singulis præsentes litteras inspecturis, & audituris Salutem in Domino sempiternam. Solet officii nostri debita benignitas piis fidelium votis illis præsertim per quæ Monasteriorum & Religiosarum Monialium Statui & utilitati consulitur, libenter annuere, & quæ propterea provide comperit processisse, ut illibata permaneant legationis nostræ firmitatis favorabiliter communire. Sane pro parte Dilectarum in Christo Abbatissæ, & Monialium Monasterii beatæ Mariæ Virginis Ordinis Sancti Francisci, siti in veteri Buda Wesprimien. Dyoces. nuper nobis exhibita petitio continebat, quod licet Monasterium prædicum clausuram habeat, illamque illibata & firmiter juxta canonicas sanctiones servare debeat, eisdemque sanctionibus extiterit statutum, ut contra venientes Ecclesiasticis censuris mulctentur, fuit tamen ut eadem petitio subjungebat per Dilectum nobis in Christo Fratrem Benedictum dicti Ordinis Provincialem Ministrum, qui ad hoc Apostolica auctoritate sufficienter suffultus extitit Abbatissæ dicti Monasterii pro tempore existenti Indultum, & de speciali gratia concessum, ut constitutionibus prædictis non obstantibus ex justa causa probas bonæ famæ, & conversationis cujuscunque sexus fuerint personas intra clausuram dicti Monasterii, dum modo ibidem non pernoctarent admittere possit. Cumque per nonnullos dicti Ordinis fratres ut asseritur, coram populo pluries contra dictum Assertum Indultum prædicatum publice extitit excommunicatos fuisse omnes utriusque sexus. qui etiam de licentia Abbatissæ præfatæ dicti Monasterii clausuram intraverint, similesque pœnas incursuros, quos imposterum contigerit intrare. declarando in dicti Monasterii grave dispendium & jacturam. Quare pro parte ditarum Abbatissæ, & Monialium nobis fuit humiliter supplicatum; quatinus Indulto hujusmodi Abbatissæ prædictæ, & aliis pro tempore existentibus, ut supra extitit assertum, a Provinciali Ministro præfato,

Digitized by Google

qui ad hoc ut præmittitur auctoritate Apoſtolica ſufficienter ſuffultus extitit, conceſſo pro ipſius ſubſiſtentia firmiori robur confirmationis, auctoritate noſtræ Legationis addicere, & ut indubitanter ſervetur opportune providere de gratia ſpeciali dignaremur.

Nos igitur in hac parte earum Supplicationibus inclinati confiderantes aſſertum indultum prædictum dicto Monaſterio proficere ratum habentes, & gratum, auctoritate præfata, Tenore præſentium confirmamus & præſenti ſcripto patrocinio communimus, mandantes præterea omnibus & ſingulis, tam Ordinis præfati Sancti Franciſci, quam alterius cujuscunque Fratribus, ut in virtute ſanctæ obedientiæ a prædicationibus, & inhibitionibus prædictis totaliter impoſterum deſiſtant. In quorum omnium & ſingulorum fidem & teſtimonium præmiſſorum præſentes litteras fieri fecimus, & noſtri Sigilli pontificalis juſſimus appenſione communiri. Datum Budæ in palatio Regio. Weſprimien. dyoces. Anno Incarnationis Dominicæ Milleſimo quadringenteſimo Octuageſimo. Decimo Octavo Kalend. Julii. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Syxti divina providentia Papæ quarti Anno nono.

Aquilanus Epiſcopus.

386. *Prorogatoria.*

Mathias Dei gratia Hungariæ, Bohemiæ Rex, nec non Auſtriæ Dux &c. Fidelibus noſtris univerſis & ſingulis, Prælatis, Baronibus, Comitibus, Caſtellanis, Nobilibus, ipſorumque officialibus. Item Civitatibus, Oppidis & Villis, earundem Rectoribus, ſignanter vero Judici & Juratis Civibus Civitatis noſtræ T. Salutem & gratiam. Quia nos tam ad nonnullorum fidelium noſtrorum humilimæ ſupplicationis inſtantiam, Majeſtati noſtræ propterea porrectæ, tum vero volentes oppreſſioni & calamitati fidelis noſtri Circumſpecti Michaelis T. Inhabitatoris dictæ Civitatis noſtræ T. conſulere, in quam idem ſuperioribus temporibus, per amiſſionem Rerum & Bonorum ſuorum, quæ per quosdam fures & malitioſos homines noctu infracta teſtudine ſive Boltha ſua ſublata fuiſſe dicuntur, incurriſſet. Eidem de noſtræ Regiæ poteſtatis plenitudine id duximus annuend. & gratioſe conceden. ut infra revolutionem unius anni integri a data præſentium inclusive computan. nullus omnino Regnicolarum noſtrorum præfatum Michaelem T. vel ad ipſum pertinentes, ratione quorumcunque debitorum, hactenus quomodocunque & qualitercunque contractorum, vel in cauſam convenire, vel alias quomodo cunque ad ſolutionem eorundem artare ſeu compellere poſſit. Itaque mandamus fidelitati veſtræ harum ſerie firmiter quatinus a modo nullus omnino veſtrum præfatum Michaelem T. ratione quorumcunque debitorum ſuorum, infra

Digitized by Google

infra tempus præmiſſum contra formam dictæ noſtræ gratioſæ annuentiæ & concesſionis artare & compellere, aut eum hoc prætextu in perſona rebusque & bonis ſuis quibusvis impedire turbare, ſeu quovismodo dampnificare præſummat, neque ſit auſus quoquomodo gratiæ noſtræ ſub obtentu. Præſentibus perlectis, Exhibenti reſtitutis. Datum Budæ. Ultima die July. Anno Domini Milleſimo Quadrinnenteſimo Octuageſimo nono. Regnorum noſtrorum Hungariæ &c. Triceſimo Secundo, Bohemiæ vero vigeſimo primo.

387. *Collatio.*

In Nomine Domini Amen. Anno Nativitatis &c. ejusdem Milleſimo Quadringenteſimo Octuageſimo Octavo. Indictione ſexta, die vero ſeptimo menſis Auguſti hora ſextarum, vel quaſi in Conſiſtorio ante Walvas Eccleſiæ Quinque eccleſien. Pontificatus autem Sanctiſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Innocentii Papæ Octavi Anno ejus quarto, in mei Notarii publici ſubſcripti, teſtiumque infraſcriptorum præſentia perſonaliter conſtitutus Honorabilis Vir Michaël Plebanus de Nemethy, coram Venerabili ac Egregio Domino Alberto Artium & DD. Canonicoque & Vicario Eccleſiæ Quinque Eccleſienſis Judice delegato, tenens ſuis in manibus, quandam provocationis & appoſitionis papiri cedulam, petens me Notarium publicum, ut eandem de verbo ad verbum in formam publici inſtrumenti transſummerem. Cujus tenor ſequitur, & eſt talis: Cum appellationis remedium in ſubſidium & relevamen minus juſte & indebite oppreſſorum, & verifimiliter opprimi formidantium ab utroque Jure, & a Sanctis Patribus ſalubriter ſit adinventum, atque introductum, ut per eam quæ per imperitos indocte & absque Juris tramite diſpoſitione cervicioſe, & ſuperſtitioſe calcantur per Juris pontifices paſim legis conditæ ſerie, & ſapientiæ via ſalubri reformentur reſtringenturque & conmeliorentur. Hinc eſt quod coram vobis Domino Alberto DD. Canonico, & in Spiritualibus Vicario Eccleſiæ Quinque Eccles. Cauſarum Auditore generali. Ego Michaël Artium facultat. Baccalarius Plebanus de Nemethy dyoces. Bachien. ſolenniter proteſtan. animo & intentione provocandi & apellandi dico, & gravi propono cum querela. Quod licet vos Domine Vicarie, una cum Honorabili Domino Gregorio DD. Archidiacono Cathedrali Canonico Eccleſiæ Quinque Eccleſiens. præfatæ, Reverendiſſimi in Chriſto Patris & Domini Domini Ladislai Geréb Epiſcopi Eccleſiæ Albenſis Transſylvaniæ Legati Apoſtolici Judices Commiſſarii & delegati, quendam Ladislaum Presbiterum, alias Capellanum meum, ob non obſervationem transactionis, & neglectionem ſolutionis certæ ſummæ flor. in termino per eundem Ladislaum Presbyterum ſub reinciden.

Digitized by Google

exconmunicationis Sententiæ prioris ſolvi mihi promiſſæ ſervatis de Jure ſervandis auctoritate delegationis reintruſum procuraveritis & declaraveritis, ac in partib. denunciari feceritis. Tamen vos Domine vicarie quo ſpiritu ductus neſcitur contra ſacros Canones, viſis quibusdam Litteris Serenisſimi Principis & Domini Domini Mathiæ Regis Hungariæ Bohemiæ &c. qui vobis in hac parte mandare nequiſſet, timore perculſus, me ad hoc non citato, & non conſentiente defacto abſolviſſetis, & abſolvificiſſetis in gravamen meum non modicum & ſalutis animæ veſtræ diſpendium periculoſum. Quare ſentiens me per vos non mediocriter in meis juſtis Juribus pergravari, ideo ab hujusmodi gravaminibus, & aliis ex eisdem colligibilibus ad Superiorem in his ſcriptis provoco & appello, Apoſtolosque mihi ſi quis ſit qui det Reverentiales, vel Saltem a te Notario publico, & perſona Legali Litteras Teſtimoniales dari inſtanter, inſtantius, & inſtantisſime peto. Subiciens me, & omnia bona mea tuitioni, protectioni, & defenſioni ſuperioris, inhibenque vos & alium quempiam ne in contemptum ſuperioris penden. hac mea appellatione ſit quitquam attentan. & innovan. proteſtor de & ſuper expenſis factis, vel fiendis, ſalvo Jure adden. minuen. mutan. corrigen. &c. Poſt quarum quidem appoſitionis cedulæ interpoſitionem præfatus Michael Plebanus petebat a præfato Domino Alberto Vicario, & Judice delegato ipſi appoſitioni deferri; qui reſpondit, quod non vult ei deferre, quia ut dixit in nullo ipſum gravaſſet, ſed metu motus ipſum Ladislaum Presbyterum adverſarium in cauſa præſenti ad mandatum Regium abſolvit, qui metus cadit in conſtantem virum. Super quibus omnibus & ſingulis præfatus Michael Plebanus petiit a me Notario publico ſubſcripto ſibi confici unum publicum inſtrumentum, vel plura. Quod & feci officio mei Notariatus incumben. & communi Juſtitia ſuadente. Acta ſunt hæc & facta. Anno Indictione die, menſe, hora, loco & Pontificatu quibus ſupra, præſentibus ibidem Venerabili & Honorabilibus Dominis Gregorio DD. Archidiacono Cathedrali Georgio Sanctæ Dorotheæ Canonicis Eccleſiæ Quinque eccleſien. Magiſtro Nicolao de Jalſowa beatæ virginis, & Circumſpecto Barnaba Procuratoribus de Civitate Quinque eccles. aliisque quam pluribus teſtibus in teſtimonium veritatis requiſitis.

Et ego T. de T. Natus T. Clericus Quinque eccles. dyoces. Sacra Apoſtolica & Imperiali auctoritate Notarius publicus quia præmiſſis appellationibus cedulæ interpoſitioni, provocationi aliisque omnibus & ſingulis dum ſic &c.

388. Nos Mathias &c. memoriæ commen. tenore præſentium ſignifican. &c. Quod nos inducti meritis & virtutibus fidelium no-

Digitized by Google

frorum discretorum T. & T. Litteratorum filiorum condam T. de T. quibus iidem aput noſtram Majeſtatem conmendantur. Præterea volen. etiam deſiderio, ultimæque teſtamentariæ dispoſitioni Honorabilis condam T. Plebani de T. qui & Teſtamenti ſui, & aliarum rerum ſuarum Majeſtatem noſtram legavit in præmium reſpondere, illam donationem, quam ipſe præfatis T. & T. juxta obitum ſuum de quibusdam Rectoratibus hoſpitalis in ipſo oppido T. & altaris in Eccleſia Parochiali de eadem, quos ipſemet fundaſſe dicitur, feciſſe dinoſcitur. Ratam gratam & acceptam haben. eidem noſtrum regium conſenſum præbuimus, & præbemus benivolum, pariter & aſſenſum. Et nichilominus præmiſſis virtutibus eorundem T. & T. conſideratis, ad hujusmodi Magiſtratum Hoſpitalis præfatum Laurentium, Rectoratum vero Altaris memoratum Petrum Auctoritate Jurispatronatus noſtri Regalis duximus eligend. & innovand. atque illi cujus intereſt pro Canonica inſtitutione & confirmatione præſentandi. Immo eligimus, nominamus, & præſentamus. Harum noſtrarum vigore & teſtimonio litterarum median. Datum &c. Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo Octuageſimo Sexto. Regnorum noſtrorum Hungariæ &c. Anno vigeſimo Nono, Bohemiæ vero Decimo Octavo.

Ad Relationem T.

389. Cogitans, ne Bona ſua ad ingratos tranſeant poſſeſſores, ſi eum inteſtatum mori contingeret; de omnibus Bonis & Rebus ſuis a Deo ſibi datis & collatis, inter certas ſuas ſalubres diſpoſitiones tale teſtamentum &c.

Non obſtan. aliis ſuis diſpoſitionibus teſtamentariis, præſentis aut præteriti Annorum habere voluit præſens teſtamentum inviolatum irreprehenſibiliter atque ratum & firmum obſervar.

390. *Supplicatoria.*

Reverende Domine nobis gratioſe, & metuen. Is Magiſter T. Socius & Concanonicus noſter, quem nobis Reverenda Dominatio veſtra tempore ſuæ promotionis, in Socium & Concanonicum noſtrum, tamquam verum & legitimum fratrem noſtrum, in medium noſtrum ſuscipiendi præſentavit, & prout voluit Dominatio veſtra Reverenda, ea ſolemnitate qua debuit ſuſceptus eſt, & usque ad hæc tempora officio ſui Canonicatus pacifice functus extitit. Nunc autem ignoramus unde dicta veſtra Dominatio mota ipſum Magiſtrum T. in medio noſtri, & in Sacriſtia Eccleſiæ ſuæ, eadem Veſtra Dominatio ut voluit ſuo more, verbis ſuis uſus Canonicatu ſuo privavit, & nobis ſub cenſuris Eccleſiaſticis mandavit, ne ſibi proventus ſuos Canonicales daremus. Nos autem obtemperantes mandatis ejusdem veſtræ Dominationis, hactenus eundem Magiſtrum T. ſi phas eſt tamquam exu-

Digitized by Google

lem, & nullius reputationis habuimus: Et quia humana Natura fragilisima eſt, ob hoc ſi delinquerimus ad miſericordiam Dei nobis ſemper recurrendum eſt, quæ ſedulo ſublevat delinquentes. Immo ſi & in quantum in aliquibus deliquiſſet adverſus inſtitutiones Eccleſiæ Dominationis veſtræ, nobis in omnibus emendaturum ſe retulit. Ideo præfata Veſtra Dominatio Reverenda prius reſpiciat molliſimum ſtatum Eccleſiæ ſuæ, quæ quidem Eccleſia forſan moderno ſtatu Regni requiren. tantis fluctuat adverſis, quantum navis in medio maris. Ex poſt quia benigni Patris eſt, filium ad Jura reverten. amplioribus favoribus & oblectamentis fortend. Quamobrem ſupplicamus Reverendæ Dominationi Veſtræ humiliter & devote quatinus intuitu noſtri amoris, inſuper & felicis ſtatus Eccleſiæ ſuæ, quæ ſolum confiſtit in fratrum Caritate, unioneque huic Magiſtro T. vetuſtiſimo noto ſuo, ſi quid præfatæ Veſtræ Dominationi, vel Eccleſiæ ſuæ deliquit, more piiſimi Patris gratiam & miſericordiam facere dignetur. Speramus confidenter, quod dicta veſtra Dominatio, huic ſingulari optatui noſtro ſatisfaciet. Dat. 1480.

Ejusdem Veſtræ Reverendæ Dominationi Capitulum Eccleſiæ T.

Reverendo viro T. Præpoſito Eccleſiæ T. Prothonotario Apoſtolico, & Perſonali præſentiæ Regiæ Majeſtatis Locumtenenti Domino & Prælato noſtro metuendo.

391. *Missilis.*

Circumſpecti Domini & Amici nobis honorandi. Ad Eccleſiam illam Parochialem in honorem Sancti T. fundatam, nunc de Jure & defacto per ingreſſum Religionis ſui ultimi poſſeſſoris vacantem Honorabilem Dominum T. Presbyterum pro tunc Plebanum in oppido T. aput nos multorum teſtimonio fidedigno, & morum honeſtate, & litteralis ſcientiæ ſufficienti peritia laudatum vobis ſincero commendamus ex affectu, rogan. D. & A. v. quatinus noſtri ob reſpectum Plebaniatum memoratæ Eccleſiæ veſtræ donare eidem & conferre velitis & digneмini. Speramus etenim quia & veſtris, & præfatæ Eccleſiæ veſtræ cunctis obſequiis & famulatibus ſufficientem ſe præbebit & idoneum, tantum & plus amicitiæ a nobis dum optaveritis præſtolaturi. Ex T. &c.

392. Bartholomeus bonarum Artium Magiſter Canonicus, ac in Spiritualibus Vicarius generalis T. Salutem in Domino. Nuper ſuborta differentia ſuper foedere matrimoniali inter providos Michaëlem de T. Actorem ac Nicolaum T. de T. & Dorotheam de Buda Reis, partibus ex altera, coram nobis legitime citatis & pro Tribunali ad redden. Jura una cum Aſſeſſoribus noſtris, Notario & teſtibus eden. duximus ut ordo Juris requirebat proceden. ac proceſſimus.

Digitized by Google

Examinatis itaque partibus & obſervatis omnibus, & ſingulis terminis, ac plene in cauſa inſtructi duximus in eadem cauſa concluden. & concluſimus, partibus patentibus ac conſentientibus, cum renunciatione aliorum hinc inde producendorum. Nos vero volen. partibus prout tenemur juſtitiam miniſtrare duximus cum maturo conſilio & deliberatione Aſſeſſorum noſtrorum Sententiam diffinitivam promulgare, ac promulgavimus & protulimus hujusmodi ſub tenore verborum.

Chriſti Nomine invocato pro Tribunali ſeden. & ſolum Deum præ oculis haben. de conſilio Jurisperitorum, ac Dominorum Aſſeſſorum noſtri Conſiſtorii per hanc noſtram diffinitivam Sententiam, quam ferimus in his ſcriptis, juxta ea, quæ vidimus & cognovimus, pronunciamus, decernimus, & declaramus inter T. de T. & Doretheam de Buda Reis nullum eſſe, nec fuiſſe legitimum matrimonium neque de Jure debere, neque potuiſſe fortiri effectum, ſed ſolo facto contractum, inhiben. eidem T. reo ne ſe de cetero de ea quovismodo impediat dan. ſibi licentiam alteri nuben. dum modo aliud Canonicum non obſiſtat ipſamque Dorotheam de Buda Ream, adjudicamus præfato Michaeli Actori ejus legitimo marito prænominato, atque compellimus, quod eidem Jure & vinculo Matrimonii cohabitet, conmoretur, ac ſe mutua affectione maritali pertractent. Secus non facturi. In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti Amen.

Quapropter omnes & ſingulos hortamur in Domino præſentibus noſtris litteris fidem debitam adhibere, in eventu ſi qualitas cauſæ exigeret hanc noſtram Sententiam Executioni demandari offeren. nos vobis ad paria & majora promerend. In quorum fidem omnium præmiſſorum has tradidimus litteras ſigneto noſtro infra roborat. Datum. &c.

393. *Clausula.*

Unde quia ex ſerie præ exhibitarum litterarum privilegialium antefati olim Domini T. omnes libertates, & prærogativæ exemptiones modo & ordine litteris in eisdem contentæ prædictas utrasque Civitates T. & T. ſimul concernere adinveniebantur. Nichilominus &c.

Cum autem annis ferme duobus

optenta prius ab ipſo Domino T. licentia

Cum autem mora ſæpius periculum trahit pro eo tempus dilationis procidit.

Digitized by Google

394. *Clausula.*

Qui quidem T. ſufficiens habet mandatum ad præſcriptos centum fl. recipien. ac deſuper quittan. aliaque in ea cauſa facien. prout in mandato ejusdem plenius continetur.

In his nobis rem amicabilem oſtend. erga veſtram amicitiam in ſimili & majori promerend.

395. *Clausula.*

Et quia fraus & dolus nemini debet patrocinari &c.

Item tres culcitras.

Octo paria monilium Argenteorum.

Unum Tapetæ

Unum menſale majus & longius, ac tecturas duorum cervicalium

In haripam domo

Si quid reſidui de pretio præſcriptæ domus ſuper erit &c. retris orto Mathei Tot &c.

396. Venerabili Domino Thomæ Præpoſito Eccleſiæ Beati Georgii Martiris de viridi campo Strigonien. nec non Illuſtriſſimi Principis & Reverendiſſimi in Chriſto Patris & Domini Domini Johannis de Aragonia Miſeratione divina, ſaroſanctæ Romanæ Tituli Sanctæ Sabinæ Presbyteri Cardinalis Strigionien. Vicario in ſpiritualibus & cauſarum Auditori generali &c.

397. Circumſpecti Amici Dilecti ſicuti alias A. V. nobis per viam appellationis Juridice Inquiſitionales litteras in cauſa inter providos T. & T. verten. transmiſerant, quibus & nos litteris noſtris duxeramus reſponden. tempore vero medio & lite penden. nonnullæ altercationes & propoſitiones coram nobis iterato movebantur, quas ſimili modo vobis notificavimus, ubi de ſuper certa teſtimonia per quatuor Judices & Examinatores electos, recepta conſpeximus. Ne igitur vobis ac alicui plurimarum expenſarum largitiones ac fatigæ exinde ſequantur, ruminata eadem quippe cauſa cum ſibi annexis teſtimoniis per nos effective animoque deliberato præconcepta, & intellecta decrevimus, quod ex quo teſtes ambarum partium ſuper facto Sententiæ noſtræ, alias vobis litteris noſtris transmiſſæ ſuper diviſione ut afferebatur, ac aliis fatemur inter partes vos examinaſſe velle teſtimonia ſimpliciter nullus tamen teſtium mentionem facit ſpecialem de Littera, quam ipſe T. Actor propria manu ſcripſiſſe dicitur, quam ſcilicet T. Attactus producere deberet. Ipſeque Actor Juratis Civibus Veſtris ad eum miſſis in hoſpitium etiam ſimplex re-

Digitized by Google

ſponſum dedit, velle conſultare Dominos ſuos de T. per hoc intelligitur manifeſte tam per vos, quam per ipſum Actorem negligentiam factam fore. Igitur animo deliberato decrevimus Sententiam eandem alias vobis per nos oblatam in vigore ſtare, & permanere, eandemque exequi. Ita videlicet quod ipſe attractus ſimul & ſemel poſt præſentationem præſentium in primo veſtro termino Juridico comprobet & teſtificet, quod ipſe Actor, hujusmodi verba retulit, & dixit, & litteram de qua agitur ſcripſerit, quæ littera non poteſt diſcerni, niſi coram vobis præſentetur ſponte, & ſi idem Attractus tam de verborum prolatione quam etiam de ſcriptura litteræ falſæ teſtimonio ſe expurgabit, quittus permaneat, ſin autem non poterit verba, & litteram falſam ſic per Actorem ut dicitur fuiſſe ſcriptam conprobare tunc ante fores prætorii veſtri ſtare debeat, ter os ſuum percutiendo, & revocando ſe mentitum fuiſſe, quid in ſupra ſcriptis contra Actorem excitaverit, quo facto abſolutus ſit. Si vero id facere recuſaverit tunc Actori in Marcis viginti, & Sedi ſimiliter in totidem juridice convictus exiſtat. Item ſi idem Attractus probaverit de verborum prolatione, & tamen litteram falſe ut dicitur fuiſſe ſcriptam per Actorem non probaverit, tunc idem Attractus convictus eſt in gravaminibus præſcriptis. Quare A. V. præſentibus non obſtan. præmiſſa adjudicatione veſtra hortamur. Immo verius eisdem conmittimus, quatinus ad executionem dictæ Sententiæ absque craſſinatione ulteriori procedatis, ſi impoſterum ſub lege & libertate Civitatis noſtræ conſervari prætenditis. Datum &c. Judex & Jurati Cives T. &c.

398. Afferen. ſe in medium Jobagionum Regiæ Majeſtatis transtuliſſe vosque non habere poteſtatem ullam eum judican.

Lite penden. ſe in dominium allud transtuliſſe.

Rogamus itaque ut hujusmodi cautelas finiſtras, occaſionesque non licitas, nec Juri conſonas adinvenire velitis minime.

Volumus itaque ut veſtræ Amicitiæ ita agant quod honoris eſt.

Sententiamque ab ipſis nobis transmiſſam & adjudicatam Executioni dare non vellent.

Sententiam per nos latam ſine omni contradictione partis adverſæ Executioni demandent.

Ad audien. hujusmodi Sententiæ Executionem.

399. Nos Beatrix Dei gratia Regina Hungariæ Bohemiæ &c. Egregiis fidelibus noſtris Judici & Juratis Civibus in Oppido noſtro &c. Salutem. Exponi fecit nobis fidelis noſter T. de T. quod retro actis diebus cum quodam T. in dicto oppido T. conmoran. ratione cujusdam ut dicitur falſæ litteræ certas cauſas exequi habuiſſet eun-

Digitized by Google

demque T. rationibus prævíis idem ſupplicans in præſentia cujusdam Pauli Litterati Judicis tunc de T. attraxiſſet in cauſam, cauſaque in eadem Juris ordine proceſſiſſet, tunc idem Paulus vigore cujusdam litteræ libertatis ejusdem Oppidi vel potius favore ipſius T. allectus cauſam eandem ſimul cum tota ſerie minus juſte, & præter omnem viam Juris ab eodem Supplicante evertiſſet & perdidiſſet plurimaque dampna & obprobria, expenſas & fatigas maximas eidem T. Actori intuliſſet, & irrogaſſet. Ideo ſupplicavit humiliter, quatinus dignaremur mandare vobis, ut cauſam quam habuerunt ipſe Supplican. & Paulus Litteratus vel alii quicunque cum ipſo Supplicante ſuper præmiſſis dictam Cauſam tangentibus, vos rurſus adjudicare, & diſcutere debeatis. Nos igitur dicti O. petitionibus inclinatæ, utpote quæ non abhorrere ab æquitate & juſtitia videretur tenore præſentium vobis committimus & mandamus, quatinus conſcito vobis ſic eſſe ut ſupplicatur, ſcilicet ſi cauſam prædictam minus juſte & præter Juris ordinem dictus Paulus ab eodem Supplicante everterit, ipſam prædictam cauſam revideatis, adjudicetis, & decidatis ſecundum recte ac Jura vos fieri debere cognoſcetis. Ita ut partibus juſtitiam miniſtrantes nulla ipſarum merito ac Jure de Judicio veſtro conqueri poſſit, & id ipſum quam expeditius, & ſine dilationibus. Nec contrarium faciatis, ſi gratiam noſtram caram habetis. Præſentibus poſt opportunam inſpectionem ipſarum præſentanti reſtitutis. Datum in Caſtro noſtro T. &c. XXV. Aprilis Milleſimo CCCCLXXXIII.

400. *Super dispositione Pesthien. cum Nautis.*

Nos Capitulum &c. Memoriæ &c. Jurati Cives Civitatis T. in ipſorum ac ceterorum Civium, & totius communitatis ejusdem Civitatis T. ab una, parte vero ex altera Petrus Magiſter, nec non Laurentius & Jacobus Seniores & principales Nautarum minorum Navium portus ipſius Civitatis T. modo ſimili in ipſorum ac eorundem univerſorum nautarum nominibus & in perſonis coram nobis perſonaliter conſtituti propoſuerunt, & ſponte confeſſi ſunt in hunc modum. Quod quamvis inter præfatos Judicem, Juratos ceterosque Cives & totam Communitatem dictæ Civitatis T. ex una, ac ipſos Nautas ex altera partibus ratione & prætextu propinationis & ducillationis vinorum quorumcunque generum per ipſos Nautas factæ lites & differentiæ motæ fuerint & exortæ. Tamen nunc ipſi communi conſilio maturoque tractatu inter ſe præhabito, ut ipſi & eorundem Succeſſores perpetuæ pacis pulcritudine valeant gratulari, ſopitis & condeſcenſis dictis eorum litibus & differentiis inter ſe hanc perpetuo duraturam feciſſent diſpotionem. Primo videlicet ut iidem Nautæ temporibus perpetuis de ſingulis trecentis cubulis vinorum Forenſium, ſeu ab exteris undecunque conductorum tempore depoſitionis hujusmodi

modi vinorum in medium communitatis prædictæ Civitatis pro redditu ipſius Civitatis Sanczthewr dicto ſingulum unum flor. auri dare & ſolvere teneantur, demptis vinis in propriis vineis eorundem procreatis, quæ iidem Nautæ per ſingulas eorundem domos absque ſolutione dicti redditus ſcilicet Sanczthewr ſemper venditioni exponere poſſint. Ubi iidem vero Nautæ vel alter eorum, hujusmodi redditum ſolvere nollent, ac vina ſua forenſia absque ſolutione hujusmodi redditus deponerent; ex tunc Judex ipſius Civitatis pro tempore conſtitutus cum Juratis Civibus de conſenſu Magiſtri, & Juratorum ipſorum Nautarum talia vina, forenſia ſcilicet, absque ſolutione hujusmodi redditus depoſita, pro ipſa Civitate occupare, & aufferre valeat, atque poſſit. In caſu autem, quo præfati Judex, & Jurati Cives ipſos Nautas aliquo temporis in proceſſu in ſolutione dicti redditus ultra præmiſſa aſtringere & coartare vellent, ex tunc lites & cauſæ eorundem Nautarum non obſtante præſenti eorundem ordinatione in priſtino ſtatu permaneant eo facto ordinaverunt quid ipſi Nautæ in domo Confraternitatis eorum vulgo Czéhház appellata, quæcunque genera vinorum forenſium ſcilicet & extraneorum in pecunia duntaxat communitatis eorundem empta & conducta ad uſum communitatis eorundem ſemper & in ævum, absque qualibet ſolutione ipſius redditus ſcilicet Sanczthewr per ducillum venditioni exponere liberam habeant poteſtatis facultatem. Ad quæ præmiſſa, & præmiſſorum ſingula inviolabiliter obſervanda partes præſcriptæ ſe & eorundem Succeſſores ſponte obligarunt coram nobis. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam præſentes litteras noſtras privilegiales pendenti Sigillo noſtro conſignatas ad faſionem partium præſcriptarum duximus concedend. 14LXVI.

401. *Statutoria*

Capitulum Eccleſiæ Budenſis Omnibus Chriſti fidelibus præſentibus pariter & futuris præſentium notitiam habituris Salutem in Salutis Largitore. Ad univerſorum notitiam harum ſerie volumus pervenire Quod nos litteras Sereniſſimi Principis Domini Mathiæ Dei gratia Regis Hungariæ Bohemiæ &c. Domini noſtri gratioſi Introductor. & ſtatutorias nobis directas, reverentia qua decuit recepiſſe in hæc verba: Mathias &c.

Nos itaque mandatis præfati Domini noſtri Regis in omnibus obedien uti tenemur, una cum prænominato T. de T. homine ejusdem, noſtrum hominem videlicet discretum T. Rectorem Altaris beatorum Simonis & Judæ Apoſtolorum in dicta Eccleſia noſtra fundati ad præmiſſam Introductionem faciendam noſtro pro teſtimonio fide dignum duximus deſtinan. Tandem iidem exinde ad nos reverſi,

Digitized by Google

nobis conformiter retulerunt. Quod ipſi feria quarta proxima, poſt feſtum diviſionis Apoſtolorum proxime præteritum, ad facies dictæ poſſeſſionis T. vocatæ, totaliumque portionum poſſeſſionariarum præfatorum T. & T. in eadem habitarum acceden. vicinis & commetaneis earundem univerſis inibi legitime convocatis; & præſertim Caſtellani Caſtri de Cherep, in præſentia Magnifici Ladislai filii condam T. de T. Nicolao & Johanne de T. præterea Laurentio & Stephano parvo Juratis & officialibus Religioſorum Fratrum Carthuſien. in Clauſtro beatæ Mariæ Virginis ſuper Thárkán fundato degen. in poſſeſſionibus ipſorum Nozway conmoran. & conſtitutis in perſonis eorundem præſentibus acceden. præfatos Præpoſitum & Capitulum in dominium earundem introduxiſſent, easdemque eisdem ſimul cum cunctis earundem utilitatibus & pertinentiis quibuslibet, ad easdem de Jure ſpectantibus, & pertine debentibus præmiſſo Jure ipſis incumben. perpetuo poſſiden. nullo Contradictore apparen. ſtatuiſſent, diebus legitimis & horis in facie ejusdem permanen. In cujus rei memoriam, perpetuamque firmitatem præſentes litteras noſtras privilegiales, pendenti Sigillo noſtro conſignatas, Alphabetoque interciſas, ad Faſſionem dictorum Domini noſtri Regis, & noſtri hominum duximus conceden. Datum Sexto decimo die diei Introductionis & Statutionis prænotatarum. Anno Domini ſupra dicto. Præſentibus ibidem Honorabilibus Dominis Laurentio Cantore, Paulo Cuſtode, nec non Magiſtris Petro, Nicolao, Benedicto, Matheo, ceterisque Canonicis Fratribus noſtris in Dei Eccleſia jugiter Regi famulantibus ſempiterno.

403. *Relatoria.*

Reverendiſſimo in Chriſto Patri Domino Angelo Dei gratia Epiſcopo Ortan. Apoſtolicæ Sedis cum plena poteſtate Legati de latere Legato Domini michi præcolen. Veſtræ Dominationis Capellanus T. de T. in T. conmoran. Orationum in Domino devotarum ſuffragia veſtra Reverendiſſima noverit Dominatio, me Litteras veſtras Citatorias, una cum Certificatoriis pro parte T. de T. contra providum T. de T. præceptorie loquentes, honore quo decuit recepiſſe, Viſisque iisdem litteris perſonaliter acceſſi ad domum prædicti T. ipſumque ad inſtantiam præfati T. ad diem Lunæ, undecimam Menſis May ad continuan. cauſam cum eodem in veſtræ Reverendiſſimæ Dominationis peremptor. citavi præſentiam, vel dicen. & allegan. cauſam rationabilem cur id fieri non debeat, alioquin prænotata Veſtra Dominatio Reverendiſſima prædicto inſtanti termino ad partis coram vobis conparen. inſtantiam in Cauſa hujusmodi prout Juris fuerit ad præmiſſa omnia procedet, ac procedi mandabit. Datum &c. die Executionis meae Anno &c.

Digitized by Google

403. *Procuratoria ad permutan. beneficium Ecclesiasticum.*

In Nomine Domini Amen. &c. In noſtri Notarii publici, teſtiumque infraſcriptorum &c. perſonaliter conſtitutus Nobilis Magiſter T. de T. Cantor & Canonicus Eccleſiæ T. omnibus melioribus modo via Jure forma & cauſa quibus melius, ac efficacius fieri potuit, & debuit in omnibus cauſis ſuis & earum articulis, & ſignanter ad permutan. & acceptan. pro eo & ejus nomine beneficia Eccleſiaſtica omnia, quæ nunc præfatus Dominus conſtituens habet in Eccleſia Nitrienſi, ad Eccleſiam Budenſem ac alias Eccleſias, & ipſos Procuratores ſuos ſe in dominium eorundem beneciorum permutatione intromitti, & præfertim ad acceptan. & occupan. Canonicatum cum Præbenda in dicta Eccleſia Budenſi permutatione habita. Juramentum in perſona præfati Domini conſtituentis de Statutis & Conſuetudinibus ac fidelitate Capitulo obſervan. præſtan. & ſe in dominium ejusdem introduci, Stallum ſibi in choro, & vocem in Capitulo peten. fructus quoque & proventus, Jura obventiones & emolumenta hujusmodi Canonicatus & Præbendæ levan. a quibuscunque deben. peten. exigen. & recipien. arendan. locan. & diſlocan. ac de receptis quittan. & pactum de ſolutis ulterius non peten. facien. Et generaliter omnia alia & ſingula facien. geren. exercen. procuran. quæ in præmiſſis & circa ea neceſſaria fuerint quomodolibet ſeu opportunum. Et quod ipſemet Dominus Conſtituens faceret, ſeu facere poſſet, ſi in præmiſſis perſonaliter intereſſet, etiam ſi talia forent, quæ mandatum exigerent ſpeciale, quam præſentibus eſt expreſſum, tam per ipſum contra alios, quam per alios quosplam in quibuslibet terminis coram quovis Judice motis vel movendis. Honorabiles &c. Abſen. tamquam præſentes, & quemlibet eorum in ſolidum fecit, conſtituit, & ordinavit ſuos veros legitimos procuratores, actorum, factorum, & negotiorum ſuorum geſtorum, unum vel plures procuratorem, ſeu Procuratores loco eorundem ſubſtituen. eosdem revocan. & omnes hujusmodi procurationes in ſe reaſſummen. toties quotiens &c.

404. *Dimissoria.*

Bartholomeus Decretorum Doctor, Cuſtos & Canonicus Eccleſiæ Agrien. Reverendiſſimique in Chriſto Patris & Domini Domini Gabrielis Miſeratione divina Tituli Sanctorum Serg & Bachi Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyteri Cardinalis Agrien. prædictæ Vicarius in Spiritualibus, & Causarum Auditor generalis. Nobis in Chriſto dilecto diſcreto Lucæ Clerico, Natò Clement. Karazeghazy dicto in poſſeſſione T. vocata Acolito Agrienſi dyoceſ. Salutem in Domino ſempiternam. Supplicationibus tuis humilimis per te nobis propterea

porrectis favorabiliter inclinati tenore præsentium auctoritate ordinaria, qua dicto Domino Gabrieli Agrien. extra dictam Dyoces. Agrien. in remotis partibus constituto fungimur, tibi gratiose concedimus, & indulgemus ut a quocunque malueris Antistite Katholico gratiam & communionem Sedis Apostolicæ suique ordinis executionem haben. ad omnes sacros clericorum ordines usque ad gradum Presbyteratus inclusive, si ad eos sufficiens & idoneus repertus fueris, & aliquod, tibi Canonicum non obsistat impedimentum, super quibus tuam & ordinatoris tui conscientias oneramus temporibus a Jure constitutis gradatim & successive de licentia & auctoritate nostris promoveri & ordinari valeas, atque possis, ordinatori tuo gratiam & licentiam similiter vigore præsentium ad præmissa impercien. atque tribuen. Datum T. VI. die mensis.

405. *Appellatio.*

Cum Appellationis remedium, a Sanctis Patribus, & ab utroque Jure sit fuerit, & exsistat in subsidium ac relevamen minusjuste ac indebite oppressorum & gravatorum seu se verisimiliter opprimi, & gravari formidantium salubriter adinventum, ut ejus præsidio *injuste* gravati teneantur, oppressique subleventur. Hinc est quod ego pauperula Domina T. relicta condam T. de T. coram vobis circumspectis Judice & Juratis Civibus Civitatis T. teque Notario publico, testibusque hic præsentibus & astan. animo & intentione provocandi & appellandi dico protestor, & gravi cum querela propono. Quodlicet pridem videlicet feria sexta proxima ante festum Nativitatis beatæ Mariæ Virginis proxime præteritum præfati Judex & Jurati Cives, in quadam causa, quæ inter me præfatam Dominam T. ut Actricem & principalem ab una, & quandam aliam Dominam T. Relictam condam Pauli T. de prædicta T. vel uti in Causam attractam partibus ex altera, ratione & prætextu captivationis, ac in atrocissima Captivitate detentionis meæ Actricis domus ac rerum & bonorum meorum ad non parvam summam se extenden. ablation. ac nonnullorum aliodampnorum & injuriarum, earumque occasione prius coram venerabili T. Decretorum Doctore Auditore Causarum Reverendi Domini Ladislai Gereb Episcopi Transylvanien. ac superiori Anno officio Legationis fungen. generali mota In qua quidem causa idem Auditor citra conclusionem causæ processerat, ac tandem eadem causa ad petitionem, prædictorum Judicis & Juratorum Civium in præsentiam eorundem ad deciden. remissa, & transmissa exstiterat, & per eosdem Judicem ac Juratos termino in prædicto discussa, ipsique Judex cum Juratis minime adverten. Jura mea quandam contra me pauperculam Dominam T. & pro adversa parte tulerunt Sententiam diffinitivam per quam ipsam Dominam Margaretham ab impetitione mea absol-

Digitized by Google

verunt, in quibus me nimium gravavi. Unde ego paupercula Domina sentiens me ex præmissis nimium gravatam, ac in futurum plus posse gravari, ab hujusmodi vestris sententia & processibus, ad Reverendissimum Dominum Angelum Legatum Apostolicum & ejus audien. unde prius causa exierat, rursus & iterum provoco & appello, Apostolosque primo ac secundo & tertio a vobis prædictis Dominis Judice & Juratis, si eos mihi dare vultis, vel saltem a te Notario publico Litteras Testimoniales mihi dari peto, subjicens me & omnia bona mea mobilia & immobilia tuitioni & defensioni præfati Domini Legati & Sanctæ Sedis Apostolicæ ac Audien. ejusdem Et protestor ac inhibeo vos, quod hac mea appellatione penden. nil lit per quempiam vestrum innovand. & attemptan. Quam quidem Appellationem prosequi volo infra terminum Juris, eandemque vobis, ac parti adversæ hic insinuo, & pro insinuatis habere volo. Salvo Jure adden. &c. & aliam sive alias appositionem, & appositiones de novo offeren.

406. *Annuentia Absolutionis.*

Christanus Artium & Decretorum Doctor Canonicus Ecclesiæ Albensis Transilvan. Reverendissimique in Christo Patris & Domini Domini Ladislai Geréb, Episcopi ejusdem Ecclesiæ, ac in Regnis Hungariæ & Bohemiæ, omnibusque aliis terris & locis temporali dominio Serenissimi Principis & Domini Domini Mathiæ Dei gratia prædictorum Regnorum Regis &c. Subjectis, Apostolicæ Sedis cum plenitudine potestatis Legatis de Latere Legati Commissarius Supremus. Causarumque Auditor generalis. Cum ætas omnis ab adolescentia prona semper sit ad malum & fomes peccati, qui ex primis Parentibus in nos transfluxit, semper in pejora trahat, nituntur omnes magis in vetita, & negata, quam concessa sancta autem mater Ecclesia ad pœnitentiam recurrendi aditum annuere semper consueverit. Supplicationibus igitur circumspectorum Gregorii Poor de Bathor Emerici & Martini similiter Poor, de Napkor, ac Michaëlis Ramocha de Ramochaháza misericorditer inclinati. Auctoritate Legationis Apostolicæ qua fungimur, omnibus præfatis & eorum cuilibet in solidum concedimus ut hinc a die videlicet datarum præsentium, usque ad integrum annum inclusive eligere possint ipsis Confessorem idoneum potestatem clavium habenten secularem aut regularem, quem maluerint, qui eos, & eorum quamlibet ab omnibus peccatis de quibus corde contriti, & ore confessi fuerint vere penitentium norma servata totiens, quotiens fuerit opportunum absolvere valeat, atque possit, nisi fortasse essent talia propter quæ Sedes Apostolica foret merito consulenda. Harum Litterarum nostrarum testimonio & vigore median. Datum Budæ feria tertia ante festum Kathedræ Sancti Petri, Anno Domini Millesimo, Quadringentesimo Octuagesimo sexto.

Digitized by Google

407. *Clauſula.*

Diſponente Deo ab hac vita emigrarunt &c. & heredes ſuos univerſos redigi & condeſcendi &c.

Ubi vero divino placuerit Judicio &c.

Per hos quorum redemptioni magis conpetit redimentur. &c. Condeſcendi & redundari &c.

Ob amborum utputa dicti T. & T. grata obſequiorum merita largisſime honorificeque meritata fuiſſet & dotata &c.

Juxta exigentiam ſui honoris ritu Sanctæ Romanæ matris Eccleſiæ &c. ipſa duntaxat vivente &c. dediſſet.

408. *Quando paria quis petit.*

Nos &c. Damus pro memoria. Quod cum in Cauſa inter T. ex una ac T. & T. ab altera partibus feria quarta proxima ante feſtum beati T. coram nobis exorta. Quæ quidem Litteræ T. confectæ per T. legitimum Procuratorem dicti T. in Judicio fuiſſent exhibitæ, mox T. de T. Procurator eorundem T. ac T. legitimus in perſonis eorundem noſtram exurgens in præſentiam paria hujusmodi litterarum T. per nos eisdem dari poſtulavit Juris eorum ad Cautelam. Quarum tenor talis eſt: Nos &c. Unde nos petitionibus dicti Procuratoris exauditis, tenores hujusmodi litterarum noſtrarum de verbo ad verbum ſine augmento, & diminutione aliquali præſentibus litteris noſtris patentibus inſeri facien. eisdem T. ac T. duximus conceden. communi juſtitia obſervata. Datum &c.

409. *Clauſula.*

Atque præfatum T. Caſtellanum, ut ab eo alias Res ſive pro pignore ad tempus, ſine debita æſtimatione in perpetuum recipere deberet petierit & per alios honeſtos requiri fecerit.

Unde nos auditis hujusmodi partium propoſitionibus allegationibusque & reſponſionibus modo quo ſupra fact. &c. approbarat &c.

Cum limitatione, ſeu regulatione &c.

juxta ipſorum voluntatem, libitum &c.

prohibere & compeſcere debeatis &c.

Ne ipſi aut quispiam ex eis hujusmodi mandatorum noſtrorum ignorantiam poſit aut valeat quovismodo impoſterum allegare. &c.

pro reformatione muri valeat applicari &c.

Immo meræ & ſinceræ veritatis integraliter præpon.le & omni ſuſpitionis vitio caren. &c.

Digitized by Google

Nos vero compatien. viduitati ejusdem Dominæ T. & conſideran. fragilitatem & imbecillitatem ſui fæminei ſexus,

extunc voluntati noſtræ non reluctantes

te tempore ſuo gratia noſtra Regia proſequi volumus.

ad hoc te honorifice præpares. Meminiſſe potes.

gravioribus etiam quam antea injuriis, & turbationibus laceſſere non deſinunt &c.

Vos nullo pacto voluimus aliqua ſolutione impedire, & neque nunc impediremus, niſi gravior ad hoc faciendum nos cogeret & compelleret neceſsitas &c.

atque id quod ſuper vos dicatum fuerit ipſe T. vos, & quemlibet &c.

exigi & extorqui faceret. &c.

410. Salutem plurimam cum honore famoſi & ceteræ allatæ ſunt nobis litteræ veſtrarum Dominationum, ex quibus intelleximus quomodo quidem Petrus Sculptor imaginum hunc Laurentium in medio Magiſtrorum Pictorum veſtrorum conmoran. verbis dehoneſtatoriis diffamaſſet, incuſan. eidem artificio prædicto minime ſatisfeciſſe, nec non Magiſtro Johanne concive noſtro aliqua attinen. prædictæ artis minus juſte abſtuliſſe atque ſuraſſe. Idem vero Laurentius præſentium demonſtrator de hujusmodi crimine ſe expurgare volens, ipſum Magiſtrum Johannem in præſentiam noſtri evocari fecerat tandem prædictus Magiſter Johannes jam fatum Laurentium coram nobis liberum & honeſtum in omnibus pronunciavit, nil de eodem aliud niſi omne bonum & quod honorificum eſt atteſtatur. Datum &c.

411. Magnifico Viro Domino Johanni de Perén Thavernicorum Regalium Magiſtro, Domino ipſorum tanquam gratioſo. Judex Juratique Cives Civitatis Peſthienſis parati ad mandata debitam ſubjectionem ſincero cum honore Magnifice Vir, Domine noſter tanquam gratioſe. In Cauſa inter nos ab una & Magiſtros Carnifices Theutonicos noſtræ Civitatis occaſione extorſionis & receptionis Cenſus Regii ordinarii in præſentia ipſius veſtræ Magnificentiæ jam verten. Jura noſtra exinde hodie produci debere conſpectui veſtræ Magnificentiæ ut percepimus relatibus Civium noſtrorum noviſime ea ratione in Sedem ipſius veſtræ Magnificentiæ transmiſſorum. Unde veſtra noverit Magnificentia quædam ſtabilita & ſtatuta per univerſitatem noſtræ Civitatis Hungarorum ſcilicet & Theutunicorum vigore Decreti Sereniſſimi, & Invictiſſimi Domini Sigismundi Imperatoris, Domini noſtri gratioſiſſimi facta præſentibus ex libro noſtræ Civitatis ſuo modo re-

Digitized by Google

ſcripta ipſi Veſtræ Magnificentiæ jam duximus transmitten. cujus proceſſus & ſeries ſunt hi. Item nota totum conſilium pro diſpoſitione bona & augmento Civitatis ſimul congregatum, unanimi ac pari voluntate taliter concluſit. Quod quodlibet macellum carnificum in medio Civitatis ſituatum ad inſtar aliarum domorum lignearum, annis ſingulis ad collectam ſeu Taxam Civitatis, beati Georgii Martyris, Domino Regi ſolven. flor. auri duos irremisſibiliter dare & ſolvere debeat, & teneatur. Hæc ſcripta ſunt Cognitioni veſtræ Magnificentiæ in feſto &c. Verum quia nos ex ſuper habundantiori & evidentiori rei geſtæ documento certo certius ſcrutari experiri ſuper præmisſis cupien. partibus denique ambabus prædictis noſtram retracto regreſſis in præſentiam, ad ipſarumque ambarum partium audientiam & præſentiam prænominatos Juratos & Coaſſeſſores & legis peritos dictarum liberarum Civitatum in dicta ſede noſtra Judiciaria nobiſcum judican. qualis ipſis in hac parte conſtaret & innoteſceret certitudo veritatis, faterentur iidem ad fidem eorum Deo debitam fidelitatemque dicto Domino noſtro Regi obſervan. unanimi & concordi teſtificatione taliter affirmarunt per prætitulata nova & abuſiva & ſine ratione per prælibatum Conſilium & Communitatem dictæ Civitatis Peſthienſis contra præfatos Carnifices & libertates eorundem noviter temporibus ſcilicet diſturbiorum præteritis introducta & continuata conſuetudo nullibi in aliis Civitatibus liberis, videlicet & conditionariis ad ſcitum eorum & memoriam hominum ullo unquam tempore fuiſſet, ſed nec ad præſens eſſet, neque haberetur, & quia dicta communitas, ſeu Conſilium prætitulatæ Civitatis Peſthienſis in contrarium dictorum Carnificum Jurium & Civitatum liberarum libertatum hujusmodi novam & abuſivam conſuetudinem contra Jura Civitatis introducere, eandemque continuare, rationeque prævia præfatos Carnifices impedire, & dampnificare nequaquam & nullatenus de Jure, & antiqua conſuetudine requiren. facere debuiſſent, voluiſſent, & potuiſſent. Idcirco nos his auditis, & perceptis ſicuti & quemadmodum perprius, ita & nunc præſcriptam novam abuſivam conſuetudinem facto in præmiſſo noviter & non a diuturnis temporibus præfatorum ſcilicet condam Dominorum Sigismundi & Alberti Regum, ſed diſturbiorum prædictis uti ex præhibitarum Judicis & Juratorum civium prædictorum Civitatis Peſthienſis litterarum continen. ac dictorum Coaſſeſſorum noſtrorum aſſettionibus limpidius videri agnoſcitur prorſus & per omnia denuo, & ex novo caſſan. & annilan. ac ipſam a modo deinceps & in ſempiternum deponi aboliri ſopirique & condeſcendi ipſisque Judici & Juratis, ac toti Communitati dictæ Civitatis Peſthienſis, ipſorumque ſuperſtitibus & Succeſſoribus univerſis de Continuatione ejusdem per amplius ſilentium perpetuum imponi, dampnaque, & nocumenta per ipſos, ipſis Carnificibus hucusque ratione prævia

Digitized by Google

prævia quomodolibet illata, & irrogata recuperari & refundi & ad ſatisfactionis complementum facien. compelli & aſtringi debere decernen. concluden. & committen. eosdemque Carnifices, & eorum quemlibet ac ſucceſſores univerſos in verificationem dictæ eorum antiquæ libertatis prærogativam more, & adinſtar quorumlibet aliorum Carnificum absque aliquali conditionali nata fruentium & congaudentium in ipſa eorum mera pura & ſincera libertatis prærogativa & indelibili antiqua conſuetudine relinquimus, & commiſimus jugiter & in ævum uti frui, potiri, gratulari, & gaudere, contradictione præfatorum Judicis Juratorum totius Communitatis Incolarum dictæ Civitatis Peſthien. & aliorum quorumlibet non obſtante, Authoritate noſtra Judiciaria median. in cujus rei memoriam &c.

412. *Fortuna ſibi arridente.*

Quod cum nos feria T. poſt Feſtum T. pro redden. unicuique juſtitia coram nobis querulan. pro tribunali conſediſſemus, tum circumſpectus Benedictus T. formam Juris tenen. contra providum T. Juri detentum actionem ſuam intentan. faciebat ſub hac forma verborum. Quomodo &c. Ideo pro parte prænominati T. in præmiſſis per nos Judicium & juſtitiam impertiri poſtulabat. Quo audito &c.

Procurator & nominibus Procuratoriis T. modum & formam legitimæ citationis obſervan. contra & adverſus T. propoſitionem ſuam intentan. fecit ſub hac verborum forma.

Teſtamentum ſeu ſuam ultimam condens voluntatem &c.

Dum vixit in humanis juſtis laboribus & ſervitiis ſuis adquiſivit, & habuit ſubſtantiam competentem & inter alia —

413. Tandem die ſecundo immediate ſequen. præfatus T. in ſua ceterorumque fratrum ſuorum perſonis in mei Notarii publici regreſſus præſentia hujusmodi diſpoſitioni ſeu faſſioni contradicebat & contradixit pro eo, quod licet hujusmodi diſpoſitio inter eosdem modo quo ſupra facta exſtiterit, Tamen quia idem Magiſter T. neſcitur quibus reſpectibus ipſam diſpoſitionem adimplere minime voluiſſet reſutan. ideo & ipſi præfatæ diſpoſitioni ſeu Faſſioni cedere nolunt &c.

Tandemque ſecunda die immediate ſequen. hujusmodi diſpoſitioni & faſſioni ac litterarum emanationi idem T. tam coram Honorabili Capitulo, quam coram me Notario publico contradicebat, & contradixit ac inhibuit &c.

Famulatus noſtri promptitudinem cum fidelitate.

Digitized by Google

414. *Clauſula.*

Ex quo igitur faſſio proprii oris in aliqua cauſa non egeat teſtibus &c. ſed retorſiſſet, & ſubmiſiſſet ad fidem ipſius T. &c.

Quid videlicet & qualis eis certitudo veritatis de toto negotio partium conſtaret &c.

Et per hoc tam propriam ſuam perſonam, quam totam genelogiam ipſius diffaman. interimiſſet &c.

ſuper quibus tantummodo conſcientiam ipſius T. oneraſſet &c.

puta ſingulum unum flor. auri Juramento unius hominis auferre poſſit &c.

Circumſpectis Judici & Juratis Civibus de vico Wadkerth Civitatis Waradienſis.

415. *Cum Juſti.*

Sigismundus Dei gratia Rex Hungariæ Dalmatiæ Croatiæ &c. Marchioque Brandend. &c. Sacri Romani Imperii Vicarius Generalis, & Regni Bohemiæ Gubernator Fidelibus ſuis univerſis Prælatis Baronibus Comitibus Caſtellanis Nobilibus Officialibus. Item Civitatibus & liberis villis ipſorumque Rectoribus Judicibus & villicis quibus præſentes oſtenduntur, ſalutem & gratiam. Cum juſtum appareat & ratio exigat æquitatis, ut juſti pro injuſtis, ſeu innoxii pro reorum exceſſibus puniri non debeant, fidelitati igitur veſtræ, & cuilibet veſtrum firmiſimis damus Regiis in mandatis, omnino volen. quatinus dum & quando Cives ſeu Mercatores & Hoſpites noſtri de Civitate noſtra Lublaw vocata præſentium videlicet oſtenſor. cum rebus & bonis mercimonialibus ſuis in acquiſitionem victuum, & aliorum ſuorum neceſſariorum, vel familiarium eorundem, ad veſtras tenutas honores, & diſtrictus, aut veſtri in medium pervenerint eosdem nec in perſona judicare, nec non in rebus ipſorum mercimonialibus, & aliis quibusvis areſtare ſeu prohibere facere nullatenus præſumatis, & ſignanter pro debitis delictis & offenſis aliorum. Si qui enim ex vobis quidquam Actionis vel quæſtionis contra annotatos Cives, hoſpites, ſeu Mercatores noſtros habent, vel habere prætendunt, id in præſentia Judicis & Juratorum Civium dictæ noſtræ Civitatis Lublaw legitime proſequantur, ex parte quorum idem Judex & Jurati Cives meri Juris & Juſtitiæ exhibebunt indilate complementum omni querulanti dictante Juris æquitate. Aliud in præmiſſis ſub obtentu noſtræ gratiæ facere non auſuri. Præſentes etiam perlectas reddi jubemus exibenti Datum Budæ feria tertia proxima poſt Dominicam lætare. Anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo, Sexto.

Digitized by Google

416. *Libertas ſuper Theloneo.*

Mathias Dei gratia Hungariæ, Bohemiæ &c. Rex, Auſtriæque Dux fidelibus noſtris univerſis & ſingulis Prælatis, Baronibus, Nobilibus Capitaneis Belliductoribus, Militibus, Clientibus, Caſtellanis, ipſorumque Officialibus. Item Civitatibus, Oppidis, & villis, earumque Rectoribus, Judicibus, & Villicis, nec non Triceſimatoribus Tributariis, ſeu Theloniatoribus, ubivis in Regno noſtro conſtitutis, & exiſtentibus, quibus præſentes oſtenduntur ſalutem & gratiam. Quia is T. de T. Inhabitator Civitatis noſtræ Peſthienſis, una cum certis aliis Judæis familiaribus ſuis, & ad eum pertinentibus pro victuum ſuorum neceſſaria acquiſitione diverſas partes Regni noſtri perluſtrare habent. Mandamus igitur fidelitatibus veſtris, & unicuique veſtrum harum ſerie firmiter, quatinus dum & quando ipſe T. Judæus, aut familiares ſui, & ad eum pertinentes Judæi præſentium ſcilicet oſtenſores cum Rebus & Bonis ipſorum ad vos, veſtrasque terras, & dominia ſeu officiolatus, veſtrique in medium pervenerint, eosdem ubique tam in terris, quam in aquis in eundo, & redeundo libere & pacifice, ac aliqua Triceſimarum, Tributorum, ſeu Theloneorum ſolutione ire, & recedere permittere & permitti facere debeatis, perſonis & Rebus eorum ſemper ſalvis remanentibus. Præſentes autem poſt earum lecturam ſemper reddi mandamus præſentanti. Datum Budæ feria quarta proxima poſt feſtum T. Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo &c.

417. *Abſolutio.*

Nos Gregorius Decretorum Doctor, Archidiaconus Cathedralis & Canonicus Eccleſiæ Quinque Eccleſienſis, nec non Reverendiſſimi Domini Ladislai Geréb Epiſcopi Alben. Tranſilvan. Sedis Apoſtolicæ Legati inter partes infraſcriptas unacum Venerabilibus Dominis Alberto Decretorum Doctore dictæ Eccleſiæ Quinque Eccleſienſis Vicario in Spiritualibus & Cauſarum Auditore generali, & Magiſtro Michaële de Feketh Artium liberalium Magiſtro Cononicis ejusdem Eccleſiæ Quinque Eccleſienſis Commiſſarii ſpecialiter deputati. Memoriæ commen. coram nobis vigore Litterarum Commisſionalium præfati Domini Legati, cauſa inter diſcretos Michaëlem Plebanum Parochialem Eccleſiæ beatæ Mariæ Virginis de T. ut Actorem, & Principalem ab una, ac T. Presbyterum, qui in eadem Eccleſia ſe pro Plebano gerit. Item providos T. & T. Laycos de dicta T. & alios ſub eadem Eccleſia Parochiali in præfata T. fundata exiſten. Bachien. Dyoces. veluti in Cauſam attractos ex altera partibus, ratione & prætextu Plebaniæ de eadem T. ac fructuum & utilitatum ejusdem perceptione nec non captivationis ipſius Michaëlis Plebani, earum-

Digitized by Google

que occaſione commiſſa fuerat, in qua quidem Cauſa licet idem Michaël Plebanus per Venerabilem Martinum Decretorum Doctorem Cuſtodem & Canonicum Eccleſiæ Bachienſis vigore litterarum Commiſſionalium Venerabilis & Egregii Criſtanni Artium & Decretorum Doctorem Auditorem Cauſarum ſedis præfati Domini Ladislai Geréb &c. per ipſum Michaëlem Plebanum nobis præſentatarum ad humillimam ejusdem petitionem per virum quemdam idoneum Johannem Præsbyterum eidem in Confeſſorem deputatum, eundem Michaëlem Plebanum ab hujusmodi excommunicationis ſententia abſolvi fecimus, præſentium litterarum noſtrarum teſtimonio median. Datum Quinque Eccleſiis die Jovis viceſima menſis Septembris 1487.

418. *Præceptoria.*

Mathias Dei Gratia Hungariæ Bohemiæque Rex nec non Dux Auſtriæ &c. Fideli noſtro Egregio T. de T. Proviſori Curiæ Caſtri &c. Salutem &c. Expoſuit nobis fidelis noſter providus T. de T. Inhabitator Civitatis noſtræ T. alias Magiſter nautarum vadi Peſthienſis gravi cum querela, qualiter ſuperioribus his temporibus quidam T. ſimiliter Inhabitator ejusdem Civitatis noſtræ, tunc Judex Nautarum dicti Vadi Peſtienſis cum conſenſu & voluntate cæterorum Magiſtrorum Nautarum ipſum Exponentem Magiſtratu ſuo quo inter eosdem in ipſo vado utebatur minus juſte & indebitæ nullisque ſuis demeritis exigen. privaſſet, per quod ipſe Exponens maximo dampno & incredibili injuria ab tempore, in hunc uſque præſentem diem affectus exſtitiſſet, præterea quædam Domina T. Gloſſa honeſtæ Dominæ ſimiliter T. vocatæ, alias Relictæ condam T. nunc vero conſortis ejusdem Exponentis quandam domum in eadem Civitate noſtra Peſthienſi habitam, ipſam Conſortem ſuam omnis Juriſtitulo concernen. pro ſe occupaſſet, occupatamque teneret etiam de præſenti, in præjudicium ejusdem Exponentis & dampnum valde magnum. Supplicatum itaque exſtitit nobis pro parte ejusdem ut ſibi ſuperinde opportune providere dignaremur. Accepta igitur hujusmodi Supplicatione, reviſionem cauſæ hujusmodi fidelitati tuæ duximus committend. & commitimus per præſentes, mandantes eidem firmiter, quatinus acceptis præſentibus vocatis tui in præſentiam prædictis partibus ad unum certum & brevem terminum, auditisque earundem propoſitionibus, allegationibus, & reſponſis, admisſis etiam probabilibus documentis, cauſam præſcriptam, hoc eſt, tam factum hujusmodi Magiſtratus, quam etiam univerſas alias injurias & dampna, ac occupationes præſcriptæ domus revidere, diſcutere, & adjudicare, & tandem comperta juſtitia ejusdem eundem priſtino Magiſtratui, in medium eorundem Magiſtrorum Nautarum reſtituere, de damnis vero & injuriis, quæ ipſe Exponens ex hujusmodi privatione qualitercunque

Digitized by Google

hactenus ſuſcepiſſet, ex parte dicti T. & aliorum Magiſtrorum plenariam, & omnimodam ſatisfactionem impendere. Et inſuper domum etiam præſcriptam, ſi & in quantum eandem dictam Conſortem ſuam concernere compereris, eidem modis omnibus remittere debeas, & tenearis. Auctoritate noſtra præſentibus tibi in hac parte attributa & juſtitia median. Aliud nullo modo facturus. Præſentibus perlectis &c. Datum &c. feria tertia proxima poſt feſtum Reſurrectionis Domini, Anno ejusdem Milleſimo Quadringenteſimo Octuageſimo Nono.

419. Mathias &c. Fidelibus noſtris, Pruden. &c. cum querela quodlicet alias ſuper quendam T. in eadem Civitate noſtra T. commoran. coram vobis centum flor. auri juridice obtinuerit, admonueritque ipſum T. ut de hujusmodi ſumpma certum flor. eidem ſatisfaceret. Ipſe tamen neſcitur, quibus reſpectibus de hujusmodi pecunia eidem ſatisfactionem impendere noluiſſet, nolletque etiam de præſeniti. Unde ſupplicatum extitit Majeſtati noſtræ in perſona ejusdem T. Exponentis, ut eidem circa præmiſſa de opportuno Juris remedio providere dignaremur. Quia vero fruſtra fierent Judicia, ſi ea, quæ judicialiter decernuntur debitæ Executioni non demandarentur. Ideo fidelitati veſtræ firmiter præcipien. mandamus, quatinus acceptis præſentibus & rebus ſic ſtantibus præfato Exponenti juxta præmiſſam veſtram judiciariam deliberationem de præfata ſumpma centum flor. per præfatum T. omnimodam ſatisfactionem impendi facere debeatis, & teneamini. Auctoritate Majeſtatis noſtræ præſentibus vobis in hac parte attributa, ac Jure & Juſtitia median. Secus non facturi. Præſentibus perlectis &c. Datum &c. Anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo Octuageſimo Sexto. Regnorum noſtrorum Anno Hungariæ &c. Vigeſimo Nono, Bohemiæ vero decimo ſeptimo.

420. *Donatio Rectoratus Capellæ.*

Nos &c. Memoriæ &c. Quod nos ad humillimam ſupplicationem Circumſpectorum T. & T. in ſuis nec non univerſorum Inſtitorum noſtrorum Cehæ ſcilicet ſeu confraternitatis Capellæ beati Michaelis Archangeli nobis in eo porrectam. Quod nos ex noſtro beneplacito Rectoratum Capellæ ipſius beati Michaelis Archangeli ad latus ſeu muros Cimiterii Eccleſiæ beatiſimæ Mariæ Virginis noſtræ ſcilicet parochiali ab intra conſtructæ ſeu annexæ ob Zelum & laudem Altiſſimi Domini Dei Salvatoris noſtri, ac Glorioſiſſimæ Genitricis ejusdem, & ipſius Sancti Michaelis, quas ipſi gerunt & habent, diſcreto Domino Presbytero nato condam T. olim Judicis prædictæ Civitatis Peſthienſis dare & concedere dignaremur. Accepimus continen. Nos igitur attenden. ſupplicationem hujusmodi fore conſonam, & rationabilem. Inſuper conſideratis vitæ, virtute, morumque venuſtate,

Digitized by Google

laudabili converſatione & litteralis ſcientiæ ſufficienti peritia, aliisque quam pluribus probitatum, & laudandarum virtutum indiciis ejusdem diſcreti Domini N. Presbyteri quibus ipſum nonnullorum fidedignorum noſtrorum, ceterorumque notabilium virorum recommendatione a diu novimus fore in ſignitum. Tum vero ob ſpem ſalutis animarum noſtrarum ac gratuitis ſervitiis ejusdem N. Presbyteri per ipſum nobis, per conſequens prædictæ Eccleſiæ noſtræ Parochiali exhibitis & impenſis. Signanter vero, quod idem N. Presbyter vita ſibi duran. ac per eum, vel Succeſſores ipſius futuris perpetuis temporibus in dicta Capella in qualibet Ebdomada duas Miſſas unam videlicet ad honorem ejusdem beati Michaelis Archangeli, & aliam pro defunctis celebrare & peragere debeat & teneatur. Et quod in quibuslibet procesſionibus feſtivis diebus fieri ſolitis, ac veſperis beatæ Mariæ Virginis, & completoriis quibusvis in prælibita Eccleſia noſtra Parochiali decantant. juxta poſſibilitatis ipſorum exigen. intereſſe teneantur, & ſint aſtricti. Cum etiam ex eo, quod ipſa Capella amplioribus melioribusque ædificiis per eundem N. ut præfertur Presbyterum in ſervitiis divinis, & aliis virtutum operibus in dies augeatur, atque dotari valeat & poſſit, præfatum Rectoratum Capellæ beati Michaelis Archangeli, quod ad nos, noſtramque collationem modis omnibus pertinere dinoſcitur memorato Domino N. Presbytero per nos ad id deputato, & nemini alteri pleno Jure duximus dand. conferen. & concedend. demptis tamen tribus flor. auri, quibus iidem Inſtitores, annuatim & in quolibet anno ab ipſa Capella Domino Plebano noſtro pro tempore conſtituto ſolvere & dare tenerentur. Immo damus, conferimus ac concedimus. Harum noſtrarum vigore & teſtimonio litterarum median. Datum noſtro minori ſub ſigillo in feſto beati Urbani Papæ 1481.

421. *Confirmatio.*

Michaël Epiſcopus Milkovienſis ac Eccleſiæ Strigonienſis in Pontificalibus & Spiritualibus Vicarius generalis, Dilecto nobis in Chriſto Diſcreto N. nato condam Pauli Kalmár de Peſth Presbytero Iurisdictionis Spiritualis Strigonienſis ſalutem in Domino. Vita ac morum honeſtas aliaque laudabilia probitatis, & virtutum tuarum merita, quibus aput nos fidedigno commendaris teſtimonio, nos inducunt ut te favore proſequamur ſpeciali. Cum igitur Capella beati Michaelis Archangeli in Cimiterio Parochialis Eccleſiæ beatæ Mariæ Virginis de dicta T. ſita, a ſuo fundationis tempore, ut aſſeris uſque modo Rectore proprio ſemper vocaverit, te nunc per Prudentes, & Circumſpectos Judicem & Juratos de præfata T. patronos præfatæ Capellæ in Rectorem ejusdem Capellæ Sancti Michaelis electum, nominatum, & præſentatum, de quibusquidem electione, nominatione &

Digitized by Google

præſentatione per litteras eorundem Judicis & Juratorum nobis fidem feciſti præmiſſorum meritorum tuorum intuitu ad Rectoratum ipſius Capellæ beati Michaelis Archangeli duximus Canonice inſtituen. & confirman. ac tenore præſentium inſtituimus & confirmamus omnimodam adminiſtrationem ejusdem Capellæ Juriumque & pertinentiarum ejusdem in Spiritualibus & temporalibus tibi plenarie committen. ac te per Birreti noſtri capiti tuo impoſitionem præſentialiter inveſtien. de eodem recepto tamen primitus a te Juramento ad Sancta Dei Evangelia corporaliter præſtituto, quod Reverendiſſimo Domino noſtro Archiepiſcopo Strigonienſi & ſuis Succeſſoribus Canonice intrantibus eorumque vicariis pro tempore conſtitutis fidelis & obediens eris, & quod Bona, Jura, & res ejusdem Capellæ non alienabis nec diſtrahes, ſed ſi quæ forent alienata & diſtracta ad Jus, & proprietatem ipſius Capellæ recuperabis & reſtitues toto pro poſſe. Quodque Plebano præfatæ Eccleſiæ beatæ Mariæ Virginis pro tempore conſtituto & exiſten. in licitis & honeſtis obedientiam & reverentiam exhibebis ac horis divinis in eadem Eccleſia beatæ Mariæ, nec non & proceſſionibus temporibus debitis & conſuetis intereris. Quo circa Honorabilibus Dominis N. de Zenthfalva Vacien. Dyoces. & Sancti Gerardi Martyris de Suburbio Caſtri Buden. Jurisdictionis Spiritualis Strigonien. Eccleſiarum Plebanis in virtute Sanctæ obedien. & ſub excommunicationis pœna firmiter præcipien. committimus, & mandamus, quatinus ſtatim viſis præſentibus ipſi te in corporalem realem & actualem poſſeſſionem dicti Rectoratus Capellæ Sancti Michaelis auctoritate noſtra inducant.

* NB. Hic unum folium ex autographo evulſum eſt.

422. hoc eidem ſolo ſuo juramento affirmand. libenter ſubmittere & ſubmiſit coram nobis.

Nos itaque exauditis propoſitionibus & reſponſis partium, nec non dictis & allegationibus ſupradictis &c.

Quod ipſe neſciret vendidiſſe.

Quo præſtito dictam domum libere poſſideat, tamen Attractus hujusmodi noſtro Judicio minime contentus diſcuſſioni & deliberationi ejusdem veſtræ Serenit. duxit appelland &c. &c. Datum &c.

Quod omnes litteris Civitatis median. quibus olim pater ſuus venen. poſſediſſet paratus eſſet affirmare.

Quod quamvis litteras Civitate ſuper illa habeant, illæ litteræ nullius eſſent vigoris, ex eo, quod &c. de communitatis pecunia comparaſſe allegaſſet & pro circumſpecto N. Cive Civitatis T. &c. Contra &c.

Digitized by Google

423. *Clauſula.*

Quod nos de conſenſu totius conſilii maturo conſilio ſuperinde præhabito quandam Sesſionem unius fundi ædificio prorſus deſtitutam noſtri in medio eis fluvium Danubii, &c. bono conmuni, & Civitatis commodo, præconſiderato nullius contradictione tunc apparen. provido T.

Relatio ad propoſitionem providi T. contra ipſum prolatam, ex adverſo reſpondit eo modo. Quomodo &c.

Nam inhumanum T. talem honeſtam dominam cum tali latrico converſari ut ad dormitorium ſuum ſemper liberum habuiſſet introitum.

Quod nedum talis latricus in tempore nocturnali ad domum dominæ ſuæ intrare potuiſſet, ſed neque aliquis homo intrare ad eam potuit

Captumque de manibus Judicum viólenter excipiſſet.

Reſpondit, quod hujusmodi violentia, ſi etiam qua fuit, nec ex ſcitu neque ex conſilio ipſius Dominæ extitiſſet facta.

424. Poſtquam vero audiviſſent tale periculum accidiſſe ſtatim eunden captivaſſent, captumque in vinculis tenuiſſent ad caſtrum autem non cauſa abſentationis deduci feciſſent, ſed ut Juri & juſtitiæ poſſent præſentare, & ut hæc omnia vera ſint, omni die palam & manifeſte cunctis in Sede Judiciaria cernentibus eundem T. in præſentia Judicum quod etiam ex parte ejusdem ſine omni favore Judicium & Juſtitiam adminiſtrarent, ſtatui & præſentari feciſſent. Immo ex ſuper habundan. eundem per unum menſem in vinclis ſuis conſervaſſent, pro cujus reſponſionis & allegationis verificatione ſi opus fuerit, eundem T. Juri & Juſtitiæ ſtatuire poſſent, atque valerent etiam de præſenti. In quarum igitur Actione & propoſitione innocentes eſſent penitus & immunes, quos quidem T. & T. ab hujusmodi indebita, & illegitima impetitione peterent abſolvi noſtra Judiciaria auctoritate mediante.

425. *Sequitur Proteſtatoria.*

In Nomine Domini Ammen. &c. Univerſis & ſingulis præſens publicum Inſtrumentum inſpecturis, tam præſentibus, quam futuris quibus incumbit pateat evidenter. Quod in anno Navitatis ejusdem Milleſimo &c. Indictione decima, die vero &c. Menſe &c. hora &c. Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Sixti, divina providentia ſacro ſanctæ Romanæ, ac univerſalis Eccleſiæ ſummi Pontificis quarti, anno ejuspem &c. in domo habitationis

bitationis &c. In mei Notarii publici, & teſtium infraſcriptorum ad hæc vocatorum & rogatorum præſentia perſonaliter conſtitutus T. de T. moeſtus quippe & animo turbatus ſolemniter ac proinde proteſtatus extitit in hunc modum. Quomodo anno &c. T. de T. non alia niſi diabolica inſtrinctus, & ſeviens rancoris furore, juſſuque conſilio & conſenſu, ac voluntate T. de, ac Nicolai & T. Fratrum ſuorum una cum T. & Demetrio ac aliis ſuis familiaribus, & complicibus maleficis ad domum & Curiam ipſius T. a feſto beati T. incipien. quaſi per totam iemem armata manu, extenſis baliſtis, & directis ſeu miſſis pixidibus irruen. non alia de cauſa niſi propter firmisſimam obſervationem interdicti ob non ſolutionem decimarum Epiſcopalium, quæ tunc temporis Regiæ Majeſtati exigebantur, & propter pecuniam Regiæ Majeſtatis, quam idem exponen. in cuſtodia per Decimatores Domini Regis, uſque ad plenariam ſolutionem ſeu executionem ſibi datam conſervabat & tenebat, omni die & nocte fortisſime expugnabat, eundem Exponentem miſerabiliter interficere ſatagebat, & nitebatur. Tandem ſecundo die feſti T. idem N. præſcriptus unacum complicibus ſuis præfatis more conſueto confractis januis, in curiam ipſius Exponentis annotati crudeliter irruentes, ibique familiares dicti Exponentis repertos ſagittarum & gladiorum crebrisſimis & diriſſimis ictibus & plagis affecit, vulneravit, pecuſit, & miſerabiliter cruentavit, ipſum Exponentem cupiens interficere. Qui quidem Exponens Dei adjutorio, & ſuorum tunc temporis illæſus permanſit, videns autem dictus Exponens ferocitati & impietati ac crudelitati dicti T. & ſuorum conplicum non poſſe reſiſtere, ſeu cavere; etiam per ſupplicationes multas volens eundem T. conplacare, aut ſedare, cupiensque mortem evitare, facta convocatione generali Plebanorum, in & ſub Archidiaconatu ſuo exiſtentium, coram ipſis Plebanis, & teſtibus infraſcriptis, & me Notario publico, ſpecialiter ad hæc vocato & requiſito, Plebaniam ſuam, ſeu beneficium ſuum ad manus Honorabilis Domini T. &c. dedit tradidit & aſſignavit poſſiden. ſeu poſſiden. tenen. & haben. tali tamen conditione interſerta, ut dum & quando idem dictus Exponens eandem Plebaniam, ſeu beneficium ſuum a dicto Domino T. rehabere vellet. Extunc idem N. eidem Exponenti mox & continenti, absque omni recuſa & dilatione, omnique occaſione ſemota ipſam Plebaniam reddere & reſtituere beberet & teneretur. Cujus petitionibus idem Magiſter N. devote annuens, & coram eisdem teſtibus eand. Plebaniam eidem N. juxta ſua petita reddere & reſtituere ſe promiſit & obligavit. Prædictus itaque Exponens, ſeu Proteſtans videns eundem T. & T. & alios præſcriptos, de ſuis maleficiis & infeſtationibus, & continuis expugnationibus non deſiſtere, neque ceſſare velle, propter maximas nimiasque vexationes tribulationes & anguſtias, & melancolias factas, factus mente

Digitized by Google

infana, per ipfos T. & T. annotatos coactus & compulfus præ metu & timore, & vi deberet exire & exivit de Plebania fua feu beneficio licet invitus, dampnaque tria milia flor. auri in eo perpeffus extitiffet, ac injurias, & approbria fibi in hoc facta & illata demptis fatigiis & laboribus, & expenfis, hucusque per eum factis pro aliis tribus milibus flor. auri puri noluiffet, & neque vellet etiam adpræfens. Super quibus omnibus & fingulis præmisfis requirens me idem Exponens, ut ipfi unum vel plura, publicum, feu publica, Inftrumentum, feu Inftrumenta conficerem, quod & feci ex officio meo Thabellionatus exigen. Acta & facta funt hæc anno Indictione, die, menfe, hora, loco, & Pontificatus quibus fupra, præfentibus ibidem &c. Aliisque quam pluribus teftibus fidedignis adpræmiffa vocatis fpecialiter & rogatis.

Et ego Johannes natus Clementis de Magh, Clericus Agrien. Dyoces. Sacra Imperiali Auctoritate Notarius publicus. Quia dictarum Proteftationi traditioni, asfignationi, petitioni, & requifitioni, aliisque omnibus & fingulis præmisfis, dum fic ut præmittitur fierent, & agerentur, una cum prænominatis teftibus præfens fui, eaque omnia alia & fingula, fic fieri vidi & audivi. Ideo præfens publicum inftrumentum propria manu noftra fcriptum exinde confeci notavi, & in hanc formam publicam redegi, fignoque & nomine noftris folitis, & confuetis, confignari rogatus, & requifitus in fidem & teftimonium omnium & fingulorum præmiffforum.

426. In Nomine Domini Amen. Per hoc præfens inftrumentum publicum cunctis pateat evidenter & fit notum. Quod anno a nativitate &c. Indictione &c. die vero &c. hora &c. Budæ in domo Lectorali loco fcilicet folitæ habitationis, & refidentiæ Domini Judicis infrafcripti, Pontificatus fiquidem fanctisfimi in Chrifto Patris & Domini noftri &c. digna Dei providentia &c. Anno Sexto, coram Reverendisfimo in Chrifto Patre & Domino Domino Simone utriusque Juris Doctore, Dei & Apoftolicæ Sedis Archiepifcopo Anthibarien. nec non Reverendisfimi in Chrifto Patris & Domini Domini Johannis, miferatione divina Archiepifcopi Strigonienfis, Locique ejusdem Comitis perpetui, Primatis Hungariæ, ac dictæ Sedis Apoftolicæ Legati nati, &c. Vicario generali, ad Jura redden. & caufas audien. pro tribunali feden. meque Notario publico & teftibus infrafcriptis, difcretus Johannes de T. Presbyter Procurator, & nomine Procuratorio honeftæ Dominæ Claræ Confortis T. de Superioribus calidis aquis Buden. filiæ fcilicet condam Ladislai T. ex Domina Margaretha, alias conforte ejusdem T. de Suburbio Budenfi procreatæ, Dyoces. Veſprimien. Jurisdictionis vero fpiritualis Strigonien. ab una, ac Honorabilis Magifter Petrus de T. Canonicus dictæ Ecclefiæ Strigonien.

Digitized by Google

Procurator, & nomine Procuratorio fimiliter Honeſtæ Dominæ Elizabeth alias Relictæ condam Benedicti T. fratris ſcilicet annotati condam Ladislai, nunc autem conjugis Georgii T. de dicto Suburbio Budenſi ab alia partibus in Judicio comparuerunt, & in cauſa inter præfatam Dominam Claram conſortem T. ut Actricem & Principalem ab una, ac dictam Dominam Elizabeth velut in cauſam attractam, & ex adverſo principalem partibus ab altera, de & ſuper quadam domo in platea Piſtorum in dicto Suburbio Budenſi habita. Tribus pricariis argenteis, uno curru ferrato, quatuor equis, una cruce argentea, & aliis bonis, puta Lectiſterniis, utenſiliis, & clenodiis domus præfatæ Dominæ T. Actrici ut dicebant per præfatam condam Dominam Margaretham matrem ſuam teſtamentaliter legatis. Et ut prætendebatur manus prætactæ Dominæ Eliſabeth in cauſam attractæ, & dicti condam T. mariti ejusdem deven. & earum occaſione auctoritate ordinaria mota & verten. per eundem Reverendiſſimum Dominum Simonem Archiepiſcopum & Vicarium concludi & diffinitivam ferri Sententiam una cum partibus præfatis ibidem perſonaliter aſtantibus debita cum inſtantia poſtularunt. Ipſeque itaque Reverendiſſimus Dominus Simon Archiepiſcopus, & Vicarius in cauſa hujusmodi rite procedens, ac omnibus aliis proceſſibus præmiſſis & legitime obſervatis. Cum præfatis Procuratoribus, & partibus earundem judicialiter aſtantibus volentibus & petentibus concluſit cauſa in præmiſſa & habuit pro concluſo. Ac deinde viſis & diligenter inſpectis libello ſive Actione Actricis ac exceptione partis in cauſam attractæ ſuper reſtitutione bonorum & lite finita ac terminata inter partes in judicio ſeculari coram eo judicialiter propoſita, ac dictis & depoſitionibus teſtium primitus receptorum aliisque munimentis dictis & allegatis; quia conperit ex quibusdam litteris Judicis & Juratorum Oppidi Budenſis, quod præfatam Dominam quam Actrix petebat Executor teſtamenti dictæ condam Dominæ T. matris ſcilicet jam fatæ Actricis vendidiſſet. Item ex litteris Teſtamentariis pro parte præfatæ Actricis productis reperit; quod equi, & currus, quos eadem Actrix petebat non eidem Actrici, ſed alteri fuerunt legati. Item ex aliis deductis invenit, quod Lectiſternia præfata, antea fatæ Actrici fuerunt reſtituta, ac ut dicta tria pricaria argentea, quæ ſcilicet ipſa Actrix ſimiliter petebat pignori obligata, & exinde ipſi Actrix cum fratre ſuo Petro nomine tempore cariſtiæ nutriti fuerant. Quibus viſis præfatus Reverendiſſimus Dominus Simon Archiepiſcopus & Vicarius, ultra probationes hujusmodi, & alia præmiſſa a memorata Domina Elizabet in cauſam attracta ibidem aſtante Juramentum ad Sancta Dei Evangelia manibus tacta corporaliter præſtitum recepit in ſupplementum probationis, quod poſt mortem antelati condam Benedicti Folyar alias mariti ſui, prædicti pricaria, & aliquod aliud bonum ſpe-

Digitized by Google

ciale, quod notari, vel considerari potuisset, de rebus antelatæ condam Dominæ Margarethæ matris scilicet annotatæ Actricis ad & aput eam non remanserunt. Quibus sic habitis, idem Reverendissimus Dominus Simon Archiepiscopus & Vicarius, ex his quæ vidit & cognovit, habita etiam superinde matura deliberatione, ad prolationem Sententiæ diffinitivæ prout petebatur, in causa præfata processit, eamque in scriptis redactam per me infrascriptum Notarium, ac causæ hujusmodi coram eo scribam & similiter Notarium alta & intelligibili voce partibus, & earum Procuratoribus prædictis audien. legi & publicari fecit hujusmodi sub tenore:

Christi ac beatæ Mariæ Virginis ac Sanctorum Alberti Pontificis & Georgii Martyrum Nominibus invocatis Deum solum & ejus Justitiam præ oculis haben. in causa coram nobis exorta & verten. inter honestam Dominam Elenam consortem Vincentii Janussa de Superioribus calidis aquis Budensibus filiam scilicet condam Ladislai Folyár ex Domina Margaretha, alias consorte ejusdem Ladislai de suburbio Budensi procreatam dyoces. Wesprimien. Jurisdictionis vero Spiritualis Strigonien. ut Actricem & Principalem ab una & similiter honestam Dominam Elizabet alias Relictam condam Benedicti Folyár, Fratris scilicet annotati Ladislai, nunc autem Conjugem Georgii Folyár de dicto suburbio Castri Budensis dyocesis & Jurisdictionis prædictarum, velut in causam attractam, & ex adverso principalem partibus ex altera, de & super quadam domo in platea Pistorum in dicto suburbio Budensi habita, tribus pricariis argenteis uno curru ferrato, quatuor equis, una cruce argentea, & aliis bonis puta lectisterniis, utensiliis, & Clenodiis domus, præfatæ Dominæ Elenæ Actrici, ut dicebant per præfatam condam Dominam Margaretham matrem suam testamentaliter legatis. Et ut prætendebatur ad manus dictæ Dominæ Elizabeth in causam attractæ & dicti condam Ladislai mariti ejusdem devent. & eorum occasione visis per nos & diligenter calculatis omnibus & singulis coram nobis per partes dictis, allegatis, & productis, plurimorum etiam nostrorum Assessorum superinde communicato consilio. Ex his, quæ vidimus, & cognovimus, per hanc nostram Sententiam diffinitivam, quam pro Tribunali seden. fecimus in his scriptis dicimus, decernimus, declaramus & pronunciamus præfatam Dominam Elizabeth ab impetitione dictæ Dominæ Elenæ Actricis absolvendam esse, & absolvimus, eidemque super petitis perpetuum silentium imponendum esse, & imponimus, ac eandem Dominam Elenam in expensis litis condemnand. esse, & condemnamus quarum Taxationem nobis in posterum reservamus.

Digitized by Google

Poſt lecturam vero hujusmodi Sententiæ præfatus Reverendiſſimus Dominus Simon Archiepiſcopus & Vicarius ſubjunxit ore proprio hæc verba: Et ita pronunciamus in nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. A qua quidem Sententia diffinitiva illico memoratus Michael de Kortho procurator. nomine quo ſupra ad præfatum Sanctiſsimum in Chriſto Patrem & Dominum noſtrum, Dominum Paulum Papam Secundum, ſanctamque ſedem Apoſtolicam verbo appellavit. Et deinde quinta decima die Menſis Aprilis advenien. & jam fato Reverendisſimo Domino Domino Simone Archiepiſcopo & Vicario in loco ſupradicto hora tertiarum vel quaſi ad Jura redden. & cauſas audien. pro tribunali ſeden. meque Notario publico, & teſtibus infraſcriptis præſentibus, coram eo in Judicio comparuit annotatus Michael de Kortho procur. nomine quo ſupra, & ſuper apellatione ſua præfata Apoſtolos ab eodem Reverendisſimo Domino Simone Archiepiſcopo & Vicario petivit. Cui idem Reverendisſimus Dominus Simon Archiepiſcopus & Vicarius reſpondit. Quod licet credat ſe juſtam tuliſſe Sententiam; tamen ob reverentiam dicti Domini noſtri Papæ & ſanctæ Sedis Apoſtolicæ reverenter deferret, & detulit reverenter Apoſtolosque Reverentiales dedit, ac ad proſequendam Appellationem præfatam ſpatium trium Menſium, a die petitionis & dationis Apoſtolorum hujusmodi ſtatuit & præfixit. Super quibus omnibus & ſingulis antelatus Michael de Kortho Presbyter Procurator petiit ſibi & parti ſuæ per me Notarium infraſcriptum unum vel plura, publicum, ſeu publica, inſtrumentum, ſive inſtrumenta confici, quod & feci officio meo Thabellionatus incumbente. Acta ſunt hæc & facta Anno Indictione, die, menſe, hora loco, & pontificatu quibus ſupra. Præſentibus ibidem in prolatione Sententiæ Discretis ac Circumſpectis Johanne Plebano de N. Magiſtro Ladislao de Doroghaza Benedicto de T. & N. de T. Litteratis, ac Antonio de N. Clerico. In petitione vero & datione Apoſtolorum prædictorum Honorabilibus, ac Discretis, & Circumſpectis viris Magiſtris Petro de Lindra & Georgio de Aczlio Cantor. præfatæ Eccleſiæ Strigonien. Gregorio de T. & N. de T. Presbyteris, ac prælibato N. de Dorogháza, aliisque quam pluribus teſtibus fidedignis ad præmiſſa rogatis & requiſitis.

Ego N. natus &c.

Quia prædictis Concluſioni Sententiæ diffinitivæ prolationi, Appellationi Apoſtolorum petitioni & dationi termini aſſignationi. Omnibusque aliis & ſingulis præmiſſis, dum ſic ut præmittitur, per prædictum Dominum Simonem Archiepiſcopum & Vicarium, ac coram fierent, & agerentur una cum prænominatis teſtibus interfui, eaque omnia & ſingula ſic fieri vidi & audivi. Ideo hoc præſens inſtrumen-

Digitized by Google

tum publicum per alium, me aliis præpedito negotiis fideliter ſcriptum, exinde confeci & in hanc publicam formam redegi, ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis conſignavi & roboravi. In fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum rogatus, & requiſitus.

427. *Ut arestari facere valeat.*

Mathias Dei gratia Rex Hungariæ Bohemiæ &c. Fidelibus noſtris univerſis & ſingulis Prælatis Baronibus Nobilibus Comitibus Caſtellanis, ipſorumque officialibus, Item Civitatibus oppidis & villis ipſarumque Rectoribus, Judicibus, & villicis quibus præſentes oſtenduntur Salutem & gratiam. Exponitur Majeſtati noſtræ in perſona fidelis noſtri providi T. Civis Civitatis noſtræ Viſegradienſis gravicum cum querela: Quomodo Reverendiſſimus in Chriſto Pater Dominus T. de T. Epiſcopus Eccleſiæ T. eidem Exponenti viginti flor. auri debitorie obligaretur. Quos quidem viginti flor. auri, idem Dominus Epiſcopus eidem Exponenti ad ſæpiſſimas petitiones ejusdem hactenus reddere recuſaſſet & recuſaret etiam de præſenti. In præjudicium ejusdem Exponentis, & dampnum non modicum. Quare ſupplicatum extitit Majeſtati noſtræ, in perſona ejusdem Exponentis ut nos ſibi circa præmiſſa, de condigno Juris remedio providere, ac eidem annuere dignaremur, ut ubicunque res & bona Jobagionum præfati Domini Epiſcopi reperiret detinere & areſtari facere valeret, atque poſſet. Et quia nos nemini Regnicolarum noſtrorum ſuis rebus & Bonis indebite privari volumus & deſtitui. Ideo fidelitati univerſitatis veſtræ, & veſtrum cuilibet harum ſerie firmiter præcipien. mandamus, quatinus dum & quando præfatus T. Exponens res & bona Jobagionum præfati Domini Epiſcopi in veſtris tenutis poſſeſſionibus honoribus & officiolatibus, ac veſtri in medio reperire poterit, & vos cum præſentibus requiſitos habuerit, ex tunc ſtatim & incontinenti hujusmodi res & bona Jobagionum præfati Domini Epiſcopi detinere, & areſtare, ac tam diu in hujusmodi areſto tenere debeatis, donec de præfatis pecuniis viginti florenorum auri eidem Exponenti ſatisfactum fuerit quo ad plenum. Secus facere nulla tenus præſumatis. Præſentibus perlectis &c. Datum Budæ &c. Anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo Septuageſimo Octavo. Regnorum noſtrorum Hungariæ &c. Anno vigeſimo primo. Bohemiæ vero Decimo.

428. *Ad Gradum Presbyteratus.*

Nos &c. Tenore præſentium ſignificamus quibus expedit univerſis. Quod nos in Anno Domini &c. Sabato Quatuor temporum, quo cantatur Divinum Officium: Intret oratio mea &c. Juxta formam & ritum Sacro Sanctæ Romanæ ac univerſalis Eccleſiæ in Capella Sa-

Digitized by Google

eratisfimi Corporis Chriſti ad latus Eccleſiæ noſtræ T. præfatæ conſtructa. Sacros Clericorum ordines generaliter celebraſſemus nobis in Chriſto dilectum T. &c. Strigonien. dyoces. de legitimo thoro procreatum ad præſentationem T. & per Examinatores per nos ad id ſpecialiter deputatos, diligenter examinatum in ſcientia ætate & moribus idoneum ſufficientemque repertum de gradu tali ad gradum talem digne duximus promovendum, Divina nobis gratia ſuffragante. In cujus teſtimonium præſentes litteras Sigilli noſtri pontificalis pendente, & autentici munimine roboratas eidem T. duximus conceden. Datum &c.

429. *Procuratoria.*

In Nomine &c. Anno &c. In domo habitationis conſtituti T. & T. in mei publici Auctoritate Imperiali Notarii, teſtiumque ſubſcriptorum præſentia perſonaliter Viri Nobiles T. & T. de T. omni meliori modo Jure via & forma quibus melius & efficacius potuerunt fecerunt, conſtituerunt creaverunt, & ſolemniter ordinarunt Honorabiles & Diſcretos Viros T. & T. (Hic ponas nomina horum quorum &c.) quemlibet eorum in ſolidum, ita quod non ſit melior conditio occupantis, ſed ubi unus inceperit, vel dimittit, alter aſſummere, profequi mediare, & finire valeat, eorum veros, & indubitatos Procuratores, Actores, Factores, & Nuncios ſpeciales in cauſa & cauſis, quam, & quas habent, vel habituri ſunt, cum quibuscunque Status & Conditionis perſonis, ubicunque, ſeu coram quovis Judice Eccleſiaſtico dato, vel dando ad negotium, ſeu libellos offeren. & recipien. nec non ad agen. defenden. excipien. replican. dupplican. triplican. & cum ſolemnitate Juris quadruplican. litem, ſeu lites conteſtan. terminos & dilationes, peten. Juramentum de calumpnia & cujusvis alterius generis præſtan. teſtesque ac Inſtrumenta & Regiſtra producen. ac alterius partis teſtes & probationes atque inſtrumenta viden. & eos vel ea, reproban. Judices & Notarios eligen. & recuſan. ſuſpectos & dandi Sententiam ſeu ſententias audien. Appellationem ſeu Appellationes profequen. Procuratorem, ſeu Procuratores ſubſtituendi & revocandi, generaliterque omnia & ſingula facien. & exercen. quæ merita cauſarum exigunt, & quæ ipſemet, ſeu dicti conſtituentes facerent, ſeu facere poſſent, ſi perſonaliter intereſſe poſſent etiam ſi majora ſint, quæ mandatum exigant ſpeciale promitten. ipſi Conſtituen. michi Notario publico infraſcripto tamquam perſonæ publicæ ſolenniter ſtipulan. vice & nomine omnium & ſingulorum quorum intereſt, vel intererit, ſe ipſum ratum gratum & firmum perpetuo habitur. quitquid per prædictos ſubſtituen. vel ſubſtitutos, ſeu ſubſtituendos, vel eorum alterum Procuratorem circa prædicta vel aliquid prædictorum factum & geſtum fuerit in præmiſſis omnibus,

Digitized by Google

& quælibet præmiſſorum. Acta ſunt hæc & facta Anno Judictione &c. & aliis teſtibus fidedignis, ad præmiſſa ſpecialiter vocatis & requiſitis.

Et Ego Johannes Natus Clementis de Magh &c. Ideo hoc præſens publicum inſtrumentum per alium fidelem aliis arduis negotiis p r &c.

430. *Procuratoria ad curiam.*

In Nomine Domini Amen Anno Nativitatis ejusdem Milleſimo Quadringenteſimo Septuageſimo Septimo, Indictione decima, die vero T. Menſis Octobris hora T. in Sacrast. ejusdem Eccleſiæ Veſprimien. dyoces. Jurisdictionis vero Spiritualis Eccleſiæ Strigonien. Pont. ſiquidem Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Sexti digni Dei proviolentia Papæ quarti anno quinto. In mei Notarii publici ſubſcripti teſtiumque infraſcriptorum præſentia perſonaliter conſtitutus honorabilis Dominus T. de T. Canonicus Eccleſiæ T. Omnibus melioribus modo via Jure & forma quibus melius & efficacius potuit & debuit, poteſtque & debet, tam conjunctim quam diviſim, fecit conſtituit & ordinavit ſuos veros & legitimos Procuratores, Actores, factores, negotiorumque ſuorum geſtores, ac nuncios ſpeciales. Ita tamen quod ſpecialitas generalitati non deroget nec e contra videlicet. Honorabiles diſcretos Nobiles & Circumſpectos Magiſtros T. & T. (hic ponas quantum vis) abſen. tanquam præſentes, & eorum quemlibet in ſolidum, ita quod non ſit melior conditio occupantis, nec deterior ſubſequendis, ſed quod unus inceperit, alter proſequi valeat mediare & finire ad agend. & defen. in omnibus cauſis ſuis, ipſorum querelisque ac controverſiis & negotiis præſentibus & futuris contra quascunque perſonas Eccleſiaſticas, vel Seculares ſimul vel diviſim, tam per ipſos, ipſum contra alios, quam per alios quospiam contra ipſos ipſum coram quibuscunque Judicibus Ordinariis & Extraordinariis Delegatis, ſubdelegatis Auditoribus Commiſſariis, & aliis quibuscumque perſonis Eccleſiaſticis vel ſecularibus auctoritate ſeu vice quacunque fungentibus in Romana Curia & extra aliis quibuscunque Curiis datis vel dandis deputatis vel deputandis libellum, ſeu libellos, & quascunque petitiones ſummarias & ſimplices dand. & offerend. verbo vel in ſcriptis ac dari & offerri viden. petend. & recipien. oblat. ex adverſo reſpondend. & inept. refutand. conveniend. & reconveniend. excipiend. proponend. repplicand. dupplicand tripplicand. & cum ſolemnitate Juris quadrupplicand. litem ſeu lites conteſtand. & conteſtari vidend. de calumnia vitand. & vetand. & veritate dicend. cum omnibus & ſingulis Capitulis Clauſulis & articulis, in & ſub calumniæ juramento content. & quodlibet aliud

Juramentum

Juramentum licitum quod poſtulat ordo juris in animam ipſius Domini Conſtituen. conſtituent. & pro eis eo præſtan. ponend. & articuland. propoſitionibusque & articulis reſpondend. ac poni & articulari vidend. & ſuis reſponderi poſtuland. Exceptiones cujuscunque generis dand. & offerend. de loco Judicibusque conveniend. & concordand. Judices & Notarios eligend. & ſuſpectos recuſand. cauſam & cauſas ſuſpicionis allegand. & ſi neceſſe fuerit proband. nec non quascunque litteras gratiam, vel juſtitiam continentes peten. obtinen. & impetrand. Teſtes, Inſtrumenta litteras, & quælibet alia probationum genera producend. & product. ex adverſo abjiciend. Crimina & defectus opponend. & proband. Judicis officium imploran. in cauſa & cauſis concludend.]& renunciand. ac renuntiari & concludi peten. Sententiam & Sententias, tam Interlocutorias, quam diffinitivas ferri petend. & audiend. & ab ea, ſeu eis, aut alio quocunque gravamine illato vel inferendo provocand. & apelland. provocationem & appellationem hujusmodi proſequen. continuan. inſinuan. intiman. notificand. & introducend. Apoſtolos petend. & repetend. & ſuper eorum denegatione rurſus & denuo appelland. expenſas petend. beneficium abſolutionis a quacunque excommunicationis Sententia lata vel ferenda ſimpliciter & ad cautelam ac reſtitutionis in integrum principaliter vel incidenter petend. & obtinend. unum vel plures Procuratorem vel Procuratores loco ipſorum ſubſtituen. qui in præmiſſis ſimilem habeant poteſtatem, & eosdem ſubſtitutos, vel ſubſtitutum ſi neceſſe fuerit revocand. ac onus hujusmodi provocationis in ſe reaſſummen. quotiens & quando opus fuerit. Et generaliter omnia & ſingula alia dicend. faciend. gerend. & exercend. ac pertractand. quæ in præmiſſis & circa præmiſſa ac quælibet præmiſſorum ſingula quomodolibet neceſſaria fuerint ſeu opportuna, & quæ ipſemet ipſimet Conſtituen. Dominus conſtituens faceret facerent ſeu facere poſſet poſſent, ſi præmiſſis omnibus perſonaliter intereſſet. Etiam ſi talia forent, quæ mandatum exigerent magis ſpeciale, quam præſentibus eſt expreſſum promitten. iidem Conſtituen. idem Dominus Conſtituens, michi Notario publico infraſcripto vice & nomine omnium & ſingulorum quorum intereſt intererit vel intereſſe poterit quomodolibet in futurum ſolemniter ſtipulan. & recipien. ſeſe ratum gratum atque firmum perpetuo habiturum, habituros totum & quitquid per prædictos ſuos ipſorum Procuratores, vel eorum alterum aut ſubſtitutum, vel ſubſtitutos ab eis, vel eorum altero actum fact. dict. geſtum & procurat. fuerit & quolibet præmiſſor. ſuosque ipſor.que Procurator & eorum quemlibet aut ſubſtitutum vel ſubſtitutos ab eisd. vel eor. altero relevan. & relevare valen. ab omni onere ſatis dan. nec non Judicio ſiſti & judicatum ſolvi cum ſuis clauſulis univerſis ſub Ipotheca omnium bonorum ſuorum obligamine, ſuper quibus omni-

Digitized by Google

bus & fingulis præmisfis memoratus memorati Dominus Domini Conftituen. conftituens petiit petierunt a me Notario publico fubfcripto fibi fibiipfis fieri & tradi publicum Inftrumentum officio Thabellionatus mei requiren. Acta funt hæc & facta Anno Indictione die, Menfe hora loco & pontificatu quibus fupra, Præfentibus ibidem Discretis viris Gregorio Rectore Altaris Sanctisfimi Corporis Chrifti in dicta Ecclefia Budenfi fundati, Matheo Succuftode Johanne Succantore chori ejusdem Ecclefiæ Presbyteris, & Ambrofio de Patak Clerico aliisque quam pluribus teftibus fidedignis ad præmiffa vocatis fpecialiter & requifitis.

Et ego Johannes Clementis de Magh Agrien. dyoces. Imperiali Auctoritate Notarius publicus, quia præmisfis Procuratoriæ conftitutioni ordinationi, & creationi, nec non ratihabitioni, aliisque omnibus & fingulis, dum fic ut præmittitur fierent & agerentur, una cum prænominatis teftibus præfens interfui, eaque omnia & fingula fic fieri vidi & audivi. Ideo hoc præfens publicum Inftrumentum manu propria fcriptum confeci & roboravi, ac in hanc publicam formam redegi fiquoque & nomine meis folitis configнavi in fidem & teftimonium omnium præmifforum & fingulorum rogatus & requifitus.

431. Quod &c. in fua &c. noftram venien. in præfentiam oneribus etiam eorund. &c.

ac honeftæ Dominæ &c, nec non Petri & aliorum quorumlibet quos infra fcriptum tangeret negotium in fe affumpt. per eundem confeffum extitit fponte & relatum in hunc modum. Quod licet ipfe fuperioribus annis pro certisfimis necesfitatibus fuis ad omnia bona &c. a quodam T. certam pecuniæ quantitatem pro fe levaverit & accommodaverit &c.

propter fuam inopiam & impotentiam deponere &c.

Ne iidem per longioris temporis fpatia propter accrefcen. ad majoris graviorisque oneris folutionem & debiti per ipfum N. compelleretur &c. in paratis flor. auri omni rerum æftimatione fecluſa &c. extunc in dominium perhemnale prætaxatarum utrarumque vinearum in continenti folum vigore præfentium &c. contradictione prætactarum &c. aliorum quorumlibet non obftan. &c. hoc non prætermiffo &c.

432. *Donatio Sessionis Jobagionalis simulcum Vinea.*

Nos &c. H. B. Memoriæ commendamus tenore præfentium fignifican. quibus expedit univerfis quod nos ad fingularem requifitionem

Digitized by Google

Illuſtris Dominæ Elizabet Genitricis noſtræ charisſimæ per eandem pro parte nobilis Dominæ ſimiliter Elizabet vocatæ Relictæ condam T. de T. nobis porrectæ. Tum vero vidualis ſtatus ſui ordinis ejusdem Dominæ diverſarum oppreſſionum & miſeriarum generibus intuit. Miſericordia igitur ducti, quandam Seſſionem Jobagionalem in poſſeſſione T. vocata in Comitatu Tholnen. exiſten. habitam quam hactenus ipſa Domina Elizabeth emptionis titulo certis annis poſſediſſet & nunc quidam Johannes T. dictus inhabitaret, ac unam vineam Demetrii T. T. vocatam in promontorio ejusdem poſſeſſionis T. adjacent. quæ condam Domini Johannis Epiſcopi Eccleſiæ T. emptitiæ & propriæ præfuiſſent. Sed ob notam infidelitatis ejusdem Johannis Epiſcopi, quam idem ex eo, quod pridem Regi Polonorum, & certis noſtris æmulis ejus partem foventibus adheſiſſet & more traditoris Judæ noſtrorum beneficiorum ſibi collatorum penitus immemor contra noſtram Majeſtatem hoſtiliter inſurgendo incurriſſe, ex eoque juxta legem & conſuetudinem Regni noſtri ad Sacram Coronam ejusdem Conſequenterque noſtram Majeſtatem rite & legitime veluti proprium Jus emptitium perſonæ ejusdem propriæ condeſcenſæ fore perhibentur. Item totum & omne Jus noſtrum Regium, ſi quod in dicta Seſſione Jobagionali ac vinea T. antefata etiam aliter qualitercunque haberemus, aut noſtram ex quibusvis cauſis, viis, & rationibus concernerent Majeſtatem, cum cunctis earundem utilitatibus, & proventibus, ac pertinentiis quibusvis, terris ſcilicet arabilibus, cultis & incultis, agris, pratis, fœnilibus ſilvis nemoribus ceterarumque integritatum utilitatibus, quibus aliæ Seſſiones eidem ſimiles teneri conſueviſſent, de Jure ad ipſam Seſſionem ſpectan. præmiſſis ſicut præfertur ſtantibus & ſe habentibus memoratæ Dominæ Elizabeth relictæ T. de T. & per eandem nobili Dominæ Annæ filiæ ac Gaſpar nepoti ejusdem ipſorumque heredibus & poſteritatibus univerſis dedimus, donavimus, & contulimus. Immo damus, donamus, & conferimus Jure perpetuo & irrevocabiliter tenere poſſidere, pariter & habere ſalvo Jure alieno. Harum noſtrarum vigore & teſtimonio litterarum median. Datum Budæ &c. Anno Domini &c. Regni noſtri &c. Coronationis vero T. &c.

433. Tandem hujusmodi infortunio adverſitatum accedente fortuna iterum proſperante &c.

434. *Clauſula.*

Quoddam genus ſolutionis Ázokpénz vocatum contra diſpoſitionem alias inter ipſum N. Præpoſitum & dictos Exponentes juxta contenta litterarum veſtrarum Faſſionalium pariter & obligator. exinde confectarum factam & concluſam potentialiter recipi, & extorqui feciſſet. Sicque N. Præpoſitus dictam diſpoſitionem, cum certis Ar-

Digitized by Google

ticulis ejusdem diſpoſitionis in dictis Faſſionalibus, & obligatoriis ſpecificatis retractaſſet & diſſolviſſet, propterea, quod etiam dicti Exponentes ab eisdem articulis prædictæ diſpoſitionis abſolvi vellent Jure mediante.

435. *Libellus coram Vicario.*

Coram vobis Venerabili & Egregio Viro Domino Auguſtino de Monellis utriusque Juris Doctore Curiæque Reverendiſſimi in Chriſto Patris & Domini Gabrielis Epiſcopi Eccleſiæ Agrienſis Apoſtolicæque Sedis cum plenitudine poteſtatis Legati de latere in Regnis Hungariæ & Bohemiæ &c. Cauſarum Auditore generali Procurator. & nomine Procuratorio T. de T. Dyoces. T. contra & adverſus quendam T. de T. & aliam quamlibet perſonam pro eo & ejus nomine in Judicio legitime intervenien. dicit, agit, & gravi cum querela proponit. Quod &c. hic ponatur tota Actio &c. In diſpendium ſalutis &c. ipſius T. &c. valde magnum. Quas, & quæ in animum revocan. ipſe Actor hujusmodi &c. in præſenti cauſa factis & fien. pro T. flor. auri puri pati & ſuſtinere noluiſſet &c.

Quare Venerabilis Domine Auditor petit dictus Procurator nomine cujus ſupra per vos, veſtramque Sententiam diffinitivam pronunciari declarari, decerni, & præmiſſas &c. oblationem, ſpoliationem, dampnificationem, verborum illicitorum proclamationem minationem, ac dampna & injurias eadem & ea, per ipſum in cauſam attractum facere minime licuiſſet, & neque liceret de præſenti, proptereaque eundem ad reſtituen. hujusmodi T. ac reclamationem & revocationem dictorum verborum illicitorum, proclamatorum teneri & obligari. Ipſumque in eisdem nec non ratione prævia in dictis T. flor. auri & in expenſis præſentis litis factis, & fien. condempnari & ad ſolutionem compelli ſalvo Jure adden. mutan. minuendi &c.

436. Spoliavit & dampnificavit quem ſcilicet lectum ipſe Actor nedum decem flor. ſed & pro omnibus bonis ac rebus ejusdem in cauſam attracti non dediſſet, & a ſe alienare non permiſiſſet &c. Neſcitur qua finiſtra machinatione fretus, ipſum Actorem coram probis & honeſtis perſonis diverſis verbis illicitis &c. afficien. &c. Per me Johannem Notarium.

437. In Nomine Domini Amen. Anno Nativitatis &c. vel quaſi die vero quarta &c. in fundo Rectoratus Altaris beatæ Mariæ Virginis in Eccleſiæ etc. in T. fundata, conſtructi, Pontif. autem Sanctiſſimi in Chriſto etc. & in mei Notarii publici, & teſtium ſubſcriptorum præſentia conſtitutus perſonaliter, Venerabilis Magiſter N. Rector Capellæ beati N. ad latus Eccleſiæ Cathedralis Agrien. fun-

Digitized by Google

datæ, & Canonicus Ecclesiæ T. omnibus melioribus via, jure forma & causa quibus potuit & debuit animo & intentione appellandi, & infrascriptam appellationem interponendi facto realiter, & in scriptis eandem gestans suis in manibus, interposuit, Cujus tenor sequitur & est talis: Cum appellationis remedium in subsidium oppressorum seque verisimiliter opprimi formidantium relevamen a sanctis Patribus & Juris utriusque Doctoribus sit salubriter adinventum & institutum, ut ea, quæ minus juste & indebite, & contra Canonum statuta aguntur, Jurisæquitate per Superioris providentiam in melius reformentur. Hinc est, quod Venerabilis Magister Demetrius Rector Capellæ beati N. &c. animo & intentione ad Reverendissimum in Ch. i sto Patrem & Dominum Gabrielem Dei & Apostolicæ Sedis gratia Episcopum Ecclesiæ Agrien. & Apostolicæ Sedis de latere &c. Legatum provocandi & appellandi dicit. Quod quamvis Reverendus Dominus N. Præpolitus Ecclesiæ T. ipsum anno proxime elapso ut in ipsa N. Ecclesia ratione Canonicatus sui residentiam faceret personalem per edictum suum in valvis ejusdem Ecclesiæ N. affixum, sub pœna privationis publice citaverit. Tamen quia eo tempore cont gisset eundem Magistrum Demetrium certa de causa in captivitatem Regiæ Majestatis incidisse, & per hoc ne ipsam residentiam facere posset impediti. Ipse Dominus Præpolitus attendens non esse dandam afflictionem afflicto Sententiam privationis quam contra eum ferre prætendebat cum suis actis & processibus eo tunc suspendisset, & insuper ad supplicationem suam ipse Dominus Præpositus dum nuper in Majestatis Regiæ fuisset ad Principes Alemanniæ profectus id ut de Canonicatu suo prædicto per concambium seu permutationem aut per simplicem resignationem quam primum commode posset, absque tamen alicujus certi termini prælixione cuicumque vellet libere disponere posset. Quod quia interim in possessione ipsius Canonicatus, nec per se nec Vicarium suum quovis modo turbaretur gratiose annuisset & concessisset. Verum Honorabilis Magister N. de T. Canonicus & Vicarius præfatæ Ecclesiæ, nescitur quo ductus motivo non longe post recessum præfati Domini Præpositi; dum ipse Magister Demetrius in disponendo de Canonicatu suo prædicto sub confidentia annuentiæ & concesfionis præfatarum summopere laboraret, quoddam edictum & unitum advalvas Ecclesiæ T. præfatæ affixisset quo ipsum scilicet Magistrum Demetrium ad Decimum duntaxat diem ad residentiam faciencitasset. Cum tamen juxta Canonicas Sanctiones ad minus ad dies triginta in vim trium edictorum computandas citare debuisset. Quo quidem decem dierum termino, de quo ipsi Magistro Demetrio propter ejus brevitatem constare non potuisset, elapso, idem Magister N. Vicarius omnibus aliis Citationibus utpote ad vidend. concludi in negotio hujusmodi, & ferri Sententiam privationis, quæ de Jure & de

Digitized by Google

consuetudine Sententiam privationis legitime ferend. procedere debuisset, postergatis, & obmisis importune, & præcipitanter, non dubium, quin in favorem cujusdam Capellani præfati Domini Præpositi eundem Magistrum Demetrium Canonicatu suo prædicto minus juste privasset, & spoliasset, & eundem prænemorato Capellano præfati Domini Præpositi de facto & contra Canonum statuta contulisset, seque idem Capellanus in ipsum Canonicatum temere & de facto intrusisset in præjudicium ejusdem Magistri Demetrii Jurisque derogamen atque dampnum, in quo ipsum Magistrum Demetrium vehementer gravasset. Ideo ipse Magister Demetrius sentiens se vehementer gravari a dictis processibus ipsius Emerici Vicarii pnfis. privationeque & collatione, ac aliis exinde secutis & sequendis ad præfatum Dominum Gabrielem Legatum Apostolicæ Sedis, quam primum ad notitiam sui præmissa devenerunt, in his scriptis, provocat, & appellat Apostolosque petit primo secundo & tertio instanter, instantius, & instantissime unico verborum contextu, siquis foret, qui eosdem sibi daret, saltem litteras Testimoniales a vobis Domino Notario publico quem ad hoc requirit postulat subjiciens negotium hujusmodi seque & omnia bona sua mobilia tuitioni & defensioni dicti Domini Legati, ubi non allegata allegabat, non proposita proponet, non deducta deducet terminum sibi semper ad hujusmodi appellationem prosequendam a Jure præfixum statuend. & quod eandem appellationem infra terminum a Jure statutum prosequi intendit inhibendo. Nihilominus dicto Emerico Vicario & præfato Capellano dicti Domini Præpositi intruso, ne hujusmodi appellation. penden. per se vel per alium in conservatione hujusmodi benificii & in bursatione fructuum & redditurum ejusdem aliquid attemptare præsumant. Et nihilominus præsentem Appellationem notificat & insinuat præfato Magistro Emerico Vicario, & aliis quorum interest, vel interesse poterit, quomodolibet in futurum ne ipsius Appellationis quoquo modo ipse Vicarius & alii prætendere possent, atque valeant ignorantiam. Super quo solemniter protestatur salvo Jure adden. mutandi alterandi, corrigendi, & præsentem appellationem in melius reformandi. Protestatur de Injuriis factis, expensis vexationibus, dampnis & omnium interesse.

Post cujusquidem appellationis interpositionem idem Magister Demetrius requisivit me Notarium publicum infrascriptum, quatinus sibi super præmisis unum vel plura publicum, seu publica conficerem Instrumentum, seu Instrumenta. Quod & feci officio meo incumbenti. Acta sunt hæc & facta. Anno Indictione, die, mense, hora, loco & Pontificatu quibus supra. Præsentibus ibi-dem &c. Aliisque quam pluribus testibus fidedignis ad præmissa vocatis & in testimonium requisitis.

Digitized by Google

Et ego Johannes natus Clementis de Magh Clericus Agrienſis Dyoceſis, Sacra Imperiali auctoritate Notarius publicus. Quia præmiſſis videlicet Appellationi Interpoſitioni, Proteſtationi, aliisque omnibus & ſingulis dum ſic ut præmittitur fierent & agerentur, unacum prænominatis teſtibus præſens interfui, eaque omnia, & ſingula ſic fieri vidi & audivi. Ideo hoc præſens publicum Inſtrumentum, manu mea, vel ſic: manu aliena ſcriptum exinde confeci, & in hanc publicam formam redegi, ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis conſignavi, rogatus & requiſitus in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſorum de quibus omnibus & ſingulis plenam facio fidem. Script. in Civitate Pesthienſi in feſto Sanctæ Scholaſticæ Virginis 1477.

438. *Mandatum.*

In Nomine Domini &c. in Civitate Wyennen. in Clauſtro beatæ Mariæ Virginis Fratrum Prædicatorum ordinis ſancti Dominici in eadem Civitate Wyennenſi fundato. Pont. &c. In mei Notarii &c. conſtitutus perſonaliter Honorabilis N. de T. Dyocēs. T. omnibus melioribus. &c. Via Jure cauſa & forma, quibus melius & efficacius debuit & potuit, fecit, conſtituit, & ſolemniter ordinavit, ſuos veros, certos, legitimos & indubitatos Procuratores, Actores, Factores, negotiorumque ſuorum geſtores, & nuncios ſpeciales & generales. Ita tamen, quod ſpecialitas, generalitati non deroget, nec e contra, Honorabiles Dominos N. & N. de T. abſentes tamquam præſentes, & eorum quemlibet in ſolidum. Ita quod non ſit melior conditio prius occupantis, nec deterior ſubſequentis. Sed quod unus eorum inceperit, alter eorum proſequi, mediare, valeat atque finire, ad acceptand. pro eo, & ejus nomine, Lectoratum, Canonicatumque & Præbendam in Eccleſia T. per Translationem Honorabilis Magiſtri T. de T. ad Cuſtodiatum Eccleſiæ T. factam, nunc de Jure, & de facto vacantem. Item ad petend. ſeu inveſtiri, ac in realem, corporalemque & actualem poſſeſſionem eorundem Lectoratus, Canonicatusque, ac Præbendæ, nomine ipſius Conſtituent. introduci, poſſeſſionesque, ſeu poſſeſſionem hujusmodi dignitatis recipiend. gubernand. tenen. poſſiden. & in Lectorem ac Canonicum recipi, Stallumque in choro, & vocem & locum in Capitulo cum plenitudine Juris Canonici aſſignare petend. Ipſosque Lectoratum Canonicatumque & Præbendam laudabiliter deſerviri faciend. & procurand. fructusque redditus, proventus, Jura, obventiones, & emolumenta, quæcunque eorundem Lectoratus, Canonicatusque & Præbendæ, quomodolibet provenien. a quibuscunque deben. petend. exigen. levand. & recipien. arendand. locand. & dislocand. ac in firmam ſeu annuam penſionem dand. & conceden. ac de receptis quittand. & pactum de ſolutis ulterius nihil petendo faciend. ac etiam de obſervandis Statutis, & Conſuetudinibus præfatæ Eccle-

Digitized by Google

ſiæ T. aut alias in præmiſſis neceſſarium Juramentum in animam ipſius Domini Conſtituentis præſtandum. Et generaliter ad omnia alia & ſingula faciend. geren. exercend. procuran. quæ in præmiſſis, & circa ea neceſſaria fuerint quomodo libet ſeu opportuna, & quæmet ipſe Dominus Conſtituens faceret, ſeu facere poſſet, ſi præmiſſis perſonaliter intereſſet, etiam ſi talia forent, quæ mandatum exigeret ſpecialius, quam præſentibus eſt expreſſum. Promitten. etiam idem Dominus Conſtituens michi Notario publico ſtipulatione ſolemni vice & nomine omnium & ſingulorum quorum intereſt, vel intererit in futurum, ſe gratum, ratum, atque firmum perpetuo habiturum totum id, & quitquid per dictos ſuos Procuratores actum, factum, dictum geſtumve fuerit in præmiſſis, ſeu aliqua præmiſſorum, ſub omnium bonorum ſuorum præſentium & futurorum obligamine & Ipotheca. Super quibus omnibus & ſingulis dictus Conſtituens, petiit me Notarium infraſcriptum ut ſibi ſuperinde unum vel plura publicum, ſeu publica, inſtrumentum, ſeu inſtrumenta conficerem, quod & feci mei Tabelleonatus officio requirente. Acta ſunt hæc & facta, Anno Indictione die hora loco & Pontificatu quibus ſupra. Præſentibus ibidem &c. Aliisque quam pluribus teſtibus fidedignis ad præmiſſa ſpecialiter vocatis pariter & rogatis.

Et ego Johannes natus Clementis de Magh Clericus Agrienſis Dyoceſis, Publibus Sacra Imperiali auctoritate Notarius. Quia prædictorum Procuratorum conſtitutioni, ordinationi, promiſſioni, ratihabitioni, aliisque omnibus & ſingulis ſupra dictis dum ſic ut præmittitur agerentur & fierent, una cum prænominatis teſtibus præſens interfui, eaque omnia & ſingula præmiſſa ſic fieri vidi & audivi. Ideo præſens publicum inſtrumentum, aliis me perarduis occupato negotiis per alium fideliter ſcriptum exinde confeci, publicavi, & in hanc formam publicam redegi hic me propria manu ſubſcriben. Signo meo ſolito conſignavi rogatus & requiſitus in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum.

439. *Exceptiones in lite.*

I. Primo ſi per Dominum N. Epiſcopum vel alium quemcunque talis Judex, vel ſubdelegatus exiſtit admiſſus, quod parti adverſæ favet in omnibus.

II. Si citatio fuit cum Sigillo, quia talis citatio debet fieri cum narratione. Ergo excipiatur contra citationem, cum Sigillo factam, quia non habet vigorem.

III. Quod Citatio debet fieri ſub iſta forma, ſicuti in intraſcriptis conſtat, ſi aliter fuerit, non eſt alicujus vigoris.

IV. Quod

Digitized by Google

IV. Quod Notarius Confiſtorialis doceat de legalitate utrum ſit, vel eſt verus Thabellio, an non. Quia ſi non fuerit Thabellio, non eſt ſibi fides adhibenda.

V. Quod ſi iſta omnia deducuntur in rem judicatam, tunc propoſitum partis adverſæ petat primo verbo extunc in ſcriptis. Petat etiam copiam libelli, inſuper petat terminum, ad excipien. contra Libellum, contra ipſum Libellantem. Sed fiat cautus ne ſimpliciter coram Judicibus ignaris, & Notariis, ac Aſſeſſoribus ſubmittat ſe Judicio ſano conſilio meliori aut ſaniori.

Notandum eſt, quod quia, & ex quo pars adverſa eligit ſibi Judicem quam voluit, tunc dicat eum fore ſuſpectum, pro eo, quicunque eritis citatus nunquam dicatis vos comparuiſſe, tamquam coram Judice, ſed tamquam coram honeſta perſona, auditurus viſurus quid iſta citatio reportet, iſtam clauſulam teneatis firmo quousque pronunciabit ſe Judicem competentem. Quia in clauſulis, & hic ſcriptis percipietis quare eritis citatus ad excipien. primo contra Commiſſionem; ex poſt ad objectam partis adverſæ reſpondere.

Item iſta clauſula ſic debet fieri in noſtram peremptor. præſentiam ad terminum competentem, ad dicen. & excipien. quitquid verbo vel in ſcriptis dicere, & excipere voluerit, contra dictam Commiſſionem præſentibus inſertam. Et alias præfato N. vel ſuo legitimo Procuratori de Jure reſponſur. proceſſurosque, & procedi viſur. in hujusmodi cauſa & cauſis gradatim & ſucceſſive usque ad diffinitivam Sententiam inclufive debitis & conſuetis terminis &c.

440. *Super teſtamentaria diſpoſitione.*

In Nomine Domini Amen. Anno Nativitatis ejusdem Milleſimo Quadringenteſimo Septuageſimo Septimo. Indictione decima, die vero veneris quæ fuit ſeptima menſis Martii hora prima poſt meridiem. Pontificatus autem Sanctiſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri Domini Sixti divina providentia Papæ quarti, anno ipſius ſeptimo, in Civitate Budenſi Weſprimienſis Dyoceſis, Jurisdictionis vero Spiritualis Strigonienſis, in domo & ſtuba ſuperiori Providi & Circumſpecti Parochialis viri Domini Hermanni Cranather civis & victrici Eccleſiæ beatæ Mariæ Virginis in præfata Buda in mei Notarii publici, teſtiumque infraſcriptorum ad hoc vocatorum, pariter & rogatorum præſentia. Idem Dominus Hermannus Kranather perſonaliter conſtitutus, ſentiensque ſe idem Dominus Hermannus viribus humanis debilem voluntate divina, mente tamen & intellectu ac memoria ſanus bona ratione conſiderans vanam hujus mundi inſtabilem conditionem, ſeu labilitatem, attendensque ſe nil certius habere quam

Digitized by Google

horam mortis, & volens providere animæ ſuæ ſalutem, de bonis temporalibus ſibi a Deo Omnipotenti collatis, omnibus melioribus modo via Jure cauſa, & forma, quibus melius, & efficacius potuit, debuit, fecit ordinavit, & condidit ſuum Teſtamentum, ſeu ultimam voluntatem, per modum qui ſequitur:

In primis quidem de ſupremi Regis miſericordia plenarie confiſus animam ſuam dum & quando a carnis nexibus diſſolvi contigerit commendavit altiſſimo omnium Creatori, eiusque Matri gloriosæ Virgini Mariæ & toti Curiæ Civium ſupernorum. Item &c.

Super quibus omnibus & ſingulis præmiſſis præfati Domini ſuperintendentis & Domina Katherina conſors dicti condam Hermanni Executrix, petiverunt me Notarium publicum infraſcriptum, ut eis ſuper præfato teſtamento, ſeu ultima voluntate dicti Domini Hermanni, conficerem Inſtrumentum, ſeu Inſtrumenta, quod & feci. Acta ſunt hæc Anno Indictione, die menſe, hora, loco, & pontificatu quibus ſupra. Præſentibus ibidem Honorabilibus, & diſcretis Viris T. & T. ac T. & aliis quam pluribus fidedignis teſtibus ad præmiſſa vocatis, pariter & rogatis &c.

Quia prædictis Teſtamenti, ſeu ultimæ voluntatis factioni ſuperintendentium conſtitutioni, & Executricis electioni ordinationi poteſtatis dationi ratificationi, aliisque omnibus & ſingulis &c.

Ex quibus præſens publicum Inſtrumentum per alium fideliter ſcriptum confeci & in hanc publicam formam redegi, ſignoque &c.

441. Michaël Epiſcopus Milkovienſis, ac Eccleſiæ Strigonienſis in Pontificalibus, & Spiritualibus vicarius, ac Cauſarum Auditor generalis, dilectis nobis in Chriſto, diſcretis viris Dominis N. de N. & de N. & N. de N. aliisque omnibus & ſingulis Eccleſiarum Plebanis in Veſprimienſi & Agrienſi Dyoceſibus ubivis conſtitutis & exiſtentibus, qui præſentibus fueritis requiſiti, aut alter veſtrum fuerit requiſitus, ſalutem in Domino ſempiternam, & mandatis noſtris firmiter obedire. Veſtræ & cujuslibet veſtrum devotioni inſolidum in virtute ſanctæ obedientiæ, & ſub exconmunicationis pœna, quam in vos & alterum veſtrum hujusmodi mandatum noſtrum exequi recuſan. trium dierum Canonica monitione præmiſſa a die Exhibitionis præſentium vobis fien. computan. ferimus in his ſcriptis diſtricte præcipien. committimus & mandamus, quatinus mox viſis præſentibus ac dum & quando cum præſentibus fueritis requiſiti, aut alter veſtrum fuerit requiſitus ad Nobiles T. & T. de T. præfatæ Dyoceſis perſonaliter accedatis, ipſosque ſi eorum præſentias commode habere poteritis, alioquin in domibus habitationum ipſorum, & alias ſic & taliter

Digitized by Google

quod hujusmodi vestra Citatio, ad eorum notitiam verisimiliter possit devenire, ad Instantiam Discreti T. de T. Jurisdictionis vero Spiritualis Strigonienſis, in facto ut dicunt vituperationis, ſpoliationis & aliarum injuriarum, nec non debitorum forum Eccleſiaſticum concernen. & earum occaſione, auctoritate Apoſtolicæ Legationis natæ, qua fungimur, in noſtram perhemptor. citetis præſentiam ad viceſimum diem, a die hujusmodi veſtræ Citationis; de ipſis fien. conputan. eidem T. vel ipſius legitimo Procuratori, de & tuper præmiſſis, earum occaſione de Jure & Juſtitia reſponſur. a nobisque debitæ Juſtitiæ complementum receptur. usque ad Sententiam diffinitivam inclusive certificamus eosdem ſic citatos, quod ſive ipſi in dicto citationis termino Strigonii coram nobis compareant, ſive non, ipſis ulterius non ibi partibus, ſed per Edictum in foribus hujus Almæ Eccleſiæ Strigonienſis more ſolito publice citatis, ad partis coram nobis conparen. inſtan. in hujusmodi cauſa, & cauſis prout Juris fuerit ad ulteriora procedemus, alterius partis abſentia, vel contumacia in aliquo non obſtante. Et poſt hæc ſeriem veſtræ Executionis, ac quitquid in præmiſſis feceritis nobis ſuo modo conſcientioſe reſcribatis, præſentes in ſpecie remitten. Datum Strigonii &c. 1480.

442. *Citatoria cum Inhibitione vigore Reſcripti Apoſtolici.*

Thomas Decretorum Doctor & Vicarius, ac Bartholomæus Cuſtos Canonici Eccleſiæ Agrienſis, Jurisdictionis vero Spiritualis Strigonienſis, nec non in cauſa, & cauſis, ac partibus infraſcriptis, una cum Reverendo Domino Ladislao Præpoſito Eccleſiæ T. in illa clauſula: Si non omnes &c. Judices a Sede Apoſtolica ſpecialiter delegati univerſis & ſingulis Dominis Abbatibus, Prioribus, Præpoſitis tam ſecularibus, quam Regularibus Lectoribus, Cantoribus, Cuſtodibus, Decanis, Archidiaconis Cathedralium, & Collegiatarum Canonicis, Parochialiumque Eccleſiarum Plebanis, & Altarium Rectoribus, eorumque vicesgerentibus, Gratianis, Sacriſtis, ceterisque Presbyteris & Clericis Curatis & non Curatis, ac Notariis, & Thabellionibus publicis, quibuscunque inter ambitum hujus Regni Hungariæ, ubilibet conſtitutis, & exiſtentibus, conjunctim & diviſim, qui cum præſentibus fueritis requiſiti, aut alter veſtrum fuerit requiſitus, ſalutem in Domino ſempiternam, & noſtris hujusmodi, immo verius Apoſtolicis firmiter obedire mandatis, Litteras Sanctisſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Sixti Divina providentia Papæ quarti, ejus vera Bulla plumbea in corda Canapea more Romanæ Curiæ impenden. conſignatas ſanas & integras, non abraſas, non variatas, ſeu cancellatas, nec in aliqua ſui parte ſuſpectas, ſed omni prorſus vitio & ſuſpicione carentes nobis die datarum præſentium pro parte Providi T. de T. Layci Wacienſis Dyocesis in abſentia dicti Domini La-

Digitized by Google

dislai Præpoſiti, tam in facto Regni, quam etiam aliis de cauſis in remotis Agentis exhibitas, & præſentatas honore & reverentia quibus decuit recepimus hujusmodi ſub tenore;

Sixtus Epiſcopus &c. Poſt quarum quidem Litterarum præſentationem & receptionem nobis, & per nos ut præmittitur factas pro parte ejusdem Petri Raday, ſuimus debita cum inſtantia requiſiti, quatinus ſibi ſuperinde opportune providere, & Citationem legitimam una cum Inhibitone inſerta contra, & adverſus præfatum Benedictum Litteratum de T. pro Clerico Weſprimienſis Dyocefis ſe geren. ex adverſo principalem & in præinſertis Litteris Apoſtolicis principaliter nominatum, ac alios omnes & ſingulos ſua conjunctim vel diviſim intereſſe præſentan. & in executione præſentium nominati in forma ſolita & conſueta dare detinere & concedere dignaremur. Nos igitur attenden. requiſitionem hujusmodi fore juſtam & Juri conſonam, quod quia juſta petenti non eſt denegandus aſſenſus volen. itaque in cauſa & cauſis hujusmodi juxta traditam, ſeu directam nobis in dictis Litteris Apoſtolicis, formam vim & tenorem rite & legitime procedere ac dante Domino ipſis partibus juſtitiam miniſtrare ut tenemur Litteras hujusmodi duximus decernen. & decernimus per præſentes. Quocirca veſtræ & cujuslibet veſtrum devotioni inſolidum auctoritate præfata qua fungimur in hac parte in virtute ſalutaris obedientiæ, & ſub pœna exconmunicationis, quam in vos & alterum veſtrum mandatum noſtrum hujusmodi, immo verius Apoſtolicum exequi recuſan. ſeu recuſan. trium dierum Canonica monitione præmiſſa, a die requiſitionis præſentium de vobis immediate fien. conputan. ferimus in his ſcriptis diſtricte præcipien. conmittimus & mandamus, quatinus mox viſis præſentibus & poſtquam pro dicti Petri Raday fueritis requiſiti, aut alter veſtrum fuerit requiſitus conjunctim vel diviſim. Ita tamen, quod in his exequen. unus veſtrum alterum non expectet, nec unus pro alio ſe excuſet, ad præfatum Benedictum Litteratum de T. ac alios omnes & ſingulos ſua conjunctim vel diviſim inter eſſe putan. & ut præfertur in executione præſentium vobis nominati perſonaliter accedatis, ſeu alter veſtrum accedat, ipſosque ſi eorum præſentiam commode habere poteritis, alias ſic & taliter, quod hujusmodi veſtra citatio ad eorum notitiam quovis modo veriſimiliter valeat devenire, in noſtram peremptor. citetis præſentiam, quos & nos ſerie præſentium ſic citamus, ut ipſi viceſimo die, a die Citationis veſtræ hujusmodi immediate fien. conputan. ſi Juridica fuerit, & nos ad Jura redden. & cauſas audien. Tribunali ſedere contigerit. Alioquin prima die Juridica, ex tunc immediate ſequen. qua nos ut præfertur in hujusmodi cauſa & cauſis ad Jura redden. & cauſas audien. pro Tribunali ſedere occurret per ſe perſonaliter, aut per ipſo-

Digitized by Google

rum Procuratorem legitimum, ad cauſam ſeu cauſas hujusmodi ſufficienter inſtructum, cum omnibus & ſingulis ſuis Actis acticatis, litteris, ſcripturis, privilegiis, proceſſibus, & quibusvis munimentis cauſam ſeu cauſas hujusmodi tangen. & concernen. compareat legitime coram nobis ad dicen. & excipien. ſiquid verbo, vel in ſcriptis voluerint, contra præinſertas litteras Apoſtolicas, ac perſonam, & Jurisdictionem noſtras ac nobis in eisdem Litteris Apoſtolicis factam Commiſſionem. Aliasque præfato Petro Ráday in præinſertis Litteris Apoſtolicis principali aut ſuo legitimo Procuratori de Jure & Juſtitia reſponden. procedend.que & procedi vidend. in cauſa & cauſis hujusmodi gradatim & ſucceſive ad Sententiam diffinitivam inclusive, debitis tamen terminis e dilationibus intervenien. certifican. eosdem ſic citatos, quod ſive ipſi in dicto citationis termino coram nobis compareant, ſive non, nos ipſis ulterius non ibi in partibus, ſed per edictum in foribus hujusmodi Almæ Eccleſiæ T. morte ſolito publice citat. ad partis coram nobis comparen. inſtantiam in hujusmodi cauſa & cauſis prout Juris fuerit, ad præmiſſa omnia & ſingula procedemus, alterius partis abſentia vel contumacia in aliquo non obſtante, & inſuper attenden. quod lite & cauſa, ſeu cauſis prædictis coram nobis indeciſſe penden. nichil ſit per quampiam in partibus attemptan. Vobis omnibus & ſingulis Dominis ſupradictis & veſtrum cuilibet inſolidum ſub præfata Excomunicationis pœna modo & forma præmiſſis diſtrictius præcipien. committimus & mandamus quatinus poſt legitimam debitæ Citationis veſtræ Executionem præfato Benedicto Litterato in præinſertis Litteris Apoſtolicis ex adverſo principaliter nominato ac Venerabili Domino Archangelo de Varicaſtris Decretorum Doctori Canonico Eccleſiæ Agrien. qui in audiendis cauſis coram Reverendo Patre Domino Paulo de Ludovicis de Tuſcanella utriusque Juris Doctore Reverendiſſimi Domini Johannis de Aragonia &c. Sancti Adriani Presbyteri Cardinalis, & pridem in Regno Hungariæ Apoſtolicæ Sedis Legati Cauſarum Auditoris generali, & in hujusmodi cauſa & cauſis, alias Judicis motis eidem Domino Paulo ut dicitur ſucceſſiſſet, aliisque omnibus & ſingulis, quibus neceſſe & opportunum fuerit, vobis præſentium ſerie nominandis inhibeatis. Quibus & nos tenore præſentium ſic inhibemus, ne ipſi aut eorum alter in vilipendium & contemptum Sedis Apoſtolicæ ac Jurisdictionis noſtræ nobis in hac parte conceſſæ, præfatique Petri Ráday Jurium & Juſtitiæ derogamen publice vel occulte directe, vel indirecte, aut alio quovis quæſito colore quitquam attemptare, & innovare præſumpmat, ſeu alter eorum præſumpmat. Alioquin ſi ſecus factum fuerit, id totum revocare & in priſtinum ſtatum reducere curabimus juſtitia mediante. Tandem ſeriem ac diem & locum veſtræ Executionis, & quitquid in præmiſſis feceritis nobis per veſtras paten. Litteras harum ſeriem ſeu de-

Digitized by Google

ſignationem in ſe continen. ſuo modo fideliter & conſcientioſe reſcribatis, præſentes in ſpecie remitten. Datum &c. die tertia Menſis Octobris Anno 1480. Præſentibus ibidem Honorabilibus Dominis & Magiſtris N. de N. & N. de N. Canonicis præfatæ Eccleſiæ T. teſtibus fidedignis ad præmiſſa ſpecialiter rogatis, & requiſitis.

443. *Relatoria ſuper præmiſſis.*

Venerabiles Domini, Veſtris Litteris Citatioriis michi pro parte Providi Petri Ráday de T. & contra quendam Benedictum de Lab qui ſe gerit pro Clerico Veſprimienſis Dyoceſis, transmiſis honore congruo acceptis, mox videlicet feria quinta proxima poſt feſtum beati T. Confeſſoris proxime præteritum ad poſſeſſionem T. vocatam Vacienſis Dyoceſis perſonaliter accedens præfatum Benedictum Litteratum de N. ac Laurentium parvum dictum de præfata T. nec non Dominam Conthoralem ipſius T. michi per jam dictum Petrum Ráday ſpecialiter nominatos ad vicesſimum diem a die hujusmodi prædicto immediate ſien. computan. in veſtram peremptor. citavi præſentiam ut ipſi per ſe perſonaliter, aut per ipſorum Procuratorem legitimum ad Cauſam ſeu Cauſas coram vobis vigore Reſcripti Apoſtolici inter ipſos decidendam, ſeu decidendas ſufficienter inſtructum cum omnibus & ſingulis ſuis actis acticatis, litteris, ſcripturis, privilegiis proceſſibus & quibusvis munimentis cauſam ſeu cauſas hujusmodi tangen. ipſo viceſimo die diei citationis meæ prænotatæ compareant legitimæ coram vobis ad dicend. & excipiend. ſi quid voluerint contra transmiſſas Litteras Apoſtolicas, aut perſonam & Jurisdictionem veſtras, ac vobis in eisdem Litteris Apoſtolicis factam Commiſſionem, aliasque præfato Petro Ráday in ipſis Litteris Apoſtolicis principali aut ſuo legitimo Procuratori de Jure & Juſtitia reſponden. procedendque, & procedi vidend. in cauſa & cauſis hujusmodi gradatim & ſucceſſive usque ad Sententiam diffinitivam inclusive, debitis tamen terminis & dilationibus, ut moris eſt intervenien. certificavi quoque eosdem ſic citatos, quod ſive ipſi in dicto Citationis termino coram vobis compareant, ſive non, vos ipſis ulterius non hic in partibus, ſed per Edictum in foribus Eccleſiæ Agrienſis more ſolito publice citatis, ad partis coram vobis comparentis inſtantiam in hujusmodi cauſa & cauſis, prout Juris fuert ad præmiſſa omnia & ſingula procedetis, alterius partis abſentia, vel contumacia in aliquo non obſtante præterea cum lite & cauſa, ſeu cauſis prædictis coram vobis indeciſis pendentibus. Nil ſit per quampiam in partibus attemptan. mox poſt legitimam dictæ Citationis meæ Executionem præfatis Benedicto Litterato de Láb principali ac Laurentio Parvo, & Dominæ Conſorti ſuæ inhibuit ne ipſi aut eorum alter in vilipendium & contemptum Sedis Apoſtolicæ ac Jurisdictionis Veſtræ, vobis in hac parte conceſſæ præ-

Digitized by Google

fatique Petri Ráday Jurium & Juſtitiæ derogamen publice vel occulte directe vel indirecte, aut alio quovis quæſito colore quitquam attemptare, vel innovare præſumant, ſeu alter eorum præſumat. Alioquin ſi ſecus factum fuerit, id totum revocare, & in priſtinum ſtatum reducere curabitis Juſtitia mediante. Venerabilem autem Dominum Archangelum de Varicaſtris Decretorum Doctorem Canonicum Eccleſiæ Adrienſis, qui in audiendis cauſis coram Reverendo Domino Paulo de Ludovicis de Thuscanella, utriusque Juris Doctore Reverendiſſimi Domini Johannis de Aragonia tituli Sancti Adriani Presbyteri Cardinalis, & pridem in Regno Hungariæ Apoſtolicæ Sedis Legati, Cauſarum auditore generali, & in hujusmodi cauſa & cauſis, alias Judice motis eidem Domino Paulo ſucceſſiſſet, ut dicitur. Budæ in ſuo hoſpitio ſæpe numero quæſivi ſed minime ipſum vel ſuorum aliquem reperire potui, ut juſta mandatum veſtrum, & illi ſuper præmiſſis inhibuiſſem. Ex T. die hujusmodi Citationis prænotato. Anno Domini &c.

Supraſcriptio.

Venerabilibus Dominis N. & N. Canonicis Eccleſiæ N. nec non in cauſa & cauſis, ac partibus intraſcriptis una cum Reverendo Domino N. Præpoſito Eccleſiæ T. cum illa Claufula: Si non omnes &c. Judicibus a Sede Apoſtolica ſpecialiter delegatis Dominis Honorand.

444. *Libertas.*

Quod nos de conſenſu totius Conſilii maturo conſilio ſuperinde præhabito quandam Seſſionem unius fundi ædificio prorſus deſtitutam noſtri in medio cis fluvium T. ex oppoſito domus deſertæ Balnealis T. ſecundum latitudinem dictæ domus balnealis undique continent. ſitam & jacen. bono communi & civitatis commodo præconſiderato nullius contradictione tunc apparen. Providis T. & T. concivibus noſtris dedimus, donavimus & contulimus. Immo damus, donamus & conferimus Jure perpetuo, & irrevocabiliter pacifice tenen. poſſiden. pariter & haben. modo ſub præmiſſo &c. Aſſummen. nos nichilominus præfatos T. & T &c. ſecundum ritum & conſuetudinem dictæ Civitatis T. ab antiquo obſervatam &c.

445. *Communis Inquisitionis Relatio.*

Serenisſimo Principi & Domino Domino Mathiae Dei gratia Hungariæ Bohemiæ &c. Regi, Auſtriæque Duci, Domino eorum naturali & gratioſisſimo. Capitulum &c. Orationum ſuffragia devotarum perpetua cum fidelitate veſtra noverit Serenitas. Quod cum nos receptis Litteris adjudicatoriis viri Magnifici Domini Comitis Stephani de Bathor Judicis Curiæ veſtræ Serenitatis modum & formam com-

Digitized by Google

munis Inquiſitionis in ſe denotan. nobisque amicabiliter loquen. & direct. juxta earundem continen. una cum T. de T. & T. de T. ac T. de T. electis Juratis Nobilibus Comitatus de Zabolch pro partibus Nobilis Dominæ Agnetis Conſortis talis de T. ut Actricis & Egregii Andreæ T. de T. velut in causam Attracti, tamquam hominibus Veſtræ Serenitatis Magiſtrum T. fratrem & Concanonicum noſtrum pro præfatis utriusque partibus ad ea, quæ in dictis Litteris Adjudicatoriis præfati Domini Comitis Stephani de Bathor denotantur exequenda, inter partes prænominatas noſtro pro teſtimonio duximus fidedignum. Qui tandem exinde ad nos reverſi nobis uniformiter retulerunt, quod decimo ſeptimo die feſti beati Georgii Martyris proxime præterito, die ſcilicet in prædictis litteris præfati Domini Comitis Stephani ſignato & commiſſo in T. loco Sedis Judiciariæ præfati Comitatus ſimul proceden. juxta vim & formam generalis novi Decreti veſtræ Serenitatis, iidem homines veſtræ Serenitatis dicto noſtro teſtimonio præſente, vicinis & commetaneis dictæ pnſſeſſionis T. Nobilibusque Conprovincialibus dicti Comitatus de T. inferius nominatis per vice Comites & Judlium, ex voluntate utrarumque partium illic congregatis & convocatis, partibus etiam præſcriptis, & earum hominibus præſentibus acceden. Et primo ab eisdem vicinis & commetaneis dictæ poſſeſſionis T. & tandem Nobilibus conprovincialibus ipſius dicti Comitatus ad fidem eorum debitam, fidelitatemque veſtræ Serenitatis & Sacræ Coronæ ejusdem obſervan. tacto dominicæ Crucis ſigno præſtan. ſeorſum & ſigillatim inveſtigan. partibus prædictis tempore hujusmodi atteſtationis ſemotis hinc procul & abjectis ſecundum formam dicti generalis novi Decreti veſtræ Serenitatis de infraſcriptis ad contenta dictarum Litterarum adjudicator. dicti Domini Comitis Stephani inquiren. inveſtigan. talem ſciviſſent & experti fuiſſent meram atque omnimodam, certitudinis veritatem. Quod primo pro parte dictæ Actricis Nobiles T. & T. ac T. & T. de T. vicini & commetanei jurati faſi extitiſſent ſeorſim & ſigillatim ſcitu omnia in prælibatis Litteris dicti Domini Stephani Comitis conſcripta eo modo ſic ut in eisdem irrogata fore denotantur adverſus jam dictam Actricem per præfatum Andream de T. & famulos ejusdem factam fuiſſe Nobiles T. de T. &c. Conprovinciales atteſtati ſunt auditu.

Seriem itaque præmiſſorum omnium & Executionem uti nobis recitata extiterunt una cum Inquiſitionis ac reſcitæ veritatis, atteſtationisque nobilium præſcriptorum vicinorum & commetaneorum, ac etiam conprovincialium ſingulorum ſerie quomodo ſcilicet & quo ordine ac ſub quibus formis verborum per quempiam eorum ſigillatim fuerit atteſtatum cum propriis & Poſſeſſionum atteſtan. nominibus, ad

Digitized by Google

Octavas dicti festi beati Georgii Martyris nunc proxime ventur. legitime producen. Vestræ Serenitati modo præscripto fideliter rescripsimus. Datum tertio die, diei Executionis prænotatæ. Anno Domini supradicto.

446. Mathias Dei gratia Rex Hungarriæ, Bohemiæ &c. Fidelibus nostris Reverendissimo in Christo Patri Domino T. Archiepiscopo Colocensi, summo Carcellario nostro, nec non Magnificis Palatino, & Judici Curiæ nostræ, Vestræque in Judicatu vices geren. Item Circumspectis Judicibus, & Juratis Civitatum nostrarum Buden. & Pesthien. cunctis etiam aliis Regni nostri Judicibus, & Justitiariis Ecclesiasticis videlicet & secularibus, quibus præsentes ostenduntur Salutem & gratiam. Quia nos tum ad certorum fidelium nostrorum humillimæ supplicationis Instantiam Majestati nostræ propterea porrectæ, tum vero compatientes paupertati & inopiæ T. ac T. Inhabitatorum Civitatis nostræ T. in quam ipsi devenisse dicuntur, eisdem id ex gratia nostra speciali duximus annuend. & concedend. annuimusque & concedimus per præsentes ut nullus omnino Creditorum suorum ipsos T. & T. pro debitis quibuscunque infra unius anni integri spatium a data præsentium inclusive computan. in causam convenire, aut eos seu eorum alterum ea ratione in personis, aut bonis turbare, seu inquietare quoquomodo possit seu valeat. Mandamus propterea fidelitatibus vestris, & cuilibet vestrum harum serie firmissime, quatinus a modo nullus omnino vestrum præfatos T. & T. ratione præscriptorum debitorum ad quorumvis instantiam infra tempus præmissum judicare, vel vestro astare Judicatui compellere, aut eosdem propterea in personis, rebusque & bonis ipsorum quibusvis impedire turbare seu quovismodo dampnificare præsumat, neque sit ausus quoquomodo gratiæ nostræ subobtentu. Præsentibus perlectis &c. Datum &c. Anno 1483. &c. Regnorum nostrorum Hungariæ &c. Anno vigesimo sexto. Bohemiæ vero quinto decimo.

447. Johannes miseratione Divina tituli Sanctæ Sabinæ, Sacro Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Presbyter Cardinalis de Aragonia, ad universa Dominia, & Regna Serenissimo Principi Domino Mathiæ Dei gratia Hungariæ, Bohemiæ &c. Regi subjecta Apostolicæ Sedis Legatus. Reverendo Patri Domino Michaëli Episcopo Milkovienſi, ac Ecclesiæ Strigonienſis in Pontificalibus & Spiritualibus Vicario generali, salutem in Domino. Cum nos causam quam honesta Domina Katharina Relicta condam Petro Polyák Civis Budenſis, nunc in Pesth residen. Jurisdictionis Spiritualis Strigonienſis, contra Dominam Veronicam Relictam condam Gregorii Réwéz de eadem Pesth pro facto Testamenti præfati condam Petri Polyák, & aliarum rerum aput acta causæ ejusdem deductarum coram vobis movebat, seu movere

Digitized by Google

intendebat, ex eo ut partes ipſæ Civitatenſes exonerentur a laboribus et expenſis, & etiam aliis de cauſis animum noſtrum moventibus ad Curiam noſtram duximus advocan. prout advocamus. Idcirco Paternitati veſtræ harum ſerie in virtute ſalutaris obedientiæ mandamus, quatinus habitis præſentibus cauſam præfatam absque omni partium gravamine, & difficultate in dictam curiam noſtram, noſtri ſcilicet Auditoris in præſentiam tractan. remittere, nec vos de cetero intromittere de eadem quoquo modo debeatis, & deinde eisdem partibus terminum infra quem coram nobis compareant, aſſignetis competentem. Datum Budæ prædicta in Caſtro Regio Veſprimien. dyoces. ſub noſtri Sigilli minoris impreſſione die Veneris vigeſima tertia menſis Januarii Anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo, Octuageſimo quarto. Pontificatus Sanctiſſimi in Chriſto Patris & Domini noſtri, Domini Sixti Divina providentia Papæ quarti Anno tertio decimo.

448. *Exemptio ſuper Tributo, & Libertatio ejusdem.*

Nos Mathias Dei gratia Rex Hungariæ Bohemiæ &c. Significamus tenore præſentium quibus expedit univerſis. Quod cum nos inter alias curas noſtras in mente noſtra, hunc bona conſideratione geramus, reſpectum, ut antiquum bonum ſtatum Regnorum noſtrorum, quantum cum Deo poſſumus, de illa exorbitatione nocivarum diſuetudinum in quam præteritis temporibus devenerat, ad utilitatem eorundem Regnorum, & ſubditorum noſtrorum recuperemus. Igitur tum his, tumque aliis bonis reſpectis volentes, progreſſum Mercatorum, & aliorum hominum negotiatorum, tam de Regnis noſtris, ad alia Regna, quam de exteris ad Regnum noſtrum. Hungariæ confluentium præſertim in Croatia per viam de Seguia ad Zagrabiam, & e converſo de Zagrabia ad Segniam meliori ordine reformore ut autem benivolentia liberalitatis noſtræ ad hoc opus elargitæ, primum fideles noſtri Cives Civitatis noſtræ Peſthienſis, qui continue nobis grata obſequia exhibere ſolent, ſæpiusque in proſequendis ſuis negotiationibus dampna ſuſcipiunt, conſolentur, & participes exiſtant, eosdem Cives, Hoſpites, Incolas, & Mercatores ipſius Civitatis noſtræ Peſthienſis univerſos, & quemlibet eorum ſingulariter ab omni ſolutione Tributorum & Theloniorum noſtrorum ſcilicet Regalium, atque Reginalium, & aliorum quorumcunque nbilibet, per dictam viam in Croatia exigi ſolitorum, tam de perſonis eorundem Civium, & Mercatorum noſtrorum, hominumque & ſervitorum ipſorum, quam rebus, bonisque & mercantiis ſuis, quibuscunque & quantiscunque fieri debenda. Excepto tamen Tributo Modruſienſi, ſuper quo de rebus ſingulorum centum florenorum auri, ſinguluni unum florenum auri, & non plus, vel amplius per Comites Modruſiæ, hominesque & Tributarios ipſorum, ab eisdem Civibus noſtris, & Mercatoribus Peſthienſibus ſive homi-

Digitized by Google

nibus eorum præmiſſa bona ratione exigi debere ſtatuimus, infra quatuor iutegros annos, a data præſentium computandos, gratiole duximus eximendos & ſupportandos. Immo eximimus, & ſupportamus præſentium per vigorem. Quo circa vobis fidelibus noſtris univerſis & ſingulis Tributariis ac Theoloniorum exactoribus, eorumque hominibus & vicesgerentibus tam ut diximus noſtris Regalibus, & Reginalibus, quam aliorum quorumcunque per dictam viam & progreſſum, ubilibet in Croatia conſtitutis & exiſtentibus, præſentium notitiam habituris firmisſime mandamus, quatinus a modo infra prædictos quatuor integros annos, a die datarum præſentium computan. a præfatis Civibus, Hoſpitibus, Incolis, & Mercatoribus Peſthienſibus, de rebusque, bonis, & mercantiis, ſive hominibus eorum quibuscunque nullum Tributum, nullamque Tributariam ſolutionem petere & exigere præſummatis, ſed ipſos omnino libere & pacifice, tam in eundo, quam in redeundo, absque omni ſolutione abire permittatis, & permitti faciatis. Vosque Comites Modruſiæ, non aliter, quam præmiſſo modo ab eisdem in Modruſia Tributum exigatis, & per Tributarios, & homines veſtros exigere faciatis; alioquin commiſimus Bano noſtro Croatiæ, ut tam Tributum veſtrum, quam aliorum, ubi hæc mandata noſtra non obſervarentur, pro Majeſtate noſtra occupare debeat. Secus ergo non facturi. Præſentibus perlectis Exhibenti reſtitutis. Datum Zagrabiæ ſub annulari ſigillo noſtro Sabbato proximo ante feſtum beatorum Cosmæ & Damiani martyrum. Anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo Octuageſimo. Regnorum noſtrorum Anno Hungariæ &c. vigeſimo tertio, Bohemiæ vero duodecimo.

449. *Remiſſio Cauſæ.*

Urbanus &c. Prudentibus & Circumſpectis, Judici & Juratis Civibus &c. Amicitiam paternam cum honore &c. Quod nobis in die Cinerum unacum ceteris Jurisperitis, Conſeſſoribus noſtris pro facien. cauſan. moderativo Judicio pro Tribunali ſeden. Providus Paulus Erdely perſonaliter ab una, ac Stephanus Litteratus de Buda, pro Circumſpecto Anthonio Toth concive noſtro, cum Procuratoriis Litteris noſtris ab altera partibus noſtram venien. in præſentiam, idem Paulus Erdely paria quarundam Litterarum veſtrarum adjudicator. pariter & Transmiſſionalium nobis præſentavit. Quarum tenor is eſt: Magnifico Viro &c.

Quibus præſentatis ac earundem contínen. coram nobis perlectis per nos quoque ſane intelligibiliter tam præfatus Antonius Erdely, quam annotatus Stephanus Litteratus, Procurator, dicti Anthonii Toth per nos diſcuſſionem, & deliberationem ſupplicarunt elargiri. Quia ex ſeriebus Litterarum veſtrarum adjudicator. pariter & Trans-

Digitized by Google

misfionalium præfentibus infertarum caufa inter præfatum Anthonium Toth concivem veftrum ut Actorem ab una, ac dictum Paulum Erdely coram vobis habitam, per vos bene & juſto modo adjudicata fuiſſe, ex eoque dictum veſtrum Judicium in hac parte factum, in nulla fui parte emendari, per omnes prædictos Articulos approbari & ratificari debere, nobis ac dictis Jurisperitis noſtris ſcilicet Coaſſeſſoribus nobiscum in diſcuſſione præſentis cauſæ exiſten. videbatur luculenter. Ob hoc nos præmiſſam veſtram Adjudicationem partes inter prædictas factam, per omnes punctos & articulos approban. ratificanque & roboran. Amicitiam veſtram præſentibus requirimus, eisdemque auctoritate noſtri officii committimus quatinus receptis præſentium annotato Paulo Erdely, ex parte dicti Anthonii Toth concivis veſtri, in brevi termino, ſicuti Viatoribus, & in longinquas regiones iter agentibus Judicium impendi ſolet, non expectato termino, quo nos una cum electis Septem Civitatum Sedem celebraturi ſumus, juxta præmiſſam veſtram adjudicationem meri Juris, debitæque ſatisfactionis complementum adminiſtrare debeatis æquitate Juris expoſcen. Datum tertio die termini prænotati. Anno Domini ſupra dicto.

450. *Clauſula.*

Ceterum, quia difficile foret hujusmodi Litteras noſtras ad ſingula loca deferre, volumus, & eadem Auctoritate decernimus, quod ipſarum Transſumpto manu publica ac Sigillo alicujus Epiſcopalis vel ſuperioris Eccleſiaſticæ Curiæ munimento, tamquam præfatis noſtris, ſi originales exiberentur litteris plena fides in Judicio & extra judicium exhibeatur & proinde ſtetur, ac ſi dictæ Originales Litteræ forent exhibitæ, vel oſtenſæ. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam prohibitionis, interdicti, concesſionis, derogationis, voluntetis & conſtitutionis infringere, vel ei auſu temerario contra ire. Siquis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationes Omnipotentis Dei & beatorum Petri & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incurſurum. Datum &c.

451. *Interrogatoria.*

Imprimis reducatur cuilibet Teſtium in memoriam Juramentum per ipſum præſtitum, & quod teſtis falſidicus tripliciter peccat. Primo Deum offendit. Secundo Judicem decipit. Tertio, partem, quam in ſuo Jure lædit.

Item interrogetur teſtis, ſi eſt conſanguineus, affinis, fautor, promotor, procurator, aut familiaris vel domeſticus producentis, & an ſuper ipſum producens habeat poteſtatem & imperium.

Digitized by Google

Item ſi eſt inimicus in lite, vel capitaliter contra quem producitur.

Item ſi eſt ſibi datum vel promiſſum, aut ſperat exinde conſequi aliquid, pro eo, quod deponit.

Item ſi eſt inſtructus per Producentem quid deponere debeat.

Item ſi eſt nimis pauper, & quantum habeat de facultate.

Item interrogetur ſi ſit, aut eſt perjurus, infamis excommunicatus, vel aliqua alia infamia laborans.

Item quam partem mallet triumphare in hac cauſa.

Item ad principale interrogetur ſi novit condam T. de T. quem de T. fuiſſe teſtatum, & ſimiliter novit Johannem T. de T. & Dominam N. filiam ſuam.

Item interrogetur, ſi ſcit quod condam T. quingentos florenos legavit filiæ ſuæ N.

Item interrogetur quomodo ſcit, an interfuit Teſtamento, vel non.

Item interrogetur quibus verbis teſtatus eſt.

Item interrogetur Teſtis, quid tunc idem condam T. agebat, an jacebat, an ſedebat, & quali veſte fuit indutus, & in qua domo.

Item interrogetur, qui tunc fuerunt præſentes, alii Teſtes.

Item quo Anno, quo menſe, quo die, qua hora,

Et Procurator proteſtatur, quod ſi præter hanc formam teſtes examinabuntur, vult habere Atteſtationes pro nullis.

452. *Proteſtatoria.*

Anno ejus quinto Venerabilibus Dominis Johanne Lectore & Petro de T. Canonicis Eccleſiæ Q. ac per Reverendiſſimum in Chriſto Patrem in Domino &c. Judicibus delegatis in Cauſa & Cauſis inter providos T. & T. tamquam Principales & Actores ab una & Honeſtam Dominam Conſortem T. Civis Civitatis Q. tamquam Ream, & in cauſam Attractam ab altera partibus in facto cujusdam verberationis ut dicitur, coram præfatis Dominis Judicibus delegatis ipſis comparen. Qui quidem T. & T. dictam cauſam a præfatis Judicibus delegatis & converſo ad præfatum Johannem Archiepiſcopum T. legatum de latere, & ejus Almam Sedem Apoſtolicam Metropolitanam remitti petebant. Tandem ex adverſo diſcretis Vir Paulus Presbyter Rector Altaris beatæ virginis glorioſæ Procurator, & nomine Procuratorio præfatæ T. Conſortis ipſius T. propoſuit, quod nullo modo remitti deberet & nec debet, ec, quod adhuc iidem Domini Judices delegati nullum

Digitized by Google

Actum Judiciarium inter partes amminiſtraverunt, ulterius idem aſſerebat, quod ipſe in perſona partis ſuæ, vel partium ſuarum eſſet promptus & paratus ſtare Juri, & Actioni reſpondere. Unde præfati Judices in cauſa procedere minime voluiſſent. Super quibus idem Johannes Presbyter de T. Procurator, & nomine procuratorio, michi Notario publico infraſcripto poteſtatus extitit, & ſuperinde ſibi & parti ſuæ unum vel plura, publicum ſeu publica, Inſtrumentum, ſeu Inſtrumenta fieri petiit. Quod & feci ex mei Thabellionatus officio incumbenti, præſentibus ibidem diſcretis, & providis &c.

453. *Advocatoria cum Commiſſione.*

Dioniſius miſeratione divina Cardinalis, Archiepiſcopus Strigonienſis, Locique ejusdem Comes perpetuus, Primas Apoſtolicæ Sedis legatus Natus, nec non ejusdem Sedis Apoſtolicæ Legatus de Latere, nobis in Chriſto Dilectis Honorabilibus viris Petro Lectori, & Johanni Urban Canonicis Eccleſiæ Quinque Eccleſienſis ſalutem & diligentiam adhibere in commiſsis cauſam & cauſas quamet quas Relicioſæ Elena Prioriſſa & Conventus Sanctimonialium Clauſtri Sancti Spiritus de ſuburbio Civitatis Quinque Eccleſien. altera Elena Procuratrix, & adminiſtratrix victualium earundem Sanctimonialium, contra honeſtas Dominas T. & T. de eadem, ratione & prætextu non nullarum injuriarum, vituperiorum, & verberationum, earumque occaſione, coram Venerabili Viro Domino Alberto Decretorum Doctore Archidiacono Nitrienſi Canonico & Vicario in Spiritualibus generali Eccleſiæ noſtræ Strigonienſis movit, ſeu movere intendit in quibus ad plures actus proceſſum exſtitiſſet, easdem certis & rationalibus de cauſis animum noſtrum moven. ad nos duximus advocan. advocamus per præſentes, ipſasque ſic advocatas, quia earundem diſcuſsioni intendere non poſſumus Volen. partium laboribus & expenſis parcere, ac indulgere fatigiis cum omnibus & ſingulis ſuis inciden. dependen. emergen. & connexis ſtatu in eodem, in quo ultimato coram dicto noſtro Vicario remanſerant vobis dictis Petro & Johanni duximus committen. & committimus per præſentes conjunctim & diviſim audien. cognoſcen. deciden. & fine debito terminan. facien. quæ judican. decreveritis per Cenſuram Eccleſiaſticam per præſentes inviolabiter obſervari, auctoritate noſtra Apoſtolicæ Legationis natæ vobis in hac parte attributa. Teſtes vero qui fuerint evocan. ſi ſe gratia, odio, amore, favore, vel timore ſubtraxerint eosdem ſimili cenſura compellatis Eccleſiaſtica veritati teſtimonium perhibere. Datum &c. Nona menſis Aprilis 1461.

454. *Præceptoria.*

Mathias &c. Fidelibus noſtris Egregio T. de T. Proviſori Curiæ Caſtri oſtri Budenſis, futurisque Proviſoribus ejusdem Curiæ noſtræ, nec non

Nobilibus, Camararíis Salium Cameræ noſtræ T. præſentibus ſcilicet & futuris ſalutem & gratiam. Quia nos pro uſu & ſuſtentatione Fratrum de obſervan. Regulari ordinis Sancti Dominici in Clauſtro beati Antonii Confeſſoris in Civitate noſtra Peſthienſi fundato degen. pro ſingulis ſeptimanis Sales duorum flor. auri ex iſta Camera noſtra T. per vos dari diſponimus mandamus, idcirco fidelitati veſtræ harum ſerie firmiter, quatinus a modo & deinceps præſcriptos Sales duorum florenorum auri, ex dicta Camara noſtra T. memoratis fratribus Sancti Dominici pro ſingulis ſeptimanis reddere & reſtituere debeatis noſtram ad rationem. Præſentibus perlectis, Exhibenti reſtitutis. Datum Budæ in feſto beatorum Fabiani & Sebaſtiani Martyrum Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo octuageſimo primo. Regnorum noſtrorum Hungariæ &c. Anno viceſimo quarto, Bohemiæ vero tredecimo.

455. *Clauſula pulcra.*

Contra diſcretum T. Presbyterum certis ſibi occaſionibus & calumniis exquiſitis, & excogitatis, diverſas & parias adjecerit adverſitates. Tamen attendens nunc ipſe, & advertens in examine diſtricti Judicii æterni Regis, quem nil unquam latet, de omnibus ſuis factis rationem ſe fore daturum, ſicque malens ipſe rebus temporalibus in hac vita neceſsitari, quam æternis ſuppliciis pro eis in futuro ſeculo deputari.

456. *Adoptio.*

Nos &c. Memoriæ &c. Significan. Quod T. de T. ab una, & T. de T. ac N. filius, & Nobilis N. filia ejusdem conſors ſcilicet N. de T. ſed & idem N. nec non Nicolaus & T. de T. ac Michaël & Brictius filii Petri de T. privigni videlicet ejusdem N. partibus ex alia coram nobis perſonaliter conſtituti propoſuerunt, & ſponte ſunt confeſſi in hunc modum. Quomodo ipſi matura deliberatione præhabita, rationeque ſeu proximitatis, quibus iidem T. de T. nec non T. filius ac Domina N. filia ejusdem ſibi invicem attinerent, ex eo etiam quia ipſe T. prolibus ſeu heredibus prorſus deſolatus foret & maneret. Ob hoc eosdem N. N. & N. nec non N. & N. in filios ſuos adoptivos, ac ſpeciales recepiſſet, & aſſumpſiſſet. Immo adoptavit, recepit & aſſumpſit noſtri in præſentia. In ſignumque, & robur hujusmodi filialis adoptionis, totales portiones ſuas poſſeſſionarias, tam hereditarias, quam emptitias, ſed & impignoratitias, aut alias quovis titulo quæſitas in Poſſeſſionibus T. & T. in Sopronienſi. Item T. & T. in Caſtriferrei, præterea T. prædictam ac T. & T. & utraque T. in de Poſega, ac T. in Zirmienſi, ac alias ubilibet in quibusvis Comitatibus intra ambitum Regni exiſtentibus, habitas. Simul

Digitized by Google

cum cunctis ipſarum utilitatibus, & pertinentiis quibuslibet, terris ſcilicet arabilibus cultis, & incultis agris paſcuis campis fœnetis, ſilvis, rubetis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis, vinearumque promontoriis, aquis aquarumque decurſibus fluviis piſcinis piſcaturis, molendinis, & eorundem locis. Generaliter vero quarumlibet integritatum utilitatibus, ad easdem de Jure ſpectantibus & pertinere debentibus, præfatis Johanni de T. ac T. filio & Dominæ T. filiæ ejusdem proximis & fratribus, nec non N. N. & N. atque T. & T. eorundemque heredibus, & poſteritatibus univerſis, veluti filiis ſuis adoptivis & ſpecialibus Jure perpetuo dediſſet, donaſſet, & aſcripſiſſet. Immo dedit, donavit, & aſcripſit coram nobis. Nullum Jus, hilliamve Juris, ſeu dominii proprietatem, quasipſe, & ſui Succeſſores in eisdem quoquomodo habuiſſent in ipſos T. N. filium, & Dominam T. filiam ejusdem, nec non N. T. & T. ipſorumque heredes transferen. Ita tamen, quod iidem præhibatum T. de T. una cum Domina N. conſorte ſua, in præſcriptis portionibus poſſeſſionariis vita eorum durante ſemper pacifice & absque omni moleſtia conſervare debeant, & teneantur. Ito etiam interſerto, quod ſiquæ de bonis, portionibusque & Juribus poſſeſſionariis præfati T. de T. per manus forenſes, ſeu alienas diſtractæ, ſeu occupatæ forent, hoc & id eædem partes communibus eorum expenſis requirere reappropriare, & reobtinere ſint aſtricti pariter & obligati, Ipſis itaque bonis portionibusque hujusmodi poſſeſſionariis requiſitis reappropriatis, ſeu reobtentis, ipſæ partes easdem interſe æqualiter dividere teneantur, quarum una directa medietas antefatis T. de T. & Dominæ N. conſorti ſuæ; alia vero ſimiliter æqualis directa medietas prænominatis Johanni de T. ac T. filio, & N. filiæ ejusdem nec non N. T. & T. ac T. & T. ipſorumque heredibus univerſis modo præmiſſo, pariter cum omnibus ipſarum utilitatibus, quibusvis nominis vocabulo vocitatis cedat in perpetuas portiones per eosdem tenend. poſſiden. pariter & haben. Adjecit nichilominus idem T. de T. quod ſi ipſum, & Dominam N. conſortem ſuam prius & ante antelatos Johannem de T. ac T. filium, & Dominam N. aliosque ſuperius conſcriptos, ab hac luce decedere contigerit, extunc univerſa Jura ſua poſſeſſionaria, etiam in hujusmodi portionibus & Juribus poſſeſſionariis, a manibus alienis ut præfertur jam requiſitis, ſeu reobtentis in eosdem Johannem de T. ac T. filium & Dominam N. nec non N. T. & T. eorundemque heredes Jure perpetuo & irrevocabiliter derivari & condeſcendi valeant atque poſſint. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam, præſentes litteras noſtras privilegiales pendenti ſigillo noſtro conced. ad faſſionem partium præſcriptarum duximus concedendum. Datum.

Digitized by Google

457. *Fasionalis cum disposítione.*

Etc. in tenera ætate constitutorum personaliter astantium in se assummen. non compulsus, non coactus sed sponte & libere, ac animo deliberato ut dixit, confessus est in hunc modum. Quod quamvis ipse N. adhuc esset in tenera ætate adolescentiæ, & litterarum gymnasiis, atque scientiarum diversarum floribus acquirendis, accumulandis esset applicatus, qua de re universis & singulis suis, & dictorum fratrum suorum natu minorum bonis mobilibus scilicet & immobilibus invigilare, & superintendere nequiret neque posset, cupiens tamen per hoc dictorum bonorum, & rerum desolationem & dissipationem cavere domos ipsorum præfatas cum cunctis rebus & bonis mobilibus scilicet & immobilibus, ubivis habitis & existentibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, in & ad manus Honestæ Dominæ N. Relictæ condam T. de T. Aviæ scilicet ipsorum occasione & causa conservandi custodiendi, defendendique & protegendi, dedit tradidit & assignavit constituitque eandem Dominam T. sua, & dictorum fratrum suorum in personis, in dictis ipsorum rebus, & bonis universis regen. gubernan. conservan. congregan. & disponen. ac moderamine cum debito & congruo exponen. & dispensan. Tamdiu saltem donec ipse N. & dicti fratres sui, per temporis curricula pervenerint ad discretionis & habilitatis ætatem, hoc adjecto, quod si quipiam hominum sive etiam præfati fratres niterentur sive conarentur contra præscriptam traditionem, & institutionem, sive inductionem, atque assignationem factam præscripto modo facere, sive venire præsumerent universorum talium hominum conaminibus præfatus T. inhibuit exnunc prout extunc, & per præsentem inhibitionem eisdem voluit derogare & prævenire. Et nichilominus cum protestationibus præscripto modo factis prædictas domos & Curiam, cum bonis universis prænotatis antefatus T. in & ad manus dictæ Dominæ N. aviæ facto realiter tradidit, & assignavit, eandemque in eisdem instituit & præfecit, ac regen. causa, & conservandi locavit. Super quibus omnibus & singulis præmissis dicti T. & Domina N. Avia &c. petierunt me Notarium &c. ad præmissa vocatis rogatis & in testimonium requisitis &c. Quia præmissis fasioni dispositioni ordinationi, electioni constitutioni, aliisque omnibus &c.

458. *Exhibitio Litterarum Commissionalium cum protestatione facta.*

personaliter constitutus discretus T. de T. Rector altaris T. de T Procur. & nomine procuratorio Dominæ Margarethæ consortis T. de T. obtulit Venerabilibus Dominis T. & T. de T. Canonicis Ecclesiæ Quinque Eccles. Litteras Commissionales Reverendissimi in Christo Patris & Domini Domini N. Archiepiscopi T. Cujus tenor ta-

Digitized by Google

lis eſt: Johannes miſeratione divina Cardinalis Archiepiſcopus T. Locique ejusdem Comes perpetuus, Primas Apoſtolicæ Sedis Legatus Natus, nec non ejusdem Sedis Apoſtolicæ Legatus de Latere nobis in Chriſto dilectis Honorabilibus &c.

Poſt quarum quidem factam præſentationem ipſi Domini ſumma cum reverentia receperunt, receptisque præſentibus in continenti ſe ipſos declaraverunt Judices competentes, & partes citaverunt ad diem Saturni tunc proximi affutur. ut partes hora tertiarum coram ipſis teneantur comparere, & partes adverſæ videlicet T. & T. ibidem deputaverunt procuratorie Paulum Presbyterum Rectorem Altaris Sancti T. in Eccleſia Parochiali dici T. Apoſtoli fundata conſtructi in dicta Civitate T. & eidem mandaverunt ſub pœna excommunicationis ut præſcriptam Cauſam dictorum T. & T. ſupportaret ſeu procuraret. Qui ſcilicet Paulus Presbyter libenti animo aſſummere, ſeu ſuſcipere ipſam cauſam volebat, ſoluto tamen ſalario ſuo competenti. Tandem adveniente ipſo termino diſcretus Johannes Presbyter de T. ſimiliter comparuit pro prædicta Domina conſorte ipſius T. præfati quoque T. & T. aut aliquis Procurator legitimus pro ipſis minime comparuit, dictus vero Johannes Presbyter, tunc & alias ſæpe coram prædictis Judicibus per modum proteſtationis ſignificare curavit eo modo, quomodo ipſe eſſet promptus & paratus coram eisdem Jucicibus aſtare Juri & audire Actionem dictorum T. & T. eidem reſpondere, ſed ipſi ſemper fuerunt abſentes & noluerunt aſtare Juri coram ipſis Judicibus, neque etiam ipſi Judices aliqualiter voluerunt cauſa in ipſa procedere ad petitionem ipſius Johannis. Super quibus omnibus &c,

459. *Clauſula valde pulcra.*

Una cum nonnullis Coaſſeſſoribus noſtris nobiscum in Judicio præſentis cauſæ exiſtentibus pro eo nos nolentes præmiſſos actus potentiarios per eosdem T. & T. modo præmiſſo patratos ſimpliciter & impune pertransire, ne alii ab eisdem exemplati ad ſimiles actus potentiarios perpetrandos ſe apponere præſumant. Sed potius eorum pœnalis afflicto, quoslibet alios a talismodi actibus potentiariis perpetrandis terreat retrahat & reſtringat. Ceterisque tranſeat in exemplum eosdem T. & T. in cauſam Attractos in factis potentiæ, eoque in Sententiis Capitalibus, ac in amisſione omnium Jurium poſſeſſionariorum, rerumque, & bonorum ipſorum quorumlibet ipſos ſolos proprie & præcise concernen. In duabus noſtris Judiciariis. In tertia vero partibus dictorum Actorum partium ſcilicet adverſariorum manibus devolutarum & redundatarum convictos, & agravatos fore decernen. & committen. Ideo &c.

Digitized by Google

460. *Clauſula.*

noſtram in præſentiam venire non curaſſe. Sed ſe in eorum culpabilitatis manifeſtam evidentiam a facie Juris & Juſtitiæ penitus abſentaſſe. Oneribusque Judiciorum præmiſſorum convinci & agravari permiſiſſe, ex præmisſis reperiebatur manifeſte propter quod præfati T. & T. &c.

461. *Clauſula.*

Ad Domum & Curiam ipſorum T. & T. in poſſeſſione T. exiſten. habitas manibus armatis irruen. ibique oſtiis domorum & portis Curiæ eorundem T. & T. Actor. diffecan.

Clauſula.

certis hominibus de molendinis in fluvium danubii projectis &c.

Clauſula.

Tum propterea, quod Serenitas Veſtra juxta Expeditoriam Cautionem divorum Regum Hungariæ ipſos T. & T. in oppido T. tenetur protegere &c.

462. *Clauſula.*

Jure Avitico pertineri debere, ſententialiter adjudicatum extitiſſet. Quamvis vos prænominati Exponentes Litteris ejusdem T. noſtrorum Sententionalibus, ac Remiſſionalibus ſæpius requiſitos habuerint, ut eisdem juxta Judiciariam deliberationem prædicti T. Executionem debitam facere deberetis. Tamen vos neſcitur quo ſpiritu ducti, creditur, quod favore dicti T. allecti &c.

Et quia fruſtra fierent Judicia, ſi ea, quæ judicialiter decernuntur debitæ Executioni non demandarentur. Ideo &c.

463. *Clauſula.*

quatinus receptis præſentibus, unicuique partium præſcriptarum per eorum alterum alteri eorundem juxta morem & conſuetudinem veſtram omnimodam ſatisfactionem impendere & exhiberi facere velitis & debeatis.

Clauſula.

diſponente Deo ab hac vita emigraverit &c.

Clauſula.

& heredes ſuos univerſos redigi, & condeſcendi &c.

Digitized by Google

Clauſula.

ubi vero Divino placuerit Judicio &c. per hos quorum redemptioni magis competit condeſcendi & reduudari &c.

Clauſula.

Ob amborum utputa dicti T. & T. grata obſequiorum merita largisſime honorificeque maritata fuiſſet, & dotata.

Clauſula.

Ipſa duntaxat vivente &c.

Juxta exigen. ſui honoris ritu Sanctæ Romanæ matris Eccleſiæ pro crimine furti

obſequium ſervitutis cum perpetua fidelitate.

Juris ordine obſervato.

absque omni ſuperflua prorogatione.

ibique meram & ſiaceram certitudinis veritatem.

464. plenarie & integro nil adden. vel minuen. quod facti immutet ſubſtantiam aut variet intellectum extrahant transferant, & exemplent, ac extrahi transſumi, & exemplari faciant, ac ſub ſigillo eorum aliasque ſie & taliter, quod eis in Judicio & extra, coram nobis & alibi plena valeat fides adhiberi dictis T. & T. ad decimum diem datarum præſentium deferen. fideliter de T. tradant & aſſignent, darique, tradi, & aſſignari faciant. Satisfacto tamen primitus illi, vel illis cui, vel quibus ſatisfaciend. fuerit de ſalario conpetenti.

Si autem quitquam in contrarium fecerint publice vel occulte, directe vel indirecte, aut quovis quæſito colore.

Quod ſi non tergiverſabitur

pro complananda iſta differentia, & rejudicanda utriusque nostrum Juſtitia eligatis.

465. Cujus copiam tibi edi juſſimus, & per diſcretum Dominum T. ad te deferri debere credebamus, ſed hic tædio fortaſſe expectationis & moræ affectus, hinc jam diſceſſerat, in qua nichil conſictum credit, ſed omnia prout rei veritas ſe habet deſcripta fore teneto, ceterisque veluti veriſimum referto. Tu autem pro tua ſingulari erga nos & fidei Chriſti devotione, hanc rem veluti impiiſimam a N. & N. perpetratam tuis carminibus & poëmateque execrare aderunt yth leznek.

Digitized by Google

466. *Exceptiones in Lite.*

Coram vobis Domino Criſtanno &c. Procurator & nomine Procuratorio Honeſtæ Dominæ Elenæ, Relicta condam Stephani Litterati de Peſth, & Johannis filii ejusdem, contra & adverſus quasdam Exceptiones pro parte Dominarum Elenæ Relictæ & Katherinæ Sororis quondam Ladislai Zylagy de Zegedino, & contra Libellum ipſius Dominæ Elenæ & Johannis filii ſui Judicialiter productum propoſitas replican. dicit quod hujusmodi Exceptiones forent vanæ & frivolæ & excipien. minime relevan. Ex cauſis & rationibus nunc dicen.

Item primo ubi dicit quod ſpoliata ſunt, in cauſam attracta & ergo non teneretur cuiquam reſpondere, niſi reintegraretur, ad hoc Procurator allegat, quod hoc verum eſt, ſi Actor, vel Actrix ſpoliaſſet, ſed quia Domina Elena Relicta & Katherina Soror Ladislai Zylagy non ſunt ſpoliatæ per Dominam Elenam Relictam & Johannem filium Stephani Litterati de Pesth, ideo non obſtante, quocunque ſpoliatore alio tenentur reſpondere libello oblato C. frequens in pr. de Reſti. ſpo. Li. IV.

Item ſecundo, ubi dicit, quod cauſa eſt profana, ergo non de foro Eccleſiæ Procurator replican. dicit quod qui a replican. ſunt miſerabiles perſonæ maxime, quia vergunt ad inopiam Eccleſia poteſt ſe intromittere.

Item Tertio ubi dicit, quod quis non poteſt conveniri coram Domino Legato niſi prius conveniantur coram ordinario, & quia Dominus Legatus eſt ordinarius in ſua provincia, ideo coram eo & unusquisque conveniri poteſt per totum Ti. de Offi. le. Si autem prætenderet Procurator adverſarium quod prius conveniretur coram Dyoceſano.

Item id quod Dominationi Veſtræ per Litteras non confiat meae. Procurator replican. petit exceptiones tamquam nullos per nos repelli & adverſarias libello reſpondere deberi pronunciari cum iidem ratione expenſarum. Salvo Jure adden.

467. *Subſtitutio Procuratoria.*

In Nomine Domini Amen. Anno &c. Indiction. T. die vero T. Menſe &c. In mei Notarii publici, & teſtium infraſcriptorum præſentia perſonaliter conſtitutus T. de T. Procurator & nomine procuratorio T. de T. vigore Inſtrumenti per Circumſpectum T. de T. Notarium publicum confecti habens inter cætera unum vel plures ſubſtituere Procurat. Ideo omnibus melioribus modo, via, Jure, forma, & cauſa, quibus melius & efficacius potuit & debuit loco ſui vigore

Digitized by Google

dicti mandati in omnibus cauſis in Sede T. verten. ſubſtituit talem & talem ad agen. defenden. libellum, ſeu libellos dan. &c. ut in forma communi ſcribatur cum plena poteſtate.

Item Subſtitutio Procur. ita in plena forma ſcribatur ſicut conſtitutio. Ego T. &c. quia præmiſſis ſcilicet ſubſtitutioni aliisque omnibus. &c.

468. Coram vobis Venerabili Domino Chriſtanno Artium & Decretorum Doctore Canonico Eccleſiæ Alben. Tranſilvaniæ, nec non Reverendiſſimi in Chriſto Patris & Domini Domini Ladiſlai Geréb &c. Legati Apoſtolici, Supremo Commiſſario & Cauſarum Auditore generali Procur. & eorum nominibus Procuratoris honeſtarum Dominarum puta Elenæ Relictæ & Katherinæ Sororis Circumſpecti condam Ladiſlai Zylagy Judicis Civitatis Zegedienſis coar. p. nſu libellum honeſtæ Dominæ ſimiliter Elenæ Relictæ & Johannis filii Circumſpecti condam Stephani Litterati alias Judicis Civitatis Peſthien. dyoces. Strigonienſis coram vobis judicialiter oblatum dicit excipien. & excipit.

Item ex cauſis infranotatis citra litis conteſtationem & reſponſionem in præſenti cauſa & pr. ſum libellum reſpondere non tenentur præfatæ Dominæ primo ex eo quod ex poſt mortem annotati condam Ladiſlai Zylagy prætactæ Dominæ Attractæ & excipien. ſunt penitus ſpoliatæ per Priacipem hujus Regni Hungariæ de rebus & bonis excluſæ propterea quod Principi ſpolian. easdem ipſe Procurator Viennæ eidem ſupplicaſſet, quatinus ſaltem aliquid de bonis & rebus ipſius dignaretur remittere, nec cogitur quis ſpoliatus rebus & bonis cuipiam nedum de facto alieno, ſed nec de proprio Juri ſtare, niſi prius reſtituatur per ſpoliatorem, cogat idcirco Judex qui præſummit in cauſa præſenti ſe competen. fore ſpolian. reſtituere.

Item adhuc non tenetur ex alio quia factum in libello pnſo. deductum non de foro Eccleſiatico prout ipſum intuenti aperte conſtat. &c.

Ceterum ex alio nec tenetur cum Decretum edictum Regni hujus Inclyti caveat quempiam non poſſe convenire ad ſimplicem querelam coram Legato, niſi prius coram ordinario, & tandem pſ. Judicatio talis ordinarii non contentus habebit per viam appellationis ad ipſum Legatum convocare.

Qnare Venerabilis Domine Judex Libello unacum petitis in eodem contentis reculſo & rejecto prædictis exceptionibus tamquam legitimis admiſſis contempnet. præaſſertos libellan. in expenſis propterea hoc factis Cauſamque ad Judicem ſuum remittent. & remittere velitis veſtro officio ſuper hoc inplorato Salvo Jure adden.

Digitized by Google

469. *Sequitur Inſtrumentum cum Scedulæ Appellationis interpoſitione.*

In Nomine Domini &c. in domo ſolitæ reſidentiæ mei Notarii in tali loco conſtructa perſonaliter conſtitutus Circumſpectus N. de T. Veſprimien. dyoces. habens & tenens ſuis in manibus quandam cedulam Appellationis, quam michi Notario tradidit, & interpoſuit ac proteſtatus extitit, & alia fecit prout inferius continetur. Cujus tenor is eſt: Cum appellationis remedium a Sanctis patribus & ab utroque Jure ſit fuerit & exiſtat in ſubſidium & relevamen minus juſte ac indebite gravatorum ſalubriter ad inventum. Hinc eſt quod ego T. Litteratus de T. Veſprimien. dyoces. nuper quandam Dominam T. Relictam condam Petri Pap, nunc vero conſortem T. de T. dictæ dyocesis Veſzprimienſis in præſentiam Reverendi in Chriſto Patris Domini Michaëlis de Thwron, Epiſcopi Milkovienſis ac Eccleſiæ Strigonienſis in Pontificalibus Vicario, & Cauſarum Auditore generali ratione quorundam negotiorum, ac debitorum Teſtamentariorum, & Injuriarum earumque occaſione Citatione, & ejus Executione median. attraxerim legitime in cauſam. Tamen præfata Domina perperam, inique proceden. Brachium ſeculare ſibi arripien. a Jurisdictione Eccleſiæ Metropolitanæ, & vilipendium Sanctæ Matris Eccleſiæ Citationem hujusmodi Invictiſſimo Principi Domino Mathiæ Hungariæ & Bohemiæ Regi improperavit, & facto hujusmodi improperio dictus Dominus noſter Rex vigore certarum ſuarum litterarum præceptoriarum præfato Domino Epiſcopo & Vicario Srigonienſi mandavit requiſitus, ne in cauſa, ſeu cauſis hujusmodi ad ulteriora procedere deberet, ſed eandem cauſam indeterminatam ad forum ſeculare remitteret, & relinqueret. Nichilominus ego T. Litteratus conſiderans, quod in hujusmodi cauſa mea Judicium & Juſtitiam in hoc Regno Hungariæ metu dicti Domini Regis habere coram aliquo Judice, ſignanter ordinario præfato ad quem rite & legitime recurſum haberem ſpecialem, habere non valeo, Juramento meo medio omnibus quibus intereſt, intererit, aut intereſſe poterit in futurum notifico. Sentiens inſuper me exinde plurimum gravatum, timens in futurum plus poſſe gravari. Neceſſe igitur eſt michi ad gremium Sanctæ Romanæ Matris Eccleſiæ convolare. Igitur ad Sanctiſſimum in Chriſto Patrem & Dominum, Dominum Sixtum divina Providentia Papam quartum, & ejus Sanctam Sedem Apoſtolicam ac ejus legatum in his ſcriptis provoco, & appello Apoſtolos peto a te Notario publico inſtanter inſtantius, ac inſtantiſſime, & ſub unico contextu eam tandem appellationem inſinuo, notifico, & proſequi volo. Subjiciens me & omnia bona mea mobilia & immobilia, tuitioni, & protectioni dicti Sanctiſſimi Domini noſtri Papæ, & proteſtor, quod hac mea appellatione penden. non ſit per quempiam quitquam attentan. ſeu innovan.

Digitized by Google

Proteſtor etiam de expenſis factis & fien. in hac lite ſeu cauſa, ſalvo Jure adden. mutan. munimen. aliam ſeu alias appellationem, ſeu appellationes denuo dan. & afferen.

Poſt cujusquidem Cedulæ Appellationis interpoſitionem præfatus T. Litteratus petiit me Notarium ut ſibi ſuperinde unum vel plura publicum, ſeu publica Inſtrumentum, ſeu Inſtrumenta conficerem. Quod & feci auctoritate mei Notariatus incumbenti. Acta ſunt hæc & facta Anno Indictione die menſe, hora, loco, & pontificatu quibus ſupra. Præſentibus ibidem &c.

Et ego T. Natus T. de T. Auctoritate T. Notarius publicus. Quia præmiſſis Cedulæ Appellation. Interpoſitioni, Appellationi, Proteſtationi, aliisque omnibus & ſingulis una cum prænominatis teſtibus præſens interfui, eaque omnia & ſingula ſic fieri vidi & audivi. Ideo hoc præſens publicum Inſtrumentum manu &c. ſcriptum exinde confeci, & in hanc formam publicam redegi, ſignoque & nomine meis ſolitis & conſuetis conſignavi, rogatus & requiſitus, in fidem & teſtimonium omnium & ſingulorum præmiſſor.

470. *Compoſitionalis.*

Conſtituti perſonaliter T. ab una, parte vero ex altera Circumſpecti T. & T. de T. ejusdem dyoceſis in ipſorum totius univerſitatis Parochianorum ad Eccleſiam ſpectan. & pertinen. nominibus & in perſonis vivæ vocis oraculo eorundem ſponte & libere confeſſi extiterunt in hunc modum, pariter & retulerunt. Quod licet inter ipſos quadam lis & controverſia in de & ſuper facto captivationis ipſius T. ac Plebaniæ excluſionis, perſecutionisque verecundiarum, & Injuriarum nonnullarum gravisſimarum earumque occaſione mota fuerit & extiterit, diutiusque ventilata. Tamen altisſimo pacis Zelatore inſpiran. per ordinationem nonnullorum proborum hominum inter eosdem laboran. ad talem pacis & concordiæ deveniſſent unionem, ac devenerunt. Ita videlicet quod ipſi populi Parochiani jam dicti T. Plebani quinquaginta quinque flor. auri in duobus terminis infranotatis. Item viginti quinque flor. in feſto Sancti T. & totidem flor. in feſto T. nunc proxime poſt ſe ſe immediate occurren. ſæpe fato T Plebano ipſorum ſolvere debeant, & teneantur, tali vinclo interpoſito. Quod ſi aliquem illorum terminorum neglexerint inſolite, extunc poenam duppli incurrerent eo facto, & ipſe T. Plebanus cauſam ſuam proſequi haberet facultatem ſtatu priori permanen. Sin autem ipſe idem T. Plebanus præſcriptos quinquaginta flor. auri levare recuſaret, extunc ſimiliter poenam duppli incurreret, & cauſa ipſius amiſſa haberetur. Item verecundias & injurias, tempore captivationis & ſpolii Plebaniæ per eosdem Parochianos, eidem T. Plebano

Plebano univerſaliter illatas, & irrogatas, omnino indulſit, verecundias vero & injurias, captivitatem & ſpolium Plebaniæ præceden. & ſequen. ſingulariter per eosdem hactenus eidem illatas renovare debeant, & teneantur. Qui ſi hoc facere renuerint Jure median. cum talibus procedere valeat. Item tota Univerſitas Parochianorum, per ſingula capita iterato pœna ſub eadem videlicet centum denariorum, qua ad ipſum tempore Captivationis congregata fuerat, ex oppoſito Curiæ Notarii congregari debeat, & ipſum T. Plebanum more ſcelerato expoſcat, & quod eadem Univerſitas, eo die ſimiliter per ſingula capita ſuam Plebaniam coram quibus ipſe voluerit, denuo eidem fateatur. Item eodem die Plebaniam ipſius remiſerunt, atque unum idoneum Presbyterum, qui usque adventum ſuum in medio ipſorum in Plebania vice ipſius ſupportaret, petiverunt, qui dare promiſit, quod & juxta eorum voluntatem fecit. Item proventus Corporales videlicet Cubulos frugum, confeſſionales, & florem ante ſpolium Plebaniæ, & poſt eidem provenire deben. quos Mathæus Presbyter non levaſſet extradare teneantur, quos vero proventus ipſe Mathæus Presbyter levaſſet, ſi ipſe idem T. Plebanus, per eundem Mathæum Presbyterum Juridice rehaberet, id ipſi Parochiani ſolvere non deberent. Si autem præfatus T. Plebanus ſuper eundem Mathæum Presbyterum extorquere non poterit, tunc id etiam ipſi Parochiani ſolvere deberent cum effectu. Item quitquid de Buda in hac parte veniret, aut quovismodo portarent.

471. *Ceha Fabrorum et Gladiatorum.*

Nos Andreas, filius Blaſi Judex Civitatis Peſthienſis de Kelemfeld, Gregorius dictus de Lewkwf, Mathias Carnifex, Andreas Magnus Gallus Vaczien. & Johannes Pellifex Jurati, ceterique Cives de eadem. Memoriæ commendamus tenore præſentium ſignificantes, quibus expedit univerſis. Quod cum inter Fabros, et Gladiatores noſtræ Civitatis, diverſa contentionum genera, et diſcesſiones coram nobis fuerunt ſubortæ, et inter partes ſatis ventilatæ. Quare Magiſtri Gregorius, Michaël, Georgius Anthonius, Johannes, Demetrius, Blaſius, et Elias Gladiatores, ſuis et aliorum univerſorum Gladiatorum nominibus et in perſonis humilliter ſupplicarunt, ut eisdem Confraternitatem Altaris Sanctorum Regum Stephani, Ladislai et Sigismundi, in noſtra Eccleſia Parochiali fundati cum limitationibus et ſtatutis infraſcriptis dare et concedere eisdem dignaremur denuo. Nos igitur attend. hujusmodi petitionem et ſupplicationem antedictorum Magiſtrorum Gladiatorum fore juſtam, atque Juri conſonam, et rationabilem eisdem Magiſtris, et eorum ſucceſſoribus univerſis dictam Confraternitatem cum ſtatutis et decretis infra tactis duximus conceden. videlicet ut ipſi Magiſtri univerſi artis mechanicæ præno-

Digitized by Google

tatæ eam Confraternitatem, cum dicto Altari ad Laudem Dei & Sanctorum Regum tenere posſint eis perpetue duraturum, in qua ſinguli eorum ſuos manuales labores fideliter, et ſine aliquo dolo laborent, et exerceant. Ad hoc autem ut Magiſter ipſorum Cehæ ipſorum pervigil eſſe debeat, volumus, ut ipſe Magiſter Cehæ conſtitutus, et in futurum conſtituendus, nobis per ipſos Magiſtros ſtatim poſt electionem repræſentetur, atque ſub Juramento eidem de omnibus invigilare et providere per nos et noſtros Succeſſores injungatur. Volumus etiam et diſtricte obſervare decrevimus, quod nemo artis prænotatæ excitator hic laborare queat, niſi qui cum eis unionem, et contributionem tenet. Volentes nichilominus quod ipſi Magiſtri, ad eas in Confraternitatem honeſtæ vitæ viros, et laudabilis famæ ſuper quo ipſos volumus per litteras, a Genelogia et converſatione experiri recipere et eis conjungere præſumant decernen. firmiter obſervari quod nemo novellus et advena in medium ipſorum Magiſtrorum aſſumatur, niſi prius adminus per anni circulum talis novellus aput Magiſtros, aut Magiſtrorum aliquem famulari et exercitati teneatur, et tandem per Magiſtrum Cehæ nobis aut noſtris Succeſſoribus de Conſilio Civitatis talis novellus repræſentetur principaliter, et *inſcribatur* in librum noſtræ Civitatis, quod ſit de membro Civili noſtro. Deliberavimus tamen quod omnes tales reconmendati nobis, et ſinguli Magiſtrorum in ipſa Confraternitate debeant eſſe conjugati, et non divagy. Qui Novellus Magiſtrandus ſic præmittitur bene expeditus pro officio ſui Magiſterii aſſumendi teneatur dare tempore ſuæ reconmendationis ad Confraternitatem tres flor. auri, et ipſis Confratribus in Confraternitate unum prandium cum ſex ferculis bene diſpoſitis et conditis, nec non uno cubulo vini, ac duabus Marcis Ceræ, et item duabus pintis vini plene perſolutis Magiſtrari posſit et non aliter.

Item volumus inſuper, quod nemo alias, quam dicti Magiſtri ſoli forenſes labores hic vendere et mercari posſint, ſalvis ſemper temporibus Nundinarum, qui labores ita aput quempiam vendi invenientur, eos volumus aufferri ab omnibus, atque in manus Judicis noſtri pro tempore conſtituti aſſignari, et dictas res ablatas in binas partiri partes, unam dicto Judici Civitatis, et reliquam confraternitati præmemoratæ aſſignandas, ſalvis ſemper et exceptis laboribus in Civitate Buda et Zenthfalwa per hos, qui ſunt in Confraternitate Magiſtrorum laborat. quorum labores ſecundum antiquam conſuetudinem ſemper mercari permittimus, decernen. etiam ratum habere, volumus, quod nullus forenſum Magiſtrorum Artis prætactæ contra eosdem Magiſtros de Confraternitate hic Gladios et Biccellos, ſive alias res ad præmiſſam artem quomodolibet congrue *juſtitas* emere præſummat. Exceptis ſemper temporibus nundinarum.

Digitized by Google

Item cum contentionis et differentiæ materia inter Magiſtros Gladiatores prætitulatos, et fabros univerſos noſtræ Civitatis verſabantur coram nobis diutius ratione purgationis, et excoriationis Armorum et maxime Biccellorum nos volen. hujusmodi differentiæ et Jurgio finem imponere inter partes ſaniximus decernen. ut ipſi Magiſtri Gladiatores novem Biccellos longos, ſecundum curſum moderni temporis laboratos, quorum manubria, et ejus ſuperiores partes corio teguntur ipſis fabris purgare, et emundare a ſcoria cum bene paratis vaginis novem pro floreno uno auri, ſed alios Biccellos ſimiles longos quorum manubria non teguntur, ſed ſimpliciter cum cornubus juxta modum veterem laborantur decem præmiſſo modo attinentiis ut puta vaginis ſemper pro flor. auri uno purgentur, et emundentur, nolen. hoc prætermitten. quod fabri ipſi noſtræ civitatis eosdem Magiſtros Gladiatores contra præmiſſa noſtra decreta ad ulteriora et majorem extenden. cogere et angariare in antea nunquam poſſint, ſed hoc ſtatutum volumus, usque dum talia longa arma corio tecta in partibus eorum ſuperioribus inviolabiliter per quempiam partium obſervare.

Inſtituimus etiam quod nemo Magiſtrorum ipſorum Biccellos extra Regnum paratos et laboratos emere præſumat, ubi omnes tales biccellos ab emptoribus aufferri, volumus et eos ut præmittitur partiri, gladios tamen non purgatos qui Hungarice Hyzwktwr vocantur ubique paratos ſecundum conſuetudinem noſtræ Civitatis antiquam libere, vendere, emere decrevimus permittendo. Annuimus etiam ipſis Magiſtris, ut ubicunque in Civitate noſtra biccelli, et gladii venales per aliquem Magiſtrorum invenientur ſi de voluntate Magiſtrorum hoc fuerit, volumus ut tales buccelli & gladii inter eos communiter diſtribuantur, & qui prius emit una pars permittatur, & hoc ſemper ut pretium ſeu valor venditori reſtituatur. Cenſuimus etiam firmiter teneri, quod neuter famulorum in dicta confraternitate aput Magiſtros ſervientium biccellos pro ſe emere plus quam unum flor. valen. auri una vice præſumat. Ex ſi quis extra hoc inventus fuerit, empta res aufferatur, & fiat de ea ut præmiſſum eſt. Diſpoſuimus ceterum quod ſinguli famulorum duas tantummodo horas in die circa ſero pro mercede ſua pro ſe laborandi habere poſſit & non plures. Non omiſſo etiam, quod nemo Magiſtrorum famulum alterius Magiſtri, aut aprodianum conventum quoquam ſeducere præſummat. Qui vero hoc transgreſſus fuerit, Magiſterium amittat, & gratiam ſi promerebitur a Magiſtris denuo impetret, etiam quod nemo Magiſtrorum famulum aliquo modo reprehenſum, aut notatum, in furtu, vel alias niſi liberum, & ubique abſolutum tenere & conſervare præſummat, ſub pœna prius annotata.

Digitized by Google

Item cum ſæpe de quibusdam Magiſtris ſuſpicio fore viſa eſt, ut ipſi famulos ſuos penes ſe in ſocietate laborare faciant. Volumus hoc pro rato habere, quod de omnibus talibus, quibus Magiſter Cehæ cum fratribus ſuis bene experiri poterit, pœna fiat ſupra annotata, & hæc ſemper cum licentia noſtra, ſive noſtrorum Succeſſorum.

Indulſimus etiam eisdem, quod quitquid ipſi Confratres Magiſtrales conformiter in confraternitate pro Stipendio, & præmio ſervitiorum decreverint diſponendum, ſi quis Magiſtrorum, hujusmodi diſpoſitionem famulo ſuo retulerit, quod ſecretum eſſe volumus, aut alibi in publico loco proclamaverit ſive Magiſtro Cehæ, aut ipſis Confratribus inhoneſta aliqua verba injecerit, aut ipſorum Statuta deturpaverit pro pœna Magiſterio privetur.

Item firmiter etiam volumus obſervari, quod ſi quis famulorum eorundem Confratrum penes diſpoſitionem Magiſtrorum in pretio & ſtipendio deputato nollet contentari, & inter aliorum Magiſtrorum famulos commotionem facere contingat, & ipſos ſuſcitet, delato extunc tali famulo rebelli, per neminem Magiſtrorum amplius labores & locus concedantur. Transgreſſores vero Magiſtros Magiſterio volumus privari. Immo decrevimus quod talis rebellis famulus in Civitate hac noſtra nunquam in Magiſtrum promoveatur. Cenſuimus etiam expoſt, ut ſi quem, vel quos de Magiſtris ipſis ſeu Confratribus aut familia ipſorum a caſu infirmari contingat, & Decanus aut Magiſter Cehæ cuicunque, vel quibuscunque Magiſtrorum hujusmodi infirmum vigillare mandaverit, ſive proceſſioni, aut aliis obſequiis divinis ad Altaris honorem exhibendis, aut in die defunctorum funerum conſueto tempore intereſſe noluerit, aut alias præſumptuoſe intereſſe neglexerit, unam marcam ceræ talis neglector ad confraternitatem pro pœna dare debeat, & Magiſtro Cehæ ſive Decano unam pintam vini dare debeat & teneatur. Pro quibus Magiſter Cehæ aut Decanus pignus talis negligentis recipere, immo firmiter volumus teneri, quod ſinguli Magiſtrorum, vel quis eorum ad mandata Regia juxta mandatum Magiſtri Cehæ, ſi rationabiliter ſe excuſare non poterit, talis neglector Magiſterio privetur. Ulterius pro rato habere volumus, quod nemo fabrorum prænotatorum noſtræ Civitatis ad inſtar Gladiatorum ipſorum quæcunque Arma ut puta Biccellos, Gladios &c. purgare, & ſibi vaginas facere præſummat ſive ei ſcamna & ladulas ad inſtar gladiatorum erigere præſummat. In contrarium autem hujusmodi noſtri edicti præſummen. res purgatas cujuscunque ſint materiei, immo ſcamna & ladulas aufferri volumus & de his partitionem fieri modo præmiſſo. Placuit etiam nobis decernere & pro rato teneri, quod quicunque inter ipſos Confratres, & Magiſtros Gladiatores luſor taxillorum, & noctivagus inventus fuerit, omnis talis Magiſterio privetur, nec amplius

Digitized by Google

in medium ipſorum, & Confraternitatum ſuſcipiatur. Etiam firmius injungimus obſervari, quod quicunque ipſorum Magiſtrorum, ſeu Confratrum, præmiſſi noſtri ſtatuti & decreti, atque annuentiæ transgreſſor fuerit inventus Magiſterium amittat contra Confratres a nobisque & noſtris Succeſſoribus ſibi veniam juxta ſui exceſſus quantitatem & pœna ſibi injungatur. Poſtremo decernen. conmiſimus quod quicunque de numero ipſorum confratrum & Magiſtrorum nutu Domini ab hoc ſeculo emigrari contingat, ex tunc pro defunctione talis Magiſtri de pixide confraternitatis unum florenum in die ſepultionis ejus, nec non unam marcam Ceræ, ſi vero aliquam uxorem præfatorum Magiſtrorum mori contingat, ſimiliter in die ſepultionis ejus medium florenum auri, ac unam Marcam Ceræ ad obſequias Magiſter Cehæ, ſive Decanus dare teneatur. In quorum omnium & ſingulorum teſtimonium, & robur, præſentes noſtras Litteras privilegiales Sigilli noſtri penden. authentici munimine roboratas eisdem Magiſtris Gladiatoribus duximus conceden. Datum &c.

472. Coram vobis Reverendo in Chriſto Patre, Domino Lodovico Juris utriusque Doctore Epiſcopo Aquilano, nec non Illuſtriſſimir ac Reverendiſſimi in Chriſto Patris & Domini Domini Johannis de Aragonia Miſeratione Divina tituli Sanctæ Sabinæ Sacro Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyteri Cardinalis ad univerſa Regna & Dominia Serenisſimo Principi Domino Mathiæ Hungariæ, Bohemiæ &c. Regi ſubjecta, Sedis Apoſtolicæ Legati de Latere, ac Archiepiſcopi Strigonienſis, & in Spiritualibus Vicario generali.

473. Item poſito & non conceſſo, quod ipſe condam Simon tempore Teſtamenti ſui dixerit ipſum Plebanum habere dictam ſumpmam flor. potuit id fieri furioſe ex dementia & deliritate prout homines morbo laboran. ſolent facere, ex quo enim ipſe pluribus locis conſervare ſuas pecunias prout etiam in libello ipſo deducitur causaliter vere ſortasſis ex gravedine infirmitatis ſuæ ad linguam deveniſſe & dixiſſe habere ſumpmam flor. inconſiderate aput Plebanum de Perkald cum quo ſæpius in vita habuit conmunem familiaritatem. Nam in ſimili dum quis infirmatur, & ubi traxit moram & familiaritates fecit, etiam in infirmitate aliud reducit, & magis de eo recordetur quare reſtan. tale, ſi fecit tale, minus deinde credidit cum ſit furioſum amentat. & delican.

474. *Cehæ Dominorum Magiſtrorum Sutorum.*

Nos Gregorius Ferentzi de Gubach Judex Civitatis Peſtienſis, Petrus Litteratus Gallus Faber, Johannes Jeney, & Valentinus Harmiczadus Jurati cæterique Cives de eadem ad univerſorum præſentium ſcilicet & futurorum ſerie volumus pervenire, quod nos ad in-

Digitized by Google

timam Supplicationem Univerſitatis Magiſtrorum Sutorum noſtræ Civitatis in conſpectum noſtrum adeu. continen. in eo nobis porrectam ut nos eisdem Magiſtris Confraternitatem Altaris beatisſimæ & glorioſæ Genitricis Dei Mariæ, & Sanctæ Barbaræ Virginum nec non Elizabeth & Elena Sanctarum viduarum, in Eccleſia noſtra Parochiali ſcilicet fundati Altaris per eos electam devote ad laudem Dei, & prædictorum ſanctorum futuris perpetuis temporibus conſervare poſſint, cum limitationibus & ſtatutis infraſcriptis, dare eisdem dignaremur, & concedere perpetuo Jure. Accepimus nos etiam hujusmodi petitionem eorundem Magiſtrorum attenden. fore juſtam atque rationabilem ſicuti ipſa laudabilis & Juri conſona agnoſcebatur eidem ſupplicationi conſentien. dictum Altare cum ipſa confraternitate, a nobis petita limitationibus eum infra declaran. in qua videlicet confraternitate dicti Magiſtri Sutores Manualia eidem opera exerceant & laborent ſine aliquali dolo & fraude eidem duximus concedendum, & præſentibus annotan.

Primo quod Magiſter Cehæ confraternitatis ut in omnibus ipſorum Magiſtrorum operibus pervigil exiſtat, & diligentius provideat, volumus ut ipſe conſtitutus vel conſtituendus nobis aut noſtris Succeſſoribus per ſuos Confratres illico poſt electionem in Conſilio præſentent, & Juramentum deponat providere fideliter in præmiſſis prout in Conſilio ſibi præcipitur, volumus tamen & diſtricte obſervare decrevimus quod nullus Sutorum hic laborare, & exercitari præſummat, dummodo cum eisdem Magiſtris Confratribus, in omnibus contributionibus, & ſervitutibus, tam Regiis, quam noſtris vel eorumdemmet Confratrum fuerint uniti. Non obmiſſo tamen, quod dicti Magiſtri in Conſortium eorum viros honeſtæ converſationis, & laudabilis vitæ, ſine aliqua nota diffamiæ, de quo diſtrictius eis injungimus per litteras a loco Nativitatis talis advenæ a Genelogia legitima, & converſatione honeſta debite expediri alios aſſummere non præſummant. Volen. denique, quod omnes eorum Magiſtrandi Confratres non debeant eſſe divagi, ſed conjugati, & quilibet talis advena magiſtrari volens, ad minus per anni circulum aput unum ipſorum Magiſtrorum famulari, & exercitari ſit obligatus, ut dicti Magiſtri bene de eo experti & de ſufficienti ſuæ Artis per eos inveniatur abilis ad promotionem, & elapſo ipſo anno dum talis inventus fuerit dignus, Magiſter Cehæ ipſum nobis ſive noſtris Succeſſoribus in Conſilio teneatur repræſentari, ut talis in tabulam noſtræ Civitatis inſcribatur, quod ſit de membro noſtro, alias non promoveatur. Non omitten. tamen, quod talis inſcriptus ſufficien. magiſtrandis pro beneficio & honore aſſummen. Magiſtrum, eisdem confratribus ſcilicet univerſis Magiſtris & prima die ſuæ recommendationis unam præ-

Digitized by Google

libationem cum tribus ferculis, & cum assatura ad singulas ipsorum Magistrorum mensas sufficienter, & unum cubulum vini, ac tandem unum prandium cum ferculis congruis & bene conditis juxta exigentiam suæ possibilitatis eisdem Magistris omnibus ad omnes eorum mensas ad sufficien. nec non duos Cubulos vini dare sit astrictus, ac in eodem prandio tres flor. auri in pixidem Confraternitatis tunc reponere obligetur, alias non reputabitur expeditus Magister inter Confratres. Decernimus tamen, quod nunquam duo consocii invicem sub uno Magisterio sint expediti, sed quisque tallerum pro singula persona cum expeditionibus superius expressatis suum Magisterium accipere sit obligatus. Nichilominus inter ipsos Confratres pro rato volumus observari, Quod si quis eorum Confratrum nutu Divino fuerit defunctus restan. aliquo filio suo, qui artis hujus fuerit exercitator dignum judicamus, quod hereditas Magistralis patris defuncti, sicut reliquæ ejus hereditates in ipsum filium condescendant, non obstante in hac parte cujuscunque Contradictione. Tamen Relicta & filia talis defuncti contentæ permaneant medio Magisterio condescenso de reliqua medietate tamen autem tales ad expeditionem volumus præmisso modo obligari. Sanximus etiam districte committen. quod Magister, Cehæ penes Juramentum in Consilio nostro depositum pervigil sit & Circumspectus de Cutibus & pellibus paratis, tam ad opera Sutorum quam Cerdonum cujuscunque existat conditionis, ut non inveniatur dolus & fraus in operibus eorum. In quo si ipse Magister Cehæ pervigil & diligens non exiterit, volumus quod mox dampnum passo, ipse respondeat pro dampno, a nobisque super negligentia facta veniam impetraturus. Censuimus etiam inhiben. omnibus, quod nullus Institorum, vel Mercatorum, extra nostram Civitatem commorantium labores quoscunque Sutorum foren. in despectum eorundem Confratrum, & præsertim Calceos, Ocreas, & Satulares nigros partium quorumcunque Regni hic vendere & mercari præsumat. Sed labores de Cassovia, si ipsi boni inventi fuerint, sicut adusque libere vendi permittimus, alias omnes & singuli labores forenses venditioni expositi dum inveniant. aufferri jubemus per Magistrum Cehæ, cujus una pars ad usum Confraternitatis, secunda Judici nostro & tertia Juratis Civibus, una cum Notario nostræ Civitatis pro tempore constitutis irremissibiliter administretur.

Excipimus tamen inde omnes nostros Institores, quos in approbatis consuetudinibus liberos volumus permanere & similiter tempora Nundinarum, quæ etiam reddimus suæ libertati, prout ea per Divos Reges Regni sunt libertata. Dispositumus etiam, quod si quis ipsorum Confratrum, cutes & pelles paratas, aut quascunque res, sive paramenta ipsis convenientia hic emerit, si de voluntate Confratrum

Digitized by Google

fuerit, ipſis in vicem partire teneatur, ita tamen, quod unam partem dictus emptor in hujusmodi rebus ſicut ceteri habere promereatur. Dummodo pecuniæ ſuæ perſolutæ ultra partem ſibi traditam ſibi redditæ fuerint, & depoſitæ. Ita cum ſæpe ſuſpicio oritur inter Fratres, in eo ſtabilimus, quod neuter Magiſtrorum præſummat ſuum famulum in ſocium accipere, & cum eo laborare per Societatem, in quo, ſiquis eorum deprehenſus fuerit, propter præſumptionem contra fratres ſuos, ſuo Magiſterio privari volumus, & propter violationem libertatum noſtrarum, quam præſumpſit incurrere veniam ſic potuerit noſtram teneatur impetrare. Injungimus etiam, quod ſi quis eorum in publico loco Civitatis diſpoſitionem & ordinationem Magiſtrorum factum Univerſitatis eorum concernen. pro bono ſcilicet communi diſpoſitam proclamaſſe & deturpaſſe in Thaberna ſcilicet vel alias & dixiſſe ipſorum facta & diſpoſita, non bene diſpoſita fuiſſe, duobus aut tribus teſtibus fidedignis pronuntiamus, Magiſterio privandus ſit, & de uno ab ipſis Magiſtris ſi promerebitur gratiam acquirat. Præterea volumus quod nemo ipſorum Magiſtrorum, extra inſtitutionem Univerſitatis ipſorum ſuo famulo aliter præſummere aliquid attentet, niſi cum pecunia uſuali, qui autem extra hoc inventus fuerit, volumus etiam Magiſterio privari. Præterea ordinamus eis injungen. quod neuter Magiſtrorum famulum cujuscunque Magiſtri ipſius Artis ſive Approdianum conventos ſeducere præſummat. Non obmiſſo etiam quod ipſi Magiſtri, ſive alter eorum, aliquem famulum quoquomodo reprehenſum aut notatum in furtu, niſi liberum & absque nota infamiæ ad ſe accipere & conſervare præſummat. Adjuncto etiam quod ſi quis Magiſtrorum diſpoſitionem quam ipſi Confratres Magiſtrales in Conventu eorum pro præmio aut Salario ſervitorum diſpoſuerint famulo ſuo retulerit, quod tamen ſecretum habere volumus, aut alibi ſuperiores Magiſtros pro eo proclamaverit, ſi Confratrum alicui inhoneſta verba injecerit in præmiſſis omnibus articulatim expreſſis ſingulos transgreſſores noſtri edicti Magiſterio decrevimus privan. deinceps etiam firmiter obſervari volumus quod ſiquis famulorum ipſorum Confratrum penes diſpoſitionem & ordinationem Magiſtrorum in pretio aut Salario deputato contentari nolen. inter aliorum Magiſtrorum famulos conmotionem contingat facere ut ipſos ſuſcitet de loco laboris, & divagent, & exinde Magiſtri ipſi dampnum ſuſcipiant aliquod. tali famulo malitioſo & contumaci, injungimus, quod antea futuris ſemper temporibus exercitium laboris & locus (non) concedatur, Transgreſſores hujusmodi Magiſtros noſtri edicti etiam Magiſterio volumus privari, & quod famulus talis malitioſus aput eosdem nunquam in Magiſterium promoveatur, deliberavimus etiam, quod nullus ipſorum Fratrum luſor taxillorum

&

Digitized by Google

& noctivagus inveniatur, quin omnes tales malitiosos his & similibus criminibus ternuatos eo medio eorum abici decernimus; ita ut nunquam amplius locum mereatur habere inter ipsos, & eodem modo decernimus de famulis eorundem terminum ipsos abicen. esse de Societate & Consortio famulorum omnium, & nunquam in medium ipsorum suscipi. Si qui autem familiares in Tabula Magistri sui aut alias ubicunque in furtu fuerit deprehensus injungimus omnibus famulis hujusmodi ipsi criminoso furi, in publico loco per singulum eorum per virgas fortes & acutas tres dare ictus, & amplius tamquam membrum putridum abici e medio eorum. Postremo disponimus, quod si quem, vel quos ex ipsis Magistris sive familia eorum Domino volente contingat infirmari, & Magister Cehæ sive Decanus, alicui, vel aliquibus eorum talem infirmum vigilare mandaverit, sive processioni, aut aliis obsequiis Divinis ad Altaris honorem antedicti martyris, sive in die defunctionis funerum consueto tempore interesse noluerit, aut præsumptuose neglexerit, transgressor unam libram ceræ, & duas pintas vini solvere sit obligatus, in mandatis autem Regiis si quis præsumptuosus inventus fuerit Magisterio talem volumus privari. Nichilominus firmius teneri volumus, quod quicunque dictorum Confratrum præmissorum nostrorum statutorum & decretorum atque annuentiæ transgressor fuerit inventus Magisterio privandus sit contra suos fratres a nobisque & Successoribus nostris veniam sibi juxta sui excessus qualitatem, pœna sibi injuncta acquirere promereatur. Volen. etiam, hoc non prætermittere, quod quicunque ipsorum Fratrum in conventu vel alias suum confratrem unum vel plures verbis inhonestis pertractaverit, tantum duobus convictus testibus, unum ortonem ad pixidem confraternitatis solvere teneatur, hoc etiam inferen. ad ultimum, quod quicunque de numero ipsorum confratrum jussu Domini ab hoc seculo contingat emigrare extunc in die defunctionis ejus Magister Cehæ sive Decanus de pixide confraternitatis medium flor. in moneta usuali, & unam libram Ceræ dare & exhibere ad obsequias sint astricti. In quorum omnium robur & testimonium præsentes nostras litteras Sigilli nostri penden. munimine privilegiatas eidem universitati Sutorum duximus conceden. Datum feria sexta proxima ante dominicam Ramis palmarum. Anno Domini Millesimo Quadringentesimo Quadragesimo quarto.

475. *Cerdonum.*

Nos Mathias de Boros Jenew, Judex Civitatis Pesthienfis, Johannes & Ladislaus Litterati Gallus Vaczi Gregorius Lewkews Paulus Kelemsöldi ac Mathias Feketew Jurati Cives de eadem, ad universorum tam præsentium quam posterorum harum serie volumus pervenire. Quod nos intimam supplicationem providorum Blasii Trewt-

Digitized by Google

tewl Cehæ five Decani Johannis Thewſek Andreæ Blaſi Benedicti, & Valentini Magiſtrorum Cerdonum Hungarorum noſtræ Civitatis nobis in eo porrectam, ut nos eisdem Magiſtris medietatem altaris Sanctorum Regum Stephani & Ladislai ac Ducis Emerici in Eccleſia noſtra Parochiali conſtructi quam ſcilicet medietatem dicti Magiſtri Cerdones devotionis Zelo inſtigati ſibi in Confraternitatem eligere cupiviſſent, ad Laudem Domini Dei & dictorum Sanctorum Regum, ipſorumque Magiſtrorum & Univerſitatis eorundem firmiorem ſtatum, cum limitationibus & ſtatutis infra declarandis dare d gnaremur & concedere accepimus continen. Nos vero hujusmodi dignis ſupplicationibus dictæ Univerſitatis prout Juri conſona videbatur, acquieſcen. dictis Magiſtris & eorum Univerſitati præſcriptam medietatem Altaris perpetuo Jure in confraternitatem cum decretis & ſtatutis infraſcriptis duximus conceden. & præſentibus ratifican. Primo decernen. quod ipſi Magiſtri ſemper die dominico proximo poſt feſtum Sancti Georgii Martyris, eligant ſibi Magiſtrum Cehæ five Decanum virum ex ipſis idoneum, quem volumus eſſe ſub Juramento ad vigilan. in omnibus laboribus & operibus Cerdonicis pro obſervanda veritate & in eorundem Magiſtrorum laboribus non inveniatur falſitas & dolus, in quo volumus quod ſi ipſe Magiſter Cehæ, five Decanus tepidus fuerit, ex tunc in laboribus eorum dampno reſpondere teneatur. Volumus ulterius quod nemo Cerdonum extra ipſam Confraternitatem hic operari poſſit aut exercitari, ſed in omnibus ſervitiis contributionibusque cum eisdem Confratribus teneatur eſſe unitus ſub pœna amisſionis perpetue omnium ſuorum laborum, quorum medietatem ad uſum dictæ Confraternitatis Magiſtrorum, & aliam Medietatem Judici noſtro pro tempore conſtituto decernimus elargiri & hoc tam per Cerdones Hungaros quam Teutonicos, five alterius linguagii Cerdones diſtrictius volumus obſervari. Volumus inſuper, quod quicunque forenſis ſeu advenæ in conſortium eorundem magiſtrari volens ſupervenerit a loco ſuæ nativitatis teneatur venire cum litteris, quibus experiri valeant Confratres de hujusmodi advenæ genelogiæ puritate, ac de ejus honeſta vita & converſatione, nec non in duobus integris annis erga unum five duos ipſorum Magiſtrorum juxta laudabilem eorum conſuetudinem ſervire & famulari, completis tandem annis præſcriptis prout Magiſtris videbitur dictus Magiſter Cehæ talem Magiſtrandum, nobis aut noſtris Succeſſoribus præſentare teneatur, ac in membrum noſtrum inſcribi facere, alias non ſit dignus ad promotionem. Committimus inſuper, quod ſinguli talium novorum Magiſtrorum poſt promotionem in anni revolutionem teneantur eſſe conjugati, & poſt expeditionem Magiſterii ad mandatum Magiſtrorum duobus integris annis ad altare Confraternitatis teneantur diligenter famulari. Adjungimus etiam quod quilibet talis

Digitized by Google

magiſtrandus pro beneficio ſui Magiſterii in prima die ſuæ recommendationis univerſis fratribus unam collationem, cum duobus convenientibus ferculis, ac aſſaturis, inſuper nec non duas pintas vini dare teneatur; ac deinceps eisdem Magiſtris, unam prælibationem cum ſex ferculis & aſſaturis ad ſufficien. per ſingulas fratrum menſas, & unum cubulum vini, nec non unam libram Ceræ, ac unum florenum auri ad pixidem confraternitatis aminiſtrare ſit aſtrictus. Tandem vero in alio termino, per ipſos fratres inſtituto idem Magiſter novus dictis omnibus confratribus Magiſtris, ac eorum Conjugibus, & liberis unum prandium cum ferculis convenientibus tantumdem bene conditis, ita ut ipſi Magiſtri de ferculis eisdem contenti videantur, & duos Cubulos vini ad menſam eorum porrigere & dare obligetur; atque duas libras Ceræ, & duos florenos auri ad pixidem Confratrum offerre, Servitorique Confraternitatis duas pintas vini dare, & ſic promoveatur talis quisque magiſtrandus. Sanctimus denique, quod numquam duo Socii Cerdones uno Magiſterio ſe promovere poſſint, ſed quilibet talium ad propriam perſonam ſe Magiſterio præmiſſo modo expedire ſit obligatus, decernimus inſuper quod inter ipſos Magiſtros nullus luſor taxillorum inveniatur, qui ſi talium duobus aut tribus Magiſtris, aut aliis idoneis perſonis inde fuerit reprobatus, talem luſorem Magiſterio privari volumus. Sed de famulis eorum ſtabilimus, quod mox de ſocietate famulorum ſive ſervitorum eiciatur, injungimus eis præterea, quod quicunque eorundem Confratrum in honeſta converſatione ſive collatione earum alterum inhoneſtis verbis tractaverit, tantumdem teſtibus fide dignis convictus in duabus libris Ceræ Confraternitati agravari volumus. Inſtituen. nichilominus, quod nemini Sutorum liceat artem Cerdonicam exercere, dummodo ſciat hanc propriis manibus operari, prout hoc etiam in librum noſtræ Civitatis alias recordamur inſeruiſſe. Neque aliquem talium ex conventis famulis Cerdonum poſſe conſervare. Quicunque autem Sutorum ultra hoc deprehenſus fuerit, cunctos labores ejus auferre jubemus, quorum medietatem dictæ confraternitati, & aliam medietatem Judici noſtro, ut præmiſſum eſt conmiſimus aminiſtrari. Deliberamus etiam, quod quicunque famulorum dictorum Confratrum, in rebus Domini ſui aut alias in furtu deprehendetur, ſive in aliis publicis criminibus, amplius a nullo Magiſtrorum aſſummi volumus, qui autem Magiſtrorum Transgreſſor hujus invenietur, Magiſterio privari decernimus, præterea quod nullus Magiſtrorum præſummat ſervum appreciare ſibi infra unum annum integrum ſub pœna ſupra dicta. Item quod nullus ſervorum poſit, in macellis aut domibus emere ſibi, ſive in foris præter tres pelles vaccinas, ſive duas bovinas, aut duodecim ovinas in uno foro ebdomali, quitquid autem extra hoc fuerit repertum, jubemus per Magiſtrum Cehæ poſſe aufferri & partiri, modo quo

Digitized by Google

ſupra, præterea de conſervatione apradianorum adoleſcentum, committimus, quod nullus talium videatur per quempiam Magiſtrorum apreciari infra duos annos integros, cui Magiſter ejus teneatur dare pro veſtituris unam tunicam griſeam, duas camiſeas, unum pileum, unum par ocrearum & ſubſoleas ſufficientes pro neceſsitate annuatim. Et idem aprodianus in foro ebdomadali pro ſe ad laborandum emere queat tres triennas pelles, ſive ovinas ſex, in primo hæc duntaxat ſuo anno conventionis, ſed in ſecundo Anno permittimus ad arbitrium Univerſitatis Magiſtrorum, ultra præmiſſa alias omnes res emptæ aufferantur modo quo ſupra, & cui Magiſtrorum ſive Servorum conſtiterit aliquem Magiſtrorum extra hoc ambulaſſe & tales occultarentur per quempiam cui ſcilicet conſtiterit, aut quemcunque Magiſtrorum cum ſervo ſocietatem in præmiſſis contrahere, aut promulgare ſervis diſpoſitionem Univerſitatis eorum, ſive Magiſtris pro diſpoſitione eorum præmiſſa, & maxime Magiſtro Cehæ aliquid inhoneſti inferre, tales ſemper Magiſterio fruſtrare volumus. Item quod quicunque ſervorum in oprobrium eorundem Confratrum, alios ſervos de operibus Dominorum ſuorum ſuſcitare videbitur, deinceps per neminem Magiſtrorum aſſumi præſumatur ſub pœna annotata. Statuimus inſuper quod quicunque Magiſtrorum ultra complementum annuum & diem unum abrenunciaverunt Magiſterio, ſive manſerint extra Civitatem teneant, ſe vice iterata permanere in Magiſtrum aput Confratres, Sanctimus inſuper pro rato obſervare inter Confratres eosdem, quod ſi quis eorum nutu Domini defunctus fuerit, reſtante herede, qui ejusdem artis exercitator eſſe intenderit hereditas Magiſtralis patris defuncti ſicut reliquæ hereditates paternæ in heredem eundem condeſcendant, non obſtante quacunque in hac parte contradictione. Sed Relicta & filia talis defuncti debeant eſſe contentæ de medio Magiſterio ſi nupſerint, vir autem talium obligetur confratribus medio beneficio Magiſterii ut præmiſſum eſt. Volumus inſuper, quod ſi quis eorundem Magiſtrorum Cutes emerit, & alias res eisdem Magiſtris convenien. ſi communitati eorundem placuerit extunc inter eos communiter dividatur; ita quod emptor unam ſolam partem de eisdem accipere queat, ſicuti ceteri Magiſtri. Item decernimus præterea, quod nullus acquiſitorum, aut cujuscunque conditionis hominum noſtræ Civitatis ſcilicet & alienarum Cutes emere præſummat infra quartale Centenarum, ſive in maccelis vel extra, quicunque extra hoc fuerit repertus, res emptas auferri volumus ipſo facto & partiri modo quo ſupra. Item concedimus nichilominus eisdem, quod nullus Sutorum pelles paratas, ad Lucrum emere queat hic, ſed eo pretio quo emerint dicti Magiſtri, pro ſe emere poſsint, ſi vero Sutores emerint contra eosdem Magiſtros nil plus accipere poſsit quisque eorum niſi labori pro-

Digitized by Google

prio neceſſarias. Similiter committimus quod quicunque Conditionis hominum ad fora noſtra pelles paratas inportabunt minus vendere non præſummant, quam per quartale, Transgreſſores puniri volumus, ut res venditæ aufferantur, & fiat de eisdem modo quo ſupra. Non obmittimus denique, quod nemini liceat penes eosdem Magiſtros in foris noſtris vendere pelles paratas neque in habitationibus minus quartale quam ſoli Cerdones, quod ſi quipiam fecerit, res venditas eisdem Magiſtris aufferre permittimus. Præterea indulſimus eisdem Confratribus, quod Irkarij Buden. non ſint liberi emere hic quascunque pelles, niſi in foris noſtris ebdomadalibus extra hoc res emptas aufferri jusſimus. Item quod Irkarii tam noſtri, quam alieni nullas pelles emere queant, quibus calceamenta fieri conſueverunt, ſed tamen qui ovinas parvas, & caprinas, ac pelles de cadaveribus artes ſcilicet eorum concernen. alioquin omnes aufferre eisdem damus libertatem, & facere de eisdem ſupra dicto modo. Item inhibemus omnibus, quod quicunque Confratrum in liberis foris noſtris alterius ſignum loco ſuo ſignato abjecerit, ſeque ibi locare præſumſerit libram Ceræ Confraternitati ſolvere volumus. Indulgemus etiam, quod aliquo eorum abſente Magiſtrorum, vel præoccupato in aliquo neceſſario negotio famulus ejusdem, pro neceſſitate in foris noſtris poſſit pelles nomine ſuo emere pro labore. Denique hoc etiam diſtricte volumus obſervari, quod ipſi Magiſtri proviſuri ſint ad labores Sutorum quemadmodum Sutores conſpicere permiſimus. Ita quod in eorum laboribus aliqua non inveniatur falſitas, & hoc tam in liberis foris noſtris, quam etiam in nundinis. Si vero quis Sutorum tales malos labores ab aliquo dictorum Cerdorum emiſſe aſſeruerit, extunc teneatur oſtendere perſonam, & ab eadem emiſſe comprobare Juramento. Concesſimus etiam eisdem, quod Magiſtri Cehæ ipſorum Confratrum ex parte ipſorum Magiſtrorum, ſive famulorum ſuorum in debitis confesſis ad duos flor. juxta ipſorum veterem legem ac conſuetudinem conquerenti ſatis facere poſſint. Item volumus, quod pelles rubrificati ab omnibus prout hucusque libere vendi poſſint. Adjungimus inſuper ipſis Magiſtris quod ſinguli ſenium Magiſtrorum Confratrum eorundem, ſive viduæ in ſingulis foris noſtris ebdomadalibus videlicet unaque perſonarum in uno foro ebdomadali poſſit tres integras pelles magnas excidere præpediis & ſubſoleis ſive per integras petias liceat vendere illis, ſcilicet tantum perſonis qui a juventute inter Magiſtros honeſte vixerunt, & qui propriis manibus artem Cerdonicam operati ſunt hoc concedimus, aliis vero nequaquam. Item ulterius volumus & diſtricte inter nos obſervare volumus quod quisque Magiſtrorum Confratrum in feſtivitatibus Sanctorum Stephani & Ladislai Regum, ac Ducis Emerici qualibet harum ſcilicet feſtivitatum ſolemnitatibus in ſumpma Miſſa tam candela dupplicata

Digitized by Google

ac obulo uſuali teneatur integraliter intereſſe, & offertorium ſolemniter facere ad dictum altare Confraternitatis, aliis etiam temporibus ad mandatum Magiſtri Cehæ, ſive in defunctione funerum, ſive aliis obſequiis altaris, ſive ſolemnitatibus feſtivitatum in proceſſionibus intereſſe, ſi quis eorum in talibus intereſſe contempſerit unam libram Ceræ pro pœna dictæ Confraternitati ſolvere ſit obligatus, quod ſiquis Confratrum ſolvere renueret pignus recipiendi exinde Magiſtro Cehæ ipſorum damus poteſtatem & ſiquis talium in hujusmodi receptione pignoris Magiſtro Cehæ ſive ſeniores Magiſtros ea ratione inhoneſtis verbis pertractaverint, duobus tantum ſive tribus-Magiſtris, aut aliis idoneis perſonis teſtibus convictus in uno ſertone confraternitati, & tantundem Judici aggravari promereatur. In ſervitutibus vero Regis, vel noſtris, qui mandatum Magiſtri Cehæ contempſerit, magiſterio privari declaramus. Poſtremo volumus, quod quicunque ex eisdem fratribus juſſu Dei obierit Magiſter Cehæ Confratrum in die defunctionis ſuæ de pixide Confraternitatis medium florenum in pecunia uſuali pro ſubſidio ſepellitionis dare teneatur. In quorum omnium & ſingulorum teſtimonium & robur, præſentes Litteras noſtras privilegiales pendenti ſigilli noſtri munimine roboratas eisdem Magiſtris Cerdonibus & univerſitati eorum duximus conceden. Datum &c.

476. Igitur nos habito tractatu de Conſilio Baronum noſtrorum, ex gratia conceſſimus ſpeciali, ut ſiquis ex ipſis habens uxorem, proximos, pro homicidio vel alio aliquo caſuali exceſſu, vel *maleficio* ſeu quocunque grandi nocumento commiſſo, pro defenſione *perſonæ* ſuæ receſſerit fugitive, de poſſeſſionibus & bonis talium, nec per nos ſeu per Barones noſtros, nec per Judicem eorum aliquid aufferatur, ſed integra & ſalva aput uxorem ſeu heredes aut proximos earum conſerventur, ne poſſeſſionibus eorum receptis ſeu diſtractis ipſis fugitivis redeundi omnino ſpes tollatur, ſed ut læſis ſatis facere valeant de eisdem.

477. *Ceha Magiſtrorum Carpentariorum Lapicidarum & Scriniparar.*

Nos T. &c. Judex T. & T. ac C. & T. Jurati Cives Civitatis T. Memoriæ commendamus univerſis quibus incumbit, tenore præſentium ſignificamus. Quod perſonaliter acceden. noſtri in præſentiam Circumſpecta & laudabilis univerſitas Magiſtralis Carpentariorum Lapicidarum, Lapidum fractrorum, Rotiparum Scriniiparum & Doliatorum, ſupplicavit eadem nobis humili precum inſtantia ut nos altare Sanctorum Apoſtolorum in Eccleſia noſtra Parochiali fundatum per dictam univerſitatem pro Confraternitate devote electum firmiter conſervand. perennali Jure ad laudem Dei & in honorem eorundem Sanctorum Apoſtolorum, ipſorumque Magiſtrorum ſalutis, intui-

Digitized by Google

tu certis cum infraſcribendis Articulis dare dignaremur. Nosque hujusmodi juſtis eorum Magiſtrorum ſupplicationibus inclinati dictum altare eisdem Confraternatibus duximus concedendum & roborandum infraſcripto modo. Primo quod ipſa univerſitas Magiſtrorum ſuperius notarorum, unam habeat Confraternitatem aut Ceham ad dictum altare annexam, in qua univerſi Magiſtri artium prætitulatarum ſuos manuales labores fideliter & ſine fraude laborare, & nemo Magiſtrorum Magiſtralis ſuperius ſpecificator. hic in Civitate laborare & ſuos labores vendere præſummat, niſi fuerit de Confraternitate in Ceha in ipſam confraternitatem eorum boni nominis viros ſuſcipiant ipſi Magiſtri, & ſingulos tales quos ſuſcipere aptaverint nobis aut noſtris Succeſſoribus de Conſilio pro tempore conſtitutis ſingulis pro futuris temporibus præſentialiter repræſentare teneantur, & libro noſtræ Civitatis nomine facere inſcribi, & ita de numero Magiſtrorum ipſorum computetur, non alio quomodo.

Volumus denique quod novus Magiſter pro beneficio ſui Magiſterii in adjutorium Confraternitatis in die ſuæ reconmendationis medium florenum auri, & unam libram ceræ, nec non duas pintas vini & iterum alium medium florenum auri, usque ad complementum medii anni dare teneatur. Inſtituimus etiam, quod ſinguli Magiſtrorum in earum artibus præſcriptis ſuos labores bene & fideliter operentur, in quo Magiſtri Cehæ cum ceteris Magiſtris circumſpectionem facere, & ex parte male laborantis, conqueſto ſatis facere teneantur. Cenſuimus etiam rite obſervari, quod nemo Magiſtrorum duo exercitia magiſterii facere, ſed ſolo uno, cxm honeſta informatione, pro honore Magiſtrorum ipſorum contentus eſſe debeat, quod tamen circumſpectioni Magiſtrorum Cehæ, cum ceteris Fratribus eorum duximus conmittend. In caſu tamen, quo aliquis Magiſtrorum ipſorum extra admiſionem univerſitatis Magiſtralis, contra formam præmiſſi noſtri indulti quid attemptare præſumpſerit mox Magiſterio privandus ſit, & gratiam a nobis & univerſitate Magiſtrorum acquirere debeat. Commiſimus præterea pro rato obſervari, quod ſi famulus Magiſtrorum ipſorum aliquis conventus cum ſuo Magiſtro non ſuaden. ratione in opprobrium ſui vel aliorum Magiſtrorum profugus & divagus fuerit, amplius per neminem Magiſtrorum ad famulatum aſſummatur, ſed ſi dignus per Magiſtros reputabitur reddito Magiſterii debito prætaxato inter Magiſtros ipſos novus inſtituatur. Etiam firmius habere volumus, quod neuter Magiſtrorum ſuper inceptos labores cujuscunque Magiſtri, niſi ſuadente debita ratione, per noſtram & ipſorum Magiſtrorum admiſionem ſtare & laborare minus præſummat.

Ordinavimus ceterum, quod nullus de forenſibus Magiſtris vel famulis ſine licentia ipſorum Magiſtrorum laborare, ſive ſuos con-

Digitized by Google

liructos labores vendere præſummat, quod ut plurimum circumſpection. noſtri dum per Magiſtros vel famulos tales in eo fuerimus aviſati, poſtea deliberan. conmiſimus, quod Magiſtri Cehæ ſemper pro neceſsitate Civitatenſium noſtrorum, pro levatione lapidis ſepulturarum ſemper dare tenebuntur tempore incumbenti pro cujus ſcilicet unius qualiscunque lapidis ſepulturæ levatione & conſtructura, iidem laboratores Magiſtri quartam partem floreni auri exigere mereantur, cujus medietatem ad augmentum altaris præſcripti aminiſtare decrevimus, & reliquam medietatem Conſtructores teneant eis pro præmio eorum. Volumus ex deliberatione noſtra, quod aliquem Magiſtrorum ſine heredum ſolatio decedere contingat & Relicta ejus aliquem advenam, qui ſi ſcilicet non conputatus adhuc ſit inter Magiſtros, medio Magiſterio ſe magiſtris ſuis conſociet, hereditas tamen magiſterii quemadmodum reliquæ hereditates in legitimos heredes magiſtros condeſcendat. Ceterum inſtituimus, quod ſiquem, vel quos de magiſtris aut familia infirmari contingat, & Decani, aut Magiſtri Cehæ Confraternitatis ipſius cuicunque vel quibuscunque Magiſtrorum talismodi infirmum, vel infirmos vigilare mandaverint, aut proceſsioni, vel obſequiis intereſſe: aut deferre funus, ſi enim in hujusmodi obſequiis, quis eorum contumelioſe proceſſerit contra eorum mandatum, Magiſtri Cehæ ſive Decani unam marcam ceræ puræ, aut pignus tantæ exceden. ſuper tali contumaci Magiſtro cum adjutorio aliorum Magiſtrorum ſi opus fuerit recipiendi damus poteſtatem. Inferimus etiam, quod aliquos, vel aliquem eorum divino juſſu emigrare contingat, in die defunctionis funeris Magiſtri Cehæ de pixide Confraternitatis medium Ortonem denar. & unam marcam ceræ ad obſequias ejus dare ſint conpulſi. Poſtremo ſanximus ob robur Confraternitatis ejusdem, quod ſiquis Magiſtrorum in præmiſsis, aut altero præmiſſorum Magiſtris Cehæ Decanis ſive altero Magiſtrorum in Conventu vel extra Conventum eorum maledixerit, aut quem eorum dehoneſtaverit demereatur Magiſterium mox amittere, & denuo ſi phas eſt, cum novo debito honorem Magiſterii inquirere & hoc ſi Magiſtri conſenſerint. In cujus noſtræ annuentiæ & conceſsionis robur & memoriam perpetuam, præſentes noſtras litteras ſigilli noſtri autentici pendent. munimine roboratas eidem univerſitati Magiſtrorum duximus concedendas. Datum ſecundo die feſti beati Johannis Baptiſtæ. Anno Domini 1482.

478. *Sequitur Ceha Magiſtrorum Arcuparum, Clipeiparum Sagittiparum Pharetriparum & Selliparum &c. Corrigiator.*

Nos Gregorius Ferenczy Judex &c. Memoriæ &c. Quod noſtram venerunt in præſentiam providi Viri, & tota univerſitas artes Arcuparum, Clipeiparum, Corrigiatorum, Sagittiparum Pharetriparum, ac Selliparum exercen. humillima precum inſtantia ſupplican. ut altare omnium

Digitized by Google

omnium Sanctorum, in noſtra Eccleſia Parochiali beatiſſimæ Mariæ fundatum, per eosdem in Confraternitatem electum Jure perhemnali Articulis cum infraſcriptis, pro ſalute animarum ſuarum, & ad honorem Omnipetentis Dei virginisque ſuæ Genitricis, ac præſcriptorum omnium Sanctorum firmiter tenend. & ſervand. Nos ergo auditis Supplicationibus juſtis, & petitionibus legitimis dictæ univerſitatis Magiſtralium prætactarum, cum articulis infraſcriptis duximus noſtras litteras privilegiales Sigilli noſtri penden. munimine roboratas annuen.

Primo quod ſiquis ex ipſis Magiſterium juxta ſuam artem aſſumpmere voluerit, tunc Magiſtri Ceharum, ſive Decani, eundem ante Judicem & Juratos Cives ducere, & in librum Civitatis inſcribi facere, poſt hoc Magiſterium aſſummen. laborem exercere poſſit, & non aliter. Etiam ſiquispiam ipſorum Ceham inſcribi & ſtatui velint, Magiſterium quoque aſſumpmere, primo duas Marcas Ceræ ad Confraternitatem, & quatuordecim denarios, quorum Centum valeant flor. unum, Magiſtro Cehæ, ſive Decano dare teneatur, & per anni circulum in ſingulis Solemnitatibus prædictarum, ad altare per Decanum præcipien. obſequia exercere. Item ſi duo Fratres, vel Socius ſimul habitan. Magiſterium ſervan. ab invicem ſeparari voluerint, ille ſeparan. de novo Magiſterium aſſumpmere debeat. Item quicunque Ceham ingredi voluerit, ad ſuſtentationem Confraternitatis, & utilitatem altaris ejusdem florenos auri tres, primo unum, & ſucceſſive alios duos, juxta ipſius poſſe paulatim ſolvat ad pixidem ponend. Item ſiquem ex ipſis mori contingat, univerſitas Confraternitatis, de pixide ejusdem in die ſepulturæ ad ſepelliendum tale funus, duas marcas ceræ, & denarios quinquaginta de moneta præmiſſa, vel florenum medium auri amminiſtrare teneatur. Item tempore, quo novus Magiſter, ceteris Magiſtris ſe conjugat tria fercula cum aſſatura, & unum cubulum vini dare debeat. Item ſiquis Magiſtrorum labores malos cuipiam fecerit, vel vendiderit, id Magiſter Ceharum, ſive Decanus prævidere, & ex parte illius male laborantis emptori impendend. ſatisfactionis habeat facultatem. Ubi vero talis Magiſter Ceharum ſive Decanus ex tepiditate, favore, vel negligentia providere ad hujusmodi non curaret laborem, idem, pœna talis delinquentis puniatur per Judicem & Juratos pro tempre conſtitutos. Item cum ex ipſis aliquem infirmare contingeret, & ceteri per Magiſtrum Ceharum aut Decanum ad vigilandum talismodi infirmum mandaverit, & tempore funeris, funus ad Eccleſiam deferre, procesſionemque intrare ſi in hujusmodi obſequiis ſe rebellare ſubderet quemqiam, extunc Decani, ſeu Magiſtri Ceharum, ad Domum talium rebellium ire & unam marcam Ceræ, ſeu pignum ad tantum ſe tenden. recipiendi habeat facultatem. Item ſiquis Magiſtrorum attinen. artium earundem puta,

Digitized by Google

Cornua, nervos, coftas, ferramenta frenalia, ac alia quævis artes ipfas concernen. a forenfibus in quantitate copiofa emerit, tunc talis Magifter fi fuerit de voluntate ceterorum Magiftrorum ut emit, cum eisdem participare teneatur, pecuniam fibi perfolven. Item fiquis labores forenfes apportaverint, hic vendere non valeant, nifi in nundinis liberis. Et ubi tales labores aput quempiam reperti fuerint per Magiftros, extunc Magifter Cehæ five Decanus cum ceteris Magiftris plenam aufferri habeat facultatem easdem res in tres partes dividen. Unam ad Confraternitatem, fecundam Judici, tertiam vero Juratis Civibus & Notario Civitatis. Volumus poftremo, quod nullus Magiftrorum extra Ceham hic laborem exercere poffit. Harum noftrarum Litterarum vigore median. Datum in feito beati Jacobi, Apoftoli Anno Domini 1446.

479. *Hic fequitur jam de modo Ceharum Magiftrorum Pellificum.*

Nos Andreas filius Blafii Judex &c. Memoriæ &c. Quod acceden. noftri in præfentiam perfonaliter Circumfpecti Magiftri Paulus, Gallus, Lucas, Stephanus, Mathias, Johannes, & alter Stephanus Pellifices fuis & omnium aliorum, univerforumque Pellificum nominibus, & in perfonis nobis humiliter fupplicarunt, quatinus eisdem Confraternitatem Altaris vifitationis gloriofæ virginis in noftra Ecclefia parochiali fundati, cum limitationibus & ftatutis atque edictis infrafcriptis, eisdem dare & concedere dignaremur. Nos igitur atten. hujusmodi fupplicationem & petitionem antedictorum magiftrorum Pellificum, nobis fic porrectam fore juftam rationabilem, atque Juri confonam; eisdem univerfis magiftris pellificibus, & eorundem Succefforibus dictam Confraternitatem cum ftatutis & decretis infra tactis duximus tribuen & conceden. videlicet, ut ipfi magiftri univerfi Pellifices eam Confraternitatem cum dicto altari, ad laudem Dei & ejus gloriofæ Virginis Mariæ, in cujus nomine dictum altare conftructum eft, tenere poffint eis honorifice & confervare perpetue duraturam in qua finguli dictorum fuos manuales labores fideliter laborent, & exerceant, decernen. quod ipfi magiftri in eorum confortium viros honeftæ vitæ, fine aliqua diffamia ad ipforum medium venien. acceptare & affummere teneantur. Super quo ipfos volumus per litteras de Genelogia, & converfatione, atque liberalitate talis novelli ipfos experiri, quod talis novellus per omnia libere & fine fcandalo abfolutus & expeditus in medium eorum venire debeat, & poft adventum ftatim nobis per magiftrum Cehæ, aut noftris Succefforibus perfonaliter repræfentatus in librum noftræ Civitatis infcribatur, quod fit de noftro membro Civili. Volumus tamen quod omnis talis novellus infra revolutionem anni fui adventus debeat effe conjungatus, & infra annum illum primum dicto altari, prout magifter Cehæ, cum

Digitized by Google

ceteris magiſtris ſibi injunxerit in omnibus exequiis famulari teneatur. Non omitten. quod talis novellus, in tempore ſuæ recommendationis ipſis univerſis magiſtris tantummodo unam Collationem, quæ aput eos juxta eorum modum veterem, vocatur Collatio Salutationis, cum tribus ferculis & una aſſatura convenienti, & honorifice diſpoſitis, ac duas Pinthas vini. Item ſequentibus præterea diebus aliam Collationem, quæ aput magiſtros prælibatio vocatur, veluti debitum prandium ipſis Magiſtris Confratribus tantummodo, & unam libram Ceræ ac quatuor pinthas de bono vino, & duos flor. in auro ad pixidem confraternitatis. Item tertio eisdem Confratribus unum ſolemne prandium cum ferculis optime conditis, & honorifice diſpoſitis, atque vino ſufficienti, in quo omnes magiſtri Confratres Pellificum, per talem novum magiſtrum convocati cum uxoribus, & pueris intereſſe posſint, & debeant, ac tertium flor. ſimiliter ad pixidem Confraternitatis dare & exhibere teneatur. In caſu tamen quo ipſe novus magiſter hoc prandium ab ipſis magiſtris confratribus redimere voluerit, extunc quatuor flor. auri in pixidem Confraternitatis depoſitis libere redimere queat, & ſine contradictione, ita quod de omnibus his ſolutionibus præmiſis infra anni integritatem, ipſe novus magiſter, ab ipſis Confratribus ſe abſolvat, & expeditum reddat, nec de cetero hic in medio eorum laborare & exercitari quis eorum Pellificum poſſit, niſi ita expeditus inveniatur. Volumus tamen extra hoc laborantes, omnibus rebus in labore exiſtentibus privari. Excipimus tamen inde Irharios videlicet Cirotecas, ſive ſine ſubductura & burſas facien. Sanximus etiam eisdem magiſtris conceden. quod quitquid Seniores magiſtri pro communi bono ipſius Confraternitatis ordinaverint, & diſpoſuerint Juniores eorum duo aut tres, ſive quatuor rumpere non posſint, & in diſpoſitione majoris partis eorum talis ordinatio roboretur, & firmum habere volumus, ſiqui vero talium Juniorem magiſtrorum, aut Seniorum unus contra ſtatuta, & ordinationes univerſitatis eorum in congregatione & Conventu Confraternitatis vel extra, Magiſtro Cehæ, ſive ceteris magiſtris verba dixerit inhoneſta, aut facta & diſpoſita eorum deturpaverit alicubi, pœnam huic imponimus, quod magiſterium amittat, & gratiam a magiſtris impetraturus ſit. Item conceſimus eisdem, quod cauſa alicujus debiti infra Marcam, magiſter Cehæ conquerenti ex parte obligantis ſatisfacere posſit. Excipien. inde omnium aliorum litium cauſas, & Juramenta, tales Sedi noſtræ reſervando. Item cum ſuſpicio ſæpe, de quibusdam magiſtris fore viſa eſt, quod ipſi famulos ſuos penes ſe in ſocietate laborare faciant, volumus hoc pro rato habere, quod de omnibus, quibus ipſe magiſter Cehæ cum Confratribus ſuis fuerit debite expertus, pœna fiat ſupra annotata contra magiſtros Jus noſtræ Civitatis in quantum talis delinquerit nobis in hoc reſervando, hoc autem

Digitized by Google

ſemper nobis, & noſtris ſucceſſoribus per magiſtrum Cehæ volumus patefieri. Statuimus etiam eisdem conceden. quod nullus mercatorum, tam forenſium & advenarum, quam noſtrorum pellicia quæcunque in foro noſtro infra unum quartale pelliciarum a vigintiquinque præterquam ipſi magiſtri pellifices noſtri vendere, & mercari poſſit. Salvis tamen temporibus nundinarum, in quibus omnes liberos eſſe volumus. Tamen noſtros mercatores in eorum domibus & habitationibus, qualitercunque & quomodocunque vendere liberos permittimus pellicia mardurinarum pellium ac Sarbellinarum Hermellinarum etiam, & variolinarum, nec non Pantherinarum ſubas quascunque, & maſtrucas eodem modo quoscunque noſtros tantummodo in hoſpitiis & Cameriis libere vendere qualitercunque permittimus ſub pœna amisſionis rerum vendibilium in præmisſis, ſiqui transgreſſores inventi fuerint, quarum rerum amiſſarum medietatem æqualem ipſi confraternitati, & aliam medietatem Judici noſtro pro tempore conſtituto volumus aminiſtrari. Item decrevimus inhiben. omnibus Inſtitoribus & mercatoribus, atque omnibus negotiatoribus tam noſtris, quam alienis quod nemo negotiatorum talium pelles quascunque Agnellinas ſcilicet & ovinas ſive ferinas in foro noſtro præterquam *dicti* Pellifices noſtri magiſtri, emere præſummant ſub pœna amisſionis rerum emptitialium modo præmiſſo. Item ſignis negotiatorum noſtrorum, ſcilicet & advenarum pelles quascunque ipſis Magiſtris Pellificibus convenienti venditioni exponendas in Civitate adduxerit ac centum vel medium millenarium vel millenarium, immo quod minus eſt, usque unam vel decem, tunc nemo magiſtrorum per ſe emere præſummat, niſi aliis patefaciat, & omnis alius ſi voluerint Confrates in earum emptione participes eſſe volumus, & ſiquis talium emptorum huic noſtro edicto transgreſſor inventus fuerit volumus, quod magiſterium amittat eo facto. Ulterius decrevimus, quod ſiquis Magiſtrorum Statuta in Confraternitate ſuo famulo vel alteri cuicunque famulorum maxime pro ſtipendio ipſorum ſervitorum edita, in favorem ſui ſervitoris vel alterius cujuscunque patefecerit, & in hoc aperte inventus fuerit, per teſtimonia condigna talem magiſtrum magiſterio privari volumus. Item præterea, quod ſiqui famulorum juxta diſpoſitionem ſupradictam per ipſos magiſtros factam de Sallario contentari nollet, & inter aliorum ſervitores commotionem facien. eos de loco ſuſcitaret, ex tunc tali famulo hic per neminem magiſtrorum locus laborandi tribuatur & ſervitus, Transgreſſores Magiſtros, in eo ſiqui fuerint inventi eorum magiſterio jusſimus privari. Item ceterum, quod neuter magiſtrorum alterius magiſtri Conventum famulum, ſive parvulum vel aprodianum ſeducere præſummat, nec contra magiſtrum ſuum tenere, contrarium facientibus pœnam imponimus ſupra dictam. Item tandem annuimus eisdem Magiſtris, quod ſiquis eorum unam vel

Digitized by Google

duas aut plures cujuscunque materiei pelles venditioni exponen. in foro noſtro invenerint, & de eis adhuc perfecte non forizaverit, volumus tales pelles, ſi fuerint de voluntate plurium magiſirorum, interſe diſtribuantur, ſub pœna amisſionis earundem pellium, aut valorem earum. Item ulterius cenſuimus ut ſiquem vel quos de ipſis magiſtris ſcilicet Confratribus aut famulis ipſorum Voluntate Divina infirmari contingat, & magiſter Cehæ aut Decanus alicui magiſtrorum hujusmodi infirmum vigilare mandaverit, ſive procesſioni, aut aliis obſequiis Divinis ad Altaris honorem aut neceſsitatem exhibend. aut in die defunctionis conſueto tempore intereſſe contempſerit, aut alias præſumptuoſe neglexerit unam marcam Ceræ talis neglector pro pœna ad Confraternitatem dare debebit, ſi ſe rationabiliter excuſare non poterit, aut licentiam a magiſtro Cehæ præſumptuoſe non poſtulaverit, & pro hac emenda aufferendi pignus talis negligentis Magiſtro Cehæ annuimus, & concesſimus facultatem. Poſtremo ad ipſorum Magiſtrorum inſtantem petitionem, in quantum ea rationabilis videbatur, indulſimus, quod quicunque familorum, aput ipſos magiſtros degentium in tabula magiſtri ſui, ſive in Societate quitquam furatus fuerit volumus ut ſinguli famuli, unione ſuorum Magiſtrorum Confratrum talem delinquentem & ſceleratum omnibus veſtimentis denudent uſque ad umbilicum, & ſinguli famulorum ipſorum tali denudato tres ictus cum virgis acutis, aut flagello ſine favore & miſericordia, ut caſtigatus videatur, ſibi præſtent, & aminiſtrent, nec quiquam famulorum in eo ſibi veniam impetraturus inveniatur; immo amplius nemo talium famulorum & ſociorum ipſi aput quempiam Magiſtrorum labores & famulatum impetrare præſummat ſub pœne talis delinquentis quam ut prædiximus promeruerit. In quorum omnium & ſingulorum robur & teſtimonium præſentes noſtras litteras Sigilli noſtri pendent. autentici munimine roboratas ad petitionem inſtantem ſupradictorum Magiſtrorum duximus conceden. Datum Anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo Sexagesimo Sexto.

480. *Forma de modo Ceharum Sartorum.*

Nos Gregorius Franciſci Judex Givitatis Peſthienſis &c. Quod noſtram acceden. in præſentiam Circumſpecta Univerſitas Magiſtralis Artis Sartoriæ & Raſoriæ noſtra in Civitate præfata exercen. Idem quoque nobis humillima precum cum inſtantia ſupplicare curaverunt, ut altare ſancti Gerardi Epiſcopi & Confeſſoris, in Eccleſia beatiſimæ virginis Mariæ noſtra Parochiali fundatum, per dictam Univerſitatem in Confraternitatem electum, Articulis cum infraſcriptis Jure perhennali pro ſalute animarum ſuarum ad laudem honoremque Dei Omnipotentis, Virginis etiam Mariæ, atque prædicti beati Gerardi Epiſcopi & Confeſſoris firmiter conſervandum. Nos igitur auditis

Digitized by Google

eorundem Magiſtrorum juſtis petitionibus, & legitimis ſupplicationibus acquieſcen. articulis cum infraſcriptis noſtris cum litteris privilegialibus penden. Sigilli munimine roboratis duximus annuen.

Primo, quod dicta Univerſitas Magiſtrorum Sartorum & Raſorum panni, unam habeant Confraternitatem ad dictum Altare Sancti Gerardi condependen. in qua ſinguli Magiſtrorum dictarum Artium ſuos labores fideliter exercere debeant, & quicunque magiſtrorum artes prædictas exercen. in ipſa Ceha ſive Confraternitate non fuerit, talis hac in noſtra Civitate laborare non queat, in eandem Ceham etiam viros bonæ famæ ſive nominis atque probos, de quo Magiſtri bene experti fuerint recipere teneantur. Talem etiam ſive alium novellum quempiam qui ipſorum in artis magiſterium aſſumpmere deſideraverit Magiſtri Cehæ, vel Decani ipſius Confraternitatis Judici & Juratis Civibus Civitatis noſtræ pro tempore conſtitutis præſentent, & præſentatum in librum noſtræ Civitatis inſcribi facere. Iſto etiam ſic habito, talis magiſterium aſſumpmere queat, & non aliter. Volumus tamen ut talis novellus, ſive quivis alter, qui in dictis artibus magiſterium aſſumpmere voluerit, primo pro utilitate altaris, & ſuſtentatione Confraternitatis tres flor. auri, duas marcas ceræ ad Confraternitatem, & unam prælibationem tribus cum ferculis decer. & una aſſatura bona, cum uno cubulo vini dictæ Confraternitati Magiſtrorum dare teneatur primum dictorum trium flor. auri die recommendationis, & alium uſque curſum medii anni, tertium quoque uſque *complementum* integri anni talis novellus magiſter dare teneatur, alias elapſo ipſo anno Magiſter Cehæ ad domum ejusdem acceden. pignus extenden. tantum quantum, idem in præmiſſis obligatur recipien. habeant facultatem. Demum ſi duo ſocii magiſterium aſſumpmere volen. ſimul habitare videbuntur, volumus ut ſinguli talium propria pro perſona magiſterium aſſumpmat, etiam quod quicunque in dictis artibus hic moraturus ſupervenerit magiſterium accipere volen. commiſimus ut erga unum Magiſtrorum per integrum anni ſpatium famulari teneatur, cupien. in hac de ſua ſcientia experiri, vel alias juxta diſcretionis ſuæ exigen. ſi per Magiſtros dictæ Univerſitatis ad id permiſſus fuerit. Præterea quod nullus magiſtrorum memoratarum artium in obprobrium, & præjudicium cujuscunque magiſtri familiar. adducere debeat, etiam quod nemo eorundem familiarem ſub priori quadam diſpoſitione ſive conventione ſive pro præmio laborem diurnum pro ſe aut in forum labores fieri ſimiliter pro ſe nomine ſub ſui magiſtri aput quem reſiden. facere concedere valeat, niſi ebdomadatio per conventionem vel alias quovis modo ſecum convenire poterit, juxta ſervitorum bonitatem. Transgreſſores tamen ſi qui reperti fuerint pœnam jungimus imponi, quod magiſterium amittant eo pro exceſſu, & laborare

Digitized by Google

hic non queant, nisi denuo magisterium assumpserint. Ceterum quod quemcunque magistrorum in dictis artibus mori contingat, & Relicta ejus, si fuerit absque herede, qui artem exercere posiit, aliquem novellum socium, sive proprium ejusdem familiarem, qui honorem magister ipsius suæ artis non exhibuerit Universitati, statuimus quod medium magisterium dare universitati teneatur, modo quo supra, si vero hujusmodi magister habito herede, qui artem suam exercere intenderit, decesserit, hereditas magistralis absque contradictione heredem concernat, conmisimus, postea quod nullus magistrorum labores falsos ex panno immagidato ac alias quoquo modo facere audeat quæ magistri Cehæ sive Decani ipsius Confraternitatis conspicere teneantur conspectisque universos tales malos labores ipse Magister Cehæ aufferre possint Dominis Judici & Juratis Civibus præsentar. ipsi partes in duas dividantur, primam medietatem Confraternitati prædic.æ, secundam etiam medietatem Judici eo tempore constituto nostræ Civitatis. Insuper censuimus, quod hujuscemodi fallax magister pro tali delicto magisterium amittat penitus modo quo supra. Præterea, quod quicunque familiarium de dictis artibus in obprobrium sui magistri, vel aliorum magistrorum, inde ad provinciam moraturum se transtulerit commisimus, quod deinceps nomine familiaritatis hic stare nequeat, nisi magisterium assumpserit modo ut supra; etiam quod nullus Sartorum, vel alterius conditionis hominum hic labores forenses de dictis artibus vendere queant, nisi in Annualibus foris sive nundinis & tales labores inventi fuerint per quempiam Magistrorum per magistrum Cehæ auferri valeant eosdemque duas in partes dividen. primam medietatem Confraternitati, secundam Judici ipso pro tempore deputato nostræ Civitatis. Demum siquem Magistrorum ipsarum artium infirmari contingat, & Decani sive Magistri Cehæ ceteris magistris ad vigilandum talem infirmum mandaverit, vel funus ad Ecclesiam deferre, nec non pro offertor. & aliis necessariis obsequiis Confraternitat. interesse, in talibus si quipiam magistrorum contumeliæ se submiserit, Decanus tunc vel magister Cehæ ad hospitium talis Contumacis acceden. unam marcam Ceræ sive pignus tant. extenden. recipien. habeant facultatem, talem etiam si infirmum, vel quempiam Magistrorum mori contingerit, statuimus quod Decani de prixide Confraternitatis in die sepulturæ talis defuncti medium flor. auri in monetis &c. usuali pro offertorio & duas marcas Ceræ dare & præbere teneantur. Postremo volumus, quod siquis magistrorum de Confraternitate in præscriptis vel alterum præscriptorum articulorum se rebellionem præberet, ita ut Magistrum Cehæ vel Decanum vel aliquem Magistrorum eorundem ratione verbis de honestabilibus offendere curaret pœnam imponimus quod magisterium amittat, & vice altera magisterium assumpmere teneatur. Harum nostrarum vigore & testimonio litterarum median. Datum &c. Anno 1447.

Digitized by Google

481. *Supplicatio.*

In eo, quod cum idem jam ſenio confectus, viribus deſtitutus ultima etiam paupertate laboret, adeo videlicet ut ſi Creditoribus ſuis nonmodo Chriſtianis ſed & Judæis ſatisfacere compellatur omnibus bonis ac etiam domo, quam hactenus inhabitavit ipſum excuti ſit neceſſe contemplatione primum Dei glorioſi, nec non ſolitæ, quin potius innatæ benignitatis Regiæ Veſtræ Serenitatis, fidelium quoque ſervitiorum Illuſtribus condam Principibus & Dominis felicium recordationum Genitori & Fratri Veſtræ Serenitatis, tandemque eidem Veſtræ Serenitati ſub locorum & temporum varietate fideliter ſemper exhibitorum pro aliquo favorabilique, & benigno ſubſidio miſericorditer eidem, gratioſeque dignetur ſubvenire, ut vel ſic ſaltem ſola Clementiſſima Veſtræ Serenitatis munificentia præventus miſerimam illam, extremæ etiam paupertatis mendicitatem in hac ætate ſua fere decrepita cum ſuis orphanis utrumque poſſit evadere.

482. *Alia.*

In eo, quod cum ipſe adverſante ſibi fortuna ad extremam fere paupertatem in ſua ſenectute devenerit, nec alio prorſus ullo modo niſi per ſubſidium veſtræ Serenitatis ſibi, ſuisque orphanis jam ſufficere poſſit, ſi fortaſſe accepta licet aliunde titulo mutui aliqua pecuniæ ſumma boves, aut oves, vel quid hujusmodi negotiationis gratia ad educendum ex hoc Regno ſibi quandoque procurare & emere poterit ipſius Veſtræ Serenitatis clementiſſima benignitate a ſolutione vectigalis Coronæ vel ſaltem infra biennium ſit exemptus.

483. In Nomine Domini &c. Adducens ſecum T. & T. nec non reliquos T. & T. pro teſtimonio fidedignos, me ab officio requiren. ut jam fatos viros examinarem, faſtionesque conſcriberem, ac conſignata in publicam formam redigerem, ut tandem ſibi forem pro teſtimonio. Viden. itaque hanc requiſitionem eſſe conſonam, & mei officii ex facultate fieri poſſe, modo quo requiſivit proceden. meum pro teſtimonio duos infraſcriptos recepi, ac cum eisdem cura diligenti ac matura providentia ante dictos viros per præfatum T. adductos conſcientioſe ſingulariter examinavi. Qui unanimiter faſi ſunt, quod dum ipſi una cum dicto T. vita adhuc ſibi comite ſimul eſſent conſtituti coram eisdem tale feciſſet Teſtamentum verbis infraſcriptis exprimen. Cum in negotio Regiæ Majeſtatis ſervitium deſcendere debeat, & ignoret an vivus redire poſſit &c. Et non aliquis Conſanguineorum nec etiam alii cujusvis ſtatus & conditionis homines ipſum ob hoc moleſtare poſſit ſed libere & pacifice ut propriis ſuis utatur, nec non pro refrigerio animæ ſuæ ut melius & ſalubrius videbitur provideat & exponat. Super quibus omnibus &c.

Quia

Quia præmissis Testium examinationi, fassioni, aliisque &c.

484. *Sequitur Transmissio viæ ad Curiam.*

In Nomine Domini &c. personaliter comparuit Egregius Dominus T. de T. dyoces. Vacien. habens, & tenens, nec non gestans suis in manibus quoddam Instrumentum appellator. manu nobilis T. de T. Notarii publici confectum tangens negotium cujusdam debiti prætensi in causa inter Honorabilem Dominum Petrum de T. Præpositum Ecclesiæ beati T. nec non Canonicum de Posega Quinque Eccl. dyoces, ac Archidiaconum Nitrien. & Canonicum in Ecclesia Strigonien. ut Actorem ab una, & præfatum Dominum T. ut in Causam attractum partibus ab altera coram Reverendo Domino Michaële Episcopo Milkovien. ac Ecclesiæ Strigonien. in Pontificalibus & Spiritualibus Vicario & Causarum Auditore generali mota & verten. in qua scilicet causa licet certis ex legitimis causis ad præfatum Sanctissimum in Christo Patrem & Dominum Sixtum Divina providentia Papam quartum, ac ejus sanctam Sedem Apostolicam per Michaëlem Bodmery dictum de Pesth Procuratorem scilicet jam fati Domini T. fuerit appellatum petitis Apostolis & exinde eisdem negatis promptum, & paratum ad arripiend. viam ad Curiam Romanam, velut nuncium transmittere referebat, qui scilicet nuncius, coram me Notario publico depositio superinde debito Juramento eandem causam fideliter ad prosequend. datis & receptis ad se omnibus & singulis vestimentis scilicet pallio, pileo, baculo, pera, Capsella, lagena ac expensis largis, & aliis omnibus necessariis ad tale iter spectan. Valete in Dei amore dicens iter arripiebat sub hac verborum forma, subjiciens & submittens dictus T. coram me Notario publico, & omnia bona sua mobilia, & immobilia præsentia & futura protectioni defensioni ac tuitioni ejusdem Sanctissimi Domini nostri Papæ, ac Sanctæ Sedis Apostolicæ. Nichilominus protestan. dictus T. publice, & expresse, quod si contra hujusmodi itineris missi, & nuncii suorum arreptione seu contra eum, ac omnia bona sua ut præfertur quomodolibet fuerit attemptatum, seu innovatum, sive imposterum contigit attemptari per quoscunque, id renovari & procedi contra attemptan. tamquam manifestum præsumptorem intendens, suis loco & congruis ac opportunis, & generaliter omnia & singula alia scilicet cum protestatione de metu Turcorum nunc partes Sclavoniæ devastan. præhabita, ibidem fecerunt, & exercuerunt, quæ natura arrepti iteneris exigit & requirit. Post hujusmodi viæ transmissionem, & protestationibus factis petiit dictus Dominus T. me Notarium publicum, ut sibi super hujusmodi transmissione ac aliis præmissis unum vel plura publicum seu publica Instrumentum &c. Acta sunt hæc & facta &c.

Digitized by Google

Quia dict. viæ transmisioni protestationibus aliisque omnibus & singulis præmisis dum sic ut præmittitur &c.

485. *Clausula,*

De quorum morte, seu alias, diuturna absentia timetur. Ne igitur eidem Magistro Petro fortuitis casibus probationibus copia deficeret, & veritas occultaretur, petiit me præfatum Notarium; quatimus hujusmodi Testes in partibus &c. reciperem.

Digitized by Google

III.

FORMULARIUM STYLI

CANCELLARIAE ET CURIAE MATHIAE I. CORVINI REGIS HUNGARIAE.

1. *Propter occupationes Salium divagorum Præceptoria.*

MATHIAS Dei Gratia &c. Fidelibus Noſtris univerſis & ſingulis Nobilibus & alterius cujusvis Status & conditionis poſſeſſionatis Comiti, vel Vice-Comiti & Judlium Comitatus Bihorienſis ſalutem, & gratiam. Ex declaratis Camarariorum Salium Noſtrorum Tranſylvanenſium accepimus nonnullos eſſe Nobilium, & aliorum Poſſeſſionatorum Hominum illius Comitatus, qui in Bonis ſuis abjectis, & derelictis Salibus Camararum Noſtrarum extraneis, & divagis Salibus in diminutionem Proventuum noſtrorum Regalium uterentur. Et quia Nos in hoc nemini penitus Regnicolarum noſtrorum parcere volumus, ut Regalia Jura, & Proventus Coronæ utcunque dimminuat, vel diſtrahat. Commiſimus igitur ipſis Camararis Noſtris, ut ipſi ubique in eo Comitatu, in Bonis ſcilicet, & Poſſeſſionibus quorumlibet, ſales hujusmodi exquirere, atque pro Majeſtate Noſtra auxilio, & Aſſiſtentia Veſtra occupare, & auferre debeant. Mandamus itaque Fidelitati Veſtræ firmiſſime, quatenus eisdem Camarariis Noſtris, eorundemque Hominibus, & familiaribus ad hoc deputatis, in exquiſitione, & ablatione Salium hujusmodi divagorum, & extraneorum cum auxilio, aſſiſtentia, & juvamine adeſſe debeatis, & teneamini Noſtra in perſona, & authoritate præſentibus Vobis in hac parte attributa median. Secus non facturi. Præſen.

2. *Præceptoria propter Credentiam, & Debitum.*

Mathias &c. Fidelibus noſtris Bano, ejusque Vice Banis Regnorum noſtrorum Sclavoniæ, & Croatiæ, ceterisque Capitaneis, Caſtellanis, Judicibus T. T. T. &c. aliarumque Civitatum, Oppidorum & Locorum, ac univerſis Officialibus Regni noſtri Sclavoniæ præſen-

Digitized by Google

tes vifuris Salutem, & gratiam. Exponitur apud Majeſtatem noſtram pro parte, & in perſona fidelis noſtri Nobilis T. de T. habitatoris dictæ Civitatis noſtræ T. qualiter plurimi forent in Locis & Civitatibus ac Oppidis, Villis & dictorum Regnorum noſtrorum conſtituti, & commorantes, qui eidem longo jam tempore pecuniis ab ipſo in Credentiam levatis, & etiam alias Debitores eſſent, & ei de hujusmodi debitis ſatisfacere jam ſæpius requiſiti non curaſſent, & nec vellent usque modo in gravem injuriam, & præjudicium ejusdem manifeſtum. Supplicatumque exſtitit nobis, ut illi ex parte ſuorum Debitorum Judicium & juſtitiam facere dignaremur; Quia vero juſtitia nemini eſt abneganda, volumus igitur & Fidelitati Veſtræ firmiter præcipientes mandamus quatenus Viſis præſentibus eidem T. de T. ex parte omnium talium, quos ipſe apud Vos, & in medio Veſtri Debitores fore allegabit, & Vos propterea cum præſentibus requiret ſimpliciter, & de plano, juxta ſuas legitimas comprobationes, & evidentia Documenta Judicium, & Juſtitiam faciatis eidem, atque de eo, quod illi judican. decretum per Vos, aut alterum Veſtrum fuerit, per areſtationes, & detentiones Bonorum, & Rerum talium Debitorum ſuorum ſatisfactionem plenariam ubique impendere debeatis, Authoritate Noſtra præſentibus Vobis in hac parte attributa, ac Jure, & juſtitia mediante. Secus, præſentibus. Datum

3. Præceptoria ratione Furti.

Mathias &c. Fidelibus noſtris univerſis, & ſingulis Prælatis, Baronibus, Comitibus, Caſtellanis, Nobilibus, ipſorumque Officialibus. Item Civitatibus, Oppidis, & Villis, earumque Rectoribus, Judicibus, & villicis, ac omnibus Officialibus, & ſubditis noſtris ſalutem & gratiam. Conqueritur apud Majeſtatem Noſtram Egregius Johannes de T. adverſus quemdam Blaſium famulum ſuum, qui ut dicit, ab eo his diebus Ducentis florenis Auri ſuis abſceſſit, & aufugit, Supplicatque Majeſtati Noſtræ, ut ei vel famulum ſuum reddi, vel per illum pecuniam ſuam delatam, ſi alibi in Regno requiret, reſtitui facere dignaremur. Nos vero, quia neminem in Regno noſtro volumus, ut per cujuspiam fraudem dampnum injuſte ſuſtineat; Fidelitati igitur Veſtræ, & cuilibet Veſtrum harum ſerie firmiter mandamus, quatenus ubicunque præfatus Joannes de T. aut homines ſui præſentium Exhibitores, memoratum Blaſium Familiarem ſuum apud Vos, aut in medio Veſtri repererit, eidem per ipſum Blaſium juxta ſuas legitimas comprobationes, & Documenta legitima pecunias apportatas reddi faciatis, ſi vero easdem reddere non valeret, etiam hæreditates ſuas, ſi quas haberet illi æſtimare modis omnibus debeatis. Aliud nullo modo facturi.

Digitized by Google

4. *Donatio Urburarum.*

Quod Nos, qui ex debito Noſtri Regii Regiminis Officio tenemur ad ea noſtræ mentis aciem dirigere, unde, & quibus Regno, & Regnicolis noſtris commoda, & utilitates provenire conſueverunt, ut iidem exinde locupletati, fortuna, & divitiis poſſint habundare; habentes itaque debitum reſpectum ad grata nobis, & accepta fidelia obſequia fidelis noſtri T. per eum noſtræ Celſitudini impenſa ad ipſius Supplicationis Inſtantiam, id ſibi de noſtræ Regiæ Poteſtatis plenitudine, & gratia ſpeciali duximus annuendum, & concedendum præſentium per vigorem, ut ipſe, ſuique hæredes, & poſteritates univerſi ubicunque in montibus, tenutis & Territoriis Poſſeſſionum ſuarum Montana, Minerasque Auri, Argenti, Cupri, Stanni, ferri, Plombi, & aliorum Metallorum cujuscunque generis, materiei, & ſpeciei exiſtant reperire poterunt, ipſas mineras aperire, colere, & laborare, colique, aperiri, & laborari facere, univerſosque fructus, proventus, & quaslibet utilitates, ac Urburas Regiæ Majeſtati provenire ſolitas ex hujusmodi Montanis, & Mineris Auri, Argenti, Cupri, Stanni, ferri, plombi, & aliorum Metallorum provenien. per ſe tollere, & recipere valeant, atque poſſint. Harum noſtrarum litterarum vigore &c.

5. *Donatio Jurispatronatus.*

Mathias &c. Fideli Noſtro Reverendo in Chriſto Patri Domino Nicolao Electo, & Confirmato Albenſi Transylvan. ſalutem, & gratiam. Commiſſa nobis divinitus Regiæ Celſitudinis operoſa ſollicitudine, ex debito noſtri Regiminis Officio inducimur, ut omnium Eccleſiarum Dei præſertim Cathedralium, ex quibus veluti de Capite Spiritualium gratiarum dona derivantur, in membra, & in Chriſti fidelium corda rivi defluunt doctrinæ ſalutares, utilitatem & in capite queramus, & in membris, easque cum Deo quantum poſſumus favoribus proſequamur opportunis, hac igitur ſalubri conſideratione, cura pervigili noſtræ mentis ad Eccleſiam Cathedralem Beati Michaelis Archangeli dictæ Eccleſiæ Albenſis Tranſylvan. cui præeſſe dinoſcimini, cura paſtorali attentius, & præcipue deſigen. grata meditatione conſideravimus, virtutes, & benemerita veſtra, integerrimam quoque fidei conſtantiam, & devotæ fidelitatis veſtræ ſinceritatem, quibus perſonam veſtram non ſolum Deo placentem, verum etiam Majeſtati Noſtræ gratam reddere ſtuduiſtis, & acceptam, nil in vobis dubitantes, immo certo certius, & firmiter credimus creden. Quod profectum, & utilitatem animarum, ac dictæ Eccleſiæ veſtræ bonum, & ſalutarem ſtatum tanto diligentius proſequi ſtudebitis, quanto ad ea exequenda ſpecialiori noſtræ Regiæ benevolentiæ prærogativa, autho-

Digitized by Google

ritatem habuerit pleniorem, authoritate noſtri Regii Jurispatronatus, quod ſicuti in omnibus aliis Eccleſiis Regni noſtri, & in ipſa Eccleſia T. in diſponendis quibuscunque beneficiis Eccleſiaſticis, & præſentandis ad eadem perſonas idoneas, inſtar aliorum Regum Hungariæ Prædeceſſorum noſtrorum habere dinoſcimur, vobis noſtram Regiam in eo damus, & concedimus poteſtatem, ut vos tamdiu, quousque anteſatæ Eccleſiæ Albenſi infungimini, præfulatu conferendo, diſponendo, & ordinando, omnia, & ſingula beneficia Eccleſiaſtica, dignitates, Perſonatus, nec non Officia Canonicatus, & Præbendatus, ac Altarium, & Capellarum Rectoratus in dicta Eccleſia Albenſi Tranſylvana a modo deinceps temporum in Succeſſu qualitercunque, & ex quibuscunque cauſis, & modis de Jure, & de facto vacan. ac de eisdem noſtra Regia præmiſſa, & veſtra ordinaria Auctoritatibus, & Perſonis idoneis, & benemeritorum providen. liberam, plenam, & omnimodam habeatis poteſtatis facultatem. Harum noſtrarum.

6. Donatio Jurispatronatus.

Quod Nos, cui ex ſuſcepta Regalis Faſtigii cura intereſt, utilitatibus Eccleſiarum intendere circumſpecta conſideratione meditan. curam, Sollicitudinem, & diligentiam, quibus fidelis noſter ſincere dilectus Magnificus T. circa proviſionem Eccleſiarum, quarum Patronatu infungitur, invigilat, & intendit illo etiam reſpectu; quod Abbatia Eccleſiæ T. in Comitatu T. fundata, Caſtro præfati T. Salmar appellato proxima eſt, & ex eo defenſio Bonorum ejusdem Eccleſiæ haberi poteſt, Jurispatronatus ejusdem Eccleſiæ, quod Noſtra Majeſtas in eadem Eccleſia habuit, & habet, ſimul cum omni protectione, & tutela ejusdem in ipſum T. & ſuos hæredes duximus transferendum, atque idem eisdem de noſtræ Regalis poteſtatis plenitudine conferendum, annuendum, & concedendum eidem T. & dictis ſuis hæredibus, ut a modo in poſterum, & in antea futuris ſemper temporibus univerſis, quotienscunque eandem vacare contigerit, totiens idoneum Abbatem ad eandem eligere, ac illi cujus intereſt, confirmandum præſentare valeant, volentes tamen, ut hoc prætextu idem T. & Hæredes ſui ad Bona præfatæ Abbatiæ ſe intromitterè, vel aliquod Jus ultro quam Patroni habere debent, & conſueverunt, ſibi in eisdem vendicare non præſummant quovis modo. Imo transferimus, conferimus, & concedimus Jure perpetuo tenendum, & habendum. Salvo.

7. Donatio Domus ſimul & exemptio Taxarum.

Nos &c. memoriæ commendamus &c. Univerſis. Quod licet generale Regum Officium Libertatis ſuæ donis unumquemque proſequi ſubditorum, meritorum tamen qualitate penſata, illos majoribus, al-

Digitized by Google

tioribusque donis Regalis extollere debet munificentia, qui majoribus virtutibus, ampliorib̃usque obſequiorum generibus excellentiora præmia meruerunt; hoc modo enim & Regum glorificabitur diſcretio, & ſubditorum animus ad opera virtuoſa ferventius accenditur. Hac itaque conſideratione debitum habentes reſpectum, ad integram fidem & fidelitatem. ac præclara ſervitiorum merita Fidelis noſtri magnifici Pauli de T. Comitis Comitatus T. per eum primum ſacræ hujus Regni noſtri Hungariæ Coronæ, tandemque Majeſtati noſtræ in nonnullis rebus noſtris proſperis ſcilicet, & adverſis cum ſumpma fidelitatis conſtantia exhibita, & impenſa, unam Domum acialem (Curialem) in hac Civitate noſtra Budenſi habitam, quæ alias T. & T. præfuiſſet, eidem Paulo, & ſuis hæredibus univerſis, ſimul cum cunctis ejusdem utilitatibus, & pertinentiis quibuslibet duximus conferendam, & eandem in perpetuum libertandam, eximendam ipſam Domum ab omnibus cenſibus, Datiis tam Ordinariis, quam extraordinariis, etiam qui de ipſa Domo de facto provenirent, vel in medium dictæ Civitatis noſtræ Budenſis ſolvi debuiſſent, vel provenire deberent, vel poſſent. Immo damus, libertamusque, & eximimus præſentium per vigorem, decernentes: quod illi Cenſus, qui ab ipſa Domo pro Taxa ordinaria in medium præfatæ Civitatis noſtræ provenire deberent, juxta veram limitationem in Summa Capitali hujusmodi Taxæ nobis ex dicta Civitate noſtra provenire conſueta, ad rationem noſtram defalcentur. Quocirca Vobis Fidelibus noſtris prudentibus, & circumſpectis Judici, & Juratis, ceterisque Civibus antefatæ Civitatis noſtræ Budenſis, item Dicatoribus, ſive Exactoribus præfatarum Taxarum ordinariis, vel extraordinariis, ac Cenſuum, & aliarum quarumlibet ſolutionum in dicta Civitate noſtra conſtitutis pro tempore, mandamus harum ſerie firmiter, quatenus a modo præfatam Domum, ſeu fundamen. ſemper pro Domo libera tenere, & habere debeatis. Et de cætero ab ipſa Domo, & ejus utilitatibus, & pertinentiis aliquos cenſus ſive ordinarios, ſive extraordinarios contra formam præmiſſæ noſtræ Exemptionis, & Libertationis exigere, & exigi facere nullatenus præſummatis, neque ſitis auſi quoquo modo gratiæ noſtræ ſub obtentu. Præſentibus.

3. *Conſenſus ſuper Impignoratione Caſtri.*

Memoriæ commendamus univerſis. Quod nos attentis, & conſideratis fidelitate, & fidelium ſervitiorum meritis fidelis noſtri Magnifici Pauli de Kinys Comitis Themeſienſis, & Capitanei generalis Partium Regni noſtri inferiorum, per eum primum Sacræ dicti Regni noſtri Hungariæ Coronæ, tandemque Majeſtati noſtræ ſub Locorum, & temporum diverſitate, prout vel temporis, vel Status noſtri conditio tulit, non parcendo Perſonæ, rebusque ſuis, ſub utraque fortuna

Digitized by Google

ſecunda ſcilicet, & adverſa, cum omni fidelitatis perſeverantia exhibitis, & impenſis, illam impignorationem, quam fidelis noſter Egregius Johannes Threnka de T. de & ſuper Caſtro noſtro T. vocato, in Comitatu Thrinchinienſi habito, & ſuis pertinentiis, quod nos alias eidem Johanni T. certis de cauſis pro certa ſumpma florenorum Auri inſcriptum, urgentibus ipſum Johannem T. certis neceſsitatibus ſuis Caſtrum præfatum pro eadem ſumpma, pro qua ſcilicet idem per nos eidem inſcriptum, & impignoratum fuerat ſub Conditionibus, Clauſulisque, & articulis in litteris noſtris Inſcriptionalibus eidem Johanni T. ſuperinde datis, contentis, memorato Paulo de Kinys, ac Generoſæ Dominæ Benigna vocatæ conſorti ſuæ, ipſorumque hæredibus & poſteritatibus univerſis, infra tempus redemptionis ejusdem feciſſe dinoſcitur; ratam, gratam, & acceptam habentes, eidem Impignoratione noſtrum Regium conſenſum præbuimus. Immo præbemus benevolum pariter & aſſenſum. Harum noſtrarum, quibus ſecretum Sigillum noſtrum, quo ut Rex Hungariæ utimur, eſt appenſum vigore, & teſtimonio litterarum mediante. Datum &c.

9. *Præceptoria, ut computentur Bona per Tricesimatores.*

Mathias &c. Fidelibus noſtris magnificis Johanni T. de T. &c. ac Officialibus, nec non Circumſpectis Judicibus, & Juratis, ceterisque Civibus, & populis Oppidorum veſtrorum T. & T. ſalutem, & gratiam. Ex declaratione Fidelis noſtri Egregii Johannis T. de T. Comitis Lypthovienſis. Intelleximus, qualiter plerumque ipſe, & Officiales ſui, exactores ſcilicet Tricesimarum noſtrarum per Mercatores & homines negotiatores, ad nundinas in dictis Oppidis celebran. convenien. in proventibus noſtris Triceſimalibus fraudarentur, & deciperentur, qui eis Bona ipſorum illo abducta perquirere, & computare non permitterent; quia vero nos in proventibus Coronæ Regni noſtri per neminem volumus defrandari. Mandamus igitur fidelitati tuæ harum ſerie firmiter, quatenus eidem Johanni T. de T. aut hominibus ſuis præſentium ſcilicet Exhibitoribus in dictis Oppidis veſtris tempore nundinarum libere, & ſine omni contradictione præfatos Mercatores perquirere, resque eorundem computare, atque id, quod abnegatum fuiſſe repertum fuerit, antiqua Regni noſtri conſuetudine requirente auferre permittere debeatis, & teneamini. Secus non facturi præſentibus perlectis.

10. *Præceptoria.*

Mathias &c. Fidelibus noſtris Circumſpectis Judici & Juratis, ceterisque Civibus Civitatis noſtræ Albenſis ſalutem, & gratiam: Expoſitum exſtitit Majeſtati noſtræ pro parte, & in perſona fidelis noſtri Circumſpecti Johannis T. Comitis veſtri, ac Dominæ Julianæ conſortis ſuæ; Quomodo

Quomodo licet nos superioribus diebus per alias litteras nostras binas post se se emanatas, vobis in eo mandaverimus, ut vos Res & Bona, ac Domum condam Laurentii Aurifabri, & Dominæ Margarethæ Conjugis suæ juxta consuetudinem illius Civitatis nostræ limitare, & æstimare, factaque Limitatione, & æstimatione, Debita dicti condam Laurentii in testamentali sua Dispositione expressata exolvi possent, deberetis, vos tamen hujusmodi mandata nostra omnino curare noluissetis, quin ipsas literas nostras apud vos detinuissetis in nostræ Majestatis displicentiam, & contemptum mandati nostri, ac injuriam eorundem Exponentium manifestum. Et quia nos justa mandata nostra ab omnibus Subditis nostris inviolabiliter observari volumus; mandamus igitur Fidelitati vestræ harum serie firmiter, quatenus statim visis præsentibus, præfatas Res, & Bona, ac Domum dicti condam Laurentii Aurifabri, & Dominæ Margarethæ Consortis suæ, ut præmisimus, juxta consuetudinem illius Civitatis nostræ secundum continentias dictarum priorum literarum nostrarum, una cum Executorum ejusdem Laurentii, ulteriori mandato nostro superinde non expectato, limitare, & æstimare, ac dictis Exponentibus, si Domum ipsam Jure hæreditario ad eosdem devolutam esse constat, modis omnibus relinquere debeatis, & teneamini possiden. ita tamen, ut ipsi termino in eisdem per vos præfigendo prædicta Debita ipsius condam Laurentii Aurifabri exolvi, & de eisdem in illis, quibus incumbit, juxta qualitatem æstimationis vestræ satisfactionem modis omnibus impendere debeant, & teneantur. Secus non &c.

11. *Procuratorium ad acceptandum beneficium.*

Nos &c. Memoriæ commendamus per præsentes: Quod Fidelis noster T. de T. coram nobis personaliter constitutus Fideles nostros Honorabiles T. & T. de T. Canonicos in Ecclesia T. ad acceptandum nomine, & in persona ipsius Canonicatum, & Præbendam in dicta Ecclesia T. ad quos nuper eundem Anthonium per liberam, & spontaneam Cessionem, & resignationem Reverendissimi in Christo Patris, & Domini Electi, & confirmati Colocensis Summi, & Secretarii Cancellarii nostri Fidelis dilecti eorundem Canonicatus, & Præbendæ ultimi veri, & immediati Possessoris, de Jure, & de facto vacan. aucthoritate Jurispatronatus nostri Regii, quod generaliter in omnibus Regni nostri Ecclesiis more Prædecessorum nostrorum Regum Hungariæ habere dinoscimur, vigore aliarum literarum nostrarum nominavimus, & elegimus, seque in eisdem Canonicatu, & Præbenda canonice investiri, & confirmari, nec non ad Possessionem ipsorum admitti, atque installari petendum fructus, proventus, & quaslibet utilitates eorundem levandos, & recipiendos, ac de observandis Secretis, & consuetudinibus præfatæ Ecclesiæ in animam ipsius

licitum Juramentum præſtandum, & generaliter omnia, & ſingula circa præmiſſa opportuna agendum, faciendum, & exercendum etiamſi talia forent, quæ mandatum exigerent magis ſpeciale; quam præſentibus eſt expreſſum, & quæ ipſæ Anthonius facere poſſet, ſi perſonaliter intereſſet, fecit, conſtituit, & ordinavit ſuos veros, & legitimos Procuratores, ratum, atque firmum ſe promittens habiturum, quicquid per eosdem, aut eorum alterum actum, factum, & procuratum fuerit in negotio ſuo prænotato. Datum.

12. *Procuratorium generale.*

Nos &c. Memoriæ commendamus &c. per præſentes. Quod Reverendiſſimus in Chriſto Pater Dominus Petrus, Archi-Epiſcopus Colocenſis, Summus, & Secretarius Cancellarius noſter Fidelis dilectus, & Mathæus de Varadino Frater ejusdem, coram nobis perſonaliter conſtituti, in omnibus cauſis ipſorum, & earum articulis tam per ipſos contra alios, quam per alios quospiam contra ipſos in quibuslibet Terminis coram quovis Judice, & Juſtitiario Regni noſtri Eccleſiaſtico videlicet, & ſæculari a data præſentium per Anni circulum motis, vel movendis ſe ſe mutuo, item Stephanum T. de T. & Martinum T. de T. fecerunt, conſtituerunt, & ordinaverunt ſuos veros, & legitimos Procuratores, ratum atque firmum ſe promittens habiturum, quicquid per ſuos Procuratores, aut eorum alterum Exhibitores videlicet, ſeu Exhibitorem præſentium actum, factum, & procuratum fuerit in cauſis ipſorum prænotatis. Datum Budæ *in Feſto* Aſcenſionis Domini, Anno ejusdem &c.

13. *Procuratorium.*

Nos Johannes miſeratione divina &c. memoriæ commendamus per præſentes; Quod nos in omnibus cauſis noſtris, & earum articulis tam per nos contra alios quospiam contra nos in quibuslibet Terminis coram quovis Judice, & Juſtitiario Regni Eccleſiaſtico videlicet, & ſæculari a data præſentium per Anni circulum motis, vel movendis, Petrum T. de T. fecimus, conſtituimus noſtros veros, & legimos Procuratores, ratum, & firmum nos promittentes habituros, quicquid per dictos noſtros Procuratores, aut eorum alterum Exhibitores ſcilicet, ſeu Exhibitorem præſentium actum, factum, & procuratum fuerit in cauſis noſtris prænotatis. Datum Viennæ apud Sanctum.

14. *Præceptoria, ut fateantur in Conventu.*

Mathias Fidelibus noſtris nobilibus T. de T. &c. Salutem & gratiam. Expoſitum eſt Majeſtati noſtræ in perſonis Fidelium noſtrorum Nobilium Ladislai T. de T. admodum gravis querelæ; quod licet in quadam cauſa inter ipſos Exponentes ut in cauſam attractus ab una,

Digitized by Google

ac nobilem Leonardum de T. ut Actorem Partibus ab altera ratione, & prætextu certorum actuum potentiariorum mota, Vos in Arbitros tali ſub conditione, ut quicquid Partes inter easdem quinto decimo Feſti Beati Georgii Martyris proxime præteriti diſponeretis, concluderetis, & arbitraremini, id ambæ Partes pro rato, & grato ſub certis conditionibus & obligationibus in Literis Palatinalibus ſuperinde expreſis habere, & acceptare deberent, & tenerentur, elegerint, quam tandem diſpoſitionem veſtram vos in Conventu Eccleſiæ T. confiteri, & conteſtari, & ipſe Conventus Literas ſuas ſuper ipſa Diſpoſitione, & Faſſione veſtra coram ipſis fienda utrisque Partibus neceſſarias ſub Sigillo ſuo dari, & emanari facere deberet, & teneretur; tamen vos neſcitur, quibus reſpectibus, forte ut creditur, favore dicti Leonardi allecti ad plurimas requiſitiones antefatorum Exponentium, præſcriptam veſtram diſpoſitionem coram ipſo Conventu edicere, & confiteri recuſaſſetis, & recuſaretis etiam de præſenti in præjudicium dictorum Exponentium, Juriumque ſuorum derogamen manifeſtum. Et cum communis Juſtitia nemini debeat abnegari; Ideo Fidelitati veſtræ harum ſerie firmiter præcipientes mandamus, quatenus habitis præſentibus, alioque mandato noſtro ſuperinde non expectato vos perſonaliter absque omni difficultate, & renitentia aliquali ad præfatum Conventum accedere, ipſamque veſtram diſpoſitionem per vos Partes inter præſcriptas facta, in ipſo Conventu ſuo modo confiteri debeatis, ipſe vero Conventus ſuper hujusmodi Faſſione veſtra coram eo fienda Literas ſuas ipſis Exponentibus ſuperinde opportunas, & neceſſarias in forma debita, & conſueta ſub Sigillo ſuo dare, & emanari facere debeat, & teneatur. Aliud vero non facturi. Præſentibus.

15. *Præceptoria ſimilis primæ.*

Mathias &c. Fidelibus noſtris Capitulo Eccleſiæ T. ſalutem, & gratiam. Expoſitum eſt nobis in Perſona Fidelis noſtri T. & T. admodum gravis querela, quomodo licet proxime his elapſis temporibus juxta vigorem, & contenta certarum literarum noſtrarum ſibi per nos ſuper certis Portionibus ſuis poſſeſſionariis in Poſſeſſionibus T. & T. ac certis aliis Seſſionibus deſertis omnino in Comitatu de T. habitis gratioſe conceſſarum, ſe in Dominium hujusmodi Poſſeſſionum, & Seſſionum deſertarum per noſtrum, & veſtrum homines legitime introduci, ac easdem ſibi ipſi ſecundum conſuetudinem dicti Regni noſtri ſtatui fecerit; tamen vos neſcitur quibus reſpectibus ex quo quidem Franciſcus T. dictus, & cæteri alii Regnicolæ noſtri hujusmodi ſtatutioni contradixiſſent, Literas veſtras ſtatutorias ipſi Exponenti ſuper ipſa ſtatutione neceſſarias, & cum tales literæ ſub ſigillo veſtro extradare, & emanari facere recuſaſſetis, & recuſaretis etiam usque

Digitized by Google

modo in derogamen Jurium ipſorum Exponentium manifeſtum; Et cum tales literæ de Regni noſtri conſuetudine nemini debeant abnegari; Ideo Fidelitati veſtræ &c. quatenus receptis præſentibus, rebusque præmiſſo modo ſtantibus, & ſe habentibus, annotato Exponenti literas veſtras ſuper ipſa Statutione ſecundum conſuetudinem Regni noſtri in talibus neceſſarias, & opportunas, juxta noſtri, & veſtri Homines (Hominum) Faſſiones, non obſtante contradictione præfati Francifci de T. & aliorum quorumcunque ſub ſigillo veſtro in forma debita, & conſueta, omni favore ſemoto extradare, & emanari facere modis omnibus debeatis, & teneamini; Caventes tamen ne fraus, aut dolus in hac parte oriatur aliqualis

16. *Præceptoria.*

Mathias &c. Fidelibus Noſtris Comiti, vel Vice-Comiti & Judlium Comitatus T. & T. ſalutem & gratiam. Exponitur Majeſtati noſtræ in perſona T. quomodo quidem his diebus proxime elapſis temporibus univerſa Bona ipſius Dominæ T. hæreditaria præter hujus Regni Noſtri conſuetudinem, occupaſſet, ipſamque de ipſis Bonis indebite excluſiſſet potentia mediante in præjudicium ejusdem Dominæ non modicum. Unde ſupplicatum exſtitit Majeſtati Noſtræ in perſona ejusdem Dominæ per nos ſuper præmiſſis opportune provideri, cum autem Lex, & Conſuetudo Regni Noſtri ab omnibus generaliter obſervari debeat, nec liceat quemquam præſumptione temeraria alterius cujuspiam Bona indebite occupari. Volumus igitur, & Fidelitati veſtræ harum ſerie firmiter præcipientes mandamus, quatenus habitis præſentibus, convocatis veſtri in præſentiam ad unum certum, & brevem Terminum utrisque Partibus auditisque earum propoſitis, & reſponſis, admiſſis etiam probabilibus, & evidentibus Documentis, eidem Dominæ Exponenti ratione hujusmodi indebitæ occupationis judicium, & juſtitiam facere, & adminiſtrare debeatis noſtra in perſona, & aucthoritate præſentibus vobis in hac parte attributa, & juſtitia mediante. Secus non facturi, præſentibus perlectis.

17. *Exemptio vita Comite a Contributione unius floreni.*

Mathias Dei gratia Rex Hungariæ, Bohemiæ &c. Fidelibus noſtris Dicatoribus, & Exactoribus Taxarum, ſeu contributionum noſtrarum unius floreni, item Comiti, vel Vice-Comiti, & Judlium in Comitatu Byhorienſi pro tempore conſtitutis, præterea circumſpectis Judici, & Juratis, ceterisque Civibus, ac Officialibus Oppidi T. ſalutem, & gratiam. Quia nos ad ſupplicationem Fidelis noſtri Egregii Thomæ parvi de Lak per eum Majeſtati noſtræ propterea porrectam, Fideles noſtros circumſpectos T. de T. in prædicto Oppido T. in eodem Comitatu exiſten. commorantes, & Andream T. filium

Digitized by Google

ejusdem a solutione quarumlibet Taxarum, seu Contributionum nostrarum unius floreni ratione Domus, & Fundi Curiæ, eorundem in prædicto Oppido T. habitæ Majestati nostræ provenire deben. vita ipsius Comite gratiose duximus eximendos, & supportandos, eximimusque, & supportamus per præsentes. Mandamus itaque Fidelitatibus vestris harum serie firmiter, quatenus a modo memoratos Stephanum, & Andream ratione præscriptæ domus, seu Fundi Curiæ ipsorum in dicto Oppido habitæ, ad solutionem hujusmodi Taxarum, seu contributionum unius floreni contra formam præmissæ nostræ gratiosæ Exemptionis artare, & compellere, aut eos in personis, Rebusque & Bonis ipsorum turbare, seu dampnificare nunquam, & nequaquam præsummatis, nec secus ausi modo aliquali, gratiæ nostræ sub obtentu. Secus non facturi, præsentibus perlectis.

18. *Exemptio Taxarum extraordinariarum.*

Nos &c. Memoriæ commendamus, quod nos tum &c, tum etenim attentis, & consideratis inopia, & paupertate eorumdem, volentes ipsos nostro favore Regio prosequi gratiose, ut ipsi de cætero Majestati nostræ eo ferventius, & fidelius valeant famulari, infra duos Annos integros a data præsentium litterarum computando, a solutione quarumlibet Taxarum extraordinariarum duximus gratiose eximendum, & eximimus præsentium per vigorem. Quocirca vobis Fidelibus nostris universis Dicatoribus, & Exactoribus Taxarum nostrarum extraordinariarum nunc constitutis, & in futurum constituendis, harum serie firmiter præcipientes mandamus, quatenus a modo deinceps præfatos in & ad solutionem hujusmodi Taxarum extraord. infra prædictum tempus artare, & campellere, vel eosdem ratione non solutionis earundem in personis, rebusque, & Bonis ipsorum turbare, molestare seu dampnificare contra formam Exemptionis nostræ præmissæ nequaquam præsummatis, nec sitis ausi modo aliquali, gratiæ nostræ sub obtentu. Datum.

19. *Exemptio ab Exercitu vita Comite.*

Nos &c. memoriæ commendamus &c. Quod nos tum attentis &c. tum etiam ea de causa, quod ipse T. ingravescentis esset ætatis atque adeo gravis, quod ad sufferendum, seu tollerandum Belli labores, omnino inhabilis sit, & habeatur, eundem T. simul cum duobus familiaribus suis, quos ipse voluerit, quique in continuis servitiis ipsius occupabuntur, ab ingressu quorumlibet Exercituum per nos, seu alios quoscunque de Nostro Mandato, contra quospiam nostros, & hujus Regni nostri emulos generaliter, aut particulariter inslauran. usque tempus vitæ suæ prorsus, & per omnia, duximus eximendum, & supportandum, imo eximimus, & supportamus præsentium per vi-

Digitized by Google

gorem, quocirca vobis Fidelibus noſtris Capitaneis, Belli-Ductoribus, Levatoribus, & Solicitatoribus quorumcunque prædictorum Exercituum tam generalium, quam partialium; Item Banis, vel Vice-Banis noſtris Machonienſibus, nec non Comitibus vel Vice-Comitibus, & Judlium Comitatus T. nunc conſtitutis, & in futurum conſtituendis præſentium per vigorem notitiam habituris, harum Serie committimus & mandamus firmisſime; quatenus præfatum T. ſimul cum duobus familiaribus ſuis per ipſum pro tempore nominandis prætextu non ingresſionis hujusmodi Exercitus, ſeu non misſionis loco ſui Gentium armatorum ratione Poſſeſſionum, & Bonorum ſuorum in eundem Exercitum, ut promiſimus, usque tempus Vitæ ſuæ contra formam præmiſſæ noſtræ Exemptionis in perſonis, ſeu Poſſeſſionibus, Portionibusque, & Juribus poſſeſſionariis, nec non Rebus, & Bonis ſuis quibuscunque impedire, moleſtare, turbare, aut quovis modo dampnificare nusquam, & nequaquam præſummatis, nec ſitis ausi modo aliquali, Gratiæ noſtræ ſub obtentu, præſentibus perlectis. Datum Budæ.

20. *Ut Bona ad Regiam Majeſtatem devoluta, occupentur.*

Mathias Dei gratia Fideli Noſtro Egregio Magiſtro Johanni de T. Prothonotario Palatinali, & Comiti Simegienſi (*a*) ſalutem & gratiam. Quia univerſa Jura Poſſeſſionaria condam Gregorii, & Benedicti filiorum condam Nicolai T. & filii Pauli de eadem, in Poſſeſſionibus T. & T. prædicta, ac T. & T. vocatis in Comitatu T. exiſten. habita, per mortem, & defectum Seminis eorundem T. & T. ad noſtram, conſequenterque ſacram dicti Regni noſtri Hungariæ Coronam ſunt condeſcenſa. Igitur Fidelitati tuæ harum ſerie firmiter præcipientes mandamus, quatenus ſtatim agnitis præſentibus præſcripta univerſa Bona, & hæreditates, Juraque poſſeſſionaria dictorum condam T. & T. ubivis exiſtentia pro noſtra Majeſtate, & noſtro nomine occupare, occupataque tamdiu tenere, & conſervare debeas, donec a nobis ſuperinde aliud habueritis in mandatis.

21. *Libertas, qui de novò adveniunt ad aliquam Poſſeſſionem.*

Nos &c. memoriæ commendamus tenore præſentium. Quod nos volentes Oppidum noſtrum T. vocatum in Comitatu Syrmienſi habitum, quod tum propter graves, & intolerabiles Impoſitiones, & Exactiones diverſarum Taxarum condam Magnifici T. de T. tum propter certas alias cauſas a longo jam tempore in maximam deſolationem deveniſſe dicitur, numero, & opibus adaugeri univerſos Cives ſeu Populos, & Incolas, qui ad dictum Oppidum noſtrum T. illos

(*a*) Videtur fuiſſe una Cauſarum Regalium Director.

Digitized by Google

videlicet, qui in locis derfertis, & omnino ædificiis carentibus, novas Domos fecerint infra duodecim Annorum, illos vero qui ad loca deferta, & parva reformatione egentia moraturi venerint, infra fex Annorum integrorum ſpatia, a die datarum præſentium incluſive computan. ab omni ſolutione Taxarum, ſeu Collectarum noſtrarum ordinariarum duntaxat de eorum medio Majeſtati Noſtræ qualitercunque provenire deben. gratioſe duximus eximendos, & ſupportandos, imo eximimus, & ſupportamus præſentium per vigorem. Quocirca vobis Fidelibus noſtris univerſis & ſingulis Dicatoribus, & Exactoribus quarumcunque Taxarum, ſeu Collectarum noſtrarum in dicto Comitatu Syrmienſi conſtitutis, & in futurum conſtituendis, harum ſerie firmiter præcipientes mandamus, quatenus a modo a præfatis Civibus, Populisque & Incolis dicti Oppidi T. illis videlicet, qui ut præfertur in locis omnino ædificiis carentibus Domus fecerint, & item illis, qui ad loca parva reformatione egentia moraturi venerint, tempus infra præmiſſum contra formam præmiſſæ noſtræ gratioſæ Exemptionis aliquam Taxam, ſeu contributionem, ſeu aliam Collectam noſtram ordinariam petere, ſeu exigere, petique, & exigi facere nequaquam præſummatis, nec ſitis auſuri quoquo modo gratiæ noſtræ ſub obtentu, & hoc volumus per Fora, & alia loca publica palam facere proclamari, & præſentes poſt earum lecturam ubique reddere præſentanti. Datum Budæ Anno, ut ſupra.

22. *Ut Decimæ extradentur.*

Mathias &c. Fidelibus noſtris univerſis, & ſingulis nobilibus, & alterius cujusvis Status, & Conditionis poſſeſſionatis hominibus Comitatus Bachienſis ſalutem, & gratiam. Expoſitum extitit Majeſtati noſtræ in perſonis Fidelium noſtrorum Egregiorum T. & T. Qualiter eſſent nonnulli ex vobis, qui Decimas Frugum, Bladorum, Vinorum & aliarum rerum decimari ſolitarum Anni præſentis, quæ e medio Populorum, & Jobbagionum Veſtrorum ſibi, & Eccleſiæ ſuæ ex antiqua Lege provenire deberent, extradare, & exolvi facere recuſaſſent, & recuſarent etiam de præſenti in præjudicium præfati Exponentis, dimminutionemque proventuum ſuorum, & dampnum manifeſtum. Et cum Decimæ ipſæ in patrimonio Chriſti dedicatæ ab omnibus Chriſti fidelibus debito tempore exolvi debeant, & teneantur; Ideo Fidelitati univerſitatis veſtræ, & veſtrorum cujuslibet harum ſerie firmiſſime mandamus, quatenus habitis præſentibus præſcriptas Decimas, ut præmiſimus Anni præſentis nondum exolutas, de medio Populorum, & Jobbagionum veſtrorum hominibus præfati Domini Epiſcopi per ipſum ad id deputatis integraliter extradare, & exolvi facere modis omnibus debeatis, & teneamini, alioquin commiſimus, & præſentibus ſtrictius committimus fidelibus noſtris Comi-

Digitized by Google

tibus, vel Vice-Comitibus, & Judicibus nobilium veſtris, ut ipſi vos & quemlibet veſtrum ad extradandum hujusmodi Decimas cum oneribus, & gravaminibus veſtris in talibus fieri ſolitis artius compellant, & adſtringant auctoritate noſtra præſentibus ipſis in hac parte attributa, & juſtitia mediante.

23. *Relaxatio Birſagiorum Gratia.*

Nos &c. Memoriæ commendamus, quod nos de benignitate noſtra Regia, qua delinquentibus veniam, & lapſis ſublevamen impertiri, interdum etiam Juris rigorem lenitate miſericordiæ conſuevimus temperare pauperculis Dominabus Elenæ de T. ſub Eccleſia Corporis Chriſti Budæ fundata reſiden., & Barbaræ Matri ejusdem, Capitibus quoque, ac Bonis, & Rebus eorundem, de & ſuper earundem Birſagiis, & Birſagiorum gravaminibus, in quibus eædem Dominæ juxta adjudicationem Judicis, & Juratorum Civium Civitatis noſtræ Budenſis in quadam cauſa inter ipſas Dominas ab una, ac quamdam aliam Dominam Budenſem ab altera partibus mota, convictæ, fuiſſent, & aggravatæ haberentur, pro quibus nunc dictæ Dominæ in Captivitate eorundem Judicis, & Juratorum Civium detinerentur, ac etiam ſuper omnibus offenſis, & injuriis per easdem Dominas dictæ Dominæ Adverſariæ ipſarum qualitercunque illatis, gratiam, & miſericordiam duximus faciendam, ipſaque Birſagia, & onera Judiciorum eisdem Dominabus relaxamus, im. facimus, & relaxamus præſentium per vigorem. Quocirca vobis præfatis Judici, & Juratis Civibus dictæ Civitatis noſtræ præſentibus, & futuris harum Serie firmiter præcipimus, & mandamus, quatenus receptis præſentibus præfatam Dominam Elenam, ac Catherinam de dicta Captivitate veſtra liberas emittere debeatis, nec easdem de cætero ad inſtantiam dictæ Dominæ Adverſariæ ipſarum, vel etiam propria temeritate veſtra ad Solutionem dictorum Birſagiorum contra formam præmiſſæ noſtræ gratiæ in perſonis, aut Rebus ipſarum quibuslibet compellere debeatis, vel præſummatis, nec ſitis ausi modo aliquali &c.

24. *Prorogatoria.*

Mathias Dei &c. Fidelibus Noſtris Reverendiſſimo in Chriſto &c. Item Magnificis Palatino, & Judici Curiæ noſtræ, Veſtrasque in Judicatu vices gerentibus, cunctis etiam aliis Regni noſtri Nobilibus, ac Judicibus Eccleſiasticis videlicet, & ſæcularibus præſentes viſuris ſalutem, & gratiam. Quia Fideles noſtri T. & T. Familiares Fidelis noſtri magnifici Stephani de T. Comitis Perpetui Terræ P ad præſens nobiscum in præſenti Exercitu noſtro perſonaliter exiſtunt occupati, debebuntque per aliqua tempora ibidem occupari, ob hoc ipſi proſecutioni cauſarum ipſarum coram vobis, vel altero veſtrum motarum,

Digitized by Google

motarum, vel movendarum commode intereſſe non poſſunt; Ideo Fidelitati veſtræ, & cujuslibet veſtrum harum ſerie firmiter mandamus, quatenus receptis præſentibus univerſas, & quaslibet cauſas præfatorum T. & T. ac aliorum prænominatorum tam per ipſos contra alios, quam per alios quospiam contra ipſos coram vobis motas, & vertentes; interim quoad conſtiterit vobis ipſos in hujusmodi Exercitu noſtro veriſimiliter occupari, differre, & prorogare debeatis, ſecus non facturi. Præſentibus.

25. *Protectionalis*

Mathias &c. Fideli noſtro Reverendo in Chriſto Patri Domino Sigismundo Epiſcopo Eccleſiæ Quinque Eccleſienſis ſalutem, & gratiam, cum nos Fidelem noſtrum Venerabilem Johannem Commendatorum Abbatiæ Monaſterii Sancti T. Martyris de T. Capellanum noſtrum, & dictam Eccleſiam ſuam ſimul cum univerſis Poſſeſſionibus, Portionibusque poſſeſſionariis, nec non aliis rebus, & Bonis ſuis quibusvis juſtis utputa, & legitimis in noſtram Regiam receperimus protectionem, & tutelam ſpecialem, viceque, & in perſona Noſtræ Majeſtatis, veſtræ commiſerimus tuitioni. Fidelitati igitur veſtræ harum ſerie firmiter præcipientes mandamus, quatenus a modo præfatum Johannem Commendatorum, conſequenterque Bona, & Poſſeſſiones dictæ Eccleſiæ contra quoslibet illegitimos Impetitores protegere, tueri, & defenſare debeatis noſtræ Majeſtatis in perſona, & authoritate vobis præſentibus in hac parte attributa, & juſtitia mediante. Secus &c.

26. *Protectionalis.*

Mathias &c. Fidelibus noſtris Comiti, vel Cice-Comiti, & Judici nobilium Comitatus T. ſalutem, & gratiam. Cum nos Fideles noſtros T. & T. ſimul cum univerſis Poſſeſſionibus, Portionibusque & Juribus poſſeſſionariis, ac Rebus, & Bonis ſuis quibusvis juſtis utputa, & legitimis in noſtram recipien. protectionem, & Tutelam ſpecialem, Vice & in Perſona Majeſtatis Noſtræ, veſtræ commiſerimus tuitioni. Ideo Fideliſtati Veſtræ harum ſerie, quatenus ſtatim receptis præſentibus, præfatos T. & T. in prædictis Poſſeſſionibus, Portionibusque, & Juribus poſſeſſionariis, nec non Rebus, & Bonis ſuis univerſis, juſtis, ut præfertur, & legitimis contra quoslibet illegitimos, Impetitores, & ſignanter adverſus T. & T. per quem eidem T. plurima impedimenta inferre afferuntur, protegere, defenſare, tueri, ac indempniter manutenere debeatis, Noſtræ Majeſtatis in perſona, & authoritate præſentibus vobis in hac parte attributa, & Juſtitia

Digitized by Google

27. *Ut Jobbagiones dimittantur.*

Mathias &c. Fidelibus noſtris univerſis, & ſingulis Prælatis, Baronibus &c. Salutem, & gratiam. Refert nobis Fidelis noſter T. Quomodo nonnulli forent ex vobis, qui ſuos Jobbagiones de eorum Poſſeſſionibus habita licentia, juſtoque Terragio depoſito, ac aliis Debitis eorum perſolutis ad Poſſeſſiones ſuas cum eorum Rebus, & Bonis libere recedere, & abire non permitterent, in ipſius T. præjudicium & dampnum, & quia juxta conſuetudinem, & Legem Regni noſtri Hungariæ hactenus obſervatam, quilibet Jobbagiones, & jobbagionalis Conditionis Homines tam de noſtris quam aliorum quorumcunque Poſſeſſionibus nec non Comitatibus, Diſtrictibus, Oppidis, & Villis receptis juxta Regni conſuetudinem, licentiis, juſtisque Terragiis depoſitis, & aliis eorum Debitis perſolutis, ad quorumcunque Poſſeſſiones ſe transferre voluerint moratur., libere recedere, & abire permittere debent, Perſonis, & Rebus, ac Bonis eorum ſemper ſalvis, cum antiqua hujus Regni noſtri conſuetudine dictante, quilibet Jobbagio, & jobagionalis conditionis Homo in quorumcunque veſtrum Poſſeſſionibus reſiden. habita licentia, juſtoque Terragio depoſito, & aliis Debitis perſolutis, ad Poſſeſſiones aliorum liberam habeant recedendi facultatem. Idcirco Fidelitati Univerſitatis veſtræ, & cujuslibet veſtrum firmiter præcipientes mandamus, quatenus viſis præſentibus, omnes tales veſtros Jobbagiones, & jobbagionalis Conditionis homines, qui, ut præfertur, obtentis licentiis, juſtisque eorum depoſitis Terragiis, & aliis Debitis legitime perſolutis, de veſtris Poſſeſſionibus, Tenutis, honoribus, Officiolatibus, ac Veſtri e medio ad Poſſeſſionem T. transferre voluerint, moratur., ſimul cum univerſis eorum Rebus, & Bonis libere recedere, & abire permittatis, contradictione, & difficultate absque omni, alioquin conmiſimus, & præſentibus firmius committimus harum ſerie Fidelibus noſtris Comitibus, vel Vice-Comitibus, & Judlium illorum Comitatuum, in quibus harum contrarium per quempiam ex vobis attemptatum fuerit, ut ipſi ſcita prius ſuperinde mera veritate omnes, & ſingulos renitentes, ad hoc ipſum efficaciter faciendum per pœnas in talibus affligi ſolitas, artius compellant, & adſtringant authoritate noſtra. Præſentibus.

28. *Prohibitoria.*

Nos &c. Memoriæ commendamus &c. Quod T. de T. in ſua, ac T. Conſortis ſuæ perſonis perſonaliter noſtram perſonalem veniens in præſentiam per modum Proteſtationis, & Prohibitionis nobis ſignificare curavit in hunc modum: quomodo ipſi percepiſſent, quod T. & T. Poſſeſſionem ipſorum T. vocatam cum ſuis pertinentiis in Co-

Digitized by Google

mitatu T. exiſten. a noſtra Majeſtate ſibi ipſis impetraſſent in præjudicium Juris ipſorum valde magnum. Unde facta hujusmodi Proteſtatione, præfatus T. in ſua, ac T. Conſortis ſuæ nominibus, & Perſonis, nos a Donatione, & Collatione præſcriptæ Poſſeſſionis T. ac ſuarum pertinentiarum; annotatos vero T. & T. ac alios quoslibet ab Impetratione, Occupatione, & detentione, & ſibi ipſis perpetuatione, uſuum fructuum, ac quarumlibet utilitatum perceptione, ſeu percipi factione præſcriptæ Poſſeſſionis T. ac ſe ipſos in Dominium ejusdem intromiſſione, & ſtatui procuratione qualitercunque jam factis, vel fiendis prohibuit contradicendo, & contradixit inhibendo publice, & manifeſte coram nobis. Harum noſtrarum &c.

29. *Præceptoria.*

Mathias &c. Fideli noſtro T. &c. ſalutem, & gratiam. Conqueritur apud nos circumſpectus T. de T. ſe nuper per Cives, & Communitatum Civitatis noſtræ T. in Judicem fuiſſe ellectum, & conſtitutum, & iterum tandem per Factiones, & invidiam quorumdam paucorum in grave præjudicium, & diſcrimen honoris ſui eſſe depoſitum; Supplicatione igitur ejus moti totum negotium reviſioni, & adjudicationi veſtræ committimus, rogamusque, ut Juratis Civibus dictæ Civitatis noſtræ, ac aliis quorum intereſſe videbitur ad unum certum Terminum ubi & quando etiam ipſum Exponentem comparere volumus, veſtri in præſentiam convocatis, de & ſuper depoſitione ipſius Exponentis, ab honore ipſius Judicatus, debita, juſtaque, & legitima Inquiſitione facta, eidem Exponenti, prout exinde vobis juſte, & rationabiliter videbitur, modis omnibus ordine Judiciario decernatis, facientes id, quod judicandum decreviſtis, per Partes firmiter obſervari, authoritate noſtra præſentibus vobis in hac parte attributa, & juſtitia mediante.

30. *Præceptoria ut ſatisfaciant de ablatis.*

Mathias Dei gratia &c. Fidelibus noſtris circumſpectis &c. Salutem, & gratiam. Exponitur Majeſtati noſtræ in perſona honeſtæ Dominæ T. Relictæ condam T. Cohabitatoris veſtri admodum gravis querela: Quod quamvis nos ſuperioribus diebus per alias literas noſtras vobis in eo mandaverimus, ut vos ipſam pro pretio illorumquingentorum & quinquaginta ſalium, quos alias quidam T. Cohabitator veſter, Pater ipſius Dominæ Exponentis de Camara Zolnok in credentiam levaverat, ad inſtantiam T. & T. Vice Camararium noſtrorum ejusdem Cameræ Zolnok, & cujusdam T. coram vobis in cauſam attractam, in Perſona, Rebusque, & Bonis impedire, & dampnificare non deberetis, tamen vos non curatis hujusmodi mandatis noſtris, eandem Exponentem prævia Occaſione admodum turbaretis, ac impedire, &

dampnificare velletis in præjudicium ejusdem Dominæ Exponentis, injuriamque, nec non dampnum, ac contemptum mandati noſtri manifeſtum & quia indignum eſt, ut quicunque pro debito alterius puniatur. Iterato Fidelitatibus veſtris harum ſerie firmisſime præcipientes mandamus aliud habere nolentes, quatenus acceptis præſentibus, quemadmodum dictæ priores literæ noſtræ declarant, & exprimunt, ipſam Exponentem ad inſtantiam præfatorum Vice-Camararіorum, & Valentini ratione prævia in perſona, rebusque, & Bonis ſuis gravare, turbare, ſeu quoquomodo dampnificare nullatenus præſummatis, nec deinceps hæc paupercula cogatur apud nos ſuam injuriam conclamare quod ſi fieret, certi ſitis, quod nos aliter providebimus ſuperinde, ut & Literas noſtras obſervare, & tales Orphanas ad inſtantiam, & favorem quorumpiam non incipietis moleſtare. Secus. Præſentibus &c.

31. *Ut cauſa in præſentiam Regiæ Majeſtatis transmittatur.*

Mathias Fideli noſtro Magnifico Stephano de Bathor, Judici Curiæ noſtræ ſalutem, & gratiam. Conqueſtum eſt nobis in perſonis T. & T. quod cum nuper quædam cauſa in facto quarumdam Vinearum ac unius Fundi Curiæ, & certarum aliarum Rerum apud manus ejusdem Dominæ habitarum inter ipſam Dominam ſcilicet ab una, ac T. de T. ab altera Partibus coram Judice, & Juratis Civitatis T. & T. mota, & vertente; & per eos adjudicata fuiſſet, tunc licet ipſa T. N. de judicio ipſorum non contenta, cauſam hujusmodi adjudicatam, per Viam Appellationis, veſtri in præſentiam provocaverit, tamen ipſa præter Juris ordinem medio ſcilicet tempore, *Lite inter* eosdem pendente, præfatam Dominam Annam, cui præfatæ vineæ, & aliæ Res adjudicatæ fuiſſent, a perceptione fructuum, & utilitatum earundem vinearum, & Fundi Curiæ, & aliarum prædictarum rerum prohibuiſſet, & vina in ipſis vineis procreata injuſte areſtari feciſſet, in grave præjudicium Jurium ſuorum, atque dampnum. Et quod nos cauſam ipſam inter Partes perſonaliter examinare deberemus. Unde Fidelitati veſtræ firmiter mandamus, quatenus cauſam prædictam Veſtri in præſentiam, ut præfertur, deductam ſine adjudicatione & gravamine aliquali noſtram in præſentiam, noſtræ ſcilicet Deliberationi diſcutiendam transmittere debeatis.

32. *Novum Judicium.*

Mathias Dei Gratia Rex Hungariæ, Bohemiæ &c. Fidelibus noſtris Conventui T. de T. ſalutem, & gratiam. Expoſitum eſt Majeſtati noſtræ pro parte Magnifici T. de T. Qualiter in quadam cauſa inter ipſum Exponentem ab una, ac Egregium T. de T. ab altera Partibus mota in octavis Feſti Epiphaniarum Domini proxime præteriti, idem Emericus T. ex eo, quod Procurator dicti Exponentis

Digitized by Google

longe aliter, quam ab eo Informationem accepiſſet, reſpondiſſet, per noſtram perſonalem præſentiam quamdam communem Inquiſitionem vigeſimo quinto die Feſti Beati Georgii Martyris proxime præteriti per noſtros, & veſtros Homines fiendam adjudicari procuraſſet, per quod ipſe Exponens periclitationem Jurium ſuorum pluribus ex cauſis formidaret. Cum tamen ſi præfatus Procurator ejusdem negligens non fuiſſet, & cauſa in eadem juxta Informationem ſibi tra litam processiſſet, ſperaſſet ſe idem Exponens & Jura ſua contra dictum Emericum in ipſa cauſa de facili defendere potuiſſe, poſſeque ſperaret etiam de præſenti. Accepta igitur Supplicatione præfati Exponentis Majeſtati noſtræ propterea porrecta, eidem id gratioſe duximus annuendum, & concedendum, ut ipſe non obſtante præſcripta adjudicatione dictæ perſonalis præſentiæ noſtræ cauſa in prætacta, contra, & adverſus memoratum Emericum novum Judicium recipere valeat, atque poſſit. Immo annuimus, & concedimus præſentium per vigorem. Quocirca Fidelitati veſtræ firmiter præcipientes mandamus, quatenus Veſtrum mittatis Hominem pro Teſtimonio fidedignum, quo præſente. Aliis abſentibus Homo noſter præfatum Emericum ad octavas Feſti Beati Jacobi Apoſtoli nunc venturi, cauſa in præmiſſa novum Judicium recepturum, præſcriptasque Litteras adjudicatorias dictæ noſtræ perſonali Præſentiæ, aliaque univerſa Jura ſua, ſi quæ in materia dictæ cauſæ pro ſe habet, exhibiturum, rationesque, & Allegationes ſuas de novo, & ex novo dicturum, & facturum, contra memoratum Exponentem modo ſimili novum Judicium recepturum, atque omnia, quæ de Jure in cauſa ipſa facienda fuerint, acturum, & facturum, noſtram perſonalem evocet in præſentiam, Litis pendentia, ſi qua foret, inter ipſos non obſtante. Inſinuan. ibidem eidem, ut ſive ipſi octavis in prædictis coram dicta noſtra perſonali præſentia compareant, ſive non, eadem ad Partis comparentis inſtantiam id faciet in præmisſis, quod Juri videbitur expediri. Et poſt hac hujusmodi Evocationis, & Inſinuationis Seriem cum nomine evocati, ut fuerit expediens, octavas ad prædictas eidem noſtræ perſonali præſentiæ fideliter reſcribatis. Præſentibus perlectis Exhibenti reſtitutis.

33. *Præceptoria.*

Mathias &c. Fidelibus noſtris Prudentibus, & circumſpectis Judicibus Givibus Oppidorum noſtrorum T. & T. Salutem, & gratiam. Expoſitum exſtitit Majeſtati noſtræ in perſonis honeſtarum Dominarum T. & T. in Gyula Anaſtaſiæ Joannis T. ac T. de T, in dicto Oppido noſtro T. commorantium Conſortum gravi cum querela; Quomodo alias condam Georgius T. Civis Oppidi noſtri T. Frater ipſorum Exponentium quamdam nobilem puellam ſibi matrimonialiter copulaſſet, cujus univerſa Bona tam mobilia, quam imobilia per Progenitores ſuos pignori obligata, idem condam

Georgius T. propriis ſuis rebus, & expenſis redemiſſet, & interea quousque vixiſſet, ea ſemper libere, & pacifice poſſediſſet, nunc vero mortuo ipſo Fratre earundem, præfata nobilis Domina ipſos Exponentes in Bonis fraternis expertes facere niteretur, neque eis ſecundum Jura, & Conſuetudines Oppidi in facto ipſorum reſpondere, ſed cauſam ſuam in Sedem Nobilium trahere vellet in præjudicium earundem, & dampnum manifeſtum. Cum tamen Lege, & Conſuetudine ipſorum Oppidorum noſtrorum, ac juſtitia requirenre, Bona illa tam mobilia, quam immobilia per Fratrem eorundem modo præmiſſo redempta in eos devolvi deberent; Quia vero nos Jura dicti Oppidi noſtri per neminem volumus perturbari, præfatis igitur nobilibus Comitatus T. ne ſe in Cauſam prædictorum Bonorum dicti condam Concivis veſtri, & per conſequens præfatorum Exponentium contra Jura, & Libertates præfatorum Oppidorum noſtrorum intromittere quoquo modo præſummant, firmiter inhibendo, & interdicendo Fidelitati veſtræ mandamus, quatenus viſis præſentibus convocatis Partibus coram vobis ad unum certum Terminum eis per vos communiter præfigendum quibus nos præſentibus illac accedere mandamus, auditisque earundem hinc inde propoſitis, & reſponſis inter easdem in præmiſſis juxta Conſuetudinem & Legem ipſorum Oppidorum noſtrorum judicium & juſtitiam facere, atque quod judicandum decreveritis, debitæ Executioni demandare debeatis, authoritate noſtra. Secus, præſentibus.

34. *Exemptio a qualibet Jurisdictione.*

Mathias &c. Fidelibus noſtris Magnificis Capitaneis Caſtri T. Item Prudentibus, & Circumſpectis Judici, Juratis, cæterisque Civibus Loci ejusdem præſentibus, & futuris ſalutem, & gratiam; Quia nos fidelem noſtrum circumſpectum, & Providum T. de T. ſervitorem noſtrum ſimul cum Domo, Familia, Rebus, & Bonis ſuis univerſis in dicta Civitate noſtra T. aliasque ubilibet habitis, ab omni Judicio Jurisdictione, & Judicatu, ac qualibet poteſtate veſtra eximimus in notram protectionem, & tutelam, ac Jurisdictionem recepimus ſpecialem Viceque, & in perſona Majeſtatis noſtræ fidelis noſtri Reverendisſimi in Chriſto Patris Domini Colocenſis &c. tuitioni, & Judicatui commiſimus. Ideo Fidelitati veſtræ harum ſerie firmiter præcipientes mandamus, quatenus a modo deincèps præfatum T. ad inſtantiam quorumcunque judicare, vel veſtro aſtare Judicatui compellere nusquam, & nequaquam præſummatis, ſi qui autem quicquam Actionis, vel Quæſtionis contra eundem habent, vel habuerint, hi id coram præfato Domino Colocenſi legitime proſequantur, ex parte cujus idem omnibus poſtulantibus Judicium, & Juſtitiam miniſtrabit, prout dictabit Ordo Juris, aliud ergo non facturi. Præſentibus perlectis.

Digitized by Google

35. *Canonicatus.*

N. Electus, & Confirmatus Eccleſiæ T. Tibi Johanni de T. Artium liberalium Magiſtro Dioeceſis T. Presbytero Salutem, tua Virtus, Vitæ integritas, Literaturæ ſufficiens peritia quibus Teſtimonio fidedigno commendaris, nos inducunt, ut T. favore Noſtro proſequamur liberali, horum igitur meritorum tuorum contemplatione in Canonicatum, cum Præbenda in Collegiata Eccleſia Noſtra T. nunc per puram, & ſimplicem reſignationem Venerabilis T. de T. Q. & Albenſis Tranſylvaniæ Canonici, in manibus Noſtris factam, & per Nos acceptam, & admiſſam de Jure, & de facto vacantem, tibi veluti Perſonæ benemeritæ, cum ordinaria, tum Juris Patronatus Noſtris auctoritatibus tibi duximus conferendum, imo conferimus per præſentes. Inveſtien. te de eisdem per Bireti Noſtri Capiti tuo repoſitionem, recepto prius a te corporali Juramento ad Sancta Dei Evangelia præſtito, quod Nobis, & Noſtris Succeſſoribus Epiſcopis canonice intrantibus, fidelis & obediens eris, quodque Bona dictæ Eccleſiæ noſtræ non alienabis, neque diſtrahes, ſed diſtracta, & alienata pro tuo poſſe recuperabis. Quocirca Vobis Honorabilibus Fratribus Noſtris Præpoſito, Cantori, Cuſtodi, ceterisque Canonicis dictæ Eccleſiæ Noſtræ T. ſub pœna ſalutaris obedientiæ firmiter committimus, & mandamus, quatenus memoratum Magiſtrum Johannem de T. & neminem alium, in, & ad realem corporalemque, & pacificam Poſſeſſionem dictorum Canonicatus, & Præbendæ admittere, & recipere debeatis, Stallo ſibi in choro, & voce in Capitulo cum plenitudine Juris Canonici aſſignatis de univerſis quoque proventibus, emolumentis, fructibus, & utilitatibus dicti Canonicatus ſibi reſpondere, & per hos, quorum intereſt, reſponderi facere Locis debitis ſemper & opportunis. Datum.

36. *Canonicatus.*

Nos &c. Memoriæ commendamus &c. Quod Nos attentis Vita, Virtute, Morum Honeſtate, & Literalis Scientiæ ſufficienti peritia, aliisque meritis Fidelis Noſtri diſcreti T. quibus ipſe apud Nos commendatus eſt, vel exſtitit, eundem ad Canonicatum, & Præbendam in Eccleſia T. per mortem condam Honorabilis T. ejusdem Canonicatus, & Præbendæ ultimi, veri, legitimi, & immediati Poſſeſſoris de Jure, & facto vacantem Authoritate Noſtri Juris Patronatus, quod in ipſa, Eccleſia T. vel ſic, quod generaliter in omnibus Eccleſiis Regni Noſtri more Prædeceſſorum Noſtrorum Regum Hungariæ habere dinoſcimur, duximus nominandum, eligendum, & præſentandum. Imo nominamus, eligimus, & præſentamus præſentium per vigorem. Quocirca Vobis Fideli Noſtro Reverendiſſimo Domino T. firmiter committimus

Digitized by Google

& mandamus, quatenus antefatum T. quem in Canonicatu, & Præbenda prædictis per Vos Canonice inſtituendum Auctoritate prædicta præſentium vigore Vobis præſentamus, aut ipſius Procuratorem ejus nomine, & neminem alium in ipſis Canonicatu, & Præbenda Canonice inſtituere, & confirmare, ac de eisdem ſibi Auctoritate Veſtra ordinaria pleno Jure providere debeatis. Committentes nihilominus Honorabilibus Dominis de Capitulo ejusdem Eccleſiæ Veſtræ, quibus & Nos firmiſſime præcipientes mandamus, ut ipſi eundem T. nullum alium in Socium, & Concanonicum aſſumere, Stallumque ſibi in choro & vocem in Capitulo cum omni Juris plenitudine aſſignare, de univerſis quoque fructibus, proventibus obventionibus, & emolumentis eorundem Canonicatus, & Præbendæ eidem T. vel ejus Procuratori legitimo ipſius nomine reſpondere, & per hos, quorum intereſt, reſponderi facere modis omnibus debeant, locis debitis, & temporibus opportunis.

37. *Relaxio Birſagiorum.*

Nos &c. Memoriæ commendamus &c. Quod Nos cum ad *non*nullorum &c. tum etiam ex gratia ſpeciali univerſa Birſagia, & quævis Judiciorum gravamina, in quibus T. de T. contra quoscunque in præſentia quorumcunque Judicum, Juſtitiariorum Regni Noſtri qualitercunque, & in quibuscunque Terminis hucusque Ordine Judiciario convictus eſſet, & aggravatus, eidem quoad Portionem *Judiciariam* prorſus, & per omnia gratioſe duximus eximendum, & *relaxandum.* Imo remittimus, & relaxamus præſentium per vigorem. Quocirca Vobis fidelibus noſtris M. Palatino, & Judici Curiæ Noſtræ, Veſtrasque in Judicatu Vicesgerentibus, item Comitibus, vel Vice-Comitibus, & Judlium quorumcunque Comitatuum etiam aliis &c. Item univerſis Birſagiorum Exactoribus tam Noſtris, quam aliorum quorumcunque præſentibus, & futuris præſentium notitiam habituris firmiſſime præcipientes mandamus, quatenus a modo deinceps memoratum T. occaſione, & prætextu præmiſſorum Birſagiorum, per Nos eidem modo, quo ſupra gratioſe relaxatorum, ad quorumvis inſtantiam intra, & extra Judicium in perſona, Poſſeſſionibus, Portionibus*que*, & Juribus Poſſeſſionariis, Rebusque, & Bonis ſuis quibusvis impedire, ſeu quovis modo dampnificare *nus*quam &c. *Hic Codex MS. uno aut pluribus foliis truncatus eſt.* præfati T. a Portione præfati T. dicti Fratris ſui ubique ſeparet, & diſtinguat, ſeparatamque, & diſtinctam relinquat, & committat præfato T. Jure ſibi incumbente perpetuo poſſidendum, ſi non fuerit contradictum, Contradictores vero &c.

38. *Ætatis*

Digitized by Google

38. *Ætatis Deſcriptio.*

Nos &c. Memoriæ commendamus &c. Quod T. coram Nobis perſonaliter conſtitutus, adducens ſecum T. filium T in tenera ætate conſtitutum, ut viſa ætate, & quantitate ſuis qualis Nobis certitudo conſſaret, eidem Literas Noſtras ſuper his dare, & concedere dignaremur. Unde Nos petitionibus præfati T. favorabiliter inclinati, præfatum T. puerum in tenera ætate conſtitutum, & ipſum in Noſtri præſentia adductum, prout viſu conſiderari, & animo metiri poterat, ſex vel ad maximum octo Annorum conſpeximus fore, & agnovimus, Harum.

39. *Adoptio Fraternalis.*

Nos &c. Memoriæ &c. Quod T. filius T. onus T. in infraſcriptis ſuper ſe aſſumen. coram Nobis perſonaliter conſtitutus, ſponte confeſſus eſt in hunc modum: quod ipſe conſideratis, & in ſuæ mentis Archano diligenter revolutis illis multimodis favoribus, & finceris complacentiis, placidisque ſubſidiis, quæ T. inplerisque necesſitatibus ſuis ſibi benigne impendiſſet, & exhibuiſſet, volens eidem pro perceptis beneficiis, matura vicisſitudine reſpondere ipſum T. ac per eum T. eorumque Succeſſoribus univerſis in Poſſeſſionibus ſuis T. & T. vocatis in Comitatu T. exiſten. quas ipſe poſſediſſet, & poſſidet, in Fratres recepiſſet adoptivos Poſſeſſionibus in eisdem concernen. intromiſiſſet, ac eisdem contuliſſet, dediſſetque, & appropriaſſet Jure perpetuo tenendas, poſſidendas, pariter & habendas. Imo recepit, deditque, & contulit, ac appropriavit coram Nobis Teſtimonio præſentium mediante. Datum Brunnæ Anno &c.

40. *Venditio Poſſeſſionis.*

Nos &c. Memoriæ &c. Quod Fidelis Noſter T. Noſtræ Majeſtatis veniens in præſentiam in ſua, ac Nobilis Dominæ T. Sororis ſcilicet ſuæ perſonis Onus, & gravamen ejusdem Sororis ſuæ, ſi eadem in infraſcriptis perſiſtere nollet, ſuper ſe aſſumen. ſponte confeſſus eſt in hunc modum: quomodo ipſi quadam coacti neceſſitate matura prius in ſe deliberatione præhabita, Poſſeſſionem ipſam T. vocatam, in Comitatu T. habitam, ſimul cum cunctis ſuis utilitatibus, & pertinentiis quibuslibet, Terris &c. & generaliter quarumlibet utilitatum, & pertinentiarum ſuarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis, ad dictam Poſſeſſionem rite, & legitime ſpectantibus, T. de T. pro tot flor. Auri puri, veri, boni, & juſti ponderis ab eodem T. jam plene habitis, & receptis dediſſet, & vendidiſſet Jure perpetuo, & irrevocabiliter tenendum, poſſidendum, pariter & habendum, nullum Jus, nullamve Juris, & Dominii proprietatem, quod, & quam ipſe,

Digitized by Google

& dicta Domina in eadem Poſſeſſione haberet, vel habere poſſe ſperaret, ſibi ipſi reſervan. Sed totum, & omne Jus, omnemve Juris & Dominii proprietatem, quod quam ipſi T. & T. hactenus habuiſſent, in præfatum T. ſuosque Hæredes, & Poſteritates univerſos transtuliſſent pleno Jure. Aſſumen. nihilominus præfatus T. de T. ſuo, ut præfertur, & dictæ Sororis ſuæ nominibus, & in perſonis memoratum T. in pacifico Dominio dictæ Poſſeſſionis contra quoslibet illegitimos Impetitores, Cauſidicos & Actores intra, vel extra Judicium protegere, tueri, & defenſare propriis ſuis laboribus, & expenſis. Harum Noſtrarum Literarum vigore &c.

41. *Impignoratoria.*

Quod Fidelis Noſter T. coram Nobis perſonaliter conſtitutus, onera, & quælibet gravamina T. de T. Fratris ſui Condivifionalis, ſi in infraſcriptis perſiſtere nollet, ſuper ſe aſſummendo confeſſus eſt in hunc modum; quomodo ipſe pro quibusdam ſuis neceſſitatibus ipſum ad præſens ſumme urgentibus, evitandis, Poſſeſſionem ſuam T. vocatam in Comitatu T. habitam, ſimul cum cunctis &c. quovis nominis vocabulo vocitatis, ad prædictam Poſſeſſionem de Jure, & ab antiquo ſpectantibus, & pertinere debentibus, T. de T. pro Centum flor. Auri hungaricalibus veri, boni, & juſti ponderis per eundem T. ut dixit, jam plene habitis, & receptis Pignori duxiſſet obligandam, & impignorandam, imo obligavit, & impignoravit coram Nobis tali modo: ut dum, & quando præfatus T. præfatam *Poſſeſſionem* redimere voluerit, extunc idem T. rehabitis ipſis Centum flor. Auri, pro quibus ipſa Poſſeſſio impignorata fuerat, eandem Poſſeſſionem eidem pacifice remittere, & reſignare deberet, & teneretur. Aſſummen. nihilominus præfatus T. dictum T. in pacifico Dominio dictæ Poſſeſſionis infra tempus redemptionis ejusdem contra quoslibet Impetitores. &c.

42. *Alia Impignoratoria.*

Quod Noſtram veniens in præſentiam T. de T. ſponte Nobis confeſſæ ſunt in hunc modum: quomodo ipſe &c. evitandis ab Egregio T. Quinquaginta flor. auri nomine veri mutui, & ſub ſpe reſtitutionis recipiſſent tali vinculo mediante; quod ſi ipſæ hujusmodi Quinquaginta flor. auri præfato T. uſque Feſtum T. ſolvere non poſſent, aut non curarent quoquo modo; extunc elapſo ipſo Feſto T. eædem Dominæ in duplo præſcriptorum 50 flor. auri, adverſus ipſum Exponentem convincerentur, & convinci debarent eo facto, ipſeque T. pro hujusmodi 50 flor. auri, & duplo earundem, Portiones Poſſeſſionarias ipſarum Dominarum in Poſſeſſionibus T. in Comitatu T. exiſtentibus habitas, vigore duntaxat præſentium Literarum Noſtrarum pro ſe occupare, easque tamdiu conſervare poſſet, donec ſibi de prætactis

50 flor. auri, & duplo eorundem ſatisfactum fuerit quoad plenum, ad quæ ſe præfatæ Dominæ ſpontanea ipſarum voluntate obligarunt coram Nobis. Harum &c.

43. *Ammonitoria ſuper Dote, & Rebus Parafernalibus.*

Mathias &c. Fidelibus Noſtris Capitulo Eccleſiæ T. Salutem, & Gratiam; Dicit Nobis T. quomodo ipſe Nobili Dominæ T. Relictæ condam Fratris ſui T. Condiviſionalis de dote, & Rebus Parafernalibus eidem Dominæ de Poſſeſſionibus dicti condam T. Domini, & Mariti ſui T. & T. vocatis, in Comitatu T. habitis juxta Regni Conſuetudinem provenire debentibus, ſatisfactionem impendere, dictasque Poſſeſſiones dicti condam T. pro ſe rehabere promptus eſſet, & paratus Lege hujus Regni requirente. Super quo aliis &c. circa præfatam Dominam T. acceden. ammoneat eandem, dicatque, & committat eidem verbo Noſtro Regio, ut ipſa rehabitas prius ab ipſo T. dictis Dote, & Rebus ſuis Parafernalibus, ſibi de dictis Poſſeſſionibus condam T. Domini, & Mariti ſui provenire debentibus, dictas Poſſeſſiones condam T. eidem T. remittere, & reſignare debeat, & teneatur, qui ſi fecerit bene quidem, alioquin evocet ipſam Dominam contra annotatum Exponentem ad Terminum competentem Noſtram perſonalem in præſentiam, rationem de præmiſſis reddituram. Et poſt hæc hujusmodi Ammonitionis, & Evocationis feriem cum nomine evocatæ, ut fuerit expedien. Terminoque aſſignato. &c.

Quæ ſi fecerit, bene quidem, alioquin prohibeat eandem ab ulteriori detentione, & conſervatione dictarum Portionum Poſſeſſionariarum, uſuumque, & fructuum earundem quorumlibet perceptione, ſeu percipi factione, & nihilominus nobis

44. *Ammonitoria, ut Vicini emant Poſſeſſionem.*

Mathias &c. Exponit Nobis T. quomodo ipſe pro quibusdam ſuis neceſſitatibus &c. evitandis, quamdam Poſſeſſionem ſuam T. vocatam, in Comitatu T. habitam, ipſum omnis Juris titulo concernentem, a ſe perpetualiter vendere vellet, & alienare, cujus ſcilicet Poſſeſſionis Exemptio, propter contiguam vicinitatem Jurium Poſſeſſionariorum T. & T. juxta Regni Conſuetudinem eis magis, quam aliis attineret. Super quo aliis acceden. ammoneat eosdem Verbo Noſtro Regio, ut ipſi vel alter eorum dictam Poſſeſſionem N. ab ipſo Exponente pro condigno valore ejusdem emant, & ad ſe recipiant, alioquin idem Exponens dictam Poſſeſſionem alteri, cui maluerit, ſeu poterit, liberam habeat, & omnimodam perpetuæ vendendi, & alienandi poteſtatis facultatem. Et poſt hæc hujusmodi Ammonitionis feriem, ut fuerit expediens, Nobis fideliter reſcribatis. Datum Brunæ Octavo Kalendas July, Anno Domini &c.

Digitized by Google

45. *Ammonitoria super redemptione Possessionis.*

Mathias &c. Dicit Nobis T. quomodo ipse Possessionem suam T. quam alias pro evitanda quadam necessitate sua T. de T. impignorasset, rursus ab eadem redimere vellet. Super quo aliis Verbo Nostro Regio, ut ipse rehabita illa Summa Pecuniæ, pro qua dicta Possessio sibi impignorata fuisset, eidem T. eandem Possessionem remittere, & resignare debeat, & teneatur; qui si &c. alioquin prohibeat eundem &c.

Quomodo N. Possessionem T. sibi per eundem T. pro certa Summa Pecuniarum impignoratam, rehabita hujusmodi Pecuniæ suæ Summa, qua ad præsens urgen. quadam necessitate sua plurimum indigeret, eidem T. remittere promptus esset. Super quo, ut ipse soluta præfato Exponenti, dicta Sumpma Pecuniæ pro qua dictam Possessionem suam eidem impignorasset, dictam Possessionem ad se redimere debeat, & teneatur, qui si &c. alioquin memoratus Exponens ipsam Possessionem T. aliis, quibus de Consuetudine hujus Regni congruit, pro eadem Summa Pecuniæ, pro qua sibi exstit impignorata, liberam impignorandi habeat potestatis facultatem. Et post hæc &c.

Quomodo ipse de Juribus dotalitiis Dominæ T. eidem T. de Possessione T. condam N. Mariti sui provenire debentibus, pro quibus ipsa Domina dictam Possessionem hujusmodi Jura sua dotalitia rehabere recusan. potentialiter occupative teneret, eidem Dominæ satisfacere promptus esset, & filium T. filium condam T. Fratrem suum patruelem ad se recipere vellet. Super quo, ut ipsa dictis Juribus suis dotalitiis rehabitis, dictam Possessionem T. eidem T. remittere, & resignare, dictumque puerum, & filium dicti condam T. Fratrem suum ad educandum, & enutriendum eidem T. tradere, & assignare debeat. Qui si &c.

46. *Prohibitoria facie ad faciem.*

Quod T. de T. Nostram veniens in præsentiam T. de T. facie ad faciem repertum, ad impetratione, & occupatione Portionis possessionariæ in Possessione T. habitam in Comitatu T. existentis, seque quovis quæsito colore in Dominium ejusdem intromisione, ac eandem sibi ipsi Statui factione, usuumque, & fructuum, & quarumlibet utilitatum ejusdem perceptione, & percipifactione prohibuerunt contradicendo, & contradixerunt inhibendo publice, & manifeste coram Nobis, Testimonio &c.

47. *Revocatio Procuratorii.*

Mathias &c. Fidelibus Nostris Capitulo Ecclesiæ Quinque Ecclesiensis salutem, & gratiam. Noveritis, quod T. Nostram veniens in

præfentiam Nobis exponere curavit in hunc modum: (Hic ſcribatur Actio,) potentia mediante ipſe eundem T. contra ſe in Curiam Noſtram Regiam cum Inſinuatione ad Octavas Feſti T. evocari feciſſet, ad defendendumque, & dirigendum hujusmodi Cauſam ſuam T. cum plena Informatione Procuratorum conſtituen. ad ipſas Octavas transmiſiſſet idem T. in hujusmodi Cauſa ſua vel ex errore, vel ex fraude aut favore alterius Partis allectus, longe aliter, quam a præfato T. Informationem accepiſſet, reſponden. ipſum T. ad Occultam (oculatam) reviſionem Noſtri & Capituli T. Hominum, ac Atteſtationem Vicinorum, & Commetaneorum, cæterorumque Nobilium Conprovincialium ſubmiſiſſet, cum tamen alio modo multo meliori, & faciliori eundem juxta Informationem ſibi datam defendere potuiſſet, per quod Juri præfati Exponentis præjudicium plurimum gravatum eſſet, Unde ſi Juri conſonaret, & æquitati videretur, ipſe reſponſionem hujusmodi Procuratoris ſui cum oneribus ſolitis, & conſuetis, revocan. præfatum T. ab Executione prætactæ Judiciariæ Commisſionis noſtræ ad tam ſiniſtram reſponſionem Procuratoris ſui factæ prohibere, & contra ſe emanari facere, in ipſa quoque Cauſa de novo reſpondere vellet Jure admittente, & quia hujusmodi allegatio dicti Exponentis juſta, & Juri conſona videbatur; Ideo quatinus ad præfatum T. acceden. primo ab executione prætactæ Judiciariæ Commisſionis Noſtræ in præfata Cauſa ad reſponſionem antefati Procuratoris ſui factæ prohibeat, & eundem ibidem, & eodem die contra præfatum Exponentem hujusmodi reſponſionem Procuratoriam revocaturum, ac in hujusmodi Cauſa de uno, & ex uno reſponſurum, ad Octavas T. Noſtram perſonalem evocet in præſentiam inſinuan. ibidem eidem, ut ſive ipſe &c. Nos non obtanſte alterius Partis abſentia id faciemus in præmiſſis, quod dictabit ordo Juris. Et poſt hæc hujusmodi Inhibitionis Evocationis, & Inſinuationis Seriem, ut fuerit expediens &c.

48. *Arendatio Cameræ.*

Nos &c. Memoriæ commendamus per præſentes, quod Nos Cuſionem Monetarum Noſtrarum Camararum T. & cum Cimento ſimul cum omnibus earundem Camerarum Noſtrarum utilitatibus, & pertinentiis quibuslibet, Prudentibus, & Circumſpectis Judici &c. per unum integrum Annum a Feſto Beati Michaelis Archangeli proxime venturo computan pro Tredecim Millibus flor. Auri dedimus, & Arendavimus ſic videlicet, quod iidem Judex, & Jurati Cives, ac tota ipſa Communitas ad ſingulum Quartale Anni Tria Millia Ducentos, & 50. flor. Auri Nobis perſolvant. Imo locamus, & in Arendam damus; Ipſi etiam Judex, Jurati Cives, & tota Communitas, e contra dictam Cuſionem Monetarum Noſtarum in præfatis Camaris T. & T. prodictis Tredecim Millibus flor. Auri, per dictum integrum unum Annum

Digitized by Google

per eos excolendos a nobis conduxerunt, Nobis eo ordine, quo præmiſſum eſt, Solutionem promittentes; ita tamen, quod ſi aliquas guerras, & controverſias, vel impedimenta ab Æmulis Noſtris, & hujus Regni Noſtri habuerint, ſine eorum Culpa, per quas, & quæ ipſi montana colere non poſſent, & exinde da ipna paterentur, pro hujusmodi damnis id, quod juſtum fuerit, defalcabimus. Harum Noſtrarum vigore &c.

49. *Venditio Poſſeſſionis cum Conſenſu Regio.*

Nos &c. Quod Nobilis T. coram nobis perſonaliter conſtitutus, Onera, & quælibet gravamina Johannis Fratris ſui uterini, ac T. Sororis ſuæ ſuper ſe aſſummens, eſt confeſſus in hunc modum: quod ipſe totales Portiones ſuas poſſeſſionarias in Poſſeſſione T. & T. in Comitatu T. exiſten, habitas, ipſum Jure hæreditario concernentes, cum ſingulis earum utilitatibus, & pertinentiis quibuslibet, Terris ſcilicet &c. quovis nominis vocabulo vocitatis, Egregio T. & T. pro certa Summa flor. auri puri hungaricalis prius ut dixit, ab eisdem plene, & integre levata, dediſſet, vendidiſſet, & perpetuaſſet, imo dedit, vendidit, & perpetuavit eisdem, eorumque hæredibus & poſteritatibus univerſis Jure perpetuo, & irrevocabiliter tenendas, poſſidendas, pariter & habendas coram Nobis nullum Jus, nullamve Juris, & Dominii proprietatem ſibi ipſi & ejus hæredibus de cætero reſervando, ſed totum, & omne Jus ſuum ac Juris, & Dominii proprietatem in præfatum T. ac T. filios ipſius, & eorundem Hæredes transferendo, quibus habitis ſupplicavit Majeſtati Noſtræ præfatus T. humiliter, quatenus hujusmodi Faſſioni, Venditioni, & perpetuationi præfatarum Portionum Poſſeſſionariarum, Noſtrum Regium Conſenſum præbere dignaremur, pariter & aſſenſum. Nos itaque Supplicationi hujusmodi inclinati, viſisque, & conſideratis fidelitate &c. præfatæ Venditioni, & perpetuationi annotatarum Portionum Poſſeſſionariarum modo, quo ſupra per præfatum T. factæ, Noſtrum Regium conſenſum præbuimus, imo præbemus &c. Harum Noſtrarum, quibus Secretum.

50. *Reſtitutio Sigilli.*

Nos &c. Quod licet Capitalum Eccleſiæ T. propter proſcriptionem, quam in Judicio generali Comitatus T. coram T. in Poſſeſſione T. celebrato, ratione emanationis quarundam falſarum Litterarum, incurrerat, Sigillum ſuum, quo idem Capitulum utebatur de Jure, & Conſuetudine Regni Noſtri amiſerit. Tamen Nos cum accepta Supplicatione Fidelis Noſtri T. &c. tumque ex eo, ne ipſa Eccleſia, cujus Nos Patroni ſumus, temporibus noſtris rebus ſuis, a ſanctis Regibus ſibi donatis detrimentum patiatur, ſed potius etiam amiſſa re-

Digitized by Google

cuperet, eidem Capitulo Sigillum ipſum duobus punctis ex utraque parte Imaginis Sancti Joannis confignatum, ex gratia Noſtra ſpeciali, ac deliberatione Prælatorum, & Baronum Noſtrorum duximus reſtituendum, decernentes, omnes, & quaslibet Literas ſub eo emanandas, ejusdem eſſe roboris, firmitatis, & auctoritatis, quo ante hujusmodi proſcriptionem emanabantur Jure reddimus, & decernimus harum Noſtrarum, quas in futuram, & perpetuam rei memoriam Secreto Sigillo Noſtro communiri fecimus, vigore, & Teſtimonio Literarum mediante.

51. *Deputatio Elemoſinarum.*

Nos &c. Quod Nos tum ob ſalutem, & refrigerium animarum T. & T. felicium recordationum, ac etiam Noſtræ nec non T. Genitricis Noſtræ charisſimæ, tum vero ob ſpem, & devotionem Notras, quas ad Sanctum Spiritum, in cujus nomine glorioſo Eccleſia, & Domus hoſpitalis Pauperum intra muros Civitatis noſtræ T. fundata exiſtit, gerimus, & habemus ſpeciales, Univerſitati Pauperum in præfata Domo hoſpitali pro tempore degentium, Duodecim Marcas argenti de proventibus Noſtris e medio dictæ Civitatis Noſtræ T. Nobis & Fiſco Noſtro Regio ſingulis Annis circa Feſtum Beati T. in argento provenire debentes, perpetuis ſemper Succesſivis temporibus univerſis ſingulis Annis in Elemoſynam duximus dandas & deputandas, imo deputamus præſentium per vigorem. Quo circa Vobis Fidelibus Noſtris Dicatoribus, & Exactoribus prædictorum proventuum Noſtrorum & item Prudentibus, & Circumſpectis T. &c. præſentibus, & futuris, præſentium notitiam habituris, horum &c. quatenus a modo deinceps præfatas Duodecim Marcas argenti dictæ Univerſitati pauperum in dicto Hoſpitali præfatæ Eccleſiæ Sancti Spiritus intra muros dictæ Civitatis Noſtræ fundatæ pro tempore degen. ſingulis Annis perpetuis ſemper ſucceſſivis temporibus univerſis de dictis proventibus Regiis, Noſtram ad rationem reddere, & reſtituere debeatis, nec ſecus &c.

52. *Gratia ſuper facto potentiæ, Sententiaque Capitali.*

Nos &c. Memoriæ commendamus &c. univerſis. Quod Nos de benignitate Noſtra Regia, qua Delinquentibus veniam & lapſis Sublevamen ſolemus impertiri, Jurisque rigorem interdum lenitate miſericordiæ conſuevimus temperare, Egregio T. de T. Capiti quoque ac Poſſeſſionibus, Portionibusque, & Juribus poſſeſſionariis, nec non Rebus, & Bonis ſuis quibusvis ſuper facto potentiæ Capitali, in quibus ipſe contra T. quinto decimo die Feſti Beati Georgii Martyris proxime præteriti, coram Noſtra Perſonali Præſentia convictus, & aggravatus eſſe dicitur gratiam, & miſericordiam duximus faciendam ſpeciales, imo facimus præſentium per vigorem, ita tamen, quod

Digitized by Google

ipſe propterea pœnam non ſubeat Capitalem, ſed cum præfato T. Parte ſcilicet adverſa juxta hujus Regni Conſuetudinem, infra unius Anni revolutionem a data præſentium inclusive computando, prout poterit, ſuperinde concordare debeat, alioquin præſens Noſtra gratia ſibi minime videatur ſuffragari. Quocirca Vobis Fidelibus Noſtris Magnificis Palatino, & Judici Curiæ Noſtræ Veſtrasque in Judicatu vices gerentibus, item Comitibus vel Vice-Comitibus, & Judlium Comitatus T. & aliorum quorumlibet Comitatuum Regni Noſtri, cunctis etiam aliis Regni Noſtri Judicibus, & Juſtitiariis præſentes viſuris harum Serie firmiter præcipientes mandamus, quatenus receptis præſentibus, præfatum T. ratione præmiſſorum intra, vel extra Judicium contra formam præmiſſæ Noſtræ gratiæ ad cujuscunque Inſtantiam, in Perſona, Poſſeſſionibus, Portionibusque, & Juribus poſſeſſionariis, nec non Rebus, & Bonis ſuis quibusvis impedire, moleſtare, ſeu quovis modo dampnificare nusquam, & nequaquam præſumatis, nec ſatis auſi quoqno modo præſentibus perlectis.

53. *Gratia ſuper alicujus morte.*

Quod Nos de Benignitate Noſtra &c. Egregio T. de T. Capiti quoque, Poſſeſſionibus, ac Rebus &c. Suis univerſis, ſuper nece, ſeu interemptione condam T. de T. per ipſum, ut dicitur, cafualiter facta, gratiam &c. per vigorem, ita tamen, quod ipſe T. pœnam propter ea non ſubeat Capitalem, ſed ſuper nace, ſeu interemptione prædicti interempti cum Superſtitibus, & Conſanguineis ejusdem, quibus magis congruit, prout poterit, infra unius Anni revolutionem concordare debeat, ſeque de cætero ab hujusmodi enormitatis vitio immunem ſtudeat præſervare. Alioquin.

54. *Gratia ſuper eodem Hæredibus mortuo Patre.*

Quod Nos &c. Notam, ſeu labem illius Criminis, quod præfatus condam T. Pater ſuus, dum vivebat condam T. filium T. ſibi ex proxima Affinitatis Linea attinen. cafualiter, ut dicitur occiden. comiſiſſet, duximus gratioſe delendum, & abolendum, omnemque pœnam, quam idem T. condam T. pro Crimine præfato ſecundum conſuetudinem Regni, in Perſona, vel Poſſeſſionibus, aut Rebus incurriſſet, ſeu incurri, vel pati debuiſſet, gratioſe relaxandam, & remittendam. Imo delemus, & relaxamus, remittimusque ex gratia ſpeciali, & Regiæ Poteſtatis plenitudine, decernentes, ut non obſtante illo crimine, univerſa Bona, & Poſſeſſiones, ac Jura Poſſeſſionaria præfati condam T. in prætactum filium T. ejusdem devotuta reputentur, & per eum ſui Hæredes perpetuo poſſideant legitimo, & hæreditario Jure ex præſenti Noſtra conceſſione, & gratia ſpeciali præſentium vigore facta. Quocirca Vobis Fidelibus Noſtris &c. quatenus præfatum T. Filium condam

Digitized by Google

condam T. ratione præmisſi criminis paterni ad cujusvis inſtantiam intra, vel extra Judicium &c.

55. Gratia ſuper relaxione uſuræ.

Nos &c. Memoriæ commendamus &c. Quod Nos compatientes paupertati Fidelium Noſtrorum Hoſpitum, & Populorum, Villarum T. & T. quam iidem his temporibus diſturbiorum præteritis incurrerunt, omnes uſuras, quæ ſuper Clenodiis, Rebusque, & Bonis præfatorum Hoſpitum, & Populorum in dictis Villis T. & T. commorantium, pro Pignore, ut dicitur, habitis, hucusque exercuerunt, eisdem Hoſpitibus, & Populis duximus gratioſe relaxandum, imo relaxamus præſentium per vigorem; ita tamen, quod ipſi ſuper Capitali pecunia eorundem Judæorum ab ipſis recepta, eisdem ſatisfaciant, cum effectu. Quocirca Vobis Fidelibus Noſtris Comitibus, ſeu Judicibus Judæorum prætactorum præſentibus, & futuris præſentium notitiam habituris, firmiter præcipientes mandamus, quatenus prætactos Hoſpites, ſeu Populos, ac eorum alterum ratione præmiſſæ uſuræ, ut præfertur, ſuper Clenodiis- ac Rebus, & Bonis eorundem per eos dictis Judæis impignoratis hactenus excrevit, contra formam hujusmodi Noſtræ gratiæ, ad inſtantiam quorumcunque Jadæorum intra, vel extra Judicium in Perſonis, ac Rebus, & Bonis ipſorum impedire, judicare, vel dampnificare nullatenus præſummatis, nec ſitis auſi modo aliquali. Secus. Præſentibus.

Quocirca Vobis univerſis Judæis in dictis Comitatibus T. &. T. commorantibus, apud quos ſcilicet Clenodia, ac Res, & Bona dictorum Hoſpitum, & Populorum pro Pignore exiſtunt, præſentibus firmiter committimus & mandamus, quatenus viſis præſentibus, eosdem Hoſpites, & Populos prædictarum Villarum T. & T. ad ſolvendum ratione Clenodiorum prædictorum, ac Rerum, & Bonorum ſuorum apud Vos pro Pignore habitarum, uſuram per Nos eis modo præmiſſo relaxatam artare, & compellere nequaquam præſummatis, ſed recepta ab eis Capitali Veſtra pecunia, prædicta Clenodia, ac Res, & Bona eorundem eisdem in Specie, & ſine defectu reſtituere debeatis, alioquin Vobis ſecus facientibus commiſimus, & præſentibus firmius committimus Fidelibus Noſtris Comitibus, ſive Judicibus Veſtris in medio Veſtri conſtitutis, ut ipſi Vos, & quemlibet Veſtrum ad obſervanda hujusmodi Mandata Noſtra, per omnia Veſtra gravamina arcius compellant, & conſtringant. Secus ergo. Præſentibus perlectis. Datum.

56. Gratia ſuper maliloquio, & emenda Linguæ.

Honeſtæ Dominæ T. de T. nunc in Civitate Noſtra T. commoranti, Capiti quoque, ac Rebus, & Bonis ſuis univerſis ſuper omnibus,

& singulis, in quibus ipsam Judex, Juratique Civès dictæ Civitatis Nostræ T. propter ineptam, & minus ponderatam profusionem, seu prolationem certorum Verborum, alias contra T. & T. ac honestam Dominam T. Consortem ejusdem T. per ipsam, ut dicitur casualiter factam in emenda Linguæ convictam, & aggravatam esse, judicialiter pronunciasse dicuntur, gratiam & misericordiam per vigorem. Ita tamen, quod ipsa Mulier T. a talismodi Vitio se immunem studeat præservare; alioquin præsens. Quocirca, Vobis Fidelibus Nostris Judicibus, & Juratis Civibus Civitatis Nostræ T. prædictæ, cunctis etiam aliis Regni Nostri Judicibus, & Justitiariis præsentibus, & futuris, præsentium notitiam habituris mandamus harum serie firmiter.

57. *Gratia super facto Nobilitatis, per Notam Perjurii deperditæ.*

Memoriæ commendamus universis &c. quod quamvis pridem Stephanus Mad, & T. de T. ratione, & prætextu fallæ, & iniquæ, ac sinistræ Attestationis per ipsos inter medio aliorum Vicinorum, & commetaneorum, ac Nobilium comprovincialium in facto cognominationis sive permutationis nominis Possessionis T. de T, sub hoc nomine Kerthwel in quibusdam Litteris proclamatæ Congregationis generalis per Religiosum Fratrem G. Abbatem Ecclesiæ T. nequiter extorqueri procuratis, in Nota Perjurii, ammissioneque honoris, & humanitatis ipsorum, & per consequens in emendis capitum, & similiter amissione Portionum possessionariarum, nec non Rerum, & Bonorum ipsorum, ipsos solos proprie, & præcise concernentium contra Nostram Majestatem ordine judiciario convicti extiterint, & aggravati, Nostraque Majestas consideratis fidelibus, & fidelium Servitiorum meritis gratuitis Fidelis Nostri T. de T. Solutionem emendæ Capitum, ac Portiones possessionarias, nec non Res, & Bona quævis eorundem T. & T. ubilibet intra ambitum Regni Nostri existentia, eidem T. eo Jure, quo iidem T. & T. rationibus ex præmissis contra Nostram existunt convicti Majestatem, tamquam de manibus Nostris Regiis usque tempus redemptionis earundem dederimus, & contulerimus; tamen prout ipse T. personaliter Nostræ retulit Majestati, antedicti T. & T. de dicta solutione, scilicet emenda Capitum, ac redemptione Portionum possessionariarum, nec non Rerum, & Bonorum ipsorum quorumlibet eidem T. plenariam impendent satisfactionem; Ideo ipse Magister T. præmissa personali sua astantia eosdem T. & T. super præscriptis solutionibus, emendis Capitum, ac redemptione Possessionum, nec non ablatione Rerum, & Bonorum eorundem reddidit, & commisit expeditos, quittos, & modis omnibus satisfactos, prævia igitur ratione, & nos eosdem T. & T. primo a præmissa labe Perjurii, Ammissione honoris, & humanitatis ex gratia Nostra speciali exonerandos, & per omnia sublevandos. eosdem in pri-

Digitized by Google

ſtinam eorum, & ſuorum ipſorum, aliorumque Nobilium Regni Noſtri puram, & ſinceram, ac indelebilem Nobilitatem rurſus, & iterum reaſſumen. reducimus, renovamus, & reportamus, in Cetumque Noſtrum, Catheruam, & Collegium verorum Regni Noſtri Nobilium ſub Vexillo Noſtro Regio Militantium absque aliquali condicionarii nexus labe & nota ſcrupuli foventium, & gaudentium, adſcribimus, & aggregamus; in ipſa ſua priſtina ab ævo ſancita pura, & ſincera Nobilitatis libertate, qua perprius uſi fuerunt, & gaviſi, reliquimus, & commiſimus jugiter, & in ævum frui, potiri, & gratulari. Harum Noſtrarum, quibus Secretum Sigillum &c.

58. *Gratia ſuper Nota Proſcriptionis.*

Quod Nos &c. Johanni, Paulo &c. Ignobilibus Comitatus T. Jobbagionibus T. Capitibus, Hæredisque, nec non Rebus, & Bonis ipſorum univerſis, ſuper Nota, ſeu labe Proſcriptionis, quam iidem in Congregatione generali, Univerſitatis Nobilium, & alterius cujusvis Status Hominum Comitatus antedicti, Comitatu in eodem de noſtro Mandato ratione Furti, & Latrocinii incurriſſe perhibentur. Gratiam &c. ita tamen, quod ipſi T. & T. ſe de cætero a talismodi nociturnitatis vitio immunes ſtudeant conſervare. Alioquin &c. Quocirca, Palatino, & Judici Curiæ Noſtræ, & præſertim Comiti, vel Vice-Comiti, & Judlium dicti Comitatus præſentibus, & futuris præſentium &c.

59. *Gratia.*

Memoriæ &c. Quod quia Fidelis Noſter T. recognoſcens illos exceſſus, quos contra Majeſtatem Noſtram, & Sacram hujus Regni Noſtri Hungariæ Coronam feciſſet, & commiſiſſet, ad gratiam Noſtram recurrit, & obligavit ſe Majeſtati Noſtræ, ac Regno, & Coronæ, ut verus Regnicola cum omni fide, & fidelitate ſerviturum; Ob hoc Nos tum accepta Supplicatione nonnullorum Fidelium Noſtrorum Majeſtati Noſtræ propterea porrecta, tum vero de benignitate &c. eidem T. Capiti quoque, ac Caſtris, Oppidis, Villis, & Poſſeſſionibus, rebusque, & Bonis ſuis omnibus ſuper univerſis illis exceſſibus, & delictis per eum, ut præfertur, contra Majeſtatem Noſtram, & Regni Noſtri Hungariæ Coronam qualitercunque commiſſis, & patratis, gratiam, & miſericordiam duximus faciendam ſpeciales. Imo facimus præſentium per vigorem. Ita tamen, ut idem prout & quemadmodum ſe obligavit, omni fide, & fidelitate Majeſtati Noſtræ, & Sacræ Coronæ ſervire ſtudeat, & a talismodi excesſibus ſe præſervet. Quocirca Vobis Fidelibus Noſtris Magnificis Palatino, & Judici Guriæ Noſtræ, item Banis, vel Vice-Banis Regni Noſtri Croatiæ, Veſtrasque Vices gerentibus, cunctis etiam aliis Regni Noſtri Judicibus, & Juſtitiariis, & omnibus Regnicolis Noſtris harum ſerie firmiter præcipientes, man-

Digitized by Google

damus, quatenus a modo præfatum T. ratione præmissorum Excessuum contra formam hujusmodi Nostræ gratiæ, intra vel extra Judicium in Persona, Rebusque, & Bonis suis quibusvis impedire, turbare, seu quovis modo dampnificare &c.

Quod quia Fidelis Noster T. promisit se nobis, ac Regno & Coronæ debita semper fidelitate serviturum; Ob hoc Nos ipsum in Nostram gratiam recipientes, eidem Capiti quoque & Rebus, ac Bonis suis omnibus, super omnibus offensis, injuriis, & quibusvis malorum generibus, pro quibus ipse notam Infidelitatis, vel Nostram indignationem incurrisset, gratiam, & misericordiam duximus faciendam speciales, omne etiam odium, & omnem malam voluntatem, quam erga illum pro hujusmodi suis delictis, & excessibus qualitercunque habuissemus, duximus remittendam, & ab eodem removendam. Imo facimus, remittimusque, & removemus præsentium per vigorem; ita tamen, quod & ipse debitam, & promissam Nobis, & Coronæ Nostræ fidelitatem inconcusse observet, & ab hujusmodi Excessibus, & delictis se immunem præservet, ut autem eo securior sit deinceps de gratia, & benevolentia Nostra, promittimus ei, & pollicemur per præsentes, quod nullo unquam tempore de odio, seu indignatione adversus eum, neque de suis excessibus recordabimur, nec aliquam malam voluntatem geremus contra illum, neque aliquod malum pro his, quæ hactenus qualitercunque egisset, illi faciemus, sed gratia Nostra Regia, & favore, ac benevolentia prosequemur, & neque Nos præmissorum occasione illum impediemus, neque per *Subditos Nostros* impediri faciemus. Datum Budæ &c.

6o. *Gratia pro Chyzar.*

Nos &c. Memoriæ &c. Quod honesta Domina T. Consors Martini Gladiatoris de T. Nostrum Veniens in conspectum exposuit gravi querela in hunc modum: quomodo nonnulli forent Incolæ, & Inhabitatores dictæ Civitatis Nostræ T. & etiam alii, qui ipsam Dominam Crimine Adulterii injuriose diffamassent, & propter hoc dictum Martinum Gladiatorem Maritum suum de Cella, seu Confraternitate illius Artificii exclusissent, & Artem illam exercere sibi, famulosque tenenere non permitterent in præjudicium honoris ipsius Dominæ Elenæ, & dicti Mariti sui dampnum manifestum; Quare supplicatum exstitit Majestati Nostræ pro parte dictæ Dominæ Elenæ per Nos sibi superinde misericorditer provideri. Nos itaque hujusmodi Supplicationi inclinati, de benignitate Nostra Regia, ac plenitudine Nostræ Regiæ potestatis eidem Dominæ Elenæ super dicto Crimine Adulterii, si etiam commississet, gratiam facien. dictam Infamiæ Notam, quæ sibi objiciebatur, duximus penitus abolendam, imo facimus, & abolemus præsentium per vigorem, decernentes, ut a modo dictus Martinus Gladiator

Digitized by Google

Maritus ejusdem prædictam Artem ſuam, non obſtante quorumcunque Inhibitione in Cena hujusmodi Artificii ſicuti hactenus exercere, & famulos ſibi neceſſarios tenere valeat, atque poſſit. Quocirca Vobis Fidelibus Noſtris Prudentibus, & Circumſpectis Judici, & Juratis Civitatis Noſtræ T. item univerſis Gladiatoribus in eadem Civitate Noſtra T. commorantibus præſentibus, & futuris præſentium Notitiam habituris. Harum Serie &c. quatenus præfatam Dominam T. & ejus Maritum propter præmiſſam Infamiæ Notam contra formam præmiſſæ Noſtræ Gratiæ intra, vel extra Judicium ad cujusvis Inſtantiam, Rebusque, & Bonis ſuis quibusvis impedire, turbare, vel quovis modo dampnificare, aut ſibi crimen hujusmodi objicere nullo unquam tempore præſummatis, ſed eidem Martino Marito ſuo Artem prædictam in Societate dictorum Gladiatorum libere, & pacifice exercere, & Famulos tenere permittere, & permitti facere modis omnibus debeatis; ſi qui autem ex Incolis, & Inhabitatoribus Civitatis Noſtræ prædictæ contra præmiſſam Noſtram gratiam præfatæ Dominæ Elenæ dictam adulterii, & Infamiæ Notam quovis pacto objicere præſummerent Volumus, & Vobis prædictis Judicibus, & Juratis ſerie præſentium firmiter mundamus, quatenus ex parte omnium talium ipſi Dominæ Elenæ Judicium, & Juſtitiam facere, & adminiſtrare debeatis. Aliud. Præſentibus. Datum &c.

61. *Gratia ſuper omnibus Exceſſibus.*

Quod Nos cum ad nonnullorum &c. tum vero &c. Egregio T. Capiti quoque, ac Caſtris, Caſtellis, Oppidis, Poſſeſſionibus, Villis, Portionibusque, & Juribus poſſeſſionariis, nec non Rebus, & Bonis ſuis univerſis ſuper omnibus, & ſingulis culpis, exceſſibus, Criminibus, delictis, Hominum intereremptionibus, Domorum, vel Poſſeſſionum ſive Caſtrorum invaſionibus, Spoliis, prædis, & generaliter qualibuscunque actibus potentiariis tam per condam T. ſimiliter T. quam per eundem T. ſive contra Majeſtatem Noſtram, aut Regnum Noſtrum, ſive quoscunque Regnicolas Noſtros quomodocunque, & qualitercunque uſque in hodiernum diem commiſſis, & patratis, ſi etiam talia, & tam enormia forent, pro quibus ipſi vel Infidelitatis, vel Proſcriptionis in Judicio generali quocunque tempore celebrato, ſive celebrando, notam incurrere potuiſſent, aut poſſent, gratiam, & miſericordiam duximus facien. ſpeciales, ita tamen, quod ipſe T. cum illis, qui vel per dictum condam Genitorem ſuum, vel ipſum injuſte læſi, & dampnificati ſunt, ſecundum Regni Conſuetudinem, prout poterit ſuperinde concordare teneatur. Præterea ex Superhabundanti ſpecialis Noſtræ grafiæ plenitudine, univerſa Birſagia, & quævis, Judiciorum gravamina, in quibus præfatus condam T. vel ipſe T. ſive Avi, vel Progenitores ipſorum contra quoscunque Regnicolas Noſtros

Digitized by Google

in præſentia quorumcunque Judicum, & Juſtitiariorum Regni Noſtri, ſive in Octavis, ſive in aliis quibusvis Terminis judiciariis ordine Judiciaria uſque ad præſens tempus convicti eſſent, & aggravati, eidem T. quoad Portionem judiciariam prorſus, & per omnia remiſimus & relaxavimus, imo facimus, remittimusque, & relaxamus præſentium per vigorem. Quocirca Vobis Fideli Noſtro Revendo, item Magnificis Palatino, &c. ac Banis, vel Vice-Banis Regni Noſtri Sclavoniæ nec non Magiſtris Prothonotariis Judici Curiæ Noſtræ, Juratis quoque Coaſſeſſoribus Judicii Generalis, Veſtrasque Vices Gerentibus, cunctis etiam aliis Regni Noſtri Judicibus præſentibus, & futuris præſentium notitiam habituris. Harum. Quatenus præfatum T. ratione præmiſſorum ad cujusvis Inſtantiam intra, vel extra Judicium in Perſona, Caſtris, Caſtellis, Poſſeſſionibus, Villis, Portionibusque, & Juribus poſſeſſionariis, nec non Rebus, & Bonis ſuis quibusvis contra formam præmiſſæ Noſtræ gratiæ impedire, turbare, ſeu quovis modo dampnificare nusquam, & nullo unquam tempore præſummatis &c.

62. *Gratia ſuper Nota Falſificationis Literarum.*

De Nota, ſeu labe Falſificationis Literarum quam iidem ex inductione condam T. Falſificatoris, & Sculptoris Sigillorum, & etiam ex ſui proprii ingenii pravo, & finiſtro Conſilio ſub eisdem falſis Sigillis in detrimentum, & annihilationem Jurium plurimorum Regnicolarum Noſtrorum Bona eorundem aliis minus juſte, & illegitime intendens appropriare complures, & diverſas falſas Literas conſcribendo graviter dinoſcitur incurriſſe in cujus &c.

63. *Condeſcenſus Cauſæ.*

Nos &c. Memoriæ commendamus per præſentes. Quod Egregii T. & T. ab una, ac T. Partibus ab altera coram Nobis perſonaliter conſtituti, præſente etiam, & audiente T. per eosdem T. & T. ſponte confeſſum exſtitit in hunc modum: Quod licet inter eos ratione Portionum poſſeſſionariarum in Poſſeſſionibus T. & T. in Comitatu T. exiſten. habitarum, Portionum videlicet ejusdem T. & T. certæ Lites motæ fuerint, & ſuſcitatæ; tamen ipſi juxta compoſitionem certorum proborum Virorum pacem Partium amantium, ad talem pacis, & concordiæ deveniſſent unionem, imo devenerunt coram Nobis; quod primo ipſi T. & T. annotatas Portiones poſſeſſionarias, quas ipſi tum Jure impignoratitio, tum vero certo alio Jure hucusque tenuiſſent ſimul cum cunctis earundem utilitatibus, & pertinentiis quibuslibet, easdem ab antiquo ſpectantibus, & pertinere debentibus, memorato T. remiſit, e converſo etiam idem T. pro pecuniis eorundem T. & T. pro quibus idem a præfato condam T. Patre, ac annotato T. Fratre ſuis, & aliis quibuscunque dictas Portiones poſſeſſionarias pro Pignore

Digitized by Google

tenebat, & etiam aliis Juribus eorundem T. & T. nec non Nobilis T. quæ in eisdem habuiſſent, vel habere quomodolibet potuiſſe prætendebant, Triceſimo ſecundo die Feſti Beati T. proxime Venturi in Capitulo T. eisdem T. & T. quadringentos flor. Auri ſolvere, & deponere promiſit, & pro ipſis quadringentis flor. Fidejuſſorem ſuum annotatum T. poſuit; qui perſonaliter, ut præmiſimus aſtando, promiſit, & ſe obligavit, ut ſi idem T. vel pro eo ipſe quadringentos flor. Auri in Termino prænotato, eisdem T. & T. effective perſolvere nollent, non poſſent, aut quomodolibet non curarent; extunc ſolum vigore præſentium iidem T. & T. Poſſeſſionem Ejusdem T. T. vocatam in Comitatu T. habitam pro ſe occupandi, & interim tenendi, & poſſidendi, donec ipſis de dictis Quadringentis flor. Auri præmiſis cum flor. ſatisfactum fuerit quoad plenum, habeant facultatem, ac inſuper idem T. duos Thumenos Salium eisdem T. & T. dari promiſiſſet, ſuper quorum reſtitutione Literas opportunas ſeu neceſſarias manibus eorundem aſſignavit coram Nobis, voluerunt nihilominus iidem T. & T. ac etiam ipſe T. conſenſit, ut ipſi Fruges, & alia Blada, quæ in eisdem Portionibus poſſeſſionariis poſt Aratra, ſive Allodia ſua, aut aliter in hac æſtate ſibi provenire debuiſſent, de eisdem Portionibus poſſeſſionariis illæſe exportare, & quo voluerint, facere, & diſponere poſſint; adiecerunt nihilominus ambæ Partes, quod quia hic nunc commode fieri non poteſt, cum propter abſentiam Literarum Cauſalium, tum vero aliis rationabilibus de Cauſis idcirco in dicto Triceſimo ſecundo die Feſti T. in dicto Capitulo T. ſe ſe mutuo perſonali aſtantia ſuper præmiſſis plenius expeditos reddere teneantur, imo ad id etiam ſe ambæ Partes coram Nobis obligarunt; quod primo ipſi T. de T. qui aſſummen. ad ſe ibi onera, & gravamina tam dicti T. quam aliorum quorumcunque, quos hoc tangit negotium, præfatum T. & filium T. tam ſuper acquiſitione eorum ſuper dictis Portionibus Poſſeſſionariis, quam Solutione prænotata pro Juribus prænotatis per eundem T. facta, quittos, expeditos, & per omnia abſolutos habebunt, ac omnes Literas Cauſales, & alias quascunque ſive ſint Impignoratitiæ, ſive aliæ quiescunque, quas in facto Portionum Poſſeſſionariarum pro ſe haberent ſub quacunque forma Verborum, & ſub quibuscunque Proceſibus emanatas, tam ſcilicet ſuas proprias, & filiorum, fratrumque, quam annotatæ Dominæ Conſortis ipſius T. manibus ipſius T. aſſignabunt, & quas non poſſent, Viribus carituras relinquerent, ac ibidem obligabunt ſe, quod ſi de cætero moverent Cauſam in facto dictarum Portionum Poſſeſſionariarum in facto potentiæ contra ipſum T. & T. convincerentur, demum etiam idem T. tam pro ſe, tam etiam pro parte dicti T. Fratris ejusdem ipſos T. & T. ac alios prædictos ſuper præmiſſis omnibus expeditos habebit, Literasque ſuasque univerſas cauſales contra eos in

Digitized by Google

facto earundem Portionum poſſeſſionariarum emanatas, viribus carituras committet ſub talibus Vinculis: quod ſi una Pars alteram in die ac Termino, in Capitulo prænotatis, modo, quo ſupra ſe obligant, expeditum reddere negligerent, & non concorditer; extunc ſimiliter in facto potentiæ convincatur, ad quod ſe eædem Partes ſpontanea voluntate coram nobis obligarunt. Harum Noſtrarum &c.

64. *Sequitur Salvus Conductus.*

Mathias &c. Univerſis & ſingulis Principibus Eccleſiaſticis & Secularibus Ducibus Marchionibus, prælatis Baronibus Comitibus Caſtellanis Nobilibus ipſorumque officialibus. Item Civitatibus, Oppidis & Villis earundemque ac quarumcunque Communitatum & Locorum Rectoribus poteſtatibus, præfectis Burgraviis Magiſtris Civium Judicibus & Villicis, nec non Tricesimatoribus Tributariis ac Theloneorum, Gabellarum & Boletarum exactoribus, pontiumque & paſſuum cuſtodibus, ac alterius cujusvis Status Dignitatis & præeminentiæ hominibus ubivis conſtitutis & commoran. præſentium notitiam habitr. fratribus amicis & benevolis Noſtris. Salutem & favoris Noſtri Regii continuum incrementum Subditis vero nris gram Regiam & omne bonum. Cum Nos Curiaque Noſtra pro decore & gloriæ Noſtræ Regiæ dignitat. amplitudine, nonnullis preciosis rebus indigeamus, pro quibus comparandis & adducendis miſimus ad Italiam Fidelem Noſtrum T. civem florentinum Aulæ Noſtræ familiarem dilectum quem dignitatibus Vris ſincero affectu commendantes. Rogamus & hortamur D. Vras Subditis vero noſtris firmisſimo Noſtro Regio damus ſub edicto quatenus dum & quando prænominatus T. ad Vos Veſtrasque terras tenutas principatus, dominia, honores officiolatus Poſſeſſiones & Bona ac Veſtri in medium ſed & ab hujusmodi Tricesimarum Vectigalium Tributorum Theloneorum Gabellarum Boletarum pontiumque & paſſuum Loca pervenerit (* exmiſſum commendan. haben.) eundem honorificeque ſuſcipien. & tractantes ſimul cum omnibus prædictis rebus Majeſtati Noſtræ apportandis, nec non familiaribus equis Valliſiis Bulgis & Bonis ſuis ubique libere & pacifice ire, ſtare, morari, & negociari tam in eundo, quam redeundo ſineque ulla Tricesimarum vectigalium Tributorum Theloniorum Gabellarum, Boletarum ac cujusvis alterius exactionis Solutione tranſire permittere & permitti facere velitis Noſtræ Majeſtatis ob contemplationem, & complacentiam ſingularem. Subditi vero noſtri debeant & teneantur providen. nichilominus eidem ſicubi periculum itineris immineret de ſecuro & Salvo conductu usque ad loca tutiora Nos quoque Veſtris dignitatibus in ſimilibus & majoribus complacer. præſentes autem poſt lecturam ubique reddi petimus & mandamus præſentanti. Datum Budæ.

(*) In margine alia manu.

Digitized by Google

65. *Salvus conductus simul cum exemptione Tricesimæ ac Tributi.*

Mathias &c. Fidelibus Noſtris univerſis & ſingulis Triceſimatoribus, Tributariis Teloneatoribus tam noſtris regalibus, quam aliorum quorumcunque intra ambitum Regni Noſtri Hungariæ & partium ſuarum ubivis conſtitutis præſentibus notitiam habituris ſalutem & gratiam. *NB. Hic Codex MS. truncatus eſt.*

66. Mathias &c. Fidelibus Noſtris Comiti vel Vice-Comiti & Judlium Comitatus T. Salutem & gratiam. Ex querelis Fidelis Noſtri Nobilis T. de T. accepimus non ſine diſplicentia. Quod cum ipſe his diebus pro adducen. Caſſoviam Salibus ex T. in navibus apportatis quosdam currus pretio conduxiſſet, & cum curriferi hominesque ſui cum curribus & ſalibus ipſius ad Poſſeſionem Magnifici T. de T. T. vocatam perveniſſent, ibique Tributariis ejusdem T. de T. ſuper eos poſtulan. Tributum ſolvere noluiſſent, allegantes bona Regalia & Reginalia non eſſe ad ſolvendum Tributum obligata, confeſtim tota illa Poſſeſio ſimulcum hominibus & familiaribus ejusdem T. de T. in prætactos homines & curriferos ipſius Valentini Litterati armata manu hoſtiliter inſurrexiſſent, atque unum ex hominibus ejusdem ibidem crudeli nece interemiſſent, alios vero quosdam verberaſſent, quosdam autem letalibus vulneribus fauciaſſent in contemptum Majeſtatis Noſtræ & detrimentum eorundem Officialium Reginalium manifeſtum. Et quia nos nemini pati volumus, ut in Officiales Noſtros & Reginales talia committat, Ideo Fidelitati Veſtræ mandamus firmiter quatinus ſtatim viſis præſentibus præfatum T. de T. verbo Majeſtatis Noſtræ requiratis & moneatis ut continuo de omnibus præmisſis præfatum Valentinum Litteratum hominesque ſuos injuria & verberibus ac vulneribus affectos modis omnibus contentari teneatur. Quod ſi facere noluerit, volumus & iterato Vobis mandamus, ut ampliori Noſtro Mandato ſuperinde non expectato præſcriptam poſſeſionem T. nomine Noſtro occupare, & tamdiu occupatam tenere debeatis, donec de omnibus præmisſis, prætactis Officialibus Reginalibus ſatisfactum fuerit quoad plenum. Secus nullo modo facturi. Præſentibus perlectis exhibenti reſtitutis. Datum.

67. *A Jurisdictione alior. Exemptio.*

Mathias &c. Fidelibus Noſtris Magnificis Capitaneis ac Judici & Juratis ceterisque Civibus Civitatis Noſtræ Nándorálbenſis Salutem & gratiam. Quia Fidelis Noſter providus Stephanus T. de T. in continuis ſervitiis Noſtris occupatur, dicit autem fore nonnullos, qui ipſum & familiam ſuam diverſis calumpniis exquiſitis diverſis litibus turbarent, & quia ipſe Stephanus Litteratus propter hujusmodi ſuam occupationem illis cauſis ſuperintendere non poteſt. Ideo nos ipſum

ab omni Judicio & Judicatu ac quavis poteſtate & Jurisdictione Veſtra interea quoad in his Servitiis Noſtris vacaverit duximus penitus eximendum & ſupportandum eumque ſolius Fidelis Noſtri Reverendiſſimi in &c. Judicio committen. Imo eximimus & ſupportamus per præſentes mandamus itaque Fidelitati Veſtræ harum ſerie firmiter quatinus modo præfatum Stephanum Litteratum, ſed & familiam ſuam ac quoscunque ad ſe pertinentes ad quorumvis Inſtantiam judicare, vel Veſtro adſtare Judicatui compellere aut ipſum ſeu familiares ejusdem ratione prævia contra formam præmiſſæ Noſtræ gratioſe exemptionis in perſonis Rebusque, & Bonis ſuis quibusvis impedire turbare, inquietare ſeu quovismodo dampnificare nusquam & nequaquam præſummatis nec ſitis auſi quoquomodo. Siqui vero quicquam actionis adverſus ipſum Stephanum vel ad eum pertinentes ſe ſe habere prætenderent hi id coram dicto domino Petro &c. legitime inquirant, per quem eisdem Judicium & Juſtitia ex parte ejusdem Stephani Litterati aut familiarium ſuorum aut ad ſe pertinentium miniſtrabitur evidens & condigna. Secus nullo modo facturi. Præſentibus perlectis exhibenti reſtitutis.

68. Mathias &c. Fidelibus Noſtris Capitulo Eccleſiæ Bosnenſis Salutem & gratiam ex pluribus & ſæpe jam iteratis querelis & ſupplicationibus fidelis Noſtri Venerabilis T. de T. accepimus Bona ipſius Eccleſiæ & maxime ea quæ condam Nicolai de T. extiterunt Bonis Noſtris adeo contigua eſſe, & permixta, ut nonnunquam per Caſtellanos & homines ac factores noſtros in Caſtro noſtro de eadem Maroth conſtitutos in medium Bonorum Noſtrorum computarentur, & occuparentur. In dampnum ipſius Eccleſiæ manifeſtum, & quia Nos Jura Eccleſiarum Regni Noſtri, quarum Tutores ſumus & patroni potius etiam adverſum alios tueri & protegere volumus, quam per Noſtros diſtrahi. Igitur non tam precibus & querelis ipſius Nicolai moti quam utilitati præfatæ Eccleſiæ & Saluti Noſtræ conſulendo univerſa Bona & Poſſeſſiones ejusdem Eccleſiæ per Fidelem Noſtrum Egregium Magiſtrum Johannem de Poſega directorem. Cauſarum Noſtrarum tamquam hominem Noſtrum Regium de Curia noſtra ſpecialis ad id transmiſſum Legitima reambulatione mediante de medio Bonorum Noſtrorum penitus ſequeſtrari volen. & committen. Fidelitati Veſtræ firmiter præcipien. mandamus, quatinus Veſtrum mittatis hominem pro teſtimonio fidedignum quo præſente Magiſter Johannes de Poſega ad facies præſcriptorum Bonorum, & Jurium poſſeſſionariorum præfatæ Eccleſiæ vicinis & commetaneis earundem univerſis inibi legitime convocatis & præſentibus accedentibus reambulet eadem juxta eorumdem demonſtrationem ad fidem ipſorum Deo debitam, fidelitatemque nobis & Sacræ Coronæ obſervando coram

Digitized by Google

eisdem Magiſtro Johanne & teſtimonio veſtro fiendam. Reambulataque & ab omnibus Juribus noſtris metaliter ſeparata & diſtincta. Statuat præfato Nicolao Præpoſito & Eccleſiæ ſuæ poſſidendum & poſt hæc hujusmodi reambulationis, & metarum erectionis ac Statutionis prout expediens fuerit Litteras veſtras eidem Nicolao Præpoſito & Eccleſiæ ſuæ extradare debeatis Juris ſui ad tutelam. Secus non &c.

69. Mathias &c. Fidelibus Noſtris, Prudentibus & Circumſpectis univerſis Montaniſtis Civitatis Noſtræ Rivulidominarum ubivis & in quibuscunque Civitatibus habita ſalutem & gratiam. Cum intelligamus illas montanas noſtras per incuriam & negligentiam nonnullorum ex Vobis ſcilicet aliis quæſtibus deditorum extremam pene deſolationis pati jacturam, indeque nobis grave ſentiamus in proventibus noſtris diſcrimen, atque dampnum majus atque majus dietim imminere. Statuimus montanas ipſas pro Noſtra & Regni Noſtri utilitate redivivo ſuo decori, debita reſtauratione, atque reformatione mediante reſtituere. Fidelitates igitur veſtras & quemlibet Veſtrum duximus admonendas, & admonemus per præſentes ut omnes & ſinguli veſtrum a die ammonitionis veſtræ cum præſentibus fiendæ ad ipſam Civitatem Noſtram Rivuli Dominarum pro excolenda ſua portione in ipſis montanis habita aut venire, aut eo tales factores geſtoresque & procuratores rerum ſuarum mittere & inſtituere debeant qui omnes portiones ſuas diligenter colifacere poſſint & debeant, ne per eorum negligentiam aliqua dampna deinceps in ipſis montanis noſtris patiamur. Si qui vero ex vobis fuerint, qui eo tempus infra præſcriptum aut venire aut Rebus ſuis debito modo providere non curaverint. Tales omnes hereditates ſuas intra metas ipſius Civitatis Noſtræ tam in domibus, vineis montanis, & molendinis, atque illa Officina quæ vulgariter Koh denominatur amittat, & amiſiſſe cenſeatur eo facto easque omnes hereditates Comes & Camerarius Noſter pro tempore conſtitutus unacum Fidelibus Noſtris Judice, & Juratis ceterisque Civibus probis & Conſcientioſis viris penes ſe eligendo aliis quibus rationabiliter videbitur, & qui montanas Noſtras hujusmodi debito modo ſtudebunt & poterunt excolere dare, donare, & conferre perpetuareque poſſit & valeat auctoritate Noſtra præſentibus eidem in hac parte attributa & Juſtitia mediante. Secus nullo modo facturi, præſentibus perlectis &c.

70. *Filiæ Præfectio in Heredem Maſculinum.*

Nos Mathias &c. Memoriæ commendamus &c. Quod cum Nos tum ad humillimæ Supplicationis inſtantiam Fidelis Noſtri Egregii Georgii T. per eum pro parte Nobilis puellæ T. Filiæ condam T. de T. Noſtræ propterea porrectæ Majeſtati, tum potiſſimum pia intentio-

Digitized by Google

ne moti, & divinæ pietatis intuitu ad id habentes reſpectum. Ne præfatam puellam aliquo temporum in ſucceſſu ſub tectis divagari contingat alienis Eandem puellam T, in Inſula T. vel poſſeſſione T. prætacta, & ejus pertinentiis univerſis in Comitatu T. exiſtentibus Juribus ſ ilicet præfati condam T. patris ipſius puellæ, ab hac luce divina volente diſpoſitione absque heredum Sexus Maſculini Solatio deſuncti in verum heredem & Succuſſorem Maſculinum duximus gratioſe inſtituendum, præficiendum, & creandum dictam Inſulam T. ſimul cum omnibus ſuis utilitatibus & pertinentiis quibuslibet memoratæ puellæ Catharinæ veluti filio Maſculino dicti T. patris ſui ſuisque heredibns & poſteritatibus univerſis ex certa noſtra Scientia & animo deliberato conſenſuque & beneplacita voluntate. Serenisſimæ Dominæ Beatricis Reginæ Conſortis Noſtræ carisſimæ in perpetuam hereditatem aſcribendam inſtituimus præficimus creamus & aſcribimus Jure perpetuo & irrevocabiliter tenendum posſidendum pariter & habendum. Salvis Juribus alienis. Harum Noſtrarum vigore & teſtimonio Litterarum mediante quas in formam Noſtri Privilegii redigi faciemus dum in ſpecie fuerint reportatæ.

71. *Donatio ſequitur.*

Nos Mathias &c. Memoriæ commendamus tenore præſentium ſignificantes quibus expedit univerſis. Quod Nos conſideratis fidelibus ſervitiis fidelium Noſtrorum Nobilium T. & T. de T. Cubiculariorum Noſtrorum per eos Majeſtati Noſtræ, juxta ipſorum poſſe exhibitis & impenſis portiones poſſeſſionarias Nobilis T. de T. in Poſſeſſionibus T. & T. prædicta in Comitatu T. exiſtentes habitas, quæ per mortem & defectum Seminis ejusdem T. de T. ad Sacram dicti Regni Noſtri Hungariæ Coronam, conſequenterque collationem Noſtram Regiam juxta antiquam & approbatam dicti Regni Noſtri conſuetudinem Hungariæ rite & legitime devolutæ eſſe perhibentur. Simulcum omni Jure Noſtro Regio, ſi quod etiam alias in eisdem qualitercunque haberemus aut Noſtram ex quibuscunque Cauſis viis, modis & rationibus concernerent Majeſtatem aliisque cunctis ſuis utilitatibus & pertinentiis quibuslibet, Terris ſcilicet arabilibus cultis & incultis agris, pratis, paſcuis, campis, fœnetis, Silvis, Nemoribus, Montibus, Vallibus, Vineis, vinearumque promontorio, aquis fluviis, piſcinis, Piſcaturis, aquarumque decurſibus molendinis, & molendinorum Locis generaliter vero quarumlibet utilitatum & pertinentiarum ſuarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis ſub ſuis veris metis & antiquis prœmiſſis ſcilicet ut præfertur ſtantibus & ſe habentibus de conſenſu & beneplacita voluntate Illuſtriſſimæ Dominæ Beatricis Reginæ Conſortis Noſtræ carisſimæ memoratis Johanni & T. de T. ipſorumque heredibus & poſteritatibus univerſis. Si & in quantum Bona

Digitized by Google

ipſa ad Caſtrum Noſtrum Hunyad non pertinent & ſi præfatos Johannem & T. de T. ut ipſi aſſerunt & alioquin aliquo Jure concernunt dedimus donavimus & contulimus. Imo damus donamus & conferimus Jure perpetuo, & irrevocabiliter tenendum pariter & habendum. Salvo Jure alieno. Harum Noſtrarum vigore & teſtimonio Litterarum mediante quas in formam Noſtri Privilegii &c.

72. Mathias &c. Fidelibus Noſtris univerſis & ſingulis Capitaneis Belliductoribus & Magiſtris Rotarum, (nec non Armigeris Militibus clientibus ac cunctis gentibus Noſtris, equitibus ſcilicet & peditibus cujuscunque nationis linguagii exiſtant præſentibus - -) quarumcunque gentium tam Noſtrorum - - alium, quam aliorum quorumcunque ceterisque Armigeris militibus clientibus & cunctis gentibus Noſtris equitibus, ſive peditibus præſentes viſuris ſalutem & gratiam. Quia Nos Fidelem Noſtram T. & T. de T. in Comitatu de T. exiſten. in Noſtram Regiam recepimus tutelam & proteotionem ſpecialem volumusque eandem ab omni turbatione & impetitione Veſtra ſalvam promanere mandando propterea Fidelitati Veſtræ quatinus nullus omnino veſtrum in domo T. cum gentibus deſcendere, ſeu deſcenſum facerc, aut in eadem Curia reſiden. eis invitis aliqua victualia auferre, vel quoquo modo eisdem dampna inferre non præſummatis. Nec ſitis auſi &c.

73. *Gratia.*

Nos &c. Memoriæ commendamus &c. Quod quamvis Nos ſuperioribus temporibus contra Fidelem Noſtrum Egregium Johannem T. propter quædam notabilia demerita ſua & culpis ſuis exigen. gravem animum conceperamus, ipſumque etiam propterea detineri & captivari feceramus. Tamen cum ad Supplicationem Fidelium Noſtrorum nonnullorum Majeſtati Noſtræ propterea oblatam, tum vero moti pietate Regia, qua delinquentibus &c. eidem Johanni T. ac omnibus Caſtris Caſtellis & Bonis ſuis univerſisque gratiam & miſericordiam duximus facieudam ſpecialem, ita tamen, quod ipſe deinceps talia attentare non præſumat. Unde rurſus gratiam Noſtram offendere videretnr. Imo facimus vigore harum Noſtrarum Litterarum teſtimonio mediante. Datum.

74. *Relaxatio Birſagiorum.*

Nos &c. Memoriæ commendamus. Quod Nos tum ad nonnullorum &c. per eos Majeſtati Noſtræ pro parte & in perſona Fidelis Noſtri Egregii T. de T. porrectæ, tum vero ex gratia noſtra ſpeciali univerſa Birſagia, & quælibet Judiciorum gravamina in quibus idem T. adverſus Fidelem Noſtrum Egregium T. de T. In proſecutione cu-

Digitized by Google

jusdam Cauſæ inter eos ratione certarum terrarum motæ in Curia Noſtra Regia, & alias ubicunque, & in quibuscunque terminis & coram quovis Judice & Juſtitiario Regni Noſtri fuiſſet qualitercunque convictus quantum ad portionem Noſtram judiciariam eidem duximus penitus remittendum & relaxandum. Imo remittimus & relaxamus præſentium per vigorem. Quocirca Vobis Fideli Noſtro Reverendiſſimo in Chriſto, &c. Item Magnificis Palatino &c. Harum ſerie firmiter mandamus, quatinus receptis præſentibus præfatum T. de T. ad Solutionem dictorum Judiciorum per Nos eidem modo præmiſſo relaxatorum contra formam hujusmodi Noſtræ gratioſæ relaxationis artare & compellere, aut eundem in Perſona Poſſeſſionibus rebusque & bonis ſuis quibusvis ea ratione impedire turbare. moleſtare, ſeu dampnificare nullo unquam tempore præſumatis, nec ſitis auſi quoquo modo gratiæ noſtræ ſub obtentu præſentibus perlectis.

75. Birſagiorum Donatio alicui.

Nos &c. Memoriæ commendamus &c. Quod Nos tum ad Supplicationem Fidelium Noſtrorum pro parte Nobilium T. & T. de T. Noſtræ propterea porrectæ Majeſtati, tum vero attentis &c. juxta ſuæ poſſibilitatis exigentiam ut didicimus exhibitorum. Illas duas partes judiciarias, quæ Nobis ut Judici a Nobilibus T. & T. ratione & prætextu Revocationis & Retractationis reſponſionis procuratoriæ ipſorum per eos in præſentibus Octavis Feſti Epiphaniarum Domini in quadam cauſa ipſorum coram Noſtra perſonali præſentia factæ juxta antiquam & approbatam laudabilemque conſuetudinem Regni Noſtri provenire deberent memoratis T. & T. dedimus, donavimus & contulimus. Imo damus donamus & conferimus harum Noſtrarum vigore & teſtimonio Litterarum mediante. Datum.

76. Nova Donatio.

Nos &c. Memoriæ commendamus &c. Quod nos conſideratis ſervitiis Fidelis Noſtri T. per eum Majeſtati Noſtræ exhibitis & Coronæ, Poſſeſſionem T. vocatam, prope Caſtrum Noſtrum T. habitam, in cujus pacifico Dominio idem T. ſe ex donatione Noſtra a certo tempore perfiitiſſe, ſeque perſiſtere aſſerit etiam de præſenti ſimulcum cunctis &c. & generaliter quarumlibet utilitatum & pertinentiarum ſuarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis omnino ſub iisdem Conditionibus clauſulis, & Articulis ſub quibus eadem per ipſum hactenus tenta fuiſſet & poſſeſſa eidem T. ſuisque heredibus & poſteritatibus univerſis denuo dedimus, donavimus & contulimus. Imo damus donamus & conferimus tenendum poſſidendum. Salvis Juribus.

Digitized by Google

77. *Expeditoria.*

Nos &c. Memoriæ commendamus per præſentes quod quia Fidelis Noſter T. de T. univerſa Caſtra Noſtra, nec non Abbatiam de T. præterea Caſtrum & Civitatem T. ac T. & T. quæ hactenus ipſe a Majeſtate Noſtra tenuit Manibus Fidelis Noſtri T. de T. de commiſſione Majeſtatis Noſtræ reſignavit. Ob hoc Nos ipſum ſuper reſtitutione hujusmodi Caſtrorum Civitatis & Abbatiæ quitum commiſimus & expeditum committimusque harum Noſtrarum vigore & teſtimonio Litterarum.

78. Mathias &c. Fideli Magnifico T. de T. Salutem & gratiam Expoſitum eſt Majeſtati Noſtræ in perſonis Nobilium dominarum T. & T. quod cum ſuperioribus diebus Fidelis Noſter Egregius T. de T. Capitaneus Civitatis Noſtræ T. ſe vigore cujusdam donationis Noſtræ in Poſſeſſione ipſorum exponen. Nagy Lak prædictam per Noſtrum & Conventus Eccleſiæ de T. homines introduci & eandem pro ſe ſtatuifacere voluiſſet, tunc ipſi legitimam & debitam feciſſent contradictionem ad reddendam vero rationem ſuæ contradictoriæ Inhibitionis non in præſentiam Veſtram, prout illius Regni Noſtri conſuetudo requirit; Sed huc in Curiam Noſtram fuiſſent evocati, per quod ipſi in eorum Juribus plurimum opprimerentur, unde nos nollentes Juri & Conſuetudini illius Regni Noſtri derogari, & per hoc ipſos exponen. in eorum Juribus quoquo modo opprimi. Mandamus Fidelitati Veſtræ firmiter quatinus viſis præſentibus in Octavis quamprimum celebran. vocatis partibus coram vobis, non obſtante præſcripta Evocatione contra Conſuetudinem illius Regni Noſtri in Curiam Noſtram facta negotium præſcriptæ poſſeſſionis & Cauſam exinde motam revidere & juſto judicio diffinire debeas. Et ſi qua partium Veſtro judicio contentari noluerit, poterit Cauſam ſuam eo quo de Jure appellandum fuerit provocare & proceſſum Juris quem Nos nemini præcluſum eſſe volumus pertentare. Secus nullo modo facturi. Datum

79. Mathias Dei gratia Fidelibus Noſtris T. & T. de T. ſalutem & gratiam ex declaratione Fidelis Noſtri T. Triceſimatoris Noſtri T. accepimus valde diſplicenter, quod cum his diebus homines & familiares ſui vias & itinera Triceſimarum Noſtrarum obſervantes & cuſtodientes reperiſſent quosdam negotiatores, qui contra inhibitionem & interdictum Majeſtatis Noſtræ certa pecora de Regno Noſtro educere habebant pecoraque hujusmodi ſecundum Mandatum Noſtrum eis ſuperinde traditum ſimul cum ſuis Actoribus ad dictam Poſſeſſionem T. importaſſent, Vosque eis in adjutorium poſtulaſſent, vos nedum ipſis auxilio & juvamine in aufferendo ipſis pecoribus adeſſe voluiſſetis verum potius illis actoribus pecorum in præjudicium Majeſtatis

Digitized by Google

Noſtræ in ſubſidium ſimul conſurrexiſſetis, atque pecora illa ab eis abſtuliſſetis ipſosmet vero niſi ſe ſe præſidio fugæ potuiſſent præcavere ibidem omnes interimere voluiſſetis. Quamobrem Fidelitati veſtræ quatinus ſtatim viſis præſentibus omnes & per ſinguła capita ad Majeſtatem Noſtram venire debeatis. rationem ſuper inde reddituri pecora quoque illa ablata eodem itinere nobis huc Budam depellere debeatis, & aliud facere nullatenus præſumatis Datum Budæ.

80. Mathias &c. Fidelibus Noſtris T. & T. de T. ſalutem & gratiam exponitur Majeſtati Noſtræ pro parte & in perſonis fidelium noſtrorum Egregiorum T. & T. qualiter his temporibus ſuperioribus fidelis noſter T. & T. unam manum cujusdam Jobbagionis ipſorum Exponentium in poſſeſſione T. commoran. mutilari feciſſet, præterea transmiſſis nonnullis hominibus & familiaribus ſuis ad domos ipſorum Exponentium in T. & T. habitas ibidem viginti homines & familiares eorundem Exponentium, quorum plurimi nobiles exſtitiſſent letalibus vulnerum plagis feciſſent fauciari, ex quibus jam ſex per vulnera ſuſcepta ſpiritum exalaſſent, alii vero ſemivivi in gravi infirmitatis lecto uſque in præſentiarum decumberent, atque quod in dicta poſſeſſione T. genitricem ipſorum exponentium repertam diverſis verbis opprobrioſis & injurioſis ac inhoneſtis pertractaſſent in præjudicium ipſorum exponentium, ac injuriam & oppreſſionem manifeſtam; ſupplicatumque exſtitit Majeſtati Noſtræ per nos eisdem exponentibus ſuperinde opportuno Juris remedio ſubveniri: & quia nos hujusmodi actus potentiarios per quemcumque patratos ſimpliciter & inaudite ac ſine reviſione pertranſiſſe nolumus. Mandamus quatinus viſis præſentibus ad facies præſcriptarum Poſſeſſionum T. & T. ubi ſcilicet & in quibus præſcripti actus potentiarii commiſſi eſſe perhibentur & perpetrati, vicinis & commetaneis eorundem univerſis tam ſcilicet Nobilibus, quam Ignobilibus quibus decet & licet inibi legitime convocatis & præſentibus acceden. ab eisdem ad fidem eorum Deo debitam fidelitatemque nobis & Sacro Noſtro Regio diademati obſervandam tacto dominicæ Crucis Signo coram vobis teſtimonio Conventus Eccleſiæ Simigienſis, quod per ipſum Conventum illac præſentium ſerie transmitti jubemus præſtandum de & ſuper omnibus præmiſſis ſciatis, inquiratis, & experiamini meram, plenam, atque omnimodam certitudinis veritatem quam tandem per Vos, & dictum Conventum Majeſtati Noſtræ fideliter reſcribi volumus, & mandamus. Secus nullo modo facturi præſentibus perlectis exhibenti reſtitutis.

81. Mathias Fidelibus Noſtris T. & T. ſalutem & gratiam expoſitum eſt Majeſtati Noſtræ in perſona Fidelis Noſtri Magnifici T. de T. qualiter his diebus Egregius T. de T. armatis & potentiariis manibus enm nonnullis familiaribus & complicibus ſuis ad Domum & Curiam ipſius

ipſius Exponentis propriam in poſſeſſione ſua T. habitam hoſtiliter irruiſſet, ibique in eadem domo, & Curia, ac poſſeſſione ipſa ubicunque homines & familiares ipſius Exponentis invenire potuiſſet gravibus & læthalibus vulneribus fauciaſſet, ex quibus quidam ibidem mortui eſſent alii vero multi uſque modo ſemivivi decumberent in gravem injuriam & oppreſſionem ipſius Exponentis manifeſtam. Accepta igitur Supplicatione ipſius Exponentis Majeſtati Noſtræ propterea oblata volentes eidem opportuno Juris remedio ſubveniri ſuperinde in primis et ante omnia experiri & certificari per vos ſtatuimus, mandamus &c. quatinus ſtatim viſis præſentibus perſonaliter ad præſcriptam poſſeſſionem T. vicinis & Commetaneis univerſis Nobilibus & Ignobilibus inibi legitime convocatis, & præſentibus acceden. ab eisdem ad fidem eorum Deo debitam, fidelitatemque &c.

82. Nos Mathias &c. Tenore præſentium ſignificantes quibus expedit univerſis quod cum nos intellexerimus plurimas negligentias commiſſas eſſe non ſine gravi diſplicentia noſtra per factores noſtros in ſolutione proviſionis quinque millium aureorum quos annuatim Illuſtriſſimo Domino T. Duci de Aragonia Fratri & conſanguineo noſtro carisſimo pro honeſta ſuſtentatione Status ſui de proventibus noſtris deputavimus. Ideo nos volentes dictam proviſionem noſtram a modo in antea ſine negligentia ſibi libere & quiete ſemper miniſtrari proventus vectigalium noſtrorum qui in locis Tricesimalibus in Civitate noſtra T. exigi conſueverunt eidem Domino Duci deputavimus hoc pacto, ut de proventibus illis Tricesimalibus Solutio quinque millium aureorum annuatim ſibi compleatur, & non expectatis amplioribus mandatis noſtris Triceſimatores in præfatis Triceſimarum locis pro tempore conſtituti in ſingulis tribus menſibus ſive in qualibet angaria quartam partem dictæ Summæ quinque millium pro proviſione ipſius Ducis per nos deputatorum, eidem Domino Duci vel homini ſuo integre & ſine aliquali defectu numerare & complere debeant, & teneantur. Mandan. eisdem Tricesimatoribus harum ſerie firmiter quatinus remota omni difficultate & renitentia ac etiam omni tergiverſatione poſt poſita a modo in antea præfatam Summam quinque millium in qnatuor angariis quaterna Solutione complere & expedire atque inſuper id etiam, quod hactenus de proviſione præteriti temporis eidem inſolutum exiſtit, ex eisdem proventibus noſtris Triceſimalibus ſibi integre reddere & reſtituere debeant & teneantur. Volumus autem ut Litteræ quitantiales ipſius Domini Ducis quotiescunque videlicet ſibi Solutiones factas ipſe per Litteras recognoſcet, eisdem Triceſimatoribus pro expeditione ſufficiant, & pro ſufficienti expeditione ipſorum capiantur. Datum Budæ. Anno Domini Milleſimo quadringent. &c.

Digitized by Google

83. *Juramentalis ad Caput.*

Mathias &c. Conventui Eccleſiæ Pech Varadienſis Salutem & gratiam. Dicitur Nobis in perſonis Fidelium Noſtrorum T. & T. qualiter ipſi diebus ſuperioribus quædam juramenta centeſimo ſe Nobilibus juxta judiciariam Commiſſionem perſonalis præſentiæ noſtræ ad caput fidelis noſtri T. coram vobis depoſuiſſent, ſuper qua quidem depoſitione ſuorum Juramentorum Vos Litteras Veſtras eisdem neceſſarias extradare & emanarifacere recuſaſſetis communem juſtitiam eidem in hac parte abnegan. & quia communis juſtitia nemini eſt abneganda mandamus propterea Fidelitati Veſtræ &c. quatinus ſtatim receptis præſentibus Litteras Veſtras ſuper Juramentali depoſitione præfatis Exponentibus neceſſarias eisdem extradare, & emanuari facere debeatis Jurium ſuorum ad Cautelam. Caventes tamen ne fraus aut dolus in hac parte oriatur aliqnalis. Secus non facturi. Præſentibus perlectis exhibenti reſtitutis. Datum.

84 Mathias &c. Quod Nos Illuſtri Dominæ Elizabeth Genitrici noſtræ cariſimæ id duximus annuendum & concedendum, annuimusque & concedimus per præſentes, ut ipſa ubicunque in montibus tenutis territoriis Caſtrorum Civitatum Oppidorum, Poſſeſſionum & Villarum ſuarum ubilibet intra ambitum hujus Regni Noſtri Hungariæ & partibus ſibi ſubjectis habitarum mineras auri argenti cupri, ferri, plumbi, ſtamni & aliorum quorumcunque metallorum reperire & invenire poterit, eas aperire fodere, colere, laborare, aperiri, fodi, coli, & laborari facere univerſosque fructus, proventus, & quaslibet utilitates; ex hujusmodi mineris auri, argenti, cupri, ferri, plumbi, ſtamni, & aliorum metallorum productorum provenientes perpetuis ſemper ſucceſſivis temporibus univerſis percipere valeat, atque poſſit. Ex præſenti Majeſtatis Noſtræ annuentia conceſſione ſpeciali. Salvis Juribus alienis harum noſtrarum vigore & teſtimonio Litterarum.

85. Mathias Dei &c. Fidelibus Noſtris Magnifico T. de T. ac T. & T. ſalutem & gratiam. Expolitum eſt Majeſtati Noſtræ in perſonis Nobilium . T. & T. de T. quod quamvis Caſtellum Othok vocatum in Comatatu T. habitum ad eos Jure Hereditario per mortem condam Martini T. fratris ipſorum, utpote, cum quo & Caſtellum ipſum & omnia bona eorum habuiſſent communia, neque unquam inter eos aliqua facta fuiſſet diviſio condeſcenſa exſtitiſſet. Tamen diebus ſuperioribus Nobilis T. de T. primum, deinde Egregius T. de T. ac T. & T. filii ejusdem Caſtellum ipſum, tamquam per mortem & defectum Seminis dicti condam Martini Fratris ipſorum Exponentium ad Majeſtatem Noſtram Jure devolutum pro ſe donari & conferri per nos procuraſſent, atque ipſis Georgio & Johanne abſen. præfatam Do-

Digitized by Google

minam Genitricem ipſorum & per hoc etiam ipſos memoratus T. de T. & Filii ſui non obſervato Proceſſu Juris de ipſo Caſtello violenter ejeciſſent, & exclusiſſent in præjudicium & dampnum eorumdem Exponentium valde magnum. Cum tamen ſi ipſe T. & alii prædicti juridice, & juxta Regni conſuetudinem & Legem ſi per noſtrum & Capitularem homines in dominium ipſius Caſtelli introducti, & idem pro ſe ea Lege ſtatui facerent atque ipſos ob contradictoriam inhibitionem legitime in Curiam noſtram contra ſe evocari facere voluiſſent. Speraſſent ſe ipſi Exponentes Caſtellum ipſum non ad Noſtram Majeſtatem, & collationem, ſed ad eos omni Jure fuiſſe & eſſe devolutum comprobare poſſeque ſperarent etiam de præſenti, ſupplicatum itaque ex ſtitit Majeſtati Noſtræ ut eisdem Exponentibus ſuperinde opportunum Juris remedium dignaremur adhibere & quia nos Caſtellum ipſum memoratis T. & T. in tantum contulimus in quantum de jure potuimus nam alioquin nos donationem noſtram Juri alterius quod in eisdem expreſſa Clauſula ſalvum ſervamus præjudicari nolumus. Tum autem hoc alterum quia neminem de ſuis Juribus violenter & ſine debita juſtaque & legitima reviſione volumus excludi. Fidelitati igitur &c. quatinus acceptis præſentibus univerſis & ſingulis Nobilibus & alterius cujuscunque Status & conditionis poſſeſſionatis hominibus dicti Comitatus vicinis & Commetaneis præſcripti Caſtelli Othok ad unum certum & brevem terminum Sedis Judiciariæ illius Comitatus in eandem Sedem Judiciariam legitime convocatis, ab eisdem ad fidem eorum Deo debitam, Fidelitatem nobis & Sacro noſtro Dyademati obſervandam tacto dominicæ Crucis Signo per eos coram vobis ac T. & T. &c. Aliis abſente homine noſtro teſtimonio Capituli Eccleſiæ T. quod per ipſum Capitulum illac ad id præſentium Serie transmitti jubemus, hoc & id, utrum præfatum Caſtellum Othok ad præfatos Exponentes præmiſſo jure hereditario juxta Regni noſtri Legem & Conſuetudinem devolutum ſit, & devolvi debeat. Sique ipſi Exponentes præmiſſo modo de eodem recluſi ſint & ejecti an non, ſuo modo inquirere debeatis; & poſt hæc hujusmodi Inquiſitionis & atteſtationis ſeriem ad eandem fidem veſtram per vos & dictum Capitulum Majeſtati Noſtræ ſuo ordine reſcribi volumus & mandamus. Secus. Præſentibus.

86. Nos Mathias &c. Memoriæ commendamus, quod cum fidelis noſter Religioſus frater Emericus de Inſula leporum noſtram veniens in præſentiam in ſua, ac Conventus ejusdem Eccleſiæ ſuæ perſonis nobis exponere curavit in hunc modum. Quod licet alias ipſa Eccleſia beati Michaelis Archangeli per fundatores ſuos Reges Hungariæ noſtros ſcilicet prædeceſſores multis fuerit poſſeſſionibus prædiis & aliis celebribus dotationibus locupletata, propter tamen negligentiam

Digitized by Google

& injuriam Præpositorum & Conventus ejusdem Ecclesiæ plurimæ ex Possessionibus & Prædiis ac Juribus ejusdem Ecclesiæ & Conventus per diversos potentes & violentos usurpatores essent ab ea alienatæ, qui jam etiam se se alii donationibus & confirmationibus Regiis & titulis diversis, nonnulli vero iniquis Sententiis & Processibus ac qualiter taliter fulminatis institui procurassent, & quamvis malæ fidei possessores sint. Quia tamen Ecclesiæ præfatæ Jura & privilegia a tanto temporis spatio dormitaverunt, & interim illi possessores sine strepitu Juris & Litis tenuerunt cujus initii contrarium memoria hominum non comprehendit. Jamque nunc illas & illa tenentes & posfidentes nituntur in eisdem seipsos longævi temporis præscriptione ex Regum Regnique prædictorum decretis tueri. In animæ salutis ipsorum dispendium, ac dictæ Ecclesiæ periculum evidens & jacturam. Supplicans Majestati Nostræ idem Frater Emericus sua ut præfertur ac Conventus & Ecclesiæ personis prætactæ, & nominibus, ut ipsis de remedio superinde providere, ac Ecclesiam ipsam antiquis suis Juribus, & bonorum male alienatorum proprietatibus reintegrare dignaremur. Nos vero qui divina dispensatione ad fastigium hujus Regalis Dignitatis maxime propterea vocatos nos recognoscimus, ut Dei Ecclesias quarum veros nos & indubitatos patronos protectoresque profitemur. Justis earum antiquis Juribus quibus male destitutæ existerent potestate nobis divinitus humanitusque concessa reintegrare dignaremur ex singulari igitur donatione quam erga dictum beatum Michaelem Archangelum præpositum Paradisi, cujus meritis & intercessionibus tam in Cœlis, quam in terris nos semper foveri speramus gerimus & habemus, debitum etiam respectum habentes ad fidelium fundatorum ejusdem Ecclesiæ salubrem dotatam, & provisam, quæ pro refrigerio duntaxat animarum suarum & in spem consequendæ patriæ cælestis, quam sibi unusquisque de terrenis bonis parare studuit acta est & ordinata. Ne ergo hi piis eorum votis in finem fraudentur, decrevimus matura deliberatione præhabita ut ea quæ primævo fundationis tempore ejusdem Ecclesiæ, & alias semel ad divini cultus augmentum ordinata fuere a prophanis & peregrinis usibus Juris officio rursus fiant aliena & juxta desiderium fundatorum dotatorumque in Jus transeant Ecclesiæ supra dictæ. Supplicationem igitur præfati Emerici Præpositi Majestati Nostræ propterea porrectam favorabiliter inclinati eidem & Successoribus suis & Conventui prædicto duximus id annuendum & concedendum, ut ipsi conjunctim vel divisim omnes & singulas possessiones, portiones, prædia, & quæcunque alia Jura possessionaria, quas & quæ ipsa Ecclesia Præpositusque & Conventus sui vel ex primaria fundatione Regum, vel alio quocumque titulo & Juris proprietate olim habuissent, & possedissent, ac per prædictam negligentiam Præpositorum ejusdem, aut ex quibuscunque Causis & rationibus

Digitized by Google

ante centum ducentos & citra, vel ultra annos ab ipſis direpta qualitercunque ex longævi temporis præſcriptione alienata diſperſaque & in quorumcunque manibus haberentur. Dicta præſcriptione aut decretis Regum & Regni Generalibus & ſpecialibus deſuper editis, nec non aliis conſtitutionibus & ordinationibus per nos confirmatis harum in contrarium facientibus impedimentisque ceteris non obſtantibus, quibuscunque libera recaptivandi poſſeſſores earum ad Jus & Tribunal evocandi ac Jure mediante ſibi Eccleſiæque ipſorum prædicti reappropriandi, recuperandi, & reincorporandi ac reintegratas, reincorporatas, ſimulcum cunctis earundem, utilitatibus, & pertinentiis quibuslibet, inſtar aliorum Jurium ſuorum in perpetuum tenendi poſſidendi habeant omnimodam poteſtatis facultatem. Immo annuimus & concedimus præſentium per vigorem. Quod notitia vobis Reverendiſſimo in Chriſto Patri Domino Petro Archiepiſcopo Colocenſi, nec non perſonalis Præſentiæ Noſtræ in Judiciis Locumtenen. Item Magnificis Palatino & Judici Curiæ Noſtræ, veſtrasque in judicatu vicesgerentibus, ac Magiſtris Prothonotariis cunctisque aliis ipſius Curiæ & Regni Noſtri prædicti Judicibus & Juſtitiariis, Eccleſiaſticis & Secularibus præſentibus & futuris præſentium notitiam habituris harum ſerie &c. quatinus univerſas Cauſas & Lites quaslibet quæ ſuper prædictis poſſeſſionibus Juribus & Bonis Eccleſiæ præfatæ coram vobis movebuntur, ac ſi in eisdem ut præmiſſum eſt nunquam præſcriptio cucurriſſet. Servatis ſervandis ad inſtantiam dicti Fratris Emerici Conventusque præfati Succeſſorum ſuorum contra omnes eas, & ea detentores, prout ordo rationis & Juris dictaverit videre tractare adjudicare fineque debito terminare, atque debitæ tandem executioni demandare & demandari facere. Ipſosque in eisdem modis omnibus manutenere debeatis, robur fidem & teſtimonium præmiſſorum Secreto Sigillo Noſtro quo ut Rex Hungariæ utimur impendenti communiri fecimus, poſt earum lecturam ubique reddi jubemus præſentanti. Datum Budæ Anno.

87. Mathias Dei gratia &c. Fideli Noſtro Egregio T. ſalutem & gratiam diebus Superioribus cum plurimi ex Magnatibus & potioribus illius Regni noſtri T. ad Majeſtatem Noſtram veniſſent, intellexisſemusque tum ex eorum declarationibus, tum vero aliorum fidelium noſtrorum relatibus, illud Regnum noſtrum Turcorum incurſionibus continuis frequenter impulſari, certam cum eisdem de conſilio Prælatorum & Baronum noſtrorum fecimus diſpoſitionem, ut ipſi cum certo numero equitum uniçuique ſcilicet juxta ſuam facultatem deſignato parati ſemper eſſe, atque cum opus & neceſsitas poſtularet, fine cunctatione cum gentibus ſibi deſignatis omni tempore ad requiſitionem Bani noſtri pro illius Regni opportuna defenſione adeſſe debeant.

Digitized by Google

Nos vero eisdem ad singulum equitem annuatim singulos octo flor. auri solvere debeamus. Itaque etiam fidelitati tuæ firmiter præcipiendo mandamus, quatinus vilis præsentibus ratione Castrorum nostrorum apud manus tuas habitorum, & bonorum tuorum in illo Regno nostro existentium centum equites ad præmissam Regni nostri defensionem tenere & conservare, atque eos instar aliorum nostrorum, qui a nobis hanc habent dispositionem ad defensionem illius Regni nostri ad requisitionem Bani totiens, quotiens opportunum fuerit sine omni dificultate & mora dare & transmittere debeas. Nos autem ad eosdem centum equites, quemadmodum aliis, qui a nobis similem habent dispositionem annuatim præfatos singulos octo flor. auri persolvemus, & persolvi faciemus. Aliud ergo facere &c.

88. Mathias &c. Fidelibus nostris T. & T. &c. Salutem & gratiam. Quamvis superioribus diebus fidelem nostrum prudentem & circumspectum T. de T. Civem & Montanistam ejusdem Civitatis nostræ T. quibusdam ex causis & rationibus moti captivari feceramus ipsumque iisdem ex causis certo tempore in captivitate habuimus; tamen quia ipse T. super his rebus in quibus indignationem nostram incurrerat, cum per intercessionem & supplicationem nonnullorum fidelium nostrorum, tum vero per debitam concordiam nobiscum proinde initam rursus gratiam nostram promeruit. Nosque eidem omnia sua in nos utcunque commissa gratiose indulsimus, atque præterea ipsum pristino suo honori restituimus. Ob hoc fidelitati vestræ & cuilibet vestrum harum serie firmiter mandamus, quatinus a modo deinceps nullus omnino vestrum præfato T. sub pœna sex millium florenorum auri notam hujusmodi captivitatis fuæ, contra formam præsentis nostræ gratiæ per injuriam objicere valeat seu præsumat neque sit ausus quoquo modo præsentibus perlectis exhibenti restitutis. Datum.

89. *Littera pro dampnis.*

Nos &c. Significamus universis. Quod quia nos Egregium T. cum ducentis equitibus, & trecentis peditibus ad nostra assumsimus servitia. Ideo nos sibi talem fecimus dispositionem, quod quamdiu ipsum in servitiis nostris tenebimus ad unum quartale anni ad singulum unum equitum decem florenos ad singulum vero peditem singulos sex florenos auri dabimus de dampnis quoque suis justis & licitis sique in conflictu aut Seramantiis, vel illac quo nos aut Capitanei nostri mitteremus, vel mitterent susceperit respondebimus. Servitium autem suum durat a tertio die festi T. nunc venturi. Harum &c.

90. *Permutatio seu Concambium Possesionum.*

Nos &c. Memoriæ commendamus per præsentes quod fidelis noster T. ab una, parte vero ex altera T. de T. coram nostra personali

Digitized by Google

præſentia perſonaliter conſtituti idem T. de T. filiorum ſuorum ſpecie ſiquidem T. ſimiliter T. & T. filiorum ſuorum onera, & quælibet gravamina quoad infraſcripta in ſe aſſumen. ſunt confeſſi in hunc modum. Quod ipſi utriusque partis utilitate penſata in poſſeſſionibus eorum infraſcriptis talem inter ſe feciſſent permutationem. Quod præfatus T. poſſeſſiones ſuas T. & T. in Comitatu T. exiſtentes, præfato T. & ſuis heredibus, Ipſe vero T. poſſeſſiones ſuas T.T. in Comitatu T. habitas antefato T. & ſuis heredibus univerſis ac ſucceſſoribus pro prædictis poſſeſſionibus & in vim legitimæ permutationis & concambii dediſſent & contuliſſent jure perpetuo & irrevocabiliter tenendum, poſſidendum pariter & habendum. Totum & omne Jus quod ipſi & eorum alter ad prædictas poſſeſſiones habuiſſent, & in alterutrum transferendo aſſumſiſſet. Nihilominus idem T. Quod ſi ratione & prætextu dictarum poſſeſſionum ſuarum ipſum T. & heredes ſuos dotem & res paraſernales ſolvere opportuerit de medietate ſolvendum, hujusmodi ipſe T. & heredes ſui reſpondere deberent & tenerentur. Imo dederunt & transtulerunt ipſeque ad præmiſſa ſe obligavit coram nobis harum Noſtrarum &c.

91. *Filiæ Præfectio in Heredem Maſculinum.*

Nos &c. Memoriæ &c. Quod nos cum ad humillimæ Supplicationis inſtantiam fidelis noſtri T. per eum pro parte Nobilium puellarum T. noſtræ propterea porrectæ Majeſtati. Tum etiam pia intentione ad id inducti. Ne ipſas puellas temporum in proceſſu ſub tectis contingat divagare alienis easdem puellas T. in poſſeſſionibus T. in Comitatu T. exiſtentes habitas Juribus ſcilicet præfati T. Patris ipſarum in veros heredes & ſucceſſores maſculinos duximus inſtituendum, præficiendum, & creandum, inſtituimusque, præficimus & creamus, dictas poſſeſſiones T. memoratis puellis T. earundemque heredibus & poſteritatibus univerſis utriusque Sexus ſcilicet maſculini in perpetuam hereditatem adſcribendam. Et nihilominus totum & omne Jus noſtrum Regium, ſi quod in dictis Poſſeſſionibus qualitercunque haberemus, aut noſtrum ex quibuscunque cauſis viis modis, & rationibus concerneret Majeſtatem. Simulcum cunctis &c. præmiſſis ut præfertur ſtan. & ſe haben. animo deliberato & ex certa noſtra ſcientia ac Regiæ Noſtræ poteſtatis plenitudine præfatis puellis ipſarumque heredibus & poſteritatibus univerſis dedimus donavimus, & contulimus, imo damus donamus & conferimus jure perpetuo & irrevocabiliter tenendum poſſidendum pariter & habendum. Salvo Jure alieno. Harum noſtrarum &c.

92. *Jobagiones abducti reducantur ad priſtina habitacula.*

Mathias &c. Fidelibus noſtris Comiti vel Vice-Comiti & Judlium Comitatus T. Salutem & Gratiam. Exponit nobis Fidelis noſter T.

Digitized by Google

quomodo Nobilis T. de T. neſcitur qua de cauſa quosdam duos Jobagiones ipſius Exponentis T. & T. dictos, in dicta poſſeſſione ſua T. commoran. non habitis licentiis nec juſtis ipſorum terragiis depoſitis aliis etiam debitis ipſorum mimime perſolutis contra hujus Regni Noſtri Hungariæ conſuetudinem ad poſſeſſiones ipſorum T. & T. vocatas ſimul cum omnibus rebus & bonis ipſorum transduxiſſet moraturos potentia mediante. In grave præjudicium ipſius Exponentis, & damnum valde magnum. Super quo quatinus ſtatim receptis præſentibus ſcita prius præmiſſorum mera veritate prædictos T. & T. Jobagiones præmiſſo modo abductos ſimulcum prætactis univerſis rebus & bonis ipſorum iterum ad priſtina ipſorum habitacula cum Birſagiis in talibus fieri ſolitis & conſuetis reddere modis omnibus debeatis auctoritate noſtra præſentibus vobis in hac parte attributa &c.

93. *Ut Jobagiones abducti remittantur per abductorem ad priſtina.*

Mathias &c. Fidelibus Noſtris T. & T. ſalutem & gratiam: exponitur nobis in perſonis Fidelium noſtrorum T. & T. quomodo vos pridem quosdam T. & T. Jobagiones ipſorum Exponentium in Poſſeſſione T. vocata in Comitatu T. exiſtentes, commorantes non habita licentia &c. transduci feciſſetis moraturos in præjudicium. Supplicatum eſt Majeſtati Noſtræ ut ipſis circa hoc providere dignaremur & quia nos hujusmodi injuſtas Jobagionum abductiones per quempiam Regnicolarum noſtrorum committi & patrari commiſſaque & patratas ſimpliciter pertranſire nolumus fidelitati habita præſentium notitia anteſatos T. & T. Jobagiones præfatorum exponentium per vos ut præmittitur injuſte abductos ſimulcum prædictis rebus & bonis ipſorum annotatorum Exponentium remittatis ahoquin conmiſimus, & præſentibus firmius conmittimus fidelibus noſtris Comitibus vel Vice-Comitibus, & Judlium Comitatus prædicti ut ipſi ſcita prius ſuperinde mera veritate præfatos T. & T. ad præmiſſa ipſorum habitacula cum Birſagiis in talibus fieri ſolitis & conſuetis reducant, Auctoritate &c. Secus.

94. *Ut Jobbagio Areſtatus cum ſuis rebus dimittatur Antiq.*

Mathias &c. Fidelibus noſtris officialibus de T. ſalutem & gratiam. Exponit nobis Fidelis noſter T. de T. in ſua, ac Andreæ de eadem T. patris ſui perſonis admodum gravis querelæ quomodo vos quemdam Jobbagionem ipſorum Exponentium in dicta poſſeſſione T. vocata in Comitatu T. exiſten. conmoran. cum certis ſuis rebus & bonis ad inſtantiam cujusdam T. de T. minus juſte, & indebite detinuiſſetis, & ipſum Jobbagionem ſic detentum ad inſtantiam ejusdem T. judicare velletis & niteremini in præjudicium dictorum Exponentium &c. Cum autem antiqua & approbata Lege & conſuetudine

Regni

Regni noſtri Hungariæ prædicti requirente quivis Nobilis & homo poſſeſſionatus ſuos Jobbagiones & familiares inpoſſeſſionatos in quibuscunque cauſis demptis duntaxat furti homicidii, latrocinii, incendii & aliis cauſis publicis criminalibus per ſe judicandi liberam habeat facultatem. Ideo fidelitati. Quatinus receptis præſentibus dictum Jobbagionem annotatorum Exponentium cum omnibus ſuis rebus & bonis liberum abire permittere debeatis. Si qui etiam quicquam actionis contra ipſum Jobbagionem, vel annotatos exponentes habent vel habuerint hi, id in præſentia dictorum Exponentium, aut Comitum vel Vice-Comitum & Judlium dicti Comitatus T. legitime proſequantur, ex parte cujus vel quorum iidem exponentes vel Comites & Vice-Comites ac Judlium omni contra eundem Jobbagionem vel ipſos exponentes querulanti meri Juris & juſtitiæ, ac debitæ ſatisfactionis complementum exhibebunt, prout dictaverit Ordo Juris, ubi autem in præmiſſis ſecus feceritis extunc commiſimus & præſentium ſerie firmius commitimus ipſis Comitibus vel Vice-Comitibus & Judlium dicti Comitatus, ut ipſi ſcita prius præmiſſorum mera veritate, vos ad hoc faciendum per veſtra gravamina in talibus fieri ſolita artius compellant & aſtringant Auctoritate noſtra &c.

95. Ut Jobbagiones infra deſcenſum exercitus generalis ad aliorum Poſſeſſiones ſe transferri non debeant.

Mathias &c. Fidelibus noſtris univerſis & ſingulis Prælatis, Baronibus, Nobilibus, & alterius cujusvis ſtatus poſſeſſionatis hominibus quibus præſentes oſtenduntur ſalutem & gratiam. Exponit nobis Fidelis noſter T. de T. querulose quomodo nonnulli eſſent e medio Jobbagionum ſuorum, qui ex eo quod ipſe ratione omnium bonorum ſuorum juxta deliberationem Prælatorum ac Bonorum & Nobilium Regni noſtri in præſenti noſtro exercitu generali contra Turcos inducto exercituare debet ad veſtras poſſeſſiones.

96. Ut mittant Jobbagiones ad Poſſeſſionem tum antiqua.

Mathias &c. Fidelibus noſtris univerſis & ſingulis Nobilibus & alterius cujusvis ſtatus poſſeſſionatis hominibus Comitatus T. ſalutem & gratiam. Cum antiqua & approbata lege, & conſuetudine Regni noſtri requiren. quilibet Jobbagio ſeu Jobbagionalis Conditionis homo de quorumcunque poſſeſſionibus Nobilium habita licentia juſtoque terragio depoſito aliis etiam debitis plene perſolutis ad poſſeſſiones aliorum liberam habeat recedendi poteſtatis facultatem. Ideo Fidelitati &c. quatinus Jobbagiones, ſeu ruſticos veſtros qui ad poſſeſſiones Fidelis noſtri T. ſe transferre vellent moraturos habita licentia juſtoque terragio depoſito, aliis etiam debitis ipſorum plene perſolutis ire & recedere permittatis, & permitti faciatis, alioquin commiſimus & præſentium ſerie ſtrictius committimus Fidelibus noſtris Comiti,

Digitized by Google

vel Vice Comiti & Judlium veſtris ut ipſi vos & quemlibet veſtrum ad hoc faciendum cum Birſagiis in talibus fieri ſolitis artius compellant, & aſtringant. Auctoritate noſtra. Secus ergo non præſentibus.

97. *Cum antiqua Eccleſiaſticorum Virorum.*

Mathias &c. Fidelibus noſtris univerſis & ſingulis Prælatis Baronibus ſalutem & gratiam. Cum privilegiata libertas Eccleſiarum Regni noſtri id exigat, & requirat, ut Prælati, ſeu Rectores earumdem ſuos Jobbagiones & familiares inpoſſeſſionatos in poſſeſſionibus dictarum Eccleſiarum ſuarum conmoran. in quibuslibet cauſis demptis duntaxat furti, latrocinii, homicidii, incendii, ac aliis cauſis publicis criminalibus ipſimet judicandi habeant facultatem. Fidelitati, — quatinus Jobbagiones & familiares impoſſeſſionatos fidelium noſtrorum Præpoſiti & Capituli Eccleſiæ T. in quibuslibet poſſeſſionibus & portionibus poſſeſſionariis conmoran. in nullis cauſis exceptis ſolummodo præmiſſis judicare vel veſtro aſtare judicatui compellere, aut res & bona eorum in veſtris tenutis poſſeſſionibus honoribus & officiolatibus, ſeu veſtri in medio irrequiſita juſtitia areſtare, & areſtari facere non præſumatis. Sed ſi qui veſtrum contra eosdem vel aliquem eorumdem quicquam actionis vel quæſtionis habuerit id in præſentia eorum Dominorum Præpoſiti & Capituli aut officialium ſuorum exequatur Juris ordine obſervato, quod ſi ipſi domini Præpoſiti & Capitulum, ſeu Officiales eorumdem ad faciendum juſtitiam tepidi aut remiſſi exſtiterint, extunc non hi, contra quos agitur, ſed dicti Præpoſitus, & Capitulum, vel officiales eorum in noſtram, vel alterius Judicis eorum ordinarii præſentiam, per querulantes legitime evocentur, ex parte quorum per nos vel eosdem Judices ordinarios omnibus quærulantibus meri juris & juſtitiæ complementum exhibebitur dictante Juris æquitate. Secus præſentibus &c.

98. *Jus Regium.*

Nos &c. Quod Nos &c. exhibitis & impenſis, totum & omne Jus noſtrum Regium ſi quod in prædio T. vocato in Comitatu T. habito qualitercunque hactenus Majeſtatem Noſtram ex quibuscunque &c. Simul cunctis cum ſuis terris ſcilicet arabilibus ſub ſuis veris metis & antiquis exiſten. memorato T. ſuisque heredibus &c.

Quia vero juxta Decretum alias de Conſilio Prælatorum & Baronum Regni noſtri editum id manifeſte cautum eſt, nec quispiam bona impetrata quorum Statutioni contradictum extiterit occupare aliquo pacto debeat ſecus poſſeſſionem illorum Jus impetratum requirat contradictores vero infra unius anni revolutionem teneantur jura ſua, si quæ habere prætendunt in curia noſtra exhibere. Idcirco nos nolentes generali & publico Regni noſtri decreto derogari mandamus &c.

Digitized by Google

In Confirmationem

Non obſtante decreto tempore felicis coronationis noſtri edito in quo ſpecialiter cavebatur ut univerſæ litteræ & privilegia condam Domini Ladislai Regis & etiam noſtra ante felicem coronationem noſtram emanata infra unius anni revolutionem poſt coronationem noſtram ad confirmationem præſentari debuiſſent, alioquin invigoroſæ redderentur. Acceptamus approbamus &c.

99. *Protectionalis vita durante.*

Nos &c. Memoriæ commendamus per præſentes. Quod quia Fidelis noſter T. ſuper devolutione nonnullorum Caſtrorum ſuorum Majeſtati Noſtræ poſt mortem ſuam fieri deben. vigore certarum literarum ſuarum certam nobis inſcriptionem fecit. Ideo nos eundem ſimul cum omnibus Caſtris, Caſtellis, Villis, & Poſſeſſionibus ſuis quæ ad eum ſpectant ſub Noſtram Regiam protectionem recepimus, volumus eundem vita ſua durante, contra omnes illegitimos impetitores tueri & defenſare. Quapropter univerſis & ſingulis cujusvis ſtatus & conditionis hominibus in Regno noſtro H. & T. ac ejus pertinentiis ubilibet conſtitutis & conmoran. præſentes noſtras viſuris firmo noſtro Regio damus ſub edicto quatinus a modo in poſterum præfatum T. vita ſua durante in bonis & poſſeſſionibus ſuis quibusvis impedire vel quovis quæſito colore turbare vel moleſtare nusquam & nullo modo debeatis, quoniam ſiqui aliud contra eum quovis modo attemptaret. Nos ipſum contra omnes illegitimos impetitores defenſabimus & tenebimur Auctoritate Noſtra Regia & juſtitia mediante præſentibus.

100. *Alia Protectionalis.*

Mathias &c. Fidelis noſtris univerſis & ſingulis Capitaneis Belliductoribus præſentis exercitus noſtri, ac quibusvis gentibus noſtris tam ſcilicet equitibus, quam peditibus ubilib t in Marchionatu Moraviæ conſtitutis & conſtituen. ſignanter Capitaneo noſtro in Civitate conſtituto ſalutem & gratiam, quia nos habentes bonam affectionem erga religioſos & devotos fratres T. de T. qui his temporibus quam maxima & irrecuperabilia dampna in deſolatione clauſtri ac poſſeſſionum, & bonorum ſuorum ab Hæreticis Perfidisſimis ſuſceperunt. Ipſos Fratres & Conventum Monaſterii prædicti cælebem vitam in terris ducentes, ut ipſi tanto promptiores, & devotiores reddantur ad officia divina, quanto ſe a mundanis curis & tribulationibus conſpexerint liberiores ſimulcum univerſis bonis & poſſeſſionibus ipſorum ubilibet habitis in noſtram recepimus protectionem & tutelam ſpecialem, viceque & in perſona Majeſtatis Noſtræ veſtræ commiſerimus tuitioni. Ideo. quatinus a modo in poſterum præfatos fratres nec non

Digitized by Google

Poſſeſſiones & Jobbagiones ac bona eorum contra quoslibet illegitimos impet.tores, & ſignanter contra Hæreticos, acubi opus erit etiam contra vos & vobis adherentes protegere & manutenere debeatis noſtra in perſona & auctoritate præſentibus vobis &c. volumus præterea ut vos quoque ipſis fratribus in nullo noceatis, ſed potius eis auxilio adeſſe ſtudeatis tum Dei cui ipſi famulantur, tum noſtri ob reſpectum. Secus præſentibus.

101. *Defenſionalis.*

Mathias &c. Fideli noſtro T. S. & G. quia ut, ex querelis Nobilis Domini T. intelleximus Egregius T. de T. non contentus Juribus & terminis ſuis ipſam dominam contra diſpoſitionem inter eos factam in Juribus ejus multipliciter turbaret & impediret, ſæpiusque monitus nunquam ab impedimento ipſius deſiſtere curaſſet. Accepta igitur S. ejusdem Dominæ Majeſtati Noſtræ propterea facta, nolentes eam in ſuis Juribus per quempiam indebite vexari, defenſionem ejusdem Dominæ noſtra in perſona Fidelitati Veſtræ &c. duximus committendum, & committimus per præſentes mandamus vobis harum ſerie firmiter quatinus receptis præſentibus præfatam Dominam in univerſis bonis & Juribns ſuis contra præfatum T. de T. & alios quoslibet illegitimos impetitores protegere debeatis & defenſare auctoritate noſtra &c.

102. *Ut in Libertatibus ſuis conſervare debeant.*

Mathias &c. Fidelibus noſtris T. de T. S. & T. exponitur Majeſtati Noſtræ in perſonis providorum T. & T. quomodo vos in libertatibus ſuis per nos ipſis mediantibus aliis Literis noſtris datis & gratioſe conceſſis minime conſervaretis. Sed eos contra formam hujusmodi libertatum ipſorum impediretis & turbaretis, & cum nos ipſos exponen. in ſuis libertatibus volumus pacifice conſervare. Mandamus &c. quatinus receptis præſentibus præfatos exponentes in libertatibus ſuis per nos ut præfertur eisdem conceſſis non impediatis, ſed eos in eisdem libertatibus pacifice conſervare debeatis alioquin conmiſimus & præſentium ſerie ſtrictius committimus Fidelibus noſtris T. & T. ut ipſi vos ad ea facienda artius compellant & aſtringant. Auctoritate — Secus non — præſentibus &c.

103. *Ut Arbitri accedant ad Sedem Judiciariam & faciant faſſionem ſicut concluſerunt cauſſam ipſis præmiſſam.*

Mathias &c. Fidelibus noſtris Nobilibus T. & T. S. & G. Exponitur Majeſtati Noſtræ in Perſona T. quomodo pridem idem exponens ab una ac T. & T. ab altera partibus in quadam cauſa inter ipſos ratione cujusdam Sylvæ mota & verten. pariter cum aliis Nobilibus,

Digitized by Google

confociis ſcilicet veſtris in ipſorum ſpeciales arbitros & compoſitores elegiſſent vosque una cum eisdem confociis veſtris eandem cauſam arbitrative conportationem veſtris ſubmiſſam auditis ambarum partium prædictarum propoſitionibus, allegationibus & reſponſionibus tamquam veri & juſti arbitri fine debito terminaſſetis, & concluſiſſetis & quia adhuc cauſa in præmiſſa ſicuti, & quemadmodum ipſa arbitrativa compoſitio peracta exſtitit ut afferitur per vos & alios confocios veſtros multa certa relatio, & faſtio facta fore exſtitiſſet. Fidelitati &c. quatinus vos unacum aliis Arbitris & confociis veſtris cauſa in prætacta electi perſonaliter in Sedem veſtram Judiciariam ad unum certum terminum accedere, & quicquid cauſa in præmiſſa de eorundem voluntate concluſiſtis & determinaſtis, coram Comite, vel Vice-Comite & Judlium ceterisque Nobilibus Comitatus T. ſuo modo prout vobis conſtare videtur fateri, dicereque, & referre debeatis & aliud &c. Præſentibus &c.

104. *Præceptoria ſuper Interdicto Eccleſiaſtico.*

Mathias &c. Honorabilibus Dominis Vicario & Capitulo Eccleſiæ T. S. & G. exponunt Majeſtati Noſtræ Fideles T. & T. quomodo vos ad poſſeſſionem præfatorum exponentium T. prædictam, ac ad aliam poſſeſſionem T. de T. vocatam in Comitatu T. exiſten. habitam, quoddam injuſtum interdictum Eccleſiaſticum impoſuiſſetis importatoque hujusmodi interdicto Eccleſiastico populos & Jobbagiones ac hoſpites in eisdem conmoran. minus juste impediretis, vexaretis, adeo, ut multa corpora defunctorum in eisdem locis propter hujusmodi injuſtum interdictum Eccleſiaſticum inſepulta jacerent. Et quia nos negotium hoc per Fidelem noſtrum T. complanari mandavimus ideo quatinus receptis præſentibus ſi hujusmodi interdictum Eccleſiaſticum ad præfatas poſſeſſiones per vos minus juſte impoſitum eſt ab eisdem removere ac diſpoſitionem & complanationem ipſius T. cui commiſimus ut neutri partium Juribus præjudicari faciat eidem obedire debeatis, ſecus facere non præſumatis præſentibus.

105. *Idem.*

Expoſitum eſt Majeſtati Noſtræ &c. qualiter ipſum in quadam cauſa profana, ad inſtantiam quorumdam T. & T. de T. tui in præſentiam citari feciſſes. Et quia nos præfatum exponentem nullomodo volumus taliter per Te ad iniquas inſtantias vexari, præſertim cum cauſa illa in qua vexatur, omnino profana eſſe dicitur, mandamus committen. Si cauſa ipſa profana eſſe dinoſcitur te amplius ad eandem non ingeras ſed eam ſemper Judicio Fidelium noſtrorum Circumſpectorum Judicum & Juratorum Civium prædictæ Civitatis T. remittere debeatis. Quod ſi præfati T. & T. Judicio illorum contentari noluerint

Digitized by Google

poterit cauſa in perſonalem noſtram præſentiam appellari. Non enim volumus Cives noſtros pro quacunque levi & profana re in Sede Eccleſiastica vexari.

106. Nos &c. Memoriæ commendamus quod nos conſideratis imprimis fideliſtatibus, & fidelium ſervitorum gratuitis meritis fidelis noſt i Spectabilis ac Magnifici Martini de Dombo T. & T. Comitis, tum vero gratum haben. reſpectum ad illam diſpoſitionem quam nobiscum ſuper devolutione trium Caſtrorum ſuorum poſt mortem luam ad Noſtram Majeſtatem fieri deben. vigore Litterarum ſuarum Inſcriptionalium fecit, quorum prætextu cupientes ipſum Comitem Martinium favore noſtro proſequi gratioſo, ad fuæ humilimæ ſupplicationis inſtantiam nobis propterea oblatæ, id gratioſe duximus annuendum & concedendum immo annuimus & concedimus præſentium per vigorem ut temporum in proceſſu ſi quid donationis faſſionis vel collationis ipſe de bonis & poſſeſſionibus ſuis quas juſto juris ordine & titulo poſſidet cuipiam familiarium ſuorum pro ſervitiis ipſorum fecerit, vel etiam ſi aliquid de bonis & poſſeſſionibus ſuis ob refrigerium animæ ſuæ in perpetuam Elemoſinam Eccleſiis vel altaribus largitum fuerit, demptis ſolummodo præfatis tribus Caſtris, quæ nobis ſimul cum omnibus eorum pertinentiis per litteras ſuas Inſcriptionales ſine præjudicio Juris noſtri Regii libere fateri donare & conferre valeat, atque poſſit. Cui quidem faſſioni donationi & collationi ſive largitioni per dictum Comitem juſte tamen & rationabiliter fien. ex nunc ſicuti extunc, & extunc ſicuti exnunc noſtrum Regium conſenſum præbuimus, *imo* præbemus benivolum pariter & aſſenſum. Salvis ſemper Juribus alienis. Harum noſtrarum vigore & teſtimonio &c.

107. *Annuen. Sigilli.*

Mathias &c. Ad perpetuæ rei memeriam cum debito ſit Principibus Catholicis utilitatibus Eccleſiarum Dei a quo omnes conceduntur & conſervantur Principatus diligenter conſulere ut Dei Miniſtri temporalibus rebus bene proviſi divinis obſequiis commodius vacare poſſint. Igitur nos accepta ſupplicatione fidelis noſtri T. per eum nobis propter hoc oblata præcipue ob devotionem noſtram quam in beata Virgine & Martyre Margaretha in cujus nomine & honore Monaſterium Fratrum Ordinis Sancti Benedicti in Villa Bela conſtructum eſt habemus ſpecialem eidem Monaſterio & conventui fratrum in eodem pro tempore conſtitutorum animo deliberato & ex certa noſtra ſcientia Prælatorumque & Baronum noſtrorum conſilio ad id accedendum. Sigillum cum ſcriptura Imaginis ejusdem Virginis & Martyris Margarethæ, ac circumferentiarum ad idem Sigillum aptarum in Argento vel in Cupro aut alio ad id apto metallo parandum &

Digitized by Google

fabricandum duximus annuendum & concedendum decernen. ut ipſe Comitatus prædicti Monaſterii ipſo Sigillo quod in perpetuum autenticum eſſe volumus, uti ac inſtar aliorum Conventuum & Capitulorum ſigilla autentica habentium cum prædicto ſigillo per nos conceſſo litteras teſtimoniales cauſales & alias quaslibet impenden. vel in appreſſo ſignare, & communire ac in Comitatibus Criſien. & de Poſega teſtimonium ſuum ad Inquiſitiones Atteſtationes & omnes alios proceſſus facien. ac executiones qualescumque, & quarumcunque litterarum negotiorumque ut ceteri Conventus & Capitula Regni noſtri mittere, litteras etiam ſuperinde neceſſarias & legitimas ſub eodem ſigillo omnibus quibus opportunum erit dare & conferre conficere, ac demum eadem libertate in daudis litteris & aliis rebus quibus ceteri Conventus ſeu Capitula de Jure, vel de Conſuetudine utuntur uti valeant, atque poſſint. Nos autem nihilominus omnes litteras, quæ per ipſum Conventum ſub ſigillo prædicto quibuscunque legitime conceſſæ fuerint præſentibus auctoriſante, tanti vigoris eſſe decernimus quanti aliorum Conventuum & Capitulorum literæ habentur. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam præſentes conceſimus litteras noſtras ſigilli noſtri Secreti munimine roboratas. Datum Budæ. In Anno ejusdem Domini &c.

108. *Annuent. Civitati ut cum Viridi cera ſigillet.*

Nos memoriæ commendamus, quod nos ex provida Circumſpectionis Noſtræ Regiæ induſtria cujus ex debito intereſt ſuorum ſubditorum meritis in illis præcipue quæ eorum utilitati videntur provenire honore promptam afferre benevolentiam confiderantes igitur & attenden. multifaria gratæ fidelitatis puritatem ac integræ devotionis conſtan. fidelium noſtrorum univerſorum Civium Civitatis noſtræ T. quam ſemper & continue ut a certo edocti ſumus a non parvorum imo plurimorum retroactorum temporum curriculis, præſertim vero quo illi ſcelerati Huſzitæ & Roboritæ ſuperiores partes Regni noſtri multiplicibus invalionibus damnorum illationibus Civitatumque ac Oppidorum & Villarum combuſtionibus deſolabant, depredabantque, & ad Regiam Majeſtatem & per conſequens Sacram Regni Noſtri Hungariæ Coronam in variis tribulationibus conſtituti illibate habuerunt, & conſervarunt, proinde volentes eos veluti benemeritos Regiæ munificentiæ dono ampliori honore decorare, ut ſicuti hactenus ſic & de cetero ſinceriores fidei Zelo, & ferventi promptitudine incaleſcunt. Ipſis & eorum poſteris hanc ſpecialis noſtræ gratiæ prærogativam dandam duximus & conferendum. Ipſisque annuimus per præſentes ut iidem a modo perpetuis ſemper ſucceſſivis temporibus univerſis ſigillo eorum Civitatis prænotatæ quo ad præſens utuntur univerſas & quaslibet litteras quacunque de cauſa in eorum medio emanandas cera coloris

Digitized by Google

viridis figillare hujusmodique figillo in cera ipsa quibuscunque litteris ipsorum appenso, seu appresso proinde & precise sicut litteris seu figillo aliarum Civitatum nostrarum coloris similis in figillo utentium vigor & fides adhibeatur ac adhibere debeat effective. Harum nostrarum &c.

109. *Annuen. Oppidanis ut Molendinum erigant.*

Nos memoriæ commendamus. Quod nos tum ad humilimæ supplicationis &c. tum etenim, imo potissime pro uberiori commodo & utilitate eorumdem Civium ut ipsi nostrum favorem sibi affuisse sentiendum sicuti numero, sic non minus fidelitate augeantur. Eidem id grutiose annuendum duximus & concedendum. Imo annuimus & concedimus præsentium per vigorem ut ipse in fluvio T. juxta dictum Oppidum nostrum decurren. intra terminos scilicet ejusdem Oppidi ubicunque maluerint, eisque convenientius videbitur absque tamen quorumvis præjudicio unum molendinum construen. & de novo erigen. & juxta idem molendinum aut in alio loco aptiori prætacto fluvio aut secus fluvium ipsum modo simili sine aliorum præjudicio unam piscinam laboran. pro se aggeribusque & aliis ad eandem necessariis fortifican. & decoran. Eandemque constructum & erectum hujusmodi molendinum scilicet ipsam piscinam laboratam ipsi Cives eorumque posteritates pro utilitate dicti Oppidi perpetue conservandi, possidendique & eisdem utendi fruendi liberam & securam habeant facultatem & omnimodam potestatem. Ex præsenti nostra annuentia & concessione speciali semper tamen sine præjudicio aliorum. Harum nostrarum vigore & testimonio litterarum mediante. Datum Budæ.

110. *Annuentia Vadi.*

Nos memoriæ commendamus, quod nos attentis & consideratis, eisdem id de mera nostræ potestatis Regiæ plenitudine ac gratia speciali annuendum duximus & concedendum. Imo annuimus & concedimus per præsentes ut ipsi circa possessionem ipsorum T. vocatam in Comitatu T. existi. secus fluvium Danubii sitam in & super eodem fluvio Danubii vadum seu transitum navalem instituere navibusque ac cimbis & Carinis ac aliis ad ipsum vadum correquisitis instrumentis fulcire ac ubi homines cujuscunque status transfretare volentes. Item animalia resque quaslibet hincinde dum necesse est transfretari facere, & tandem hujusmodi vadum sic institutum ipsi eorumque successores & heredes sub illis libertatum prærogativis proventibusque & emolumentis ac tributis, quibus cetera vada in eodem fluvio existentia tenentur, & gubernantur perpetue tenere & gubernare possidere & habere valeant atque poslint. Illo tamen modo ut proventuum & emolumentorum ejusdem vadi duæ portiones

Digitized by Google

tiones T. tertia vero portio T. perpetuis ſemper ſucceſſivis temporibus habeantur & recipiantur, absque tamen vadorum & Jurium aliorum præjudicio. Quocirca vos univerſos & ſingulos cujuscunque ſtatus & conditionis homines tam ſcilicet mercatores, quam alios quovis viatores affidamus & aſſecuramus quatinus a modo in poſterum per præfatum vadum per nos circa dictam poſſeſſionem T. ſuper fluvio Danubii prænotati inſtitutum ſemper temporibus ſucceſſivis univerſis hinc inde libere & absque omni formidine rerum & perſonarum veſtrarum transvadetis proceratis & tranſeatis ſub noſtra protectione & tutela ſpeciali, & hoc volumus per fora & alia loca publica palam facere proclamari.

111. *Annuentia Tributi.*

Nos memoriæ commendamus &c. Quod eisdem id gratioſe duximus annuendum, & concedendum, annuimusque & concedimus perpræſentes, ut ipſi in illa Civitate noſtra T. ubi eis melius & competentius videbitur Rotam in ſignum exactionis Tributi erigere, Tributumque juſtum & conſuetum ab omnibus mercatoribus & negotiatoribus eo venientibus perpetuis ſemper ſucceſſivis temporibus exigere & exigi facere valeant atque poſſint. Ita tamen quod ipſi Cives noſiri pontes ipſos debito modo ac cum bona & ſtabili firmitate in omnibus locis neceſſariis in ipſa Civitate noſtra exinde propriis ſuis laboribus & expenſis continuo tenere debeant, & conſervare. Absque tamen præjudicio tributorum aliorum. Quocirca vobis præfatis mercatoribus & negotiatoribus hominibus ad ipſam Civitatem noſtram venientibus præſentium notitiam habituris firmiſſime præcipimus & mandamus quatinus dum & quando, ac quotienscumque cum rebus & bonis veſtris mercimonialibus ad ipſam Civitatem noſtram locum ſcilicet exactionis dicti tributi perveneritis, extunc verum & juſtum tributum de dictis rebus & bonis veſtris juxta qualitatem & quantitatem earundem ſecundum conſuetudinem Regni noſtri in talibus obſervari ſolitum exactoribus hujusmodi Tributum perſolvere debeatis & aliud facere non præſumatis. Præſentes autem pro noſtra. quas &c.

112. *Areſtum.*

Mathias &c. Fidelibus noſtris &c. Exponit nobis fidelis noſter T. quomodo ipſe alias T. certam ſummam florenorum auri ſub ſpe reſtitutionis accomodaſſet, quas idem ad ſæpiſſimas petitiones ejusdem hucusque minime reſtituere curaſſet, & nec curaret etiam de præſenti in præjudicium T. & T. Supplicatum itaque extitit nobis per eundem, ſibi per nos de remedio providere opporutune. Et quia nos ſicuti neminem regnicolarum noſtrorum, ſic nec ipſum Exponentem ſuis juſtis rebus & bonis per quempiam dampnificari volumus: Ideo

Digitized by Google

fidelitati veſtræ, & cujuslibet veſtrum harum ſerie firmiter committimus & mandamus quatinus dum & quando, ac quotienscumque per eundem T. præſentibus fueritis requiſiti ſeu alter veſtrum fuerit requiſitus, extunc univerſas res & bona tam ipſius T. quam hominum Jobbagionumque, & familiarium ſuorum quas & quæ in poſſeſſionibus veſtris reperire poteritis, ad inſtantiam ejusdem T. areſtare, & in areſto tam diu tenere, & conſervare debeatis, donec annotato T. de prædicta florenorum auri ſumma juxta ſuas legitimas comprobationes, & ejusdem documenta ſatisfactum fuerit quoad plenum. Secus non — præſentibus perlectis.

113. *Annuentia Jurispatronatus.*

Mathias &c. Fideli noſtro Venerabili Domino T. Præpoſito Budenſi Secretario noſtro ſalutem gratiamque Noſtram Regiam & optati favoris incrementum, commendabilis providentia & rerum gerendarum ſagax maturaque proviſio ac ſolers diligentia, quibus geſtæ res tuam perſonam valde apprime commendant inſignitam, nos inducunt ad favores ſingulariter tibi exhibendos. Sperantes tua ſolicitudine diſcreta, tales ad beneficia Eccleſiaſtica per te eligi debere, quorum induſtria res Eccleſiæ eis commendandæ ſicut in temporibus multo melius efficatiusque in ſpiritualibus debite poſſint gubernari, de conſilio Prælatorum, & Baronum noſtrorum tibi annuimus, & præſentium ſerie concedimus gratioſe, ut interim quoadusque vixeris, & dictæ Eccleſiæ Budenſis fungeris Præpoſitura ad omnes dignitates perſonatus Canonicatusque & præbendam Rectoratus altarium, nec non ad omnia alia, & ſingula beneficia Eccleſiaſtica, in dicta Eccleſia Budenſi & ejus Jurisdictione exiſten, nunc vacantia & in futurum vacatura, etiamſi talis ſit præbenda quæ major eſſet poſt Præponſituram auctoritate Jurispatronatus noſtri Regalis, quam nos tibi damus & præſentibus pleniſſime concedimus Perſonas bene meritas & idoneas eligere & nominare, ac eadem eisdem conferre poſſis atque valeas. Harum Noſtrarum Literarum quas in memoriam rei munimine pendentis & auttentici duplicis Sigilli noſtri roborari fecimus vigore & Teſtimonio mediante.

114. *Annuentia Jurispatronatus.*

Mathias Fideli noſtro T. Præpoſito Eccleſiæ Albenſis ſalutem & gratiam cum favore, licet plerumque in diſponendis & conferendis beneficiis Eccleſiarum Regni, quarum Collatio ad nos pertinet vices noſtras illi committere, quos ſicuti probitas evidens ſit & maturitas animi, & diſcreta ſcientiarum elegantia divinitus prædecorat ut eorum circumſpectione provida quævis diſpoſitio eorumdem commendabili modo obſervato electis idoneis perſonis ad honorem Dei & noſtrum

Digitized by Google

beneplacitum profectumque Ecclesiæ & fidei ordinetur vobis igitur quos sicuti alta scientiarum elegantia, sic non minus moribus vita & virtutibus, & nihilominus animi maturitate & discretione provida palpabili experientia agnovimus præsignitos ut salubrius & melius Prælaturæ officium in ipsa Ecclesia T. exercere valeatis hanc facultatis potestatem duximus concedendam. Imo concedimus & tam diu, donec dictæ Ecclesiæ fruimini Prælatura & Præpositura universas dignitates Ecclesiasticas personatus & beneficia videlicet Lectoratum, Cantoratum, Custodiam ac universos Canonicatus & præbendas Rectoratusque altarium in dicta Ecclesia T. & sub ejus Jurisdictione ubicunque habitas deinceps quoque, & per quemcumque modum vacaturæ personis idoneis & benemeritis, quibus dignum vobis videbitur auctoritate semper nostri Jurispatronatus Regalis, vobis præsentibus effective concessa, conferre, & de eisdem providere & jus cujuslibet dispositionis earum, seu earundem vos habere posfitis & valeatis. Harum vigore & testimonio literarum mediante.

115. *Annuentia Minerarum.*

Nos memoriæ commendamus Tenore præsentium quod licet generale Regum officium sit, liberalitatis dono suæ unumquemque prosequi subditorum. Illos tamen majoribus altioribusque donis, & clarioribus titulis Regalis extollere debet munificentia qui non solum generositate sanguinis, sed & uberioribus meritis excellentiora præmia meruerunt. Debitum itaque respectum haben. ad integerrimam fidem, inclytas virtutes, & præclara merita fidelis nostri sincere dilecti Magnifici Ladislai de Gara, dicti Regni nostri Hungariæ Palatini, qui sicuti claritate sanguinis qua nobis proxima linea attinet sic & multimodis temporibus suis virtutibus & obsequiis merito se præteritis reddidit honoran. Nam sicuti primogenitorum sui patrum nostrorum temporibus, sic & ipse tempore nostro prudentibus consiliis & potentibus actibus status Regii semper conservatores fuere & columpna adeo, ut etiam inter alios fideles nostros maxime dilecti Ladislai Palatini industria & cooperatione Regni Nostri Hungariæ nobis fideliter reddita sit possessio, totaque natio & respublica ipsius Regni Nostri Hungariæ sublatis internis scismatibus, & Civilibus bellis, quæ antea & voluntates & mentes eorum non solum a se se verum etiam ab obedientia nostra distraxerant concorditer nos naturaliter eorum Regem & Dominum recognoverunt & susceperunt cum effectu. Volentes itaque viro tot meritis claro aliquem favoris vicem rependere eidem de gratia speciali, & meræ potestatis nostræ plenitudine id duximus annuendum & concedendum, imo annuimus & concedimus præsentium per vigorem, ut ipse suique heredes & posteritates universæ ubicunque in montibus tenutis, territoriis, Castrorum, Civita-

Digitized by Google

tum, Oppidorum, Poſſeſſionum, & villarum ſuarum ubilibet intra ambitum dicti Regni Noſtri Hungariæ & partibus ſibi ſubjectis habitarum mineras Auri & Argenti Cupri, Ferri, Plumbi, ſtamni & aliorum quorumcunque metallorum reperire & invenire poterit, eas aperire, fodere, colere, laborare, aperirique fodi, coli, & laborari facere, univerſosque fructus, proventus, & quaslibet utilitates ex hujusmodi mineris Auri, Argenti, Cupri, Ferri, plumbi, Stamni & aliorum metallorum prædictorum provenientium perpetuis ſucceſſivis temporibus univerſis percipere valeant atque poſſint. Ex præſenti noſtræ Majeſtatis annuentia & concesſione ſpeciali. Salvis Juribus alienis — Harum —

116. *Minerarum.*

Mathias &c. ad futuram rei memoriam præclara virtus eſt in Principibus, ſi dignos viros præmiis honorant, ſi Eccleſiarum Dei curam gerunt, & ubi poſſunt utilibus eas dotare curant privilegiis. Quorum altero ſuos ad obſequia faciunt promptiores; altero vero Deum ipſum ſibi propitium conciliant. Proinde nos attendentes virtutes merita & ſimul ſervitia fidelis noſtri dilecti Reverendi in Chriſto patris, & domini Johannis Epiſcopi Eccleliæ Quinque Eccl. qui ſicuti altæ peritiæ eſt, ita virtutibus præditus, Curiæ noſtræ decus & ſplendorem addere ſemper ſtuduit, ſtudetque opportune nobis obſequen. Ipſe enim non parcens perſonæ & ſumptibus ſuis, nunquam neglexit quæ vel honori noſtro, vel patriæ debeat exhibere. Habentes etiam ſpecialem devotionem ad Beatum Petrum Principem Apoſtolorum. In cujus nomine dicta Eccleſia Quinque Eccleſienſis per Sanctum Stephanum Regem fundata eſt, cujus precibus tam in Cœleſti, quam terrena felicitate adjuvari ſperamus. Eidem Domino Johanni, & dictæ Eccleſiæ ſuæ, ac ſuis Succeſſoribus Epiſcopis uuiverſis. Id de gratia ſpeciali, & de plenitudine Noſtræ Reglæ poteſtatis ex noſtra certa ſcientia duximus annuendum & concedendum, ut ubicunque in terris & in montibus aut quibuscunque locis dictæ Eccleſiæ Quinque Eccleſienſis Mineræ Auri & Argenti, ac aliorum quorumcunque, & qualiumcumque metallorum quocunque tempore reperiri & inveniri poterint eas ipſe Dominus Johannes Epiſcopus & dicti ſui ſucceſſores aperiri, coli, & laborari facere, proventus quoque eorundem univerſos, & urburas pro eorundem, & dictæ ipſorum Eccleſiæ utilitate percipere ac eisdem mineris præciſe ſub eisdem libertatibus, quas in talibus Eccleſia Váradienſis habet, perpetuis ſemper ſucceſſivis temporibus uti & frui valeant. Imo annuimns & concedimus Harum Litterarum, &c.

117. *Annuentia cum Conſenſu ſuper Coneambio beneficiorum.*

Significamus tenore præſentium præſentibus & futuris harum notitiam habituris quibus expedit uni verſis: quod nos inducti vita virtute

Digitized by Google

morum honeſtate ac aliis nonnullis virtutum Judiciis fidelis noſtri Venerabilis T. Præpoſiti Eccleſiæ T. quibus ipſum non vulgari quidem, ſed bonorum fidelium noſtrorum teſtimonio notabili novimus inſignitum permutationem ſuæ Præpoſituræ cum fideli noſtro Venerabili T. Cantore & Canonico Eccleſiæ Quinque Eccleſienſis per eosdem Cantoratum & Canonicatum, tum ex eo, quod hujusmodi Cantoratus & Canonicatus juxta & prope hereditates bonaque & poſſeſſiones genitorum ac cognatum præfati T. exiſtere aſſeruntur. Tumque juſtis & rationabilibus ex cauſis animum ſuum moventibus, coram nobis factam dummodo ipſa permutatio rite & legitime, ac ſine omni ſimoniaca pravitate facta fuerit. Ratam, gratam, & acceptam haben. hujusmodi permutationem noſtrum Regium conſenſum præbuimus. Imo præbemus benivolum pariter & aſſenſum nihilominusque & nos præfatum T. exigentibus ſuis virtutibus ſuperius expreſſis ad præfatum Cantoratum & Canonicatum duximus pleno & efficaci Jure eligendum nominandum ac ſibi conferendum præſentium per vigorem. Quocirca vobis fideli noſtro Reverendo Domino Sigismundo electo & confirmato Eccleſiæ Quinque Eccleſienſis præfatæ vel veſtro Vicario in Spiritualibus, & Cauſarum auditori generali, nec non honorabilibus Dominis de Capitulo firmiſſimo noſtro Regio damus in mandato, quatinus vos Dominæ Epiſcope, annotatum T. & neminem alium in præfatis Cantoratu, & Canonicatu Auctoritate veſtra ordinaria conſervare ſeu conſervari facere, vos vero Capitulum, eundem in & ad realem actualemque & corporalem poſſeſſionem hujusmodi Cantoratus & Canonicatus, ſervatis de Jure ſervandis aſſumere & admittere, Stalloque ſibi in Choro, & vocem Capitulo cum omni plenitudine Juris ut moris eſt, aſſignatis de univerſis quoque proventibus redditibus ac obventionibus & emolimentis eorundem Cantoratus & Canonicatus ſibi integraliter reſpondere, per hos quorum intereſt vel intererit reſponderi faciatis, modis omnibus debeatis & teneamini temporibus ſemper opportunis, Secus nullomodo facturi. Præſentibus perlecis —

118. *Super Præpoſitura.*

Quatinus receptis præſentibus, præfatum Magiſtrum T. facta inter eos hujusmodi permutatione in dicta Præpoſitura auctoritate veſtra ordinaria canonice inſtituere & confirmare debeatis. Committen. honorabilibus Dominis de Capitulo præfatæ Eccleſiæ T. ut ipſi eundem T. in præpoſitum ipſorum recipere, eique in omnibus licitis & conſuetis debitam reverentiam obedientiam & honorem exhibere debeant. Secus non facturi, præſentibus perlectis exhiben. &c.

119. *Conſenſus ſuper reſignatione Abbatiæ.*

Nos memoriæ commendamus &c. univerſis, quod diſcretus T. noſtræ Majeſtatis veniens in conſpectum, expoſuit eo modo quomodo

Religiosus Frater T. Abbas matura intra se deliberatione præhabita Abbatiam suam T. prædictam, simulcum universis suis pertinentiis ipsi T. presbitero pace & simpliciter, ac absque omni Simoniaca pravitate resignare proposuisset, atque vellet dummodo consensus noster Regius sibi in hac parte præberetur & assensus. Supplicatum itaque extitit Majestati nostræ tam per ipsum T. Presbyterum, quam etiam per certos alios fideles nostros pro parte ejusdem ut hujusmodi resignationi per dictum T. Abbatem ut præfertur fiendæ nostrum Regium consensum pariter & assensum præbere dignaremur. Nos itaque talismodi supplicationibus pro parte præfati T. Presbyteri nobis modo quo supra porrectis pie exauditis clementer & admissis præmissæ resignationi per annotatum sien. T. de dicta Abbatia rite & legitime fiendum nostrum Regium consensum benivolum præbuimus pariter & assensum imo præbemus harum nostrarum vigore & testimonio literarum mediante. Datum Budæ. In Anno Domini &c.

120. *Consensus super impignoratione Castri.*

Memoriæ commendamus &c. Quod fidelis noster Egregius Johannes T. de T. nostrum personaliter veniens in conspectum declaravit in hunc modum: quomodo ipse Castrum T. vocatum in Comitatu T. habitum quod per nos ei pro tribus millibus florenis auri quibus scilicet nos eidem pro Sallario suo obligabamur usque tempus redemptionis mediantibus litteris nostris aliis inscriptum fuerat. Nunc pro evitandis certis necesitatibus ipsum ad præsens urgentibus fideli nostro Thomæ T. pro eisdem tribus millibus florenis auri, simulcum omnibus suis pertinentiis ac proventibus, & utilitatibus quibuslibet ad ipsum Castrum ab antiquo spectantibus modo similiter usque tempus redemptionis ejusdem inscripsisset & impignorasset. Supplicavit igitur præfatus Johannes T. Majestati Nostræ, ut hujusmodi inscriptioni, & impignorationi nostrum Regium consensum præbere dignaremur; unde nos cum accepta supplicatione hujusmodi tum vero attentis, & consideratis &c. exhibitis & Coronæ præscriptæ inscriptioni & impignorationi quantum in dictis tribus millibus florenis auri facta exstitit nostrum Regium consensum præbuimus, imo præbemus benivolum pariter & assensum. Ita tamen quod dum & quandocumque Nos vel Successores nostri Reges præfatum Castrum a manibus dicti T. vel heredum suorum redimere voluerimus vel voluerint, extunc idem Thomas, vel sui heredes rehabitis dictis tribus milibus florenis auri præfatum Castrum simulcum pertinentiis suis prædictis omni semoto subterfugio nobis vel successoribus nostris Regibus remittere debeant & teneantur. Harum nostrarum Literarum vigore. &c.

Digitized by Google

121. *Donatio Sesfionis.*

Nos &c. Memoriæ commendamus &c. Quod nos conſideratis fidelibus & fidelium ſervitiorum meritis & acceptabilibus complacen. quibus fidelis noſter T. locis & temporibus ſummo incumben. nobis & Sacro noſtro Regio diademati non parcendo rebus & perſonæ juxta ſuæ posſibilitatis exigentiam ſtuduit complacere, ratione quorum licet ipſe talis T. a Noſtra Majeſtate longe majora antidotorum præmia mereretur. In aliqualem tamen ſuorum ſervitiorum recompenſam eidem quandam Sesſionem in poſſesſione T. in Comitatu T. exiſten. habitam, quæ condam T. fine heredibus ab hac luce defuncti præfuiſſe & ex eo juxta Regni conſuetudinem ad manus noſtras Regias rite devoluta eſſe aſſeritur. Simulcum univerſis ſuis utilitatibus & pertinentiis ac ædificiis quibuslibet ad eandem de Jure ſpectantibus, quovis nominis vocabulo vocitatis ſub ejusdem veris metis, & terminis quibus eadem per antefatum condam T. tenta fuit & poſſeſſa. Auctoritate noſtra &c. prælibato T. ſuisque Heredibus & poſteritatibus univerſis dedimus, donavimus, & contulimus. Imo damus, donamus & conferimus Jure perpetuo & irrevocabiliter tenendam poſſidendam pariter & habendam. Salvo Jure alieno præſentium patrocinio mediante. Quas in formam noſtri privilegii redigi faciemus, dum nobis in ſpecie fuerint reportatæ. Datum.

122. *Statutoria loquens civitati.*

Mathias &c. Fidelibus noſtris Circumſpectis Judici, Juratis, ceterisque Civibus Civitatis noſtræ T. ſalutem & gratiam. Cum nos pro fidelibus ſervitiis fidelis noſtri T. per eum nobis exhibitis & impenſis quandam Sesſionem &c. vigore aliarum literarum noſtrarum Donationalium exinde confectarum imperpetuum contulerimus, velimusque eundem in dominium ejusdem per vos juxta morem & conſuetudinem veſtræ Civitatis introduci, fidelitati igitur veſtræ firmiter præcipien. mandamus, quatinus præfatum T. aut ejus procuratorem legitimum in dominium ejusdem Sesſionis, ac cunctarum utilitatum annotati condam T in præfata poſſesſione T. habitarum juxta morem & conſuetudinem ejusdem Civitatis introducere, & eandem ac easdem eidem per eundem perpetue poſſidendum ſtatuere litterasque veſtras ſuper ſtatutione præmiſſa ipſi neceſſarias in forma debita & conſueta extradare & emanari facere modis omnibus debeatis. Secus non facturi &c.

123. *Donatio Poſſesſionis.*

Nos &c. Memoriæ commendamus &c. Quod fidelis noſter T. & T. Noſtræ Majeſtatis veniens in conſpectum propoſitis eorum fidelitatibus & fidelium ſervitiorum gratuitis meritis & virtuoſis complacen-

Digitized by Google

quibus ipſi Nobis & Sacro Noſtro Regio Diademati, ſub locorum & temporum diverſitate, & ſignanter proxime præteritis diſturbii temporibus Regni noſtri cum ſumma fidelitatis conſtantia non ſine perſonarum eorum diſcrimine, & ſanguinum effuſione ſe & ſuis fortunæ caſibus pro noſtri honoris incremento ſubmitten. per lamentabilium operum efficaciam ſedulo & intepide ſtuduerunt complacere, anhelansque in futurum eo ferventius ſe gratos noſtræ offerre Majeſtati. Quasdam Poſſeſſiones T. & T. in Comitatu T. exiſten. quæ condam T. absque heredum ſolatio ab hac luce decedentis præfuiſſe & ex eo Regni conſuetudine approbata ad manus noſtras Regias rite devolutæ fore perhibentur a Noſtra Majeſtate ſibi ipſis perpetuo dari & conferri poſtularunt. Unde nos, qui ex innata nobis Regia Liberalitate cunctorum nobis obsequentiorum merita, & actus virtuoſos animo metiri, exindeque pro qualitate meritorum eosdem proſequi gratioſis & præmiis ſolemus decorare donativis, prætitulatas poſſeſſiones T. & T. ſimulcum cunctis ſuis utilitatibus & pertinentiis, & ſignanter terris arabilibus cultis & incultis agris, paſcuis, pratis, ſenetis, campis, ſilvis, nemoribus, montibus, vallibus, vineis, vinearumque promontoriis, aquis, fluviis, piſcinis, piſcaturis, molendinis, molendinorumque locis, & generaliter quarumlibet utilitatum & pertinentiarum ſuarum integritatibus quovis nominis vocabulo vocitatis, ſub earum veris metis & antiquis præmiſſis ſic ut præfertur ſtantibus & ſe habentibus memoratis T. & T. ipſorumque heredibus & poſteritatibus univerſis dedimus, donavimus, & contulimus, imo damus donamus & contulimus Jure perpetuo & irrevocabiliter tenendum poſſidendum pariter & habendum. Salvo Jure alieno. Harum noſtrarum

124. *Donatio de duabus partibus judiciariis.*

Nos &c. Memoriæ commendamus, quod nos attentis & conſideratis &c. & impenſis illas duas partes Judiciarias, quæ nobis ut Judici de portionibus poſſeſſionariis T. & T. in Poſſeſſione T. in Comitatu T. exiſten. habitis, vigore cujusdam Sententiæ Capitalis per præfatum T. contra eundem novisſime coram noſtra Perſonali Præſentia, ut dicitur reportatæ, juxta antiquam & approbatam dicti Regni noſtri Hungariæ conſuetudinem provenire deberent, ſimulcum cunctis ſuis utilitatibus & pertinentiis quibuslibet memorato T. per eum T. infra tempus redemptionis earundem dedimus, donavimus, & contulimus. Imo damus donamus &c.

125. *Donatio cum Jure Regio Nova.*

Nos &c. Memoriæ commendamus tenore præſentium ſignificantes quibus expedit univerſis. Quod nos conſideratis fidelitatibus, & fidehbus ſervitiis fidelium noſtrorum T. & T. per eos juxta poſſibilitatis ipſorum

Digitized by Google

ipſorum exigentiam cum omni fidelitatis fervore primum facere hujus Regni Noſtri Hungariæ Coronæ, tandemque Majeſtati noſtræ ſub locorum & temporum varietate exhibitis, & impenſis portiones poſſeſſionarias in Poſſeſſionibus T. & T. vocatis, in Comitatu T. exiſten. habitas in quarum pacifico dominio ex donatione condam Illuſtris Principis Domini Johannis de Hunyad, prædicti Regni Noſtri Hungariæ Gubernatoris Genitoris noſtri carisſimi per certa tempora perſtitiſſe, ſeque ipſos perſiſtere aſſerunt etiam de præſenti. Item totum & omne Jus noſtrum Regium, ſi quod in dictis portionibus poſſeſſionariis, poſſeſſionibus prædictis habitis qualitercunque haberemus, aut etiam alias noſtram ex quibuscunque cauſis, viis, modis & rationibus concerneret Majeſtatem, ſimulcum cunctis ipſarum utilitatibus, & pertinentiis quibuslibet, puta terris arabilibus, cultis & incultis &c. & generaliter quarumlibet utilitatum & pertinentiarum earundem integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, ſub ſuis veris metis & antiquis, præmiſſis ſic ut præfertur ſtantibus & ſe habentibus. Memoratis T. ipſorumque heredibus & poſteritatibus univerſis novæ Noſtræ donationis titulo dedimus donavimus & contulimus. Imo damus, donamus, & conferimus. Jure perpetuo &c.

126. *Alia Nova Donatio.*

Quod nos conſideratis &c. Fidelium noſtrorum &c. T. & T. per eos primum &c. exhibitis, & impenſis, quasdam portiones poſſeſſionarias in poſſeſſione T. vocata a prædio T. appellato omnino in Comitatu T. exiſten. habitas, nec non directam medietatem cujusdam Molendini in fluvio T. vocata, intra veras metas ejusdem poſſeſſionis T. decurren. exiſten. quasdam portiones poſſeſſionarias & medietatem Molendini iidem T. & T. ſe, nec non Nobiles Dominas T. & T. ſorores ipſarum in hereditario concernere, ſed eas medio tempore ad manus condam T. de T. devolutas fore innuit, etiam illis decedentibus in manibus cujusdam, & nonnullorum aliorum occupative haberi aſſerunt. Item totum & omne Jus noſtrum Regium ſi quod in eisdem portionibus poſſeſſionariis & medietate molendini, qualitercunque &c.

127. *Donatio quando unus vulnerat fratrem ſuum &c.*

Nos &c. Memoriæ commendamus &c. quod nos conſideratis fidel. &c. poſſeſſiones & portiones poſſeſſionarias ubivis in quibuscunque Comitatibus Regni noſtri habitas; quæ alias T. de T. præfuiſſent. Sed ex eo quod idem T. de T. ipſi in proxima linea Conſanguinitatis attinen. dire & acriter usque ad ſanguinis effuſionem ſauciaſſe dicitur, ad collationem noſtram rite & legitime eſſe prohibentur ſimulcum cunctis &c. præmiſſis ſicut præfertur &c.

Digitized by Google

128. *Donatio per amiſſionem Litterarum, & Litteralium inſtrument.*

Nos &c. Memoriæ commendamus &c. Quod nos attentis & conſideratis exhibitis & impenſis unam Sesſionem Nobilitarem ejusdem T. emptitiam in poſſesſione T. in Comitatu T. exiſten. habitam in cujus pacifico dominio idem T. progenitores ſuos ab antiquo perſtitiſſe, ſeque perſiſtere litterasque ſuper ipſa Sesſione ſufficientes habuiſſe. Sed caſu eas per dictos ſuos progenitores amiſſas & perditas fore aſſerit. Item

129. *Donatio per defectum Seminis.*

Nos &c. Memoriæ commendamus &c. Quod nos conſideratis fidelibus ſervitiis fidelis noſtri T. per eum nobis & Sacræ dicti Regni Noſtri Hungariæ Coronæ ſub locorum & temporum varietate in nonnullis exercitibus noſtris non ſine magna ſui Sanguinis effuſione conſtanter exhibitis poſſesſionem T. in Comitatu T. habitam nunc apud manus cujusdam T. tamquam Jurium noſtrorum Regalium celatorem, ſub taciturnitatis ſilentio habitam, quæ alias condam T. de T. præfuiſſe, ſed per defectum Seminis ejusdem ad Sacram dicti Regni Noſtri Hungariæ Coronam, conſequenter noſtram Majeſtatem juxta antiquam & approbatam ejusdem rite & legitime devoluta eſſe perhibetur, ſimulcum omnibus ſuis &c. præmiſſis ſicut præfertur,

130. *Donatio Jurispatronatus vita Comite.*

Quod nos intelligimus fidelem noſtrum Egregium T. de T. circa proviſiones Eccleſiarum diligentiam habere, quia etiam bona Præpoſituræ Eccleſiæ T. in Civitate T. fundatæ, bonis ejusdem T. vicina ſunt, & ex eisdem prædictis bonis ipſius Eccleſiæ utilis defenſio fieri poteſt. Igitur nos Jurispatronatus ejusdem Eccleſiæ, ſi quod in eadem habuimus & habemus ſimulcum omni protectione & tutela legitima Poſſesſionum & Bonorum præfatæ Præpoſituræ in ipſum T. duximus transferendum, atque id eidem de poteſtatis noſtræ plenitudine conferendum, annuendum, & concedendum præfato T. a modo in poſterum infra vitam ſuam ſemper & quotienscunque præſcriptam Eccleſiam de Jure & de facto vacare contigerit, totiens Præpoſitum idoneum ad eandem erigere & illi cui intereſt confirman. præſentare valeat atque poſſit, volen. tamen ut hoc prætextu idem T. ad bona dictæ Eccleſiæ ſe intromittere, aut aliquod Jus ultraquam proprium habere debent & conſueverint ſibi in eisdem vendicari non præſumat quovismodo. Imo transferimus, conferimus, & concedimus per ipſum tenendum, & habendum. Salvo Jure alieno. Harum noſtrarum &c.

131. *Donatio propter merita Filii.*

Nos &c. Memoriæ commendamus tenore præſentium &c. Quod quum Regium ſit proprium ſubditos dignis præmiis afficere, tamen

Digitized by Google

imprimis eorum potiores non ſunt deferendi, qui pro commodo publico mortem ſubierunt. Aequum eſt etenim, ut præmium, quod ipſis bene meritis debebat, parentibus eorum perſolvatur. Quare cum fidelis noſter condam Johannes de Ham in ſervitiis hujus Regni per Thurcos interemptus ſit. Ideo nos præmium, quod ſibi debebatur in Nobilem Dominam Katharinam matrem ſuam conferre volen. poſſeſſionem T. vocatam in Comitatu T. exiſten. in cujus pacifico dominio præfata Domina Katharina dictum Johannem Ham, filium ſuum dum viveret, & per conſequens ſe ipſam ex donatione noſtra Regia etiam poſt mortem prædicti Johannis Filii ſui per certa tempora perſtitiſſe. Sed tandem dictam Poſſeſſionem T. per fidelem noſtrum T. a Noſtra Majeſtate impetratam, ſeque excluſam eſſe aſſerit ab eadem. Item totum & omne Jus noſtrum Regium, ſi quod in eadem Poſſeſſione T. qualitercunque haberemus, aut noſtram ex quibuscumque cauſis, viis modis, & rationibus concerneret Majeſtatem. Simulcum cunctis ſuis utilitatibus &c.

132. *Donatio.*

Ad perpetuam rei memoriam pulchrum eſt & utile in Principibus ſi majores ſuos imitantur, & ſuas virtutes illorum virtutibus nituntur coæquare ſive illos in ædificatione, atque reſtauratione, ampliandisque urbibus, ſive aliis bonis facinoribus virtutes ipſas conſpexerint comulaſſe, proinde quia hæc Civitas Noſtra Budenſis, per antiquos Reges Hungariæ ſummo cum ſtudio ut cunctis apparet ædificata ex inertia quorumdam Regum nos poſt ſe ſe immediate præcedentium qui ei nec dono nec aliquo alio juvamine occurrere ſcivere & per multa tempora diſſidiarum obeuntibus vel etiam viventibus aliquibus ex Regibus ipſis ſæpius interpoſita patuit ruinæ non parvæ. Cujusquidem ruinæ cauſa major hæc. Sed addit etiam ei non parvam incommoditatem anguſtia terminorum & terrarum, de quibus tantum habet quantum ipſa cum membris comprehendit, & ſi quid extra mœnia habet modicum eſt pro ſuſtentatione ejus. Nos igitur cupien. mores & virtutes antiquorum Regum etiam fundatorum qui conditionem ejus bonam reliquerant imitari, ipſam quæ eſt ſedes, & ſolium Regiæ dignitatis, Caputque Regni noſtri. Et ut ita dicamus: Salus & recreatio populi, ſiquidem in ea ſola invenitur quod languidis remedium, quod ſanis præſtet ſolatium. Inter alia donaria quibus de ruinis ſuis relevaretur primum terris remunerare inſtituimus. Terra vero ſive prædium eſt Saſſad, quod in Comitatu Piliſien. adjacet, in cujusque facie adhuc manet Eccleſia lapidea, quod & matura deliberatione ac de Prælatorum & Baronum noſtrorum conſilio, cum eisdem terris arabilibus cultis & incultis ſub eisdem terminis & metis quibus ad Caſtrum Viſegradienſe tenebatur ab eodem Caſtro ſequeſtran. eidem

Digitized by Google

Civitati Noſtræ Budenſi annectimus. Ita, ut in perpetuum ipſius ſit, & eo ad libitum ſuum utatur ſive populoſe velit ſive deſerte. Illudque eidem ſubmittatur, tamquam verum Jus Civitatis. Salvo tamen Jure alieno. Suſcipiat igitur ipſa noſtra Civitas hoc primum noſtrum donum de terris, & tanto magis ſtudeat reformationi ſuæ intendere, quanto ſe conſpexerit ſub ſingulari noſtro favore poſitam, & a nobis jam eſſe remuneratam. In cujus rei memoriam, & firmitatem perpetuam præſentes litteras noſtras. Datum Budæ. In Anno Domini —

133. *Donatio.*

Nos &c. Memoriæ commendamus. Quod licet Regale ſit officium cunctorum fidelium ſuorum merita condignis retributionibus proſequi eorumque animos favorabilibus incendere illectivis, meritorum tamen qualitate penſata, munificentia Regia illis liberalius ſe debet diffundere qui majoribus virtutibus, amplioribusque obſequuntur laboribus excellentiora præmia meruerunt. Conſideravimus itaque fidelisſima obſequiorum merita fidelium noſtrorum Egregiorum Militum Johannis & Sigismundi T. quibus ipſi propria experientia cognovimus ab infantia noſtra, usque præſentem diem in nonnullis noſtris agendis negotiis ac rebus, præſertim autem eo tempore quo de manibus & educatione Serenisſimi Principis Domini Friderici Romanorum Imperatoris patrui noſtri libertati ac paternis Regnis & domniis reſtituti fumus cum notabili ac decenti Comitiva exiſten. pluraque ibidem pro honore & deliberatione noſtris Egregia ac ſtrennua opera magnanimiter peragen. ſe Majeſtati Noſtræ cum omnis fidelitatis conſtantia reddiderunt valde gratos, volentes igitur viris præfatis intuitu hujusmodi laudabilium operum ſuorum munificentiam noſtram Regiam oſtendere liberalem, ut ipſi etiam in futurum ad ſervitia noſtra promptiores aptiores reddantur. Omnia Caſtra in partibus illis ubi eidem donata ſunt.

134. *Donatio honoris Comitatus duran. beneplacito.*

Mathias &c. Fidelibus noſtris univerſis & ſingulis, Nobilibus & alterius cujusvis ſtatus & conditionis poſſeſſionatis hominibus Comitatus Tholnenſis ſalutem & gratiam. Quia nos de fide & fidelitate fidelium noſtrorum T. & T. ad plenum confiſi honorem ejusdem Comitatus Tholnenſis quem hactenus fidelis noſter T. durante beneplacito noſtro tenuit. Salva erga eum noſtra dilectione remanen. vel ſic: Salva noſtra gratia erga eum permanen. ab eodem auferen. præfato T. cum ſuis ſolitis Jurisdictionibu. durante noſtro beneplacito duximus conferendum talimodo: ut ipſe inter alia, quæ ſui ſunt officii ad infraſcripta ſit ſpecialiter obligatus primum ut omnes vos in omnibus Juribus & libertatibus veſtris conſervare & tueri debeat tueaturque

Digitized by Google

attendere & pervigil esse ut proventus Fisci & Cameræ nostræ Regiæ de dicto Comitatu provenire debentes nobis fideliter administrentur. Et quod litteras & mandata nostra Regia ab omnibus in illo Comitatu existen. observari faciat, ac deinde ut progressum & libertatem Salium ac monetarum & omnium officialium nostrorum protegere debeat & defensare. Ideo Fidelitati universitatis vestræ, & cujuslibet vestri harum serie firmiter præcipien. mandamus quatinus a modo deinceps præfatum T. tamquam Comitem vestrum honorare & revereri, ejusque Judicio & Judicatuis astare, ac in omnibus licitis & consuetis, nec non in iis, quæ vobis nomine nostro mandaverit parere, obedire & obtemperare debeatis. Secus non facturi. Præsentibus. —

135. *Donatio Keneziatus per modum novæ donationis facta.*

Quod Nos ad humilimæ & devotæ Supplicationis instantiam T. per eum propterea nostræ porrectæ Majestati Keneziatum villarum nostrarum T. & T. in Distrlctu de T. habitarum in cujus pacifico Dominio Progenitor T. quo ad unam, & quo ad secundas partes ab antiquo perstitisse ipsique perfistere asserunt etiam de præsenti simulcum cunctis ipsius Keneziatus utilitatibus & pertinentiis, Terris scilicet Arabilibus, fenetis, pascuis, molendinis, proventibus, obventionibus servitiis & muneribus, generaliterque quarumlibet utilitatum & pertinentiarum integritatibus, quovis nominis vocabulo vocitatarum, ad ipsum Keneziatum rite & legitime spectan. præmissis sic ut præfertur stantibus & se habentibus T. & T. quo ad unam & T. quo ad secundam partes. Ipsorumque Heredibus & Posteritatibus universis denuo & ex novo ac novæ nostræ donationis titulo dedimus donavimus & contulimus, imo damus donamus & contulimus Jure perpetuo sub illis tamen conditionibus oneribus & servitiis quibus ceteri Kenesii annotati districtus T. suos Keneziatus tenere consueverunt tenendum possidendum pariter & habendum proventibus nostris & Castrorum nostrorum ac Juribus alienis semper salvis Juris. Harum nostrarum &c.

136. *Donatio Custodiæ.*

Quod Nos attentis & considerationis vita virtute morum honestate ac litteralis scientiæ sufficienti peritia ceterisque virtutum dotibus fidelis nostri honorabilis Magistri Thomæ de T. Canonici Ecclesiæ Strigonien. quibus idem ab altissimo insignitus apud nostram Majestatem testimonio fidedignum commendatus est. Eundem ad Custodiam in eadem Ecclesia Strigonien. nunc per mortem Honorabilis condam T. ejusdem Custodiæ ultimi veri legitimi & immediati possessoris de Jure & de facto vacan. & Jurium ejusdem Auctoritate Jurispatronatus nostri Regalis quod sicuti in aliis Regni nostri Ecclesiis; ita etiam in ipsa Ecclesia Strigonien. more Prædecessorum nostrorum Regum

Digitized by Google

Hungariæ generaliter habere dinoſcimus duximus eligendum nominandum & præſentandum, imo eligimus, nominamus, & præſentamus præſentium per vigorem, quocirca vobis fidelibus noſtris univerſis Reverendiſſimo in Chriſto Patri & Domino Domino Johanni Archiepiſcopo ejusdem Eccleſiæ Strigon. veſtroque vicario in Spiritualibus Generali harum ſirmiter præcipien. mandamus quatinus ſtatim receptis præſentibus præfatum T. in prætacta Cuſtodia & Juribus ejusdem Auctoritate veſtra ordinaria Canonice inſtituere confirmare, ac ſibi de eisdem providere debeatis pleno Jure committen. nihilominus Honorabilibus Dominis de Capitulo ejusdem Eccleſiæ veſtræ quibus & nos tenore præſentium firmiſſime committimus & mandamus, ut ipſi præfatum T. in realem, Corporalemque, & actualem poſſeſſionem prælatæ Cuſtodiæ, ac Jurium ejusdem admittere, acceptare, ac eidem Stallum in Choro, & vocem in Capitulo pro ſua dignitate, cum omni plenitudine Juris Canonici aſſignare, ac de ſingulis ipſius Cuſtodiæ Juribus, Jurisdictionibus, & obventionibus reſpondere per hos quorum intereſt, vel interit reſponderi facere modis omnibus debeant, & teneantur. Præſentibus perlectis &c.

137. *Donatio Canonicatus.*

Nos &c. Memoriæ commendamus tenore præſentium, &c. quod quia Nos fideli noſtro Venerabili Anthonio Præpoſito Eccleſiæ Albenſis Transylvanæ ſuper Canonicatu & præbenda in eadem Eccleſia Alben. primitus vacaturo exigen. virtutibus & meritis ejusdem litteras expectan. dediſſe recolimus, ob hoc nunc hujusmodi Canonicatu & præben. per mortem honorabilis condam T. in ipſa Eccleſia de Jure & de facto vacan. volen. præfatis virtutibus & meritis ejusdem Petri Præpoſiti cum effectu reſpondere, Eundem ad præfatum Canonicatum & præbendam modo præmiſſo vacan. Auctoritate Jurispatronatus noſtri Regalis, quod ſicuti in ceteris Regni noſtri Eccleſiis; ita etiam in ipſa Eccleſia Albenſi inſtar Prædeceſſorum noſtrorum Regum Hungariæ habere dinoſcimur duximus eligendum nominandum & præſentandum. Imo eligimus & nominamus & præſentamus præſentium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus noſtris Reverendo Domino Ladislao Electo Præfatæ Eccleſiæ Albenſis veſtroque Vicario in Spiritualibus generali harum ſerie firmiter præcipien. mandamus quatinus receptis præſentibus præfatum Petrum Præpoſitum & neminem alium in Canonicatu & præbenda auctoritate veſtra ordinaria Canonice inſtituere confirmare debeatis. Committen. nihilominus Honorabilibus Dominis de Capitulo ejusdem Eccleſiæ, quibus & nos ſerie præſentium ſtrictius mandamus, ut ipſi præfatum T. Præpoſitum aut procuratorem ejus legitimum ipſius nomine id & ad realem corporalemque Poſſeſſionem hujusmodi Canonicatus, & præben. admittere & acceptare, ac Stal-

Digitized by Google

lum in choro & vocem in Capitulo cum plenitudine Juris Canonici asſignare, ac de omnibus & ſingulis Juribus proventibus, & obventionibus ejusdem reſpondere & per hos quorum intereſt, vel intererit pleno cum affectu reſponderi facere debeant, & teneantur, locis debitis & temporibus ſemper opportunis ſecus prout gravisſimam indignationem noſtam evitare cupitis non facturi — præſentibus perlectis. —

138. *Donatio Canonicatus.*

Nos &c. Memoriæ commendamus tenore præſentium ſignificantes &c. quod nos attentis & conſideratis vita virtute & honeſtate laudabilisque conſervation. & multiplicium virtutum meritis fidelis noſtri dilecti diſcreti T. Dyoceſis T. quibus idem erga noſtam Majeſtatem fidedigno teſtimonio meruit commendari eundem T. tamquam perſonam idoneam & benemeritam ad Canonicatum & præbendam in Eccleſia T. quam primitus poſt harum emanationem de Jure vacaturam Auctoritate noſtri Jurispatronatus Regii quod ſicut in certis Eccleſiis dicti Regni Noſtri Hungariæ, ſic & in ipſa Eccleſia Poſonien. more Prædeceſſorum noſtrorum Regum Hungariæ habere dinoſcimur, duximus nominandum & eligendum, imo exnunc ſicut extunc, & extunc prout exnunc nominamus, & eligimus præſentium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus noſtris Reverendiſſimo in Chriſto Patri, & Domino Domino Johanni Archiepiſcopo Strigonien. &c. firmiter præcipien. mandamus quatinus dum & quamprimum hujusmodi Canonicatus ac præben. in dicta Eccleſia T. vacare contigerit de quibus ſcilicet præfatus T. per ſe vel per ſuum procuratorem legitimum ſibi per vos petierit providere de eisdem Canonicatu & præben. eidem T. aut Procuratori ſuo legitimo ipſius nomine & nemini alteri noſtra in hac parte præſentium ſerie vobis attributa: & veſtra ordinaria auctoritatibus mediantibus ſervatis de Jure ſervandis, provideri, ipſumque dictum procuratorem ſuum pro eo in eisdem confirmare dedeatis. Committen. diſtricte Honorabili Capitulo ejusdem Eccleſiæ T. quibus & nos ſerie præſentium ſtrictius mandamus & committimus, ut ipſi præfatum T. aut procuratorem ſuum legitimum pro eo in & ad realem corporalemque poſſeſſionem, hujusmodi Canonicatus & præben. vacaturæ aſſummen. & admittendum. Stallo ſibi in choro & voce in Capitulo cum omni plenitudine Juris asſignatis de univerſis fructibus & proventibus reſpondere. Ut in alia ſimili &c.

139. *Donatio Canonicatus.*

Mathias &c. Reverende fidelis nobis dilecte. Intimaveramus tibi nuper aliqua per fidelem Noſtrum Venerabilem B. Præpoſitum, Quinque Eccleſien. Theſaurarium noſtrum ſuper Canonicatu qui per mortem condam Honorabilis Magiſtri T. de T. nuper in Eccleſia tua Albenſi

Digitized by Google

vacaverat, & feceramus mentem noſtram tibi declarari, quod ſicuti antea nos fideli noſtro Venerabili Petro Præpoſito Eccleſiæ Alben. Secretario noſtro ad Canonicatum primitus vacaturum, quod tu non ignoraſti litteras noſtras contuleramus, & poſtea litteras donationis ei ſuper illo conceſſeramus, ita aliud nollemus, niſi quod illum ipſe Petrus Præpoſitus, & nemo alius aſſequeretur, & ſiquis alius de eo ſe ingereret ſciret ſe facere contra voluntatem noſtram, tu etiam nobis per eundem intimaras te nihil refragari voluntati noſtræ. Sed id quid eſſet voluntatis noſtræ libenter facturum, eandem autem, ut accepimus tu inecta re, & indiſpoſito negotio diſceſſiſti. Quapropter cum firma & inconcuſſa voluntas noſtra ſit, ut ipſe Petrus Præpoſitus, & nemo alius hujusmodi Canonicatum aſſequatur, eo potiſſimum reſpectu quia in Eccleſia tua primus honor poſt Prælatum ſibi competit, & nemo eſt alius in illa Eccleſia, qui eo magis de nobis benemeritus ſit, quippe qui nobis multa ſervierit, & continue in noſtris ſervitiis verſetur. Mandamus igitur fidelitati veſtræ firmiſſime & aliud in omnem eventum habere nolumus, quatinus receptis præfatum Canonicatum vacantem nemini alteri quam ipſi Petro Præpoſito conferas. Nam ſi aliter faceres ſcias, quod ex hoc manifeſte intelligemus te parvi facere mandata noſtra, & etiam cum diſplicentia noſtra voluntati noſtræ refragari. Aliud itaque facere non præſumas, de ſecundo autem vacaturo Canonicatu arbitrii ſui ſit cuicunque volueris providere.

140. *Donatio Abbatiæ.*

Quod Nos attentis & conſideratis vita virtutum morum honeſtate ac litteralis ſufficienti ſcientiæ peritia ceterisque virtutum Indiciis fidelis noſtri T. quibus idem ab altiſſimo inſignitus aput noſtram Majeſtatem teſtimonio commendatur fidedigno. Eundem tamquam perſonam idoneam & benemeritam ad Abbatiam Eccleſiæ T. nunc de Jure, & de facto vacantem, Auctoritate Jurispatronatus noſtri Regalis duximus eligendum nominandum & præſentandum, ac Eccleſiam ipſam ſimulcum omnibus Poſſeſſionibus & Juribus poſſeſſionariis, nec non Jurisdictionibus, proventibus obventionibus, emolimentis ac bonis temporalibus ipſius Abbatiæ ſibi conferendum, imo eligimus nominamus præſentamusque, & conferimus præſentium per vigorem. Quocirca vobis fideli noſtro Reverendo in Chriſto Patri Domino &c. harum ſerie firmiter præcipien. mandamus, quatinus receptis præſentibus præfatum T. aut ejus Procuratorem legitimum. *Nota. Hic codex truncatus eſt.*

141. Et pro receptis habuit Dominus Donatus florenos ducentos & quadraginta octo Reliquos vero usque ad prædictam Summam 335. flor. qui ſunt floreni quinquaginta ſeptem dicto Domino Donato perſolverunt plenariæ, & ſic occaſione dictæ locationis, ipſi Benedictus

Digitized by Google

& Johannes simul cum Domina Catharina Relicta quondam Antonii Litterati de Sancta Anna, nos absolverunt ab omni eo, quod occasione dictorum vinorum recipere debuerunt & nos versavice de prædicto residuo videlicet quinquaginta septem florenos quittos & liberos reddimus per præsentes & hinc inde occasionibus prædictis nos ad invicem liberi absolvimus, & quietamus. Imo absolvimus & quietavimus, de dampnis vero siquæ in decimis præfatis per manus potentum quod Deus avertat sufciperet promittimus recuperare, & de illis respondere. In quorum omnium 25 Junii.

142. *Alia Arendatitia.*

Nos Hyppolilus &c. Tenore præsentium (Inferatur totum usque locamus & arendamus) Reverendo in Christo Patri Domino Thomæ electo Agrien. pro florenis 3600. quos in præsentiarum persolvit & numeravit Budæ Venerando D. Donato Aretino, Vicario nostro generali Strigonien. additis his conditione & pacto, quod si interim, præfato Reverendo Domino Agrien. humanitus quicquam accideret, vel si in fato concederet, ac quod Deus avertat, vitam cum morte permutaret, tunc in Jus dictarum decimarum exigendarum succedant Reverendissimus Dominus F. electus Jaurien. frater ejusdem, quem exnunc casu prædicto adveniente Idem Reverendus Dominus Episcopus, & nos in locum suum prædicta arendatione ponimus, & deputamus; pro qua Summa 3600. flor. præfatum Reverendum Dominum Agriensem absolutum, liberum, & quietum reddimus per præsentes, de dampnis vero siquæ in decimis præfatis per manus potentum sufciperet promittimus de illis respondere ac ipsum indempnem conservare. In quorum fidem & robur.

143. *Alia Arendatitia.*

Nos Hyppolitus &c. Memoriæ commendamus tenore præsentium significantes, quibus expedit universis. Quod non vi dolo metu fraude aut aliqua circumventione seducti. Sed gratis, sponte, & libere, ex certa scientia & voluntate nostra, maturaque præhabita deliberatione locavimus & arendavimus & causa puræ, perfectæ, & irrevocabilis arendationis Reverendo in Christo patri, Domino Thomæ postulato Agrien. ac Regio supremo Cancellario, omnes & singulas decimas nostras Comitatuum majorum videlicet Posonien. Nitrien Zolien. Arven. Turoczen. Liptovien. Comaromien. Neogradien. Gömörien. & Thornen. nobis & Ecclesiæ nostræ provenire debitis, præsenti anno pro Summa florenorum duodecim millium, de quibus duodecim millium florenorum occasione pretii supradicti fatemur hujusce plenariam, & integram satisfactionem, & eosdem florenos manualiter in bona & numerata pecunia ab Egregio Stephano Ragusco provisore nostro Stri-

Digitized by Google

gonienſi, dicimus recepiſſe modo infraſcripto videlicet flor. mille & centum, ex quibus centum & decem fuerunt in moneta quos dicit præfatus Stephanus habuiſſe ab Angelo Canceleo. Item flor. dua milia in auro per manus præfati Reverendi Domini Agrien. Item florenos octingentos & quinquaginta, pro totidem per eum datos Reverendo Domino Franciſco electo Jaurien. In quibus obligabamur pro pretio centum vaſorum coemptorum ab eo, quæ nobis adhuc conſignata minime fuerunt. Item florenos duo millia tercentos habitos, a dicto Stephano in Walpo. Ex quibus fuerunt ducenti in Medaleis. Item florenos mille quadringentos, quos habuit Venerabilis Dominus Thadeus Lardus Camerarius noſter. Item flor. duo millia in argento. Item florenos ducentos, quos aſſignavimus dicto Stephano pro Stipendio ſuo. Item flor. triginta Octo, quos donavimus familiaribus præfati Domini Agrien. qui equos nobis præſentarunt. Item florenos mille & centum nonaginta ſex, denarios nonaginta unum, quos dictus Stephanus promiſit ſolvere noſtro nomine, noſtris armigeris. Reſiduum vero, quod aſcendit Summam Septingentorum & quindecim. Idem pollicitus eſt ſolvere Venerando & eximio Domino Thomæ. *NB. Hic truncatus eſt Codex.*

144. noſtra Scientia Prælatorumque & Baronum noſtrorum conſilio ad id acceden. Sigillum cum Sculptura imaginis ejusdem Virginis & Martyris Margarethæ ac circumferentiarum ad idem Sigillum aptarum. In argento vel in cupro, aut alio ad id apto metallo, parandum, & fabricandum duximus annuendum & concedendum decernendum ut ipſe Conventus Monaſterii prædicti ipſo Sigillo, quod imperpetuum authenticum eſſe volumus uti, ac inſtar aliorum Conventuum & Capitulorum Sigilla authentica habentium cum prædicto Sigillo per nos conceſſo Litteras Teſtimoniales, Cauſales, & alias quaslibet impendenti, vel in appreſſo ſignare, & communire, ac in Comitatibus Criſien. & de Poſega Teſtimonium ſuum ad inquiſitiones, Atteſtationes, & alios omnes Proceſſus facien. ac exactiones qualescunque & quarumcumque litterarum negotiorumque, ut ceteri Conventus & Capitula Regni noſtri mittere, Litteras etiam ſuperinde neceſſarias & legitimas, ſub eodem Sigillo omnibus quibus opportunum erit dare & conferre, ac demum eadem libertate in dandis Litteris, & aliis rebus, quibus ceteri Conventus, ſeu Capitula de Jure, vel de Conſuetudine utuntur, uti valeant, atque poſſint. Nos autem nihilominus omnes Litteras, quæ per ipſum Conventum ſub Sigillo prædicto quibuscunque legitime conceſſæ fuerint præſentibus auctorizan. tanti vigoris eſſe decernimus, quam aliorum Conventuum, & Capitulorum Litteræ habentur. In cujus rei memoriam firmitatemque perpetuam præſentes concesſimus Litteras noſtras, Sigilli noſtri Secreti munimine roboratas. Datum.

Digitized by Google

145. *Arenga.*

Nichil magis ad Regiam pertinet Majeſtatem, vel Religionem quam Eccleſias Dei honorificis dotare privilegiis, & homines bene ad ſe meritos remuneràtionibus proſequi opportunis, quorum altera propiciatur Divina Majeſtas, In quam Sanctorum ejus omnis veneratio recurrit. Altero dum viris dignis congrua redduntur præmia, etiam aliorum animi ad promovendum ſuſcitantur. Proinde ad univerſorum.

146. *Annuentia Nundinarum cum exemptione Tributi.*

Nos &c. Memoriæ commendamus &c. Quod Nos Civitatem Noſtram Budenſem, quaſi ſedes & ſolium dignitatis Regiæ exiſtit cupientes de ſuis relevare deſolationibus, quod etiam erit pro commodo & utilitate Regni noſtri & Incolarum ejus ad Suburbium ejusdem Civitatis noſtræ in circuitu parochialis Eccleſiæ Beati Petri Martyris in Comitatu Piliſien. habitum nundinas liberas &c. Ac inſuper ex Regia liberalitate omnes & ſingulos homines, cujuscunque conditionis exiſtant qui in eas nundinas vel vendendi res ſuas, vel emendi cauſa confluerent duran. præfatis diebus nundinarum ab omni ſolutione Tributi de eis, & eorumdem rebus ibidem facere deben. imperpetuum exemptos habere volumus præſentium per vigorem, absque tamen, ut ſuperius.

147. *Annuentia Jurispatronatus.*

Mathias &c. Fideli Noſtro Venerabili Domino T. Præpoſito Buden. Secretario noſtro. Salutem & gratiam noſtram Regiam, ac optati favoris incrementum. Commendabilis providentia & rerum gerendarum Sagax maturaque proviſio, ac ſolers diligentia, quibus geſtæ res tuam perſonam valde apprime commendant inſignitam, nos inducunt ad favores ſingulariter tibi exhibendos. Sperantes tua ſollicitudine diſcreta tales ad beneficia Eccleſiaſtica per Te eligi, quorum induſtria res Eccleſiæ eis commendandæ, ſicut in temporalibus, multo melius, efficaciusque in Spiritualibus debite poſſint gubernari, de Conſilio Prælatorum & Baronum noſtrorum tibi annuimus, & præſentium ſerie gratioſe concedimus, ut interim quoadusque vixeris & dictæ Eccleſiæ B. fungeris Præpoſitura, ad omnes dignitates perſonatus Canonicatusque & præben. Rectoratus altarium nec non ad omnia alia, & ſingula beneficia Eccleſiaſtica, in dicta Eccleſia B. & ejus Jurisdictione exiſten. nunc vacantia, & in futurum vacatura, etiam ſi talis ſit præben. quæ major eſſet poſt Præpoſituram Auctoritate Jurispatronatus noſtri Regalis, quam nos tibi damus & præſentibus pleniſſime concedimus, perſonas idoneas & benemeritas eligere, & nonominare, ac easdem eidem conferre poſſis atque valeas harum no-

ſtrarum Litterarum, quas in memoriam rei munimine pendentis, & auttentici duplicis Sigilli noſtri roborari fecimus vigore & teſtimonio mediante. Datum Budæ in Dominica &c.

148. *Annuentia Sanctimonialibus in facto depoſitionis Juramentorum.*

Nos &c. Memoriæ commendamus &c. Quod cum tribulationes, & vexationes litium hominem in mundo hoc non ſolum in Divinis tepidum verum etiam in temporalibus, vel circa temporalia diſſolutum reddere ſoleant. Expedit igitur Regibus conditionem Religioſorum maxime vero famularum Dei, quarum Sexus fragilior eſt conſpicere, ab earumque animis curas mundanas, quibus tribularentur removere, ut dum orationibus inſiſtunt, eas pro ſalute populi liberius & devotius ad Deum valeant dirigere. Itaque nos volentes collegium Dominarum Sanctimonialibus in Clauſtro T. fundato degentium ſingulari favore Regio profequi, ac idem quia inter alia Collegia Monialium in hoc Regno noſtro & Religione perſonarum, & dotatione Regum præcipuum & inſigne habetur ab exterioribus curis, ſi non omnino, ſaltem in parte reddere ſupportatum. Admiſſa ſupplicatione Religioſæ Dominæ Agathæ Abbatiſsæ & Conventus Monialium ejusdem Clauſtri nobis propterea porrecta, eisdem ut eo liberius divinis vacare valeant, atque etiam ut ab onere expenſarum, quas ad hoc facere compellerentur liberæ fiant, easque convertant in uſum, & ſuſtentationem ſuam utpote, quæ intendum ex carentia victualium non parvam dicuntur pænuriam ſuſtinere. Id de mera poteſtatis noſtræ Regiæ plenitudine, & gratia ſpeciali, ac Prælatorum & Baronum noſtrorum conſilio duximus annuendum, & concedendum, ut dum ipſis ratione alicujus negotii, vel in facto poſſeſſionis, vel in alia re quacunque exorta judicialiter, aut alio quocunque modo per Judices Regni noſtri Juramentum ſeu Sacramentum ad purgandum ſe imponeretur, tale Juramentum Abbatiſſæ pro tempore exiſten. cum Monialibus ejusdem Clauſtri non obſtante conſuetudine Regni noſtri, quæ Nobiles ad hanc rem requirit contra omnes tam Spirituales, quam Seculares deponere valeant. Ita, quod ipſa Domina Abbatiſſa ob reverentiam fuæ dignitatis pro decem, ceteræ autem Moniales pro ſingularibus perſonis in tali Juramento ſemper reputentur, & nos eas per præſentes ab omnibus reputari volumus, prout etitam ipſas hanc privatam legem antiquis ex quibusdam litteris Capitulorum Buden. & Vaczien. nobis in ſpecie productis habuiſſe conſpeximus. In quibus ſcilicet Domina Abbatiſſa pro decem, ceteræ vero Moniales pro ſingularibus perſonis juramento valuiſſe clare dinoſcantur. Imo annuimus, & concedimus præpræſentium per vigorem, decernen. Juramentum earum ſicut præmittitur pro tempore deponen. tantum aput omnes in Judicio, & extra obtinere vigorem, quantum haberet ſi cum Nobilibus, juxta conſuetu-

Digitized by Google

dinem Regni noſtri, deponerent. Quamquidem etiam libertatem, ſeu privatam Legem ipſaruui Monialium mandamus perpetue per omnes & ſingulos Regni noſtri Judices amplecti, easque inviolabiter obſervari. Præſentes quoque Litteras noſtras, quas in rei Teſtimonium Secreto Sigillo noſtro impenden. confirmari fecimus, poſt Lecturam ſemper reddi jubemus præſentanti. Datum.

149. *Annuentia ut quis poſſit bona ſua legare.*

Nos &c. Memoriæ commendamus &c. Quod nos ad grata, & utique acceptabilia præclari fidelitatis obſequia fidelis noſtri T. quibus ipſe ut ex fide dignis edocti ſumus relatibus, a ſuæ primævæ ætatis exordiis primum Excellentisſimo Principi Domino Sigismundo Romanorum Imperatori ſub locorum & temporum diverſitate, nedum in Regno Hungariæ prætacto, verum etiam plerisque exteris partibus & Regionibus cum eodem procedendo ſibique jugiter & continue aſſiſten. tum in variis exercitualibus expeditionibus Regios & Regni contra æmulos nunc particulariter, nunc vero generaliter inſtaurat. quam etiam plurimorum Regnorum quam ipſum condam Dominum Imperatorem ſibi ſæpe ſæpius impoſitarum votivis peractionibus agilitate ſtrenua, & ſollicitudine indefeſſa usque felicem vitæ ſuæ temporis occaſum, & demum eo defuncto, nobisque Divina providentia in regimine Regni Hungariæ prætacti feliciter ſucceden. etiam Majeſtati noſtræ a tempore noſtrorum electionis & coronationis in Regem. In ſingulis nobis veluti novitate regiminis fungentibus placibilibus in Regno noſtro utilibusque & ſtudioſa operatione ſe gratum reddere ſtuduit, & acceptum debitum, ut decet reſpectum haben. prætextu quorum cupien. ipſum T. favore noſtro gratioſo aliquantisper conſolari, ut idem de cetero eo diligentius animoſiusque & ſerventius ad impendenda nobis uberiora ſervitia & obſequia incitetur. Ad ſuæ humilimæ Supplicationis inſtantiam nobis propterea oblatæ Eidem id gratioſe, ex certa noſtra ſcientia, & animo deliberato annuendum duximus & concedendum. Imo annuimus & concedimus præſentium per vigorem, ut quicunque Nobilis ſeu Nobiles, aut alii poſſeſſionati homines Regni noſtri Hungariæ prædicti ubivis, & in quibuscunque Comitatibus Regni Poſſeſſiones & Jura habeu. hæredibus ſcilicet ſeu fratribus condiviſionalibus caren. hujusmodi Poſſeſſiones ipſorum, quas idem juſto Juris titulo poſſiderent totaliter, vel partialiter temporum in proceſſu memorato T. perpetuo, aut usque vitam, pro pretio aut ſine pretio, vel aliter, qualitercunque, Juſte tamen & non ſiniſtre, fraudeque & dolo in hac parte qui„ buslibet ſemotis fateri vendere, ſeu dare, ac conferre voluerit, talis „ atque tales hujusmodi faſſioni venditioni, ſeu perpetuationi, ac col„ lationi ipſi T. modo, ut præmittitur, faciendi. Idemque T. talismo„ di Poſſeſſiones ab eis recipiendi & habendi, ac demum collatis

Digitized by Google

poſſiden. liberam & ſecuram habeant facultatem & omnimodam poteſtatem, cuiquidem faſioni, donationi & collationi quomodocunque & per quoscunque, juſte tamen, & rationabiliter fien. extunc ſicut exnunc, & exnunc ſicut extunc præbuimus, & præbemus noſtrum Regium Conſenſum benivolum pariter & aſſenſum. Salvis Juribus alienis. Harum noſtrarum, quibus &c.

150. *Annuentia ut Molendinum erigant.*

Nos &c. Memoriæ commendamus &c. Quod nos cum ad humilimæ &c. Tum etiam imo potiſſime pro uberiori commodo, & utilitate eorumdem Civium, ut ipſi noſtrum favorem ſibi affuiſſe ſentien. ſicuti numero, ſic non minus fidelitate augeantur. Eisdem id gratioſe duximus annuendum & concedendum. Imo duximus & concedimus præſentium per vigorem ut ipſi in fluvio T. juxta dictum Oppidum noſtrum T. decuren. intra terminos ſcilicet ejusdem Oppidi ubicunque maluerint, eisque convenientius videbitur, absque tamen quorumvis præjudicio unum molendinum conſtruendi, & de novo erigendi & juxta idem molendinum, aut in alio loco apriori prætacto fluvio, aut ſecus fluvium ipſum; modo ſimili ſine aliorum præjudicio, unam piſcinam laborandi pro ſe, aggeribusqae & aliis ad eandem neceſſariis fortificandi, & decorandi. Eandemque conſtructum & erectum hujusmodi Molendinum, ſed & ipſam piſcinam laboratam ipſi cives eorumque poſteritates, pro utilitate dicti Oppidi perpetue conſervandi poſſidendique, & eisdem utendi fruendi liberam & ſecuram habeant facultatem, & omnimodam poteſtatem, & præſenti noſtra annuentia, & Conceſſione ſpeciali, ſemper tamen ſine præjudicio aliorum. Harum noſtrarum &c.

151. *Annuentia ut cum viridi Cera ſigillet.*

Nos &c. Memoriæ commendamus &c. Quod nos ex provida circumſpectionis noſtræ Regiæ induſtria, cujus ex debito intereſt ſuorum ſubditorum meritis, ut in illis præcipue, quæ eorum utilitati videntur provenire, & honore promptam afferre benivolentiam conſideran. igitur & attenden. multiphariam gratæ fidelitatis puritatem ac integræ devotionis conſtantiam fidelium noſirorum univerſorum Civium, Civitatis noſtræ T. quam continue & ſemper ut certo edocti ſumus a non paucorum, imo plurimorum retractorum temporum curriculis præſertim vero quo illi ſcelerati Huſſithæ & Roboritæ ſuperiores partes Regni noſtri multiplicibus invaſionibus dampnorum illationibus, Civitatumque ac Oppidorum & villarum conbuſtionibus deſolabant depræ-dabanturque ad Regiam in variis tribulationibus conſtituti illabate habuerunt & conſervaverunt. Proinde volentes eos, veluti benemeritos Regiæ munificentiæ dono amplioriqué honore decorare, ut ſicuti hac-

Digitized by Google

tenus, ſic & de cætero ſincerioris fidei Zelo & ferventi promptitudine incalefcant. Ipſis & eorum poſteris hanc ſpecialis noſtræ gratiæ prærogativam dandum duximus, & conferendum ipſisque annuimus per præſentes, ut iidem a modo perpetuis ſucceſſivis temporibus univerſis ſigillo eorum Civitatis noſtræ prænotatæ quod ad præſens utuntur, univerſas & quaslibet litteras, quacunque de cauſa in eorum medio emanandas cera coloris viridis ſigillare, hujusmodique ſigillo in cera ipſa quibuscunque litteris ipſorum appenſo vel appreſſo provide & pretioſe ſicut litteris ſeu ſigillo aliarum Civitatum noſtrarum coloris ſimilis in ſigillo utentium vigor & fides adhibeatur, & adhibere debeat effective harum noſtrarum &c.

152. *Areſtum.*

Mathias &c. Fidelibus noſtris &c. exponit nobis fidelis noſter T. quomodo ipſe alias T. certam Summam florenorum auri ſub ſpe reſtitutionis accommodaſſet, quas idem ad fæpisſimas petitiones ejusdem hucusque minime reſtituere curaſſet, & nec curat etiam de præſenti in præjudicium T. ſupplicatum itaque exſtitit nobis per eundem ſibi per nos de remedio providere opportune; & quia nos ſicuti neminem Regnicolarum noſtrorum, ſic nec ipſum Exponentem ſuis juſtis rebus per quempiam dampnificari volumus. Ideo fidelitati veſtræ, & cuilibet veſtrum harum ſerie firmiter committimus, & mandamus, quatinus dum & quando, ac quotienscunque per eundem T. præſentibus fueritis requiſiti, aut alter veſtrum fuerit requiſitus, extunc univerſas res & bona tam ipſius T. quam hominum Jobbagionumque & familiarum ſuorum, quas & quæ in Poſſeſionibus veſtris reperire ad inſtantiam ejusdem T. areſtare, & in areſto tamdiu tenere, & conſervare debeatis donec annotato T. de prædicta florenorum Auri Summa, juxta ſuas legitimas comprobationes & eviden. documenta ſatisfactum fuerit, quoad plenum. Secus non facturi. Præſentibus perlectis.

153. *Annuentia Vadi.*

Nos &c. Memoriæ commendamus &c. Quod nos attentis & conſideratis -- eisdem id de mera noſtræ poteſtatis Regiæ plenitudine, & gratia ſpeciali, annuendum duximus & concedendum. Imo annuimus & concedimus ut ipſi circa Poſſeſionem ipſorum T. vocatam in Comitatu T. exiſten. ſecus fluvium Danubii ſitam. In & ſuper eodem fluvio Danubii vadum ſeu tranſitum navalem inſtituere, navibusque ac cimbis & carinis, & aliis ad ipſum vadum conrequiſitis inſtrumentis ſulcire ac ibi homines cujuscunque Status transfretare volentes, item animalia, resque quaslibet hincinde dum neceſſe eſt transfretari facere & tandem hujusmodi vadum ſic inſtitutum, ipſi eorumque Succeſſores & heredes ſub illis libertatum prærogativis, proventibusque, &

Digitized by Google

emolumentis, ac tributis, quibus cetera vada in eodem fluvio existentia tenentur & gubernantur perpetue tenere & gubernare possidere, & habere valeant atque possint. Ita tamen ut emolimentorum, & proventuum ejusdem vadi duæ portiones T. tertia vero portio T. perpetuis semper successivis temporibus habeantur & recipiantur. Absque tamen vadorum & Jurium aliorum præjudicio. Quocirca vos universos & singulos cujuscunque Status & Conditionis homines, tam scilicet mercatores quam alios, quosvis viatores affidamus & assecuramus quatinus a modo in posterum per præfatum vadum, per nos circa dictam Possessionem T. super fluvio Danubii prænotati institutum, semper temporibus successivis universis hincinde libere & absque omni formidine rerum & personarum vestrarum transvadetis, procedatis, & transeatis sub nostra protectione & tutela speciali, & hæc volumus per fora & alia loca publica palam facere proclamari.

154. *Annuentia Tributi.*

Nos &c. Memoriæ commendamus &c. Quod eisdem id gratiose duximus annuendum & concedendum, annuimusque & concedimus per præsentes, ut ipsi in illa Civitate nostra T. ubi eis melius & competentius videbitur Rotam in Signum exactionis Tributi erigere, Tributumque justum & consuetum ab omnibus mercatoribus & negotiatoribus eo venientibus perpetuis semper successivis temporibus exigere & exigi facere valeant atque possint. Ita tamen, quod ipsi Cives nostri pontes ipsos debito modo ac cum bona & stabili firmitate in omnibus locis necessariis in ipsa Civitate nostra exinde propriis suis laboribus & expensis continuo tenere debeant & conservare, absque tamen præjudicio Tributorum aliorum. Quocirca vobis præfatis mercatoribus & negotiatoribus hominibus ad ipsam Civitatem nostram venientibus præsentium notitiam habituris firmisime præcipimus & mandamus, quatinus dum & quando, ac quotienscunque cum rebus & bonis vestris mercimonialibus ad ipsam Civitatem nostram locumque scilicet exactionis dicti tributi perveneritis, extunc verum & justum tributum, de dictis rebus & bonis vestris juxta qualitatem & quantitatem earundem secundum consuetudinem Regni nostri in talibus observari solitum exactoribus hujusmodi tributi persolvere debeatis, & aliud facere non præsumatis. Præsentes aut. &c.

155. *Annuentia Minerarum.*

Mathias &c. Ad futuram rei memoriam. Præclara virtus est in Principibus si dignos viros præmiis honorant, si Ecclesiarum Dei curam gerunt, & ubi possunt utilibus eas dotare curant privilegiis. Quorum alteró suos ad obsequia faciunt promptiores. Alteró vero Deum ipsum sibi propitium conciliant. Proinde nos attendentes virtutes merita,

&

Digitized by Google

& simul servitia fidelis nostri Dilecti Reverendi in Christo Patris Domini Johannis Episcopi Quinque Ecclesiensis, qui sicuti altæ peritiæ est, ita virtutibus præditus Curiæ nostræ decus & splendorem addere semper studuit, studetque opportune nobis obsequen. Ipse enim non parcens personæ & sumptibus suis nunquam neglexit, quæ vel honori nostro, vel patriæ debeat exhibere, habentes etiam specialem devotionem ad beatum Petrum Principem Apostolorum, in cujus nomine dicta Ecclesia Q. per Sanctum Stephanum Regem fundata est, cujus precibus, tam in cœlesti, quam terrena felicitate adjuvari speramus. Eidem Domino Johanni & dictæ Ecclesiæ suæ ac suis Successoribus Episcopis universis id de gratia speciali & de plenitudine nostræ Regiæ potestatis, ex certa nostra scientia duximus annuendum & concedendum, ut ubicunque in terris montibus aut quibuscunque locis dictæ Ecclesiæ Q. mineræ auri, & argenti ac aliorum quorumcunque & qualiumcunque metallorum quocumque tempore reperiri & inveniri poterunt, eas ipse Dominus Johannes Episcopus, & dicti sui Successores aperiri, coli, & laborari facere, proventus quoque eorundem universos, & urburas pro eorundem & dictæ ipsorum Ecclesiæ utilitate percipere, ac eisdem mineris præcise sub eisdem libertatibus, quas in talibus Ecclesia Váradien. habet, perpetuis semper successivis temporibus uti & frui valeant. Imo annuimus, & concedimus. Harum nostrarum &c.

156. *Similiter Minerarum.*

Nos &c. Memoriæ commendamus &c. Quod licet generale Regum officium sit de liberalitatis dono suæ unumquemque prosequi Subditorum. Illos tamen majoribus altioribusque donis, & clarioribus titulis Regalis extollere debet munificentia, qui non solum generositate sanguinis, sed & uberioribus meritis excellentiora præmia meruerunt, debitum itaque respectum haben. ad integerimam fidem inclitas virtutes & prælara merita fidelis nostri sincer. dilecti Magnifici Ladislai de Gara dicti Regni nostri Hungariæ Palatini, qui sicuti claritate sanguinis, qua nobis proxima Linea attinet, sic & multimodis temporibus suis virtutibus & obsequiis merito se præceteris reddidit honoran. nam sicuti progenitores sui Patrum nostrorum temporibus sic & ipse tempore nostro prudentibus consiliis, & potentibus actibus Status Regii semper conservatores fuere & columpna adeo ut etiam inter alios fideles nostros maxime dilecti Ladislai Palatini industria & cooperatione Regni nostri Hungariæ nobis fideliter reddita sit possessio totaque natio & Respublica ipsius Regni nostri Hungariæ sublatis internis Scismatibus & Civilibus bellis, quæ antea & voluntates & mentes eorum non solum a se se, verum etiam ab obedientia nostra distraxerunt concorditer nos naturalem eorum Regem & Dominum reco-

Digitized by Google

gnoverunt, & ſuſceperunt, cum effectu, volentes itaque viro tot meritis claro aliquem favoris vicem rependere, eidem de gratia ſpecial- & meræ poteſtatis noſtræ plenitudine id duximus annuendum & concedendum, imo annuimus, & concedimus præſentium per vigorem, ut ipſe ſuique heredes & poſteritates univerſæ ubicunque in montibus tenutis Territoriis Caſtrorum Civitatum, Oppidorum Poſſeſſionum, & villarum ſuarum ubilibet intra ambitum dicti Regni noſtri Hungariæ, & partibus ſibi ſubjectis habitarum mineras auri, & argenti, cupri, ferri, plumbi, ſtamni & aliorum quorumcunque metallorum reperire & invenire poterit, eas aperire, fodere, colere, laborare, aperiqus fodi, coli, & laborari facere, univerſosque fructus, proventus, & quaslibet utilitates, & hujusmodi mineris auri, argenti, cupri &c. — & aliorom metallorum prædictorum provenien. perpetuis ſucceſſivis temporibus univerſis percipere valeant, atque poſſint. Ex præſenti Noſtræ Majeſtatis annuentia & conceſſione ſpeciali. Salvis Juribus alienis — Harum —

157. *Annuentia Jurispatronatus.*

Mathias &c. Fideli noſtro T. Præpoſito Eccleſiæ Alben. Salutem & gratiam cum favore, licet plerumque in diſponendis & conferendis beneficiis Eccleſiarum Regni quarum collatio ad nos pertinet, vices noſtras illi committere, quos ſicuti probitas evidens, ſic & maturitas animi, & diſcreta ſcientiarum elegantia divinitus prædecorat, ut eorum circumſpectione provida, quævis diſpoſitio eorumdem commendabili modo obſervato, electis idoneis perſonis, ad honorem Dei & noſtrum beneplacitum, profectumque Eccleſiæ & fidei ordinetur. Vobis igitur, quos ſicuti alta ſcientiarum elegantia ſic nonminus moribus, vita & virtutibus, & nichilominus animi maturitate, & diſcretione provida palpabili experientia agnovimus præſignatos ut ſalubrius & melius Prælaturæ Officium, in ipſa Eccleſia T. exercere valeatis hanc facultatis poteſtatem duximus concedendum. Imo concedimus, & tamdiu donec dictæ Eccleſiæ fruimini Prælatura & Præpoſitura univerſas dignitates Eccleſiasticas perſonatus & beneficia videlicet Cantoratum cuſtodiam ac univerſos Canonicatus & præbendam Rectoratusque altarium in dicta Eccleſia T. & ſub ejus Jurisdictione ubicunque habitas deinceps quomodocunque, & per quemcunque modum vacaturæ Perſonis idoneis & benemeritis, quibus dignum vobis videbitur. Auctoritate ſemper noſtri Jurispatronatus Regalibus vobis præſentibus effective conceſſa conferre & de eisdem providere & Jus cujuslibet diſpoſitionis earum, ſeu earundem vos habere poſſitis, & valeatis. Harum Noſtrarum vigore & &c.

Digitized by Google

158. *Annuentia ut Sedes Judiciaria transferatur.*

Nos &c. Significamus tenore præſentium &c. Quod in Perſonis fidelium noſtrorum univerſorum Nobilium Comitatus T. nobis expoſitum extitit in hunc modum, quod quia a quibusdam temporibus retrolapſis Sedes Judiciaria dictorum Nobilium Comitatus antefati in eorum medio fieri ſolita in Oppido noſtro T. vocato quod exnunc apud manus Magnificorum T. & T. exiſteret, celebrata fuiſſet celebrareturque quoad præſens, ob hoc tam præfati T. & Comites ipſorumque Vice-Comites ibidem pro tempore conſtituti, quam etiam Comes Oppidi T. prænotati, tunc loci ipſius fortitudine præeminenti tam etenim mutuo auxilio ſuffulti extra ipſorum velle & placitum Nobiles prætactos & nonnullos ex eis, imo & Judlium eorundem, quosdam captivan. quosdam vero ſpoliantes, rebusque & bonis eorum privan. ſed & aliis plurisque modis manifeſte & omni fine lege, imo contra ipſorum libertatem multipliciter perturbarent impedirentque, & dampnificarent, quod in ipſorum gravamen cederet manifeſtum. Supplicatum eſt igitur Majeſtati noſtræ nominibus antefatorum Nobilium humiliter, ut eis circa præmiſſa allevamen opportune providen. dictam Sedem Judiciariam ipſorum in alio loco, tam ſcilicet dictis Nobilibus quam etiam præfatis Comitibus communiter de cetero celebranda transferre dignaremur, unde nos cujus ex officio ſuſcepti regiminis intereſt univerſa & ſingula quæ in noſtrorum fidelium Subditorum gravamen vigere videntur debito ſublevamine & opportuno moderamine reformare, tum attentis & conſideratis præmiſſis ſuperius nobis expoſit. expreſſis, tum etenim, imo potiſſime cupientes gravamen & turbationem quod ſeu quam præfati Nobiles prævia ratione ut præfertur dietenus pati aſſeruntur debito remedio & relevamine mediante obviare, eosdemque de cetero pace & eorum libertate uti, frui, & gaudere ex certa noſtra ſcientia & animo deliberato id gratioſe duximus annuendum & concedendum ac plenam ſuper hoc eis tribuentes facultatem præſentium per vigorem ut ipſi prætactam eorum Sedem Judiciariam diebus modo & ordine inter eos hucusque celebrari ſolitam de dicto Oppido noſtro T. ad unum alium communem, & ad id competentem locum Comitatu in prædicto Statutum, quem ſcilicet ipſi nobiles unanimi & pari voluntate ad hoc duxerint eligendum transferre ac in eodem loco a modo deinceps more hactenus legitime obſervato celebrare, & celebrari facere valeant atque poſſint, ex præſenti noſtra annuentia & conceſſione ſpeciali. Quocirca vobis fidelibus noſtris univerſis Comitibus vel Vice-Comitibus & Judlium ante dicti Comitatus tam præſentibus, quam futuris præſentium notitiam habitur. firmisſime mandamus quatinus pro celebratione antedictæ Sedis Judiciariæ de cetero ad prætactum locum per dictos Nobiles eligend. fin

Digitized by Google

omni contradictione accedere univerſaque & ſingula Judicia per vos in eo Comitatu hactenus celebrari ſolita in eodem loco Juris obſervato ordine facere unicuique Regnicolarum debeatis, nec deinceps ad prædictum Oppidum T. pro hujusmodi Sede Judiciaria celebran. convenire aut nobiles ipſos adeundum illac quavis occaſione artare & compellere debeatis vel præſumatis nec ſitis auſi &c.

159. *Donatio Seſſionis.*

Nos &c. Memoriæ commendamus &c. Quod nos conſideratis fidelibus & fidelium ſervitiorum meritis, & acceptabilibus complacentiis, quibus fidelis noſter T. locis & temporibus ſume incumben. nobis & Sacro noſtro Regio Dyademati, non parcendo rebus & perſonæ juxta ſuæ poſſibilitatis exigentiam ſtuduit complacere ratione quorum licet ipſe a noſtra Majeſtate longe majora antidotorum præmia mereretur. In aliquam tamen ſuorum ſervitiorum reconpenſam eidem quandam Seſſionem in Poſſeſſione T. in Comitatu T. exiſten. habitam quæ condam T. fine heredibus ab hac luce defuncti præfuiſſe, & ex eo juxta Regni conſuetudinem, ad manus noſtras Regias rite devoluta eſſe aſſeritur. Simulcum univerſis ſuis utilitatibus & pertinentiis, ac ædificiis quibuslibet ad eandem de Jure Spectantibus, quovis nominis vocabulo vocitatis, ſub ejusdem veris metis, & terminis, quibus eadem per antefatum condam T. tenta fuit & poſſeſſa. Auctoritate noſtra prælibato T. ſuisque heredibus & poſteritatibus univerſis dedimus donavimus & contulimus. Imo damus, donamus & conferimus Jure perpetuo, & irrevocabiliter tenendam, poſſidendam, pariter & habendam. Salvo Jure alieno præſentium patrocinio mediante. Quas in formam.

160. *Statutoria ejusdem.*

Mathias &c. Fidelibus noſtris circumſpectis, Judici, Juratis, ceterisque Civibus Civitatis noſtræ Salutem & gratiam. Cum nos pro fidelibus ſervitiis fidelis noſtri T. per eum nobis exhibitis & impenſis, quandam Seſſionem &c. -- vigore aliarum litterarum noſtrarum donationalium exinde confectarum in perpetuum contulerimus, velimusque eundem in dominium ejusdem per vos juxta morem & conſuetudinem veſtræ Civitatis introduci, fidelitati igitur veſtræ firmiter præcipien. mandamus quatinus præfatum T. aut ejus Procuratorem legitimum in dominium ejusdem.

NB. Hic duo folia ex Codice autographo deſiderantur.

161. Nos Mathias &c. Tibi Fideli noſtro dilecto T. Salutem gratiamque noſtram & omne bonum. Excelſa Principum conſuevit dignitas inter cetera ſuorum operum geſta magnifica, hanc curam habere

Digitized by Google

præcipuam ut Subditorum ſuorum conditione Statu & virtutibus penſatis unum quemque juxta labores emeritos, ad ulteriores Nobilitatum gradus majoraque provehat inſignia ſic enim Principatus laudabiliter diſcretio & Subditorum animus ad opera virtutum ſerventius accendetur. Sane itaque attentis ſuis fidelitatibus & ſervitiis quibus tu nobis juxta tuæ poſſibilitatis exigentiam cum ſumma conſtantia & Sollicitudine indefeſſe Te gratum reddere ſtuduiſti. Tibi & per te T. & fratribus tuis Carnalibus, veſtrisque heredibus & poſteritatibus univerſis hæc arma, ſeu nobilitatis inſignia videlicet formam ſcuti lazurio, ſeu cœleſtino colore tincti, & in medio ſcuti ſtellam rubentem & duos tractus ſanguineos, unum ſupra ſtellam ab angulo ſcuti dextro incipientem & ad ſiniſtrum latus ejusdem terminatum, alteram vero infra ſtellam a latere ſcuti dextro initium habentem, & tandem deorſum ad curvaturam ejusdem ſcuti ſiniſtram protenſum, qui quidem tractus purpurei, largam tui ſanguinis effuſionem ſignificant pro cœleſti & ſtelliferra patria, per te factam, prout hæc in principio præſentium litterarum noſtrarum pictoris artificio cum tectura & ornamentis Galeæ ipſius, ſuis appropriatis coloribus depicta & figurata ſunt, de mera noſtra Auctoritate, & poteſtatis plenitudine, animoque deliberato & ex certa noſtra Scientia dedimus donavimus & &c.

162. *Arma pro Civitate Raguſien.*

Mathias &c. Fidelibus noſtris Rectori & conſilio Civitatis noſtræ Raguſien. ſincere nobis dilectis Salutem & gratiam cum nihil Regibus convenire magis cenſeamus quam fidelium ſuorum benemerita dignis exornare præmiis, & de veſtra conſtantia, fide, & fidelisſimis obſequiis, quantosque labores calamitates multotiens paſſi ſitis, ut vos pro Genitoribus noſtris Divis Regibus hujus Regni Hungariæ, nobisque gratos eſſe redderetis eſſemus per Prælatos & Barones ac Proceres noſtro ſufficienter edocti univerſo conſilio noſtro approbante, & merita & probitatem veſtram, ac erga Noſtram Majeſtatem ſingularem fidelitatem commendante inſtituimus vos Civitatemque veſtram optime meritam plurimis & magnis honoribus, dignitatibus, ſuffragiis & favoribus Deo nobis vitam concedente decorare, veluti eos, quos unice fortitudinis & fidelitatis exemplar quocunque egregio munere dignos fecit, quorum ſcilicet animi conſtantiam nulla bellorum gravitas nulla periculorum magnitudo frangere & a fidelitate Coronæ hujus Regni inclinari potuit retrahere ut igitur duros hoſtiles impetus, quos ſumma cum fidelitatis integritate his ſuperioribus turbidis temporibus nobis Regno abſente ſuſtinuiſſetis. In hoc noſtro hujusmodi felici adventu optimam erga fidelitatem veſtram voluntatem noſtram declaramus & condigna meritis veſtris initia jaciamus præmiorum, ab his quæ ad Auctoritatem, & famam veſtram augendas plurimum conferre

Digitized by Google

visa sunt exordium capere statuimus. Quamobrem cum binis Privilegiis nostris rem publicam vestram Archirectoratus dignitate & Cera Rubea Sigillandi auctoritate honoris Causa determinavimus, placuit nobis praeterea ad majorem ornamenti vestri spendorem cum armis novis insignire, quod cum diligentius animo inquireremus, quid admirandae constantiae & singulari fidelitati Vestrae magis consonum esset, nil Phoenice Nobillisima Ave in signum tantae veritatis vobis ferendum convenientius visum est; nam sicut illa egregia Avis una tantum in universo orbe reperitur, ut post dictos labores atque ipsos cineres speciosior ac robustior revivescit. Sic una Civitas vestra est, quae in toto Regno nostro Dalmatiae in fide & fidelitatis integritate in tentationibus permansit, & post multos labores, magnasque calamitates, quas saepius forti animo pro inviolata fide sustinuit, clarior & dignior semper evasit, ut igitur apud posteros, & praesertim Successores nostros Reges Serenissimos, ex hoc constantissime, & unice fidelitatis vestrae efficax pro laude vestra memoriae permaneat non derogando ceteris armorum insignis quibus hactenus quoquomodo usi estis. Sed ea potius Regia auctoritate confirmando ex certa nostra scientia damus & conferimus hanc tam celebrem Fœnicem ea forma, hisque coloribus quibus esse traditur, & depingi solet. In campo celestino digno vestro celesti probitate clipeo deferendam cujus Summitati coronam auream apponimus in signum tantorum laborum, quos pro nostris, nostraeque Coronae opportunis obsequiis forti animo sustinuistis. Quibus quidem videlicet Clypeo cum Fenice, cum corona aurea suprapositam, nec non cum imagine Beatissimi Episcopi & Martyris Blasii vexilliferi, & Patroni Reipublicae vestrae eundem armorum Clypeum & coronam tenentis, aliisque opportunis ipforum ornamentis, quemadmodum in Capite praesentium litterarum nostrarum pictoria arte suis applicatis coloribus depicta sunt, vos vestrique Successores Cives & Communitas a modo perpetuis semper futuris temporibus in Sigillo vexillis cortinis velis & generaliter in quibuslibet actibus atque locis uti & gaudere ac ea deferre positis cum omnibus praerogativis, honoribus & libertatibus quibus aliae liberae Civitates armis &c.

163. Nos Mathias &c. Memoriae commendamus &c. Quod respectum habentes &c. ut & ipse eo ferventius in antea Majestati coronaeque nostris studeat complacere ipsum T. a rusticitatis & ignobilitatis Statu, in quo hactenus exstitit, tamquam ab ignobilibus natus ex speciali gratia & potestatis nostrae Regiae plenitudine eximendum duximus & nobilitandum imo nobilitamus & cetui verorum Nobilium hujus Regni nostri agregamus & connumeramus, volentes & decernentes ut a modo deinceps ipse T. & sui heredes ab eo tanquam a Nobili Sanguine descendentes veri Nobiles habeantur, & reputentur,

Digitized by Google

deinde volentes ipſum T. & ſuos poſteritates univerſos amplioribus honorum titulis gaudere, hæc arma, ſeu Nobilitatis inſignia, ſeu ſignum armaturæ, quæ in principio &c. & generaliter in quarumlibet rerum & expeditionum generibus, ſub meræ & ſinceræ nobilitatis titulo ferre geſtare omnibusque & ſingulis privilegiis gratiis honoribus & libertatibus, quibus ceteri Nobiles, & militeſ armis utentes quomodolibet conſuetudine, vel de Jure freti ſunt et gavili frui & gaudere poſſint & valeant. In cujus rei memoriam &c.

164. *Nobilitatio cum Armis.*

Mathias &c. Tibi Fideli noſtro T. ſalutem gratiamque noſtram Regiam, & optati favoris incrementum. Inducimur a Tuis virtutibus ut te perſonamque tuam congruis extollamus honoribus nec immerito. Nam & Creator omnium Deus quando ſolum virtutes remunerat dat exemplum terreſtribus Principibus ut hos diligant & juſtis remunerationibus præveniant quos opera commendant virtutum. Virtutes quidem tuæ ſunt, ut futuro præſentibus commendemus ſeculo. Æquitas in reddendis unicuique Judiciis conſilium rectum ſubventio pupillis viduisque gravitas morum nulla facilitas atque pro noſtri nominis exaltatione & honore ſincero fidelitas obſequium ut & ſolers diligentia, quæ non ſefellerunt hominem & communem opinionem eorum, quando putaverunt illam te habere quam petis Nobilitatem, quæ ſiquidem virtus eſt. Te igitur harum virtutum tuarum intuitu & Lazarum filium tuum qui & ſectator virtutum non longe aberrans a natura tua dicitur eſſe, ut ſcilicet deinceps veſtra cunctis pateat conditio de noſtræ Regiæ Auctoritatis & poteſtatis plenitudine a Statu Conditione ignobilitatis tui hactenus obnoxii, tamquam ab ignobilibus nati eratis eximentes gratioſe in veros Nobiles duximus creandos, & perficiendos, imo præficimus. & creamus ac imo & cetui aliorum virorum Nobilium hujus Regni noſtri applicamus & annectimus præſentium per vigorem decernentes vos veſtrosque heredes & poſteritates utriusque Sexus a modo deinceps tamquam veros Nobiles hujus Regni noſtri omnibus illis Privilegiis & titulo Nobilitatis poſſe uti & gaudere quibus ceteri Nobiles hujus Regni utuntur & gaudent quomodo libet conſuetudine vel de Jure, nec ſit res aliqua in qua unquam durante præſenti ſeculo poſſit vobis & veſtris poſteris obici deleta ignobilitas. Suſcipiatis hoc igitur ſpecialis noſtræ gratiæ antidotum, & tanto ampliori erga Regiam dignitatem veſter ſolidetur amor & devotio, quanto vos tanto favore Regio præventos eſſe conſpicitis, & munere gratiarum. In cujus rei memoriam firmitatemque &c.

165. *Nobilitatio.*

Nos &c. Memoriæ commendamus &c. Regalem decet Majeſtatem circa ſuorum Subditorum Statum cura pervigili ſuæ conſiderationis

Digitized by Google

oculos dirigere, eorumque merita in ſuis præcordiis crebro reminiſcentiæ ſtilo conſcribere, ut quos virtutum opera laudabilia præ ceteris dignos offerunt dignioribus gratiarum donativis debeant præmiari quatinus per hoc & Regalis Sublimitatis gloria creſcat in ſublime & Status Reipublicæ in Nobilium pluralitate optata ſuſcipiat incrementa. Proinde nos, qui ex innata nobis Regia peritia, qua fidelium noſtrorum geſta, & actus virtuoſos æquo menſurationis liberamine ſolemus ponderari, attentis fidelitatibus & fidelium ſervitiorum meritis T. quibus ipſe &c. volentes igitur horum intuitu Regio occurrere cum favore eundem T. ac T. & T. fratres ſuos, de plenitudine noſtræ Regiæ poteſtatis, & gratia ſpeciali de conditione populari qua hactenus more & inſtar aliorum Philiſteorum fuiſſent obnoxii eximen. & libertan. in numerum cetum, & cathervam verorum Regni noſtri Nobilium duximus adgregandum nichilominusque poſſeſſionem eorum eis alias per Majeſtatem noſtram ut dicitur coilatam. In cujus pacifico dominio ipſi hactenus perſtitiſſe aſſeruntur, eſſeque etiam de præſenti, cum omnibus ejusdem utilitatibus &c. eisdem T. & T. fratribus ſuis prædictis dedimus &c. Salvo Jure alieno. Ita tamen ut prædicti T. cunctaque ipſorum poſteritas ratione terrarum & tenutarum ipſorum quas & quæ ipſi inter alios Philiſteos noſtros tenent & poſſident, tenerentque & poſſiderent, ſemper Majeſtati noſtræ debita ſervitia omnino & integraliter more & inſtar aliorum Philiſteorum noſtrorum debeant & teneantur exhibere & exercere &c.

166. *Nobilitatio ac in Judicem Curiæ Creatio.*

Nos &c. Memoriæ commendamus &c. Quod nos volentes juxta morem antiquorum Regum noſtrorum ſcilicet prædeceſſorum ſicut armis, ſic non minus legibus, & earum intrepretationibus idoneis utilitati Regni noſtri conſulere ſive providere fidelem noſtrum dilectum Magnificum Johannem de Rozgony Magiſtrum Thavernicorum noſtrorum cui in comparatione virtutum ſuarum parva ſunt quæ in promotionem ejus conferuntur. Siquidem fidelis ſtrenuus, in conſilio utilis, & in omni virtute præditus eſt. In Comitem, & Judicem Curiæ noſtræ obeunte condam Magnifico Ladislao de Palocz, hujusmodi honore poſſeſſoris, auctoritate noſtra Regia & de conſilio Prælatorum & Baronum noſtrorum duximus præficiendum & honorem ipſius ſibi dandum. Imo præficimus & damus per præſentes, cum tota illa Jurisdictione quam alii Comites, ſeu Judices Curiæ noſtræ ab antiquo habuerunt. Accipiat igitur hoc donum gratiæ noſtræ, ut dum ſe conſpexerit remuneratum, nec fallat ſpem omnibus in reddenda unicuique juſtitia in eo repoſitam nec remisſiorem ſe in acquirendis majoribus virtutibus reddat, ſed ſtudeat ſemper eſſe ad laudem Regiæ dignitatis, & utilitatem Regni noſtri omni conatu. In cujus rei memoriam firmitatemque &c.

167. *Exemptio*

Digitized by Google

167. *Exemptio Taxarum extraordinariarum.*

Nos &c. Memoriæ commendamus &c. Quod nos cum &c. tum etenim attentis & conſideratis inopia & paupertate eorundem volentes ipſo noſtro favore Regio proſequi gratioſe ut ipſi de cetero Majeſtati noſtræ eo ferventius & fidelius valeant famulari, intra duos annos integros, a data præſentium litterarum computando, a ſolutione quarumlibet taxarum extraordinariarum duximus gratioſe eximendos, & eximimus præſentium per vigorem. Quocirca vobis Fidelibus noſtris univerſis dicatoribus taxarum noſtrarum extraordinariarum nunc conſtitutis, & in futurum conſtituendis, harum ſerie firmiter præcipien. mandamus quatinus a modo deinceps præfatos incolas ad ſolutionem hujusmodi Taxarum extraordinariarum infra prædictum tempus artare & compellere, vel eosdem ratione non Solutionis earundem in perſonis, rebusque & bonis ipſorum turbare moleſtare ſeu dampnificare contra formam exemptionis noſtræ præmiſſæ nequaquam præſumatis &c.

168. *Exemptio a Solutione Cenſuum Regalium.*

Regalis excellentiæ culmen juſtis & congruis precibus condeſcendere Subditorum, & ipſos de favore gratiæ ſuæ plenitudine gratiis libertatibus, atque augmentis continuis ampliare decet ut omnes ſuo ſubjecti dominio ſuave jugum ſe portare ſentiant, & regnantis clementia ipſos in ſua fide conſtantia perſeverare ferventer attendat, proinde ad univerſorum notitiam &c. Quod nos tum &c. volentes ipſum noſtro favore proſequi gratioſo quendam fundum curiæ ſeu domum ipſius lapideam in dicta Civitate noſtra Peſthien. in magna platea ſitam & habitam cui ab occidentali domus T. ab orientali vero partibus domus T. contigue vicinari dicuntur, & quia idem T. ad præſens reſidentiam facit perſonalem ſimulcum ſuis utilitatibus & pertinentiis quibuslibet ut puta vineis agris pratis terris arabilibus & generaliter quarumlibet utilitatum integritatibus quovis vocabulo vocitatis ad ipſum fundum curiæ ſeu domum ſpectan. nec non eundem T. & Dominam T. conſortem ejusdem, cunctosque heredes & poſteritates ipſorum ab omnibus cenſibus, daciis, collectis, taxis, exactionibus, contributionibus & quibuscunque ſolutionibus & muneribus ſive ſervitiis tam ordinariis, conſuetis, vel inconſuetis, qui vel quæ ab eisdem T. &c. Ratione dicti fundi curiæ ſeu domus ipſius T. Majeſtati noſtræ deberent & poſſent provenire penitus & per omnia ex certa noſtra ſcientia duximus ſupportandum eliberandum eximendum, & penitus abſolvendum, imo eximimus & ſupportamus perpetuis futuris temporibus præſentium per vigorem. Hac interpoſita declaratione quod quidquid de illo fundo curiæ, vel domo præmiſſis pro annuali cenſu vel Taxa

Digitized by Google

ordinaria, quoquo modo deberet vel posset, Majestati nostræ provenire, juxta veram ac consuetam ac debitam limitationem, ab antiquo more Civitatis nostræ observatam id in Summa principali seu Capitali nobis de dicta Civitate nostra Pelthien. provenire consueta, ad rationem nostram volumus & decernimus defalcare. Quocirca vobis fidelibus nostris Judici, & Juratis Civibus ejusdem Civitatis nostræ pesthien. præsentibus & futuris ac aliis quibuscunque collectoribus & exactoribus prædictorum Censuum, vel Collectarum aut Taxarum, sive quarumcunque Contributionum per nos aut Successores nostros Reges Hungariæ illuc deputandis cujuscunque Status & Conditionis existant firmiter committimus, quatinus a modo prætactum T. ac consortem ejusdem ipsorumque heredes & posteritates universos ad Solutionem hujusmodi collectarum Taxarum Censuum seu quarumcunque Contributionum, sive etiam servitiorum de dicto fundo Curiæ, aut utilitatibus suis prædictis qualitercunque facienda contra formam præmissæ nostræ exemptionis & libertationis artare seu astringere aut hac ratione impedire molestare agravare, vel dampnificare nequaquam præsumatis nec fitis ausi modo aliquali gratiæ nostræ sub obtentu. Præsentibus &c.

169. *Exemptio ab exercitu vita Comite.*

Nos &c. Memoriæ &c. Quod nos tum attentis, tum etiam de causa ea, quod ipse T. ingravescentis esset ætatis, atque adeo gravis, quod ad sufferendum, seu tollerandum belli labores omnino inhabilis fit, & habeatur, eundem T. simulcum duobus familiaribus suis quos ipse voluerit, quique in continuis servitiis ipsius occupabuntr ab ingressu quorumcunque exercituum per nos seu alios quoscunque de nostro mandato contra quospiam nostros & hujus Regni nostri æmulos generaliter aut particulariter instauran. usque tempus vitæ suæ prorsus & per omnia eximendum duximus & supportandum, imo eximimus & supportamus præsentium per vigorem. Quocirca vobis fidelibus nostris Capitaneis Belliductoribus Levatoribus, Sollicitatoribus quorumcunque prædictorum exercituum tam generalium, quam portialium, Item Banis, vel Vice-Banis nostris Machovien. nec non Comitibus, vel Vice-Comitibus & Judlium Comitatus T. nunc constitutis, & in futurum constituendis præsentium notitiam habit... harum serie committimus & mandamus firmisime quatinus præfatum T. simulcum dictis duobus familiaribus suis per ipsum pro tempore nominandis prætextu non ingressionis hujusmodi exercitus, seu non missionis loco sui gentium armatarum ratione possessionum & Bonorum suorum in eundem exercitum ut præmisimus usque tempus vitæ suæ, contra formam præmissæ nostræ exemptionis in personis seu possessionibus portionibusque, & Juribus possessionariis, nec non rebus & bonis suis quibusvis impedire

Digitized by Google

moleſtare turbare, aut quovis modo dampnificare nusquam & nequaquam præſumatis nec ſitis auſi quoquo modo gratiæ noſtra ſub obtentu &c.

170. *Exemptio a Judicatu.*

Nos &c. Memoriæ commendamus &c. Quod nos penſan. illas complacen. fidelium noſtrorum T. & T. quas nobis hoc tempore opportuno curaverunt, & ut liber eorum animus ad ſecuriora deinceps noſtra ſervitia incitetur, eosdem in libertatibus illis quibus ceteros de hoc Regno noſtro ſive majores ſive minores ſimiles tenemus, tenebimusque & conſervabimus gratioſosque nos eis ſemper ſicuti ceteris fidelibus noſtris demonſtrabimus ita tamen quod & ipſi eam fidelitatem, quam ceteri fideles ſervare tenentur ceterum ipſos prout etiam ratione dignitatis ſeu Comitatus in talibus privilegiati eſſe conſtant ab omni Judicium Regni noſtri Jurisdictione eximentes ſolius perſonalis præſentiæ noſtræ Judicio in omnibus cauſis reſervamus. Quocirca vobis &c.

171. *Exemptio a Solutione Triceſimæ & Tributi.*

Nos &c. Memoriæ commendamus &c. Quod cum gloria Regum in multitudine populorum ac decus & Robur Regnorum in divitiis & amplitudine conſiſtant Civitatum, expedit igitur Principibus omni diligentia intendere populis ſervandis & beneficiis augendis, ac Civitatibus magnificandis & fovendis utpote, ex quibus præmiſſa Regum & Regnorum comoda procedunt quatinus principatus ex hoc & laudetur diſcretio & providentia Regni Rexque ſui Status utilitatem augmentumque ſummat. Qua de re grata conſideratione penſavimus multimoda ſervitiorum genera quæ Civitas noſtra T. cujus Cives & Communitas Prædeceſſoribus noſtris Regibus & tandem condam Illuſtriſſimæ Principi Dominæ Elizabeth Reginæ Hungariæ Genitrici noſtræ cariſſimæ & nobis eo tunc primam incunabula noſtræ infantiæ agen. ætatem in rebus diverſis & multarum adverſitatum ac guerrarum tempore adeo conſtanter exhibuerunt, ut quamvis ſæpius a pravis Regios honores & ſtatum conſequentibus viris impugnationes graviſſimas dampna rerum pericula ac alias diverſas calamitates & multas temporum injurias ſuſceperint. Nunquam tamen a veræ fidei ſemita vifi ſunt deviaſſe, ſed eo clarior fides ipſorum evaſit, quo incommoda ſuſceperunt graviora, conſideramus quoque ſumptuoſas expenſas ipſorum Civium & Civitatis prædictæ, quas idem pro conſervandis Juribus noſtris præmiſſis guerrarum temporibus liberaliter & copioſe fecerunt & habuerunt pro quibus omnibus ac etiam in recompenſam & ſatisfactionem præmiſſarum expenſarum eorundem; & nichilominus eo reſpectu ut idem nobis & Succeſſoribus noſtris Regibus Hungariæ ac illi Regno ejusque Incolis Regiæ Majeſtati fideli de cetero ampliori auxilio & ſubſidio rerum ſuarum ac cum perſonis rebus

Digitized by Google

& ingeniis ipſorum neceſitatum tempore aſſiſtere & ſuccurrere, attentis etiam humilima ſupplicatione præfatorum Civium & Civitatis prædictæ per medium fidelis noſtri Servitoris T. ejusdem Civitatis T. Secretarii in hac re nobis facta eosdem Cives & mercatores præſentes & futuros de corpore ſcilicet ejusdem Civitatis noſtræ T. exiſten. & illic conmoran. Sed & ipſam Communitatem dictæ Civitatis a Solutione Triceſimarum & Tributorum noſtrorum Regalium & aliorum quorumcunque tam in terris, quam ſuper aquis habitorum, de quibuscunque mercibus animalibus ac rebus & bonis eorum venalibus, aliisque quibuscunque, cujuscunque generis & ſpeciei exiſtant, propriis duntaxat ubicunque per dictum Regnum noſtrum Hungariæ & in quibuscunque locis hujusmodi Triceſimarum & Tributorum noſtrorum, & aliorum quorumcunque beneplacito noſtro perdurante gratioſe eximimus, imo eximimus ſupportamus & libertamus præſentium per vigorem. Quocirca Vobis fidelibus noſtris univerſis & ſingulis Comitibus Triceſimarum ac Triceſimator. & Tributor. noſtris & aliorum in Regno noſtro Hungariæ prædicto habitis nunc conſtitutis, & in futurum conſtituendis præſentes viſuris harum ſerie firmiter præcipien. mandamus, quatinus a modo in poſterum tamdiu qnousque a nobis aliud habueritis in mandatis, quoscunque Cives hoſpites & Mercatores dictæ Civitatis noſtræ T. de corpore ſcilicet ejusdem duntaxat exiſten. in quibuscunque locis Triceſimarum & Tributorum noſtrorum ac aliorum ubicunque per Regnum noſtrum Hungariæ habitorum ad ſolvendum de quibuscunque mercibus animalibus rebusque & bonis eorum venalibus aliisque quibuscunque cujuscunque generis & ſpeciei exiſtentibus propriis duntaxat quamcunque Triceſimam vel Tributum contra formam præmiſſæ noſtræ gratiæ artare & compellere, aut ratione non ſolutionis hujusmodi Triceſimæ aut Tributi in perſonis vel rebus impedire aut dampnificare nusquam & nequaquam præſumatis nec ſitis auſi modo aliquali &c.

172. *Exemptio a Solutione Tributi.*

Mathias Dei &c. Fidelibus noſtris &c. Cum nos omnes Cives populos & inhabitatores noſtros in pertinen. Caſtri noſtri Zolien. conmoran. ut iidem numero ad utilitatem Regiam augeantur a ſolutione cujuslibet Tributi libertatos fore decernimus, volentes igitur ſicuti per alios, ita etiam per vos ipſorum libertatem illibate conſervare fidelitati &c. quatinus a modo deinceps ab eisdem Civibus populis & inhabitatoribus noſtris, aut altero eorum rebusque & bonis ipſorum dum venerint ad loca Tributorum veſirorum nullum Tributum petere aut exigere præſumatis nec ſitis auſi &c.

Digitized by Google

173. *Cum Antiqua.*

Mathias &c. Fidelibus noſtris univerſis & ſingulis Prælatis Baronibus Comitibus Caſtellanis Nobilibus ipſorumque officialibus. Item Civitatibus, Oppidis & liberis villis, ipſarumque Rectoribus, Judicibus & villicis præſentium notitiam habitur. Salutem & gratiam. Cum antiqua & approbata Regni noſtri lege & conſuetudine requiren. quivis nobilis & homo poſſeſſionatus ſuos Jobbagiones & familiares impoſſeſſionatos in quibuslibet poſſeſſionibus ſuis commoran. in quibusvis cauſis, demptis duntaxat furti, homicidii, latrocinii & incendii, ac aliis publicis Criminalibus Cauſis ipſemet judicandi liberam habeat facultatem. Fidelitati igitur veſtræ firmiſſime præcipimus & mandamus, quatinus Jobbagiones & familiares impoſſeſſionatos Capituli Eccleſiæ Q. in quibuslibet ipſorum poſſeſſionibus commoran. in nullis cauſis & eorum articulis demptis ſolummodo præmiſſis ad cujusvis inſtantiam in perſonis judicare vel veſtro aſtare judicatui compellere, resque & bona ipſorum, quæcunque in veſtris poſſeſſionibus, honoribus, officiolatibus, ſeu veſtri in medio areſtare, ſeu prohiberi facere nusquam & nequaquam præſumatis. Signanter pro debitis, delictis, & exceſſibus aliorum, ſiqui enim quicquam actionis vel quæſtionis contra annotatos Jobbagiones & familiares impoſſeſſionatos dicti Capituli, habent vel habuerint hi id in præſentia ipſius Capituli, aut officialium ejusdem juridice proſequantur ex parte quorum idem Capitulum aut officiales ſui omni contra eos querulanti meri Juris & Juſtitiæ ac debitæ Satisfactionis complementum exhibebunt, & impendent, prout dictabit ordo Juris ubi autem ipſum Capitulum aut officiales ejusdem in reddenda Juſtitia tepidi fuerint, aut remiſi, extunc, non iidem Jobbagiones & familiares impoſſeſſionati contra quos agitur ſed annotatum Capitulum aut officiales in noſtri aut alerius Judicis eorum ordinarii præſentiam pro ipſis querulantibus legitime evocentur, ex parte quorum per nos, vel eosdem Judices eorum ordinarios eisdem querulantibus meri Juris & Juſtitiæ debitæque ſatisfactionis complementum exhibebitur, & impendetur, prout dictabit ordo Juris, & ſi quippiam ex vobis in præmiſſis ſexus facere attemptaverit, extunc conmiſimus & harum ſerie firmius committimus fidelibus noſtris Comitibus vel Vice-Comitibus, & Judlium illorum Comitatuum in quibus fortaſis hujusmodi mandata noſtra non obſervarentur, ut ipſi ſcita prius præmiſſorum mera veritate omnes tales non ſine ipſorum dampnis, & gravaminibus in talibus fieri ſolitis ad hoc ipſum efficaciter obſervandum arcius compellant, & aſtringant. Auctoritate noſtra præſentibus ipſis in hac parte attributa, & juſtitia mediante. Secus &c. Poterunt etiam litteræ Eccleſiaſticorum tali modo emanari, cum privilegiata libertas Eccleſiarum Regni noſtri id exigat & requirat, ut

Digitized by Google

Prælati seu Rectores earundem suos Jobbagiones & familiares impossessionatos, in possessionibus dictarum suarum Ecclesiarum commoran. In caulis quibuslibet, demptis duntaxat furti humicidii &c.

174. *Cum Justi.*

Mathias &c. Fidelibus nostris universis & singulis Prælatis Baronibus Comitibus Castellanis &c. quibus præsentes ostenduntur Salutem & gratiam. Cum justi pro injustis, & innoxii pro reorum excellibus aliquatenus non debeant impediri. Fidelitati igitur vestræ harum serie firmissime præcipimus & mandamus quatinus dum & quando ac quotienscunque fidelis noster T. aut homines seu familiares ipsius præsentium exhibitores pro victuum suorum necessaria acquisitione diversa Climata Regni nostri perlustrantibus cum rebus & mercibus suis, ad vos, vestrasque terras tenutas, dominia possessiones honores, officiolatus seu vestri in medium pervenerint, extunc ipsum suosque homines & familiares prætactos, ad quorumvis instantiam in personis judicare vel vestro asstare Judicatui compellere, Resque & quævis bona mercimonialia ipsius T. arestare, seu prohiberi facere nequaquam præsumatis, nec sitis ausi modo aliquali, signanter pro debitis, seu excessibus aliorum, si qui enim quicquam actionis vel quæstionis contra annotatum Johannem, hominesque & familiares suos prætactos habent vel habuerint, hi id in præsentia Judicis, & Juratorum Civium Civitatis T. legitime prosequantur ex parte cujus omni contra ipsum querulanti meri Juris & Justitiæ ac debitæ Satisfactionis complementum exhibebunt prout dictabit ordo Juris.

Præterea quia universi Cives, populi, & hospites præfati Civitatis nostræ T. antiqua libertatis ipsorum prærogativa per Divos Reges Hungariæ nostros scilicet Prædecessores ipsis gratiose concessa & per nos confirmata requirente, a solutione cujuslibet tributi, tam de personis propriis, quam de rebus, & bonis suis mercimonialibus fieri debenda penitus & per omnia exempti sint, & supportati esse perhibentur. Ideo vobis univeris & singulis Tributariis nostris, & aliorum quorumcunque in terris, & super aquis ubilibet constitutis & existen. præsentium notitiam habituras similibus nostris Regiis damus in mandatis quatinus a præfato Johanne hominusque & familiaribus suis, nec non rebus, & bonis ejusdem quibusvis in locis dictorum Tributorum tam nostrorum, quam aliorum quorumcunque, in eundo & redeundo, atque pausando, contra libertates eorum nullum Tributum, nullam vel Tributariam solutionem petere & exigere, petique & exigi facere aliquatenus præsumatis, ubi autem quippiam ex vobis in præmissis secus facere attemptaverit, extunc præsentium serie committimus fidelibus nostris Comitibus, vel Vice-Comitibus, & Judlium

Digitized by Google

illorum Comitatuum &c. ut ipſi ſcita prius præmiſſorum mera veritate vos & quemlibet veſtrum, ad præmiſſa facienda & obſervanda non ſine veſtris dampnis & gravaminibus in talibus fieri ſolitis artius compellant & aſtringant. Auctoritate noſtra &c.

175. *Præfectio.*

Nos &c. Memoriæ &c. potisſime vero Divinæ pietatis intuitu ad id haben. reſpectum, ne Nobiles puellas T. & T. filias condam T. aliquo temporum in proceſſu ſub tectis alienis divagari contingat. Easdem puellas T. & T. in portione poſſeſſionaria dicti condam T. patris ſcilicet ipſorum in Poſſeſſioue T. in Comitatu T. exiſten. habita ipſum condam T. juſto Juris titulo ut dicitur concernen. in veros heredes & Succeſſores legitimos tamquam filios maſculinos dicti condam T. duximus inſtituen. crean. & præficien. imo de mera noſtræ Regiæ poteſtatis plenitudine & gratia ſpeciali, ac ex certa noſtra ſcientia prout a Jure & conſuetudine Regni noſtri ad id admittuntur, inſtituimus, & creamus, & præficimus, ipſam portionem poſſeſſionariam dicti condam T. cum cunctis ſuis utilitatibus, & pertinentiis quibuslibet memoratis puellis T. & T. ipſarumque heredibus & poſteritatibus ſexus univerſis in perpetuam adſcribendam hereditatem. Sine tamen præjudico juris alieni. Harum noſtrarum

176. *Ut Puer in tenera ætate non judicetur.*

Nos &c. Quod nos cum approbata & antiqua lege & conſuetudine Regni noſtri requirente, tum etiam ex gratia ſpeciali Nobili T. filio T. de T. puero ut dicitur in tenera ætate conſtituto, hanc ſpecialis noſtræ gratiæ dono prærogativam duximus faciendum. Imo facimus præſentium per vigorem ut nullus omnino Judicum & Juſtitiar. præſcripti Regni noſtri Hungariæ, præfatum T. in quibusvis cauſis & earum articulis, demptis duntaxat cauſis tempore patris ſui inchovatis, ac novis poſſeſſionum occupationibus nec non injuriis & dampnis cuipiam præſentium ſub confidentia inferendis tamdiu quousque idem legitimam & adultam pervenerit in ætatem, audeat ſeu præſumat judicare modo aliquali. Quocirca vobis fidelibus noſtris Magnificis Palatino, & Judici Curiæ noſtræ, veſtrasque in judicatu vices gerentes, item Banis, vel Vice-Banis Regni noſtri Sclavoniæ, nec non Comitibus &c. cunctis etiam aliis Regni noſtri Judicibus & Juſticiariis Eccleſiaſticis videlicet & ſecularibus præſentibus & futuris præſentium notitiam habituris firmisſime mandamus qratinus præfatum T. a modo impoſterum tamdiu donec ut præfetrur legitimam & adultam pervenerit in ætatem in nullis cauſis ſeu earum articulis demptis ſolummodo præmisſis ad cujusvis inſtantiam judicare veſtro aſtare judicatui compellere præſumatis, nec ſitis auſi modo aliquali præſentibus perlectis &c.

Digitized by Google

177. *Littera facultatis & mandati plenissimi.*

Nos &c. Notum facimus tenore &c. confisi de fide fidelitate prudentiaque & legalitate fidelium noſtrorum T. & T. eos nomine oratorum noſtrorum miſimus ad Diætam proximè in Civitate noſtra Brunnenſi inter Illuſtriſſimum Dominum Wladislaum primogenitum Sereniſſimi Regis Poloniæ per Oratores communes ex condicto celebrandam, eisdemque plenum mandatum & liberam facultatem noſtram dedimus & conceſſimus, damusque & concedimus per præſentes cum Oratoribus & Conſiliariis præfati Illuſtriſſimi Primogeniti Regis Poloniæ in ipſa Civitate noſtra Brunnenſi conveniendi & cum illis ſuper facto Regni Bohemiæ ejusque Coronæ, ac omni pertinentiarum ad Coronam ipſius Regni ſpectan. & ſuper illis differentiis, quæ inter nos & ipſum Primogenitum cum bonis conditionibus ſopiendi conponendi, & penitus complanandi, nec non omnia alia faciendi, quæ nos ipſi faceremus, ſi perſonaliter hujusmodi Diæta & tractatibus intereſſemus; etiamſi talia forent, quæ mandatum exigerent magis ſpeciale, quam præſentibus eſt expreſſum, Promittentes in verbo noſtro Regio, ut quicquid per præfatos T. & T. noſtro nomine actum factum, diſpoſitum ordinatum, concluſum, confirmatum, Sigillatum & geſtum fuerit, ratum, gratum & firmum habebimus inviolabiliter, inconcuſſeque obſervabimus, & per omnes ſubditos noſtros obſervari faciemus. In quorum omnem fidem & teſtimon. &c.

178. *Plenum Mandatum.*

Nos &c. Quod nos de fide & fidelitate T. & T. ad plenum confisi, eisdem & cuilibet eorum ſeorſum plenum mandatum noſtrum & omnimodam facultatem dedimus & damus per præſentes cum Oratoribus Sereniſſimi Regis Poloniæ noſtro nomine conveniendi ac in rebus in quibus a Majeſtate noſtra informationem habent tractandi diſponendi & ad ultimum concludendi ac alia omnia & ſingula faciendi quæ nos ipſi faceremus, ſi hujusmodi rebus & tractatibus perſonaliter intereſſemus; etiamſi talia forent, quæ mandatum exigerent magis ſpeciale, promittentes in verbo noſtro Regio, & ſub bona fide noſtra omnia illa, quæ præfati T. & T. ſimul vel alter eorum cum dictis Oratoribus ipſius Domini Regis Poloniæ in præmiſis rebus fecerint, diſpoſuerint & concluſerint, fecerit, vel diſpoſuerit, ordinaverit, ac concluſerit, rata & grata habere ac firme & inviolabiliter obſervare, & facere obſervari. Harum noſtrarum &c.

179. *Plenum Mandatum.*

Nos &c. Quod nos de fide fidelitate prudentia & diligeniia ac legalitate noſtri Egregii Georgii Polycarpi Scriptoris Apoſtolici ad plenum

Digitized by Google

num confisi, eundem ex certa noſtra ſcientia & animo deliberato omnibus melioribus modo, via, Jure, & forma quibus melius & efficacius poſſumus & debemus abſentibus Oratoribus noſtris facimus conſtituimus, & ſolemniter ordinamus in noſtrum & Regni noſtri verum certum legitimum & indubitatum Procuratorem, Actorem, Factorem, & univerſorum negotiorum cauſarumque noſtrarum & Regni noſtri geſtorem & directorem generalem & ſpecialem. Ita, quod ſpecialitas generalitati non deroget, nec e contra, in omnibus & ſingulis cauſis noſtris & Regni noſtri actionibus, litibus quæſtionibus ſuper quibuscunque rebus differentiis & diſſenſionibus, tam per nos & Regnum noſtrum contra alios, quam per alios quospiam contra nos & Regnum noſtrum contra alios, quam per alios quospiam contra nos & Regum noſtrum in Curia Romana coram Sanctiſimo Domino noſtro Summo Pontifice tam in omnibus & ſingulis rebus cauſis factis negotiis actionibus quæſtionibus & earum articulis præfatum Regnum noſtrum & omnes ejus partes totamque Jurisdictionem quam in rebus factum injuriarum dampnorum nocumentorum & alterius cujuscunque generis malorum præfato Regno noſtro Hungariæ & ejusdem incolis per præfatum T. & alios ſupradictos Subditos quoque eorundem & ad eos pertinen. hucusque quandocunque & qualitercunque illatarum & irrogatarum motis vel movendis cum pleno mandato ſufficientique informatione inſtructioneque noſtris, de conſilio Prælatorum & Baronum noſtrorum matura cum eis ſuper inde deliberatione prehabita eidem Procuratori noſtro per nos datis & conceſſis ad agendum dirigendum procurandum promovendum & defendendum nomine & in perſona noſtris præmiſſas res cauſas Actiones negotia facta & quæſtiones noſtras & Regni noſtri, ac libellum ſeu libellos, & quascunque petitiones ſummarias dandum & offerendum, darique & offerri petendum & recipiendum ac eis reſpondendum & reſponderi petendum & audiendum litem ſeu lites conteſtandum & conteſtari videndum ponendum articulandum ponique & articulari videndum excipiendum replicandum duplicandum triplicandum & cum Solemnitate Juris quadriplicandnm calumpnia vitanda & de veritate dicenda in animam noſtram jurandum, & cujuslibet alterius generis licitum Juramentum præſtandum & præſtari videndum Teſtes, Juramenta, Privilegia, litteras & quæcunque probationum genera producendum, & produci videndum & contradicendum concludendum & concludi petendum ac Sententiam, ſeu Sententias tam interlocutorias, quam diffinitivas ferri petendum & ab eo ſeu ab eis appellandum & procurandum Apoſtolos petendum & recipiendum beneficium abſolutionis & reſtitutionis in integris, ac quacunque Sententia ſimpliciter & ad Cautelam totiens quotiens fuerit opus & videbitur ſibi expediri petendum & obtinendum, unum vel plures Procuratorem, vel Procuratores loco ipſius

Digitized by Google

ſubſtituendum, & eum, ſeu eos revocandum & onus Procurationis in ſe reaſſumendo & generaliter omnia & ſingula faciendum dicendum procurandum & exercendum quæ in præmiſſis neceſſaria eſſent & opportuna etiam ſi talia forent, quæ mandatum exigerent magis ſpeciale, quam præſentibus eſt expreſſum & quæ nos facere poſſemus ſi perſonaliter intereſſemus, promittentes in verbo noſtro Regio, ratum, gratum, & firmiter nos & Regnum noſtrum, habitur. quidquid per præfatum Procuratorem noſtrum & ipſius Regni noſtri vel ab eo ſubſtituendum vel ſubſtituendos infra eorum revocationem actum factum ordinatum diſpoſitum procuratum & concluſum fuerit in omnibus & ſingulis præmiſſis ſub obligatione & ipoteca omnium bonorum noſtrorum Regalium mobilium, & immobilium præſentium & futurorum. Harum noſtrarum, quibus Secretum Sigillum noſtrum eſt appenſum. &c.

180. *Donatio Canonicatus.*

Nos Mathias &c. Memoriæ commendamus &c. Quod nos inducti vita virtute morum honeſtate ac litteralis ſcientiæ ſufficienti peritia aliisque meritis fidelis noſtri diſcreti T. quibus ipſe apud nos commendatus exiſtit eundem ad Canonicatum & Præbendam in Eccleſia T. per mortem Honorabilis condam T. ejusdem Canonicatus & Præbendæ ultimi veri legitimi & immediati Poſſeſſoris de Jure & de facto vacantes auctoritate noſtri Jurispatronatus, quod in ipſa Eccleſia T. vel ſic quod generaliter in omnibus Eccleſiis Regni noſtri more Prædeceſſorum noſtrorum Regum Hungariæ habere dinoſcimur, duximus nominandum eligendum & præſentandum. Imo eligimus, nominamus & præſentamus præſentium per vigorem. Quocirca vobis fideli noſtro Reverendisſimo in Chriſto Patri Domino Johanni Archi-Epiſcopo Eccleſiæ Strigonien. firmiter committimus & mandamus quatinus antefatum T. quem in dicto Canonicatu & præbenda prædictis per vos Canonice inſtituend. auctoritate prædicta præſentium vigore vobis præſentamus, aut ipſius Procuratorem ejus nomine & neminem alium in ipſis canonicatu & præbenda canonice inſtituere & confirmare, ac de eisdem ſibi auctoritate veſtra ordinaria pleno Jure providere debeatis. Comittentes nichilominus honorabilibus dominis de Capitulo ejusdem Eccleſiæ veſtræ, quibus & nos firmisſime præcipimus & mandamus ut ipſi eundem T. & nullum alium in Conſocium & Concanicum aſſumere, Stallumque ſibi in choro & vocem in Capitulo cum omni Juris plenitudine aſſignare, de univerſis quoque fructibus proventibus obventionibus, & emolimentis eorundem Canonicatus & Præbendæ eidem T. vel ejus Procuratori legimo ipſius nomine reſpondere & per hos quorum intereſt reſponderi facere modis omnibus debeant locis debitis & temporibus ſemper opportunis. Secus Præſentibus.

Digitized by Google

181. *Gratia exſpectativa.*

Nos &c. Quod attentis &c. Teſtimonio commendant fidedigno. Volentes eum hortum intuitu favore noſtro Regio proſequi gratioſo eundem tamquam perſonam idoneam & benemeritam ad Præpoſituram ſeu Lectoratum, vel quodcunque aliud beneficium poſt Prælaturam curatum, vel non curatum. Item.

Reliqua in Codice MS. Originali deſunt.

FINIS.

Digitized by Google

MENDA TYPOTHETICA.

Mendosa vocum expressio, quoniam linqua quoque, nedum calamus, frequenter aberrat, omni quidem attentione penitus difficulter, tum tamen difficillime evitari potest, dum scribentium imperitia, cujus in textu ipsorum quibus usi sumus Codicum reperta exempla studiose retinuimus, Correctori multis occupato negotium facessit. Menda typothetica, quæ in textum Editoris irrepserunt; hic exponimus, Librariorum aberrationes Lectoribus pro documento tradimus, qui scient v. g.

In PROLEGOMENIS.

Pag. IX. l. 5. pro Hermofrogito legendum esse *Hermaphroditum*, & sequentem versum primum: Dum mater me genitrix, rectius legi: *Dum mea me genitrix.* Reliqua in Recensione Codicis Thomæ Nyrkallo sine nexu coacervata, uti & quædam vocum contractiones retentæ sunt.

IN PRAEFATIONE.

Pag. I. lin. 9. omnia, lege omnino.
— V. lin. 12. forte, posterius deleatur.
— V. l. 16. ventigarentur, l. vestigarentur.
— V. l. 39. Formularia, l. Formulariæ.
— VI. l. 8. systematica, l. systematicæ.
— VII. l. 8. possint, l. possunt.
— VII. l. 35. fidedignitate, nitantur l. fidedignitate nitantur.
— VII. l. 40. allegat, l. alleget.
— VIII. l. 21. aliquot, l aliquos.
— VIII. l. 27. Thwrock, l. Thwroch.
— X. l. 28. inter nos, l. internos.
— X. l. 29. corripi, l. corrigi.
— X. l. 36. ita diffensu, posterius deleatur.
— XIII. l. 22. Galliorum, l. Galliarum.
— XIII. l. 36. 178. l. 1783. seqq.
Pag. XIV. l. 19. compus, l. campus.
— XIV. l. 24. litterariorum, l. literalium,
— XV. l. 13. Regi, l. Regiæ.
— XV. l. 5. 1427. l. 1527.
— XVIII. l. 2. recensu, l. recensione.
— XVIII. l. 25. concilianti. l. conciliant.
— XIX. l. 26. qua, l. quo.
— XIX. l. 38. solennas, l. solennes.
— XX. l. l. utilis in institutionibus.
— XX. 19. volumina, l. volumine.
— XXI. l. 4. l. & praxi.
— XXXI. l. 6. habuerit, l. lubuerit.
— XXII. l. 21. Tabellarum, l. Fabellarum.
— XXIII. l. 24. eorum, l. earum.

In Recensione Codd. MSS.

— III. l. 1. metdoho, l. methodo.
— III. l. 38. *verbu:* Huc inferatur, *usque &c. pro directione librarii in margine sub NB. posita inepte in textum irrepserunt.*
— IV, l. 12. id. l. in.
— IV. l. 17. eadem, l. eidem.
— VII. l. 1. aiiena, l. aliena.
— VIII. l. 5. membtana, l. membrana
— VIII. l. 34 1/2, l. 1 1/2.
— VIII. lin. ult. eæterum, l. ceterum.

Digitized by Google